




# ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ
# ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ

# PAUSANIAE
# GRAECIAE DESCRIPTIO

EDIDIT, GRAECA EMENDAVIT, LATINAM AMASAEI INTERPRETATIONEM CASTIGATAM ADIUNXIT ET ADNOTATIONES ATQUE INDICES ADIECIT

CAROLUS GODOFREDUS SIEBELIS



VOLUMEN PRIMUM

CUI INSERTA EST

DESCRIPTIO ATHENARUM PAUSANIAE ATTICIS ACCOMMODATA ET IN LAPIDE DELINEATA

LIPSIAE
LIBRARIA WEIDMANNIA
G. REIMER
MDCCCXXII.





# PRAEFATIO.

Antequam quid in Pausaniae Periegetae Commentariis denuo in lucem emittendis secuti simus aperiatur, de hoc scriptore ipso quid sentiamus, ut breviter indicemus videtur esse necessarium.

Pausanias ille, cui Graeciae antiquae descriptionem graecam debemus, quum antea propter diligentiam et eruditionem singularem haud parvi aestimatus est, tum nostro tempore magna ad famam ejus et auctoritatem facta est accessio. Quo enim plures jam hanc sibi induerunt persuasionem, artis opera manu et ingenio veterum Graecorum elaborata pleraque tam pulcra esse, ut nihil iis in hoc genere perfectius videre, vix quidquam cogitare possimus, et quo studiosius nunc coeperunt illorum operum reliquias indagare, cognoscere et interpretari, eo magis intellectum est, Pausaniam esse, qui eorum et cognitionem et interpretationem maxime adjuvet, eumque tanto majoris esse faciendum, quod solus inter veteres scriptores permulta nobis explicuerit, ad hoc ipsum litterarum genus pertinentia. Deinde quantus quisque nostrum est qui nesciat, quam multi nostra aetate et nobis hoc datum credentes, *ut, quum ea loca videamus, in qui-*

*bus memoria dignos viros acceperimus multum esse versatos, magis moveamur, quam si quando eorum ipsorum aut facta audiamus aut scriptum aliquod legamus*, et veterum litterarum artiumque amore ardentes in Graeciam, ut ipsi et locorum semper memorabilium, et operum antiquorum, si quae fortuna illic reliquisset, spectatores essent, iter fecerint; hi vero prope omnes Pausaniam tum sibi optimum per universam Graeciam ducem fuisse testantur, tum eum esse scriptorem affirmant, qui domi legentibus paene ante oculos ponat ipsam illam veterem Graeciam. Addere juvat quod *Hobhousius* in Journey through Albania I, 214 scripsit: „Pausanias alone will enable you to feel at home in Greece, — and it is true, that the exact conformity of present appearances with the minute descriptions of the itinerary is no less surprising than satisfactory.“ Praeterea qui in religionum priscarum historia, cujus subtilius studium hanc nostram ornat aetatem, perscrutanda et tradenda occupati sunt, hi, quod ad Graecorum res sacras attinet, nullum earum uberiorem sciunt esse auctorem quam Pausaniam: huic enim et sacrorum origines, ritus atque mutationes, et quos templa, arae, luci conditores habuissent, investigare in propositis fuisse, manifestum est. Cf. I, 14, 6. 17, 1. 19, 4. 22, 3. 28, 4. 41, 6. II, 7, 6. 7. 12, 1. V, 1, 5. 15, 6. VII, 18, 6. 7 etc.

Ac primum quidem de hujus Pausaniae *patria et aetate*, deinde autem *qualis scriptor esse videatur*, dicendum mihi video.

Hunc Pausaniam vulgo putant non diversum fuisse ab illo, de quo Philostratus loquitur in Vitis Sophistarum II, 13. *Suum* vero *Pausaniam* Philostratus Sylburgio interprete, in Kuhn.

ed. Pausan. p. 938 ait *natione fuisse Cappadocem, Caesareae natum, quae ad Argaeum, Cappadociae montem, incolitur. Ad studia vero et vitae genus quod attinet, fuisse illum sophistam seu rhetorem, Herodis discipulum, qui sub praeceptore usque adeo profecerit, ut in plerisque illius ubertatem et praecellentia orationis ornamenta retulerit, potissimum vero extemporalem dicendi facultatem. Sed hoc ei, velut et caeteris Cappadocibus, innatum fuisse vitium, ut crassa lingua enunciarit, consonantes durius colliserit, longaque corripuerit, et brevia produxerit. Porro dictionis formam esse aliquantum supinam, validam tamen, nec ab antiquo dicendi genere discrepantem: id ex ipsius declamationibus facile conjici posse; saepenumero enim Romae declamasse. Ibidem etiam bonam vitae partem transegisse, et grandi aetate decessisse.* Quae nobis quidem in eum Pausaniam, cujus *patriam* nunc quaerimus, non satis videntur convenire. Primum enim an, qui Graeciae descriptionem edidit, Pausanias Cappadox fuerit, dubitabis, si, quod de sua ille patria ipse passim videtur prodidisse, animo perpenderis. Suam patriam eum indicasse ipsum V, 13, 4 satis est probabile; ait enim: *Πέλοπος δὲ καὶ Ταντάλου τῆς παρ' ἡμῖν ἐνοικήσεως σημεῖα ἔτι καὶ ἐς τόδε λείπεται, Ταντάλου μὲν λίμνη τε ἀπ' αὐτοῦ καλουμένη, καὶ οὐκ ἀφανὴς τάφος· Πέλοπος δὲ ἐν Σιπύλῳ μὲν θρόνος —— ἐστί· διαβάντι δὲ Ἕρμον, Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἐν Τήμνῳ, ἀναθεῖναι δὲ Πέλοπα παρειλήφαμεν μνήμῃ.* Hoc de *Lydia* intelligendum esse, nullo pacto potest dubitari; namque hic Pausanias ipse, de quo disputamus, et Pelopem *Lydum* dixit V, 1, 5, et Tantali patris sepulcrum Niobenque sororem in saxum

mutatam *Sipylo*, *Lydiae* monti, vindicavit II, 22, 4. I, 21, 5. Hermum autem Temnumque *Lydiae* fuisse notum est. Ad Sipylum certe diutius commoratum esse nostrum Pausaniam, ex eo perspicitur, quod I, 24, 8 narrat, locustas e Sipylo non una naturae vi deletas esse, ter se ipsum vidisse. Ex quibus videtur effici, ut, qui Graeciae descriptionem composuit, Pausanias *Lydus* fuerit, ideoque distinguendus sit a Philostrati Pausania, qui de patriae suae monte *Argaeus* appellatus dicitur apud Phavorinum v. Ἀργ. qui mons quum teste Maximo Tyrio XXXVIII, 460 Oxon. seu VIII §. 8 *Καππαδόκαις καὶ θεὸς καὶ ὅρκος καὶ ἄγαλμα* fuerit, ergo sanctissimus, nulla tamen in Pausaniae descriptione Graeciae usquam ejus mentio facta deprehenditur. Deinde suum Philostratus Pausaniam Herodis Attici discipulum fuisse tradidit. Nec hujus rei in tota Graeciae descriptione, quae Pausaniam habet auctorem, ullum exstat vestigium; quod eo magis mirum videri debet, quum idem hic Pausanias non semel illius Herodis meminerit, et saepissime in aliis, quibus magistris usi sint, commemoraverit. Tum Cappadocem illum Pausaniam Philostratus perhibet Romae senem decessisse; hunc nostrum in Italia quidem et Romae fuisse constat, non item ad mortem usque permansisse. Quod enim VIII, 17, 3 dicit, *ἐλάφους ἐν Ῥώμῃ λευκὰς εἶδόν τε καὶ ἰδὼν θαῦμα ἐποιησάμην· ὁπόθεν δὲ ἢ τῶν ἠπείρων οὖσαι ἢ νησιώτιδες ἐξεκομίσθησαν, οὐκ ἐπῆλθεν ἐρέσθαι μοι,* id nonne indicat, eum hoc non Romae praesentem, sed ea jam relicta scripsisse, ut illud nunc percontandi nulla ei reliqua esset potestas? Idem probare voluit Goldhagenus loco IX, 21 init. Denique quum Philostratus de sui Pausaniae declamationibus loquutus sit, quid est cur

de Graeciae descriptione tacuerit, nimirum illis declamationibus longe graviore, si idem ille Cappadox ejus auctor fuerit? Quod hujus operis nec Suidas s. v. *Παυσανίας* mentionem fecerit, non mirabimur, quoniam de eodem, de quo Philostratus, Pausania loquitur.

Quum igitur certe dubium sit, atque etiam ante nos Goldhagenus noster valde dubitaverit, an ille Pausanias Philostrati et hic, de quo nostra disputatio est, idem fuerit, illum sophistam *Cappadocem*, hunc *Periegeten* appellandum censemus de opere, quod nobis reliquit, cujus inscriptio fuit *Περιήγησις τῆς Ἑλλάδος*, laudata illa a Stephano Byzantino s. v. *Σφακτηρία*, *Αἱμονία*, *Ἀραιθυρέα*, *Φάληρον*, *Ἄβδηρα*, *Ὑρνίθιον*. De *Galeni* Pausania, qui a nobis praetermitti poterat, cf. Goldhageni praefatio, et adnotationes nostrae ad V, 7, 3.

Ac quoniam de hujus Periegetae patria quid sentiremus attulimus, paucis nunc dicendum erit de ejusdem *aetate*. Qua aetate autem hic Pausanias floruerit ac scripserit, ipse satis clare testatum reliquit. Primum enim I, 5, 5 narrat, Atheniensium tribubus priscis seriore tempore additas esse Attali atque Ptolemaei, suo autem aevo Imperatoris Hadriani; quem locum secus accepit Fabricius in Bibl. graec. IV, 308. Ad ejusdem Imperatoris tempus referas quod Pausanias II, 27, 7 scripsit, sua aetate Antoninum senatorem quaedam aedificasse in Epidauria: quem Antoninum credibile est eum esse, qui post Hadrianum Imperator factus, et vulgo Pius seu prior appellatus sit. Forsan igitur Hadriano imperante *Attica* et *Corinthiaca* elaboravit Pausanias. *Attica* certe eum haud ita brevi ante *Achaica* spatio scripsisse, intelligitur ex VII, 20, 3, ubi ait, quod

Athenis Herodes odeum condiderit, omnibus illud et magnitudine praestans et ornatu, id a se in Atticis praetermissum esse, *quod illa, antequam Herodes istud aedificium exstruendum institueret, perscripserit.* Nibby in sua Prefazione p. VIII Pausaniam putat post Antinoum defunctum et paulo ante Hadriani mortem intra annum CXXIX et CXXXIV aerae nostrae natum esse, abusus illo Pausaniae loco, qui est VIII, 9, 4. Libro demum VIII, 43 memorat Pausanias et Antonini Pii imperium, et illius successorem Antoninum Philosophum seu posteriorem, qui Olympiade CCXXXV i. e. CLXI p. C. n. imperare coepit: cujus Olympiadis etiam in Pausaniae X, 34, 2 exstat mentio. Deinde hoc eodem loco refert, sua aetate *Costobocos*, gentem Sarmaticam, in Graeciam invasisse: hoc vero sub Antonino Philosopho accidisse quum interpretes ex J. Capitolini capite 22 adnotarunt, tum Pausanias ipse VIII, 43, 4 indicat. Denique V, 1, 1 significat, se Eliaca priora anno CCXVII post Corinthum a J. Caesare instauratam i. e. DCCCCXXVII a. u. c. seu CLXXIV p. C. n. ergo Antonini Philosophi imperantis anno XVI scripsisse. Ex quibus intelligitur, neque Clavierio, qui scripsit: „l' auteur de la description de la Grece y travailloit l' an 174 de J. C.“ neque Nibbyo, qui p. X dicit: „che egli scrivesse l' opera sua almeno dopo l' anno 174 della era volgare“ assentiendum, sed potius statuendum esse, Pausaniam Hadriano et Antoninis imperantibus hoc opus composuisse.

Quibus explicatis reliquum est, ut, *qualem scriptorem hunc Periegeten esse censeamus*, aperiatur. Si, quod de tempore, quo Pausanias Periegetes hoc suum opus conscripserit, proposuimus, a vero non est alienum, videmur posse con-

tendere, eum, quod instituerat, non properasse acriore rota, sed illam maxime laudabilem Thucydidis, Diodori Siculi, Dionysii Halicarnassensis aliorumque veterum tarditatem in scribendo imitatum, non totum opus uno tempore, sed aliam ejus post aliam partem subinde divulgasse. Quare sicubi quid vel parum accurate vel imperfectius traditum a se vidisset, id in aliis operis partibus correxit atque emendavit. Compares quaeso et I, 41, 3 cum VIII, 5, 1 et I, 3, 5 seqq. cum X, 19, 4 seqq. Passim etiam videas ab auctoris manu ipsa serius addita. Cf. omnino II, 5, 4. I, 33, 6. Longius eum tempus in scribendo consumsisse, illud etiam arguit, quod de se fatetur VIII, 8, 2: *Τούτοις Ἑλλήνων ἐγὼ τοῖς λόγοις ἀρχόμενος μὲν τῆς συγγραφῆς εὐηθείας ἔνεμον πλέον, ἐς δὲ τὰ Ἀρκάδων προεληλυθὼς πρόνοιαν περὶ αὐτῶν τοιάνδε ἐλάμβανον.* Qua cunctatione id consequutus est, ut opus exiret accuratissimum; quod qui magnis justisque laudibus extulerunt omnes non est hujus loci recensere; satis erit nominasse *M. Musurum* in praefationibus Kuhnianae editionis, *Abr. Loescherum* in Kuhn. ed. p. 934, *Casp. Barthium* ad Statii Theb. II, 697. VII, 341. IV, 733, *Tib. Hemsterhusium* ad Aristophanis Plut. p. 181. 235, *Lud. Casp. Valckenarium* ad Theocriti Adon. p. 198, *Baylium* in Dict. hist. et crit. s. v. Amphilochus et in Dissert. sur l' Hippomanes, *Mannertum* in Historia successorum Alexandri p. 372, *Mitfordum* in Historia Graeciae I p. 78 ex interpret. Baron., *Joannem de Mueller* Opp. T. VI p. 306. 311, *Schoenemannum* in Geograph. Homer. p. 63, *Creuzerum* in epp. de Homero et Hesiodo. Sed de *diligentia* nostri Pausaniae nobis eo magis dicendum esse arbitramur, quod ex ea nexa est gravissimi momenti quaestio,

fidesne iis, quae de Graeciae rebus terrisque memoriae prodidit, habenda sit nec ne. Summam ejus in utroque diligentiam fuisse, et omnes concedunt qui eum norunt, et ex iis, quae tum paulo ante proposita, tum hic afferenda sunt, poterit intelligi. Mittamus nunc, quae satis nota sunt, itinera in Asia, Aegypto, Libya, Italia et per universam Graeciam Europaeam eo consilio ab eo suscepta, ut locorum fama insignium ipse esset cognitor, et quod volebat, posset πάντα ἐπεξιέναι τὰ Ἑλληνικά (I, 26, 5). His igitur omissis illud videamus, *ex quibus fontibus hauserit, quantumque iis tribuendum existimaverit*.

Ac primum quidem multis monumentis veteribus ad res vel cognoscendas vel confirmandas usus est: huc pertinent praeter indices, in quibus Olympiades et hieronicarum nomina atque facta consignata erant, κατάλογοι συμμάχων, et donaria operumque inscriptiones. Namque VI, 22, 2 mentionem facit καταλόγου τῶν Ὀλυμπιάδων apud Eleos, quem X, 36, 4 τὰ Ἠλείων γράμματα vocat; Eleos enim Olympiades in commentariis suis conscripsisse testatur VI, 4, 1. 19, 9. Eundem hunc catalogum III, 21, 1 nominat τὰ ἐς τοὺς Ὀλυμπιονίκας Ἠλείων γράμματα, ex quibus verbis patet, eo praeter Olympiades et cujusque victoris nomen et victoriarum genera comprehensa fuisse. Ab hoc catalogo an quae V, 4, 4 excitat Ἠλείων γράμματα ἀρχαῖα diversa fuerint, quaerendum est. VI, 13, 4 laudat, quae Corinthiis et Argivis fuerunt, ὑπομνήματα ἐς τοὺς Νεμεάτας, sed simul in ea antiquiorum temporum victores non omnes relatos esse indicat. Κατάλογος autem συμμάχων (belli Persici) Laconicus atque Atticus citatur VII, 6, 3. Qui se hujus belli participes esse voluerant Graeci, eorum nomina etiam

donario inscripta fuisse, Olympiae a Graecis dedicato, legimus V, 23 init. VII, 6, 3. Similibus videtur Pausanias indicibus usus esse I, 25, 4. X, 20, 3, ubi, qui contra Macedones Galatasque pugnatum venerint Graeci, recenset. A donariis autem operumque inscriptionibus quot testimonia petivit Pausanias! quarum alias transscripsit, alias in quo loco exstarent ostendit. Sed in his quoque titulis sunt, quibus an habenda fides esset dubitavit, veluti X, 36, 4, ubi ait: εἰ ἀληθεύει τὸ ἐπίγραμμα· neque enim ignoravit, saepe εἰκόνας μετεπιγεγράφθαι. v. Adnotationes ad I, 2, 4 p. 10. Alius inscriptionis testimonio testimonium opponit aliorum V, 4, 4.

Deinde poëtas rerumque scriptores crebro adhibitos esse a Pausania, vel index scriptorum docere potest a Pausania laudatorum notissimus: in his autem *Homero* plurimum se ac plus quam alios tribuere, ipse professus est II, 21 extr. Winckelmannum hac in re nactus imitatorem. Quae magna est significatio, Pausaniam ab aliis tradita auctoribus non temere arripuisse; quibus quod pretium statuendum, et an vera essent eorum opera, quorum nominibus inscriberentur, sedulo quaesivisse deprehenditur. Notat Hieronymum Cardianum et Philistum I, 9, 10. 13, 8, quod ille quidem ut odio in alios reges inflammatus scripserit, ita Antigoni gratiam captaverit, hic autem Dionysii flagitia dissimulaverit. Quae VI, 7, 2 ex Androtionis Atthide protulit, vera esse neque affirmans neque negans caute subjungit: εἰ τὸν ὄντα εἶπεν Ἀνδροτίων λόγον. Criticum egregium se ostendisse Pausaniam in judicio de Orphei et Musaei carminibus I, 14, de Homeri Thebaide IX, 9, de Hesiodi Theogonia IX, 27, non est cur nos dicamus, quum Ruhnkenius dite-

rit ad hymnum in Cererem. Adde judicium de Eumelo II, 1 init. de Myrone Prienensi et Rhiano IV, 6. 15. Illud quoque notabile est, quod jam poetarum mythum ab aliorum narrationibus distinxerit, veluti II, 21, 6. Neque vero quenquam mirari aequum est, quod Pausanias, quod alio in loco in dubitationem vocavit, idem in alio sine ulla dubitatione extulit; hic enim vulgi sequutus est opinionem: haec te prius inter se oportet contendere, quam de iis pronuncies. Confer quaeso IX, 27 cum I, 24, 7 et ad posteriorem locum adnotata. In diversis rerum narrationibus sequitur ea, in quae maxime consensum est II, 12, 3: comparat inter se diversis modis narrata, et addit, cur hoc illi praeferat X, 38, 6. Quo loco non possum illas admonitiones Pausaniae notatu dignas: *omnis ferme est de Graeciae rebus controversa historia. — Sunt Graecorum scripta quum in plerisque tum in iis maxime, quae ad gentilitates pertinent, inter se dissidentia* IV, 2, 2. VIII, 53, 2 silentio praetermittere, quoniam qui earum non erant bene memores, saepe etiam de Pausania sinistre judicarunt. Cf. ad I, 38, 7. III, 2, 1. Accidit etiam, ut libros ad testimonium vocaret a se non lectos; sed hoc ipse candide professus auctorem ingenue indicavit, ex cujus opere illorum librorum locos adhibuerit. vide IX, 29, 1. 38, 6.

Tum multa eorum, quae memoriae prodidit, vel sacerdotum, vel exegetarum, vel vulgi narrationibus accepta retulit, ore propagatis: quae ut variis modis, veluti φασί, λέγουσι, καλοῦσι, φήμη ἔχει, λόγος ἐστίν, ᾄδεται, distinguere, ita non temere sequi solet. Cf. X, 17, 3. 38, 3. VIII, 10, 4. 15, 3. I, 3, 2. (qui locus memorabilis est *de fide vulgi narrationibus cunctanter*

*adhibenda*) 27, 1. II, 14, 2. 23, 6. qui postremo loco notat *exegetas, qui sciant quidem, non omnia esse vera quae narrent, sed difficile esse, multitudini contraria iis, quae credat, persuadere.* Hic autem nobis et gravis injuria notanda, quam multi saepe intulerunt Pausaniae: nam quod ille se ab aliis relatum referre dicit, ad id non raro tam parum adverterunt animum, ut Pausaniam ipsum vel negligentiae vel erroris stuporisque reum agerent, quasi ex sua narrantem persona. cf. II, 28, 3. VIII, 38, 5. X, 29 p. 870. de loco X, 4, 4 paulo post dicetur. adde Winckelmanni Opp. VIII, 388. et monendum est, quae ille ex ore populi narravit, ea nobis non subtilius, sed, ut ita dicam, crassius interpretanda esse, nunquam obliviscentibus, quomodo illius temporis vulgus et senserit et loquutum sit. Si qua fabula incidit, eam inspergit quidem, nec tamen confirmat, sed de ea lectoribus quo velint modo decernendi potestatem relinquit, vel se ipsum illi fidem recusare significat, veluti I, 30, 3. III, 25, 4. VI, 8, 2. Itaque hic illic adjungit *ὅτῳ πιστά* (IV, 2, 4. V, 1, 6. IX, 10, 1), vel *εἰ μέτεστιν ἀληθείας τῷ λόγῳ* (VII, 23, 2), vel *ἐχέτω καθὰ λέγουσι* (I, 2, 2), vel *ἐχέτω ὡς ἔχει* (VIII, 38, 5), vel *τάδε μὲν οὕτω γενέσθαι λέγουσι* (III, 16, 3), vel *λέγουσι δ' οὖν* (I, 30 extr.), *τάχα μὲν ἂν ἔχοι καὶ ἄλλως, δοκείτω δὲ ᾗ λέγεται* (III, 19, 4). Clarius etiam, quid judicaret, ita prodidit III, 1, 5: *οἱ μὲν δὴ ἀποσεμνύνοντες τὰ ἐς αὐτὸν λέγουσιν.* Inprimis autem notabilia sunt, quae de se ipso scripsit VI, 3, 4: *Ea quidem, quae vulgarint Graeci, necesse habui commemorare, credere vero omnia nulla me res cogit;* et II, 17, 4: *Haec* (de Junone Jovem cuculo assimilatum optante) *et quae his sunt similia de Diis vulgata,*

*etsi vera neutiquam existimo, non putavi tamen praetereunda.* Sed ipse se fatetur sententiam mutavisse VIII, 8, 2: namque antea quidem se multas Graecorum de Diis narrationes stultas habuisse, nunc autem existimare, *Graecorum sapientes priscos multa aenigmatibus involvisse*, ideoque se de rebus divinis secuturum esse a majoribus accepta. Quod autem Pausanias saepe retulit domesticas populorum narrationes, in causis haberi potest, cur ille non raro ab aliis diversa protulerit.

Denique ut ingenue fatetur, se hoc illud neque ipsum vidisse, neque ex autoptis audivisse (III, 24, 5. IV, 31, 5), ita iis, quae ab aliis acceperat, interdum adjungit, quae ipse oculis usurpaverat (V, 7, 3), vel quae vidit mirabilia, iis saepe ad Herodoti exemplum (IV, 195) similia ex aliis regionibus aut temporibus eo annectit consilio, ut narratis fidem faciat, ut VIII, 17, 3.

Quae quum ita sint, silentio praeteriri potest eorum levitas, qui Pausaniam vel stultitiae, vel credulitatis, vel superstitionis incusarunt. Ex quo genere pauca delibare liceat. Pauw in Recherches philos. sur les Grecs T. II p. 225 facete, credo, affingit Pausaniae artem, res magnas videndi, ubi acrius videntes vix umbram conspexerint. Goldhagenus tum alibi, tum ad X, 4, 4 credulam ejus mentem increpat, nec tamen Pausanias eo loco dicit, se, quod narret, credere, sed refert a Cleone quodam relata, iisque expositis addit: οὗτος μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγε. Idem fere quod Goldhageno aliis quoque interdum accidit. v. ad II, 29, 7. et Dodwelli classische und topographische Reise durch Griechenland Vol. I Part. I p. 218. De superstitione autem Pausaniae ambitiosius objecta quanquam poteramus dicere, tamen concedimus, ut suo quisque utatur judicio. Numine qui omnia regi di-

vino existimat, eum nobis quidem negamus contemnendum videri. Adulationis injuriam a Goldhageno propter I, 9, 6 illatam alii loci ab eo defendunt, veluti VII, 9. 10. 11. VIII, 2, 2.

Ex iis, quae hactenus diximus, poterit forsan intelligi, neque diligentiae ac judicii laudem denegandam esse Pausaniae, neque illam Facii adnotationem ad VII, 26, 3 probari posse, qua *Pausanias commentarios in itinere festinanter conscribenti similis* dicitur. cf. etiam ad II, 9, 7. Quae praeterea contra Pausaniae diligentiam jactata sunt, veluti ad IX, 36 extr., ea suis locis fortasse diluentur: quanquam lubenter concedimus, eum passim a vera temporum ratione aberravisse. vide I, 14, 6. II, 8, 3. III, 7, 5. De I, 41, 3 jam dictum est.

Sed Pausaniam non solum propter haec illa, quae dixit, seu dixisse creditus est, verum etiam propter nonnulla, quae reticuit, iniquius reprehenderunt. Quod vero sacra obruerit arcana silentio, nec variis obsita frondibus sub divum rapuerit (I, 14, 2. 38, 6 etc.), nemo facile vituperaverit, nisi qui arcani prodigus et illius Horatiani immemor sit: *vetabo, qui Cereris sacrum vulgarit arcanae, sub isdem sit trabibus, fragilemve meum solvat phaselon.* Cf. quae de Herodoto scripsit Creuzer in Comment. Herod. p. 31. 59. Pausaniam initiatum mysteriis fuisse, patet ex I, 37, 3. 38, 6. Sed alia quoque Pausanias silentio pressit, quae nos quidem scire vellemus, nec defuerunt, qui hoc ejus silentium graviter ferrent, vel inique exagitarent. Quatremère de Quincy, saepe parum justus aestimator Pausaniae, hoc tamen rectissime monuit in Jove suo Olympio p. 270: „Il faut avant tout interpreter son silence comme le bon sens et la bonne foi l' exigent. On doit penser, que ce voyageur, écrivant pour des hommes, qui connoissaient la structure, la forme

et la composition des grands trônes dans les temples, ne put jamais avoir en vue les hommes d'un temps, où l' idée de ce genre de monuments aurait totalement disparu.“ Similiter Heynius in Antiquar. Aufs. I princ.: „Pausanias scheint auch diessmal bey seiner Beschreibung (III, 18. 19) Leser vorauszusetzen, welche schon eine allgemeine Vorstellung von der Sache haben.“ et ante utrumque Abr. Loescher in Kuhniana Pausaniae editione p. 932. Praeterea de iis, quae Pausanias vel prorsus omittenda, vel strictim attingenda censuit, ita existimandum putamus. Primum multa vidit a prioribus, quos ipse nonnunquam laudat, occupata. Exemplo sint illa I, 23, 12: *De Hermolyco pancratiasta, et Phormione Asopichi filio, quae ab aliis scripta sunt, omitto*, et I, 5, 1: *Qui tribuum numerum auxerit, novaque nomina pro priscis imposuerit, id ab Herodoto traditum est.* Simillima sunt illa de Harmodio et Aristogitone I, 8, 5, de Euripidis morte I, 2, 2, de bello Thebanorum adversus Spartanos I, 3, 3, de bello Mithridatico I, 20, 3, de Theseo II, 30, 9, de Thrasybulo I, 29, 3 (cf. 22, 4. 24, 7. 36, 3), de Cleobi et Bitone II, 20, 2, de Antonino Pio VIII, 43, 3. Cf. adnotationes ad Attica p. 1. Inprimis autem digna illa sunt quae teneantur II, 30, 5: *Haec omnia quum subtiliter persequutus sit Herodotus, non est libitum ab eo luculenter perscripta referre*, et quae de Pausania ad Plataeas victore leguntur III, 17, 7: *quae vero ejus fortunae eventa fuerint, quod satis nota omnibus sunt, in praesentia non commemoro; nam quae a prioribus accurate scripta sunt, sufficere videbantur.* An nondum desinemus vituperare, quod, si verum quaerimus, laudandum est? utinam hoc sibi quisque imitandum intelligeret ac sumeret! Strabonine venia datur, quod quae

alii persequuti erant, recusavit scribere (VIII p. 376. IX, 396), Pausaniae non dabitur? imo parata ejus silentio aut brevitati erit iis etiam in locis, ubi ipso tacente tantum suspicio est, eum ab aliis exposita noluisse repetere. Cf. ad III, 7, 1. Quae suspicio ne inanis esse videatur, si quem novimus in hoc illo campo decurrisse, ad quem postea descendit Pausanias, indicabimus. Deinde Pausanias, quae ad eandem rem pertinebant, non semper in unum congessit locum, sed saepe per varia dispersit loca; legentium igitur est, animo haec conjungere, et sparsa in unum conferre, ne querantur deesse quae non desunt. Vt paucis defungar, locus I, 24, 7 comparandus est cum I, 17, 2. 25, 5. V, 11. X, 34 extr. pariter VII, 19, 3 cum IX, 41, 1, et I, 3, 3 cum VIII, 11, 4. Denique non debemus oblivisci, et Graeciam, quo tempore Pausanias perlustraverit, magna illam suorum ornamentorum parte exutam fuisse, eamque causam esse, cur haec illa ab eo non sint commemorata, et ipsum subinde significasse Pausaniam, se nolle *τὰς εἰκόνας τὰς ἀφανεστέρας γράφειν* I, 23, 5, sed *quae spectatu essent dignae* I, 35, 4. Ante omnia autem semper memores debemus esse instituti, quod in scribendo sequendum tuendumque censuit, et his verbis declaravit: *ἐν τῇ συγγραφῇ μοι τῇ Ἀτθίδι ἐπανόρθωμα ἐγένετο, μὴ τὰ πάντα με ἐφεξῆς, ἀλλὰ τὰ μάλιστα ἄξια μνήμης ἐπιλεξάμενον ἀπ᾽ αὐτῶν εἰρηκέναι* III, 11, 1, qui locus conferendus est cum I, 39, 3 extr.

Reliquis autem, quibus multi praecipue recentiore aevo Pausaniam obruerunt, reprehensionibus gravior frequentiorque illa est, quam ejus experitur genus scribendi, quod clamant esse obscurius, nimis jejunum, exsangue, salebrosum, parum ele-

gans, denique rhetoris Cappadocis: quorum ultimum quid velit, notum est ex epigrammate 436 in Anthologiae Palatinae T. II p. 444. Sed fac, quanquam equidem non credo, finge tamen, eum fuisse Cappadocem, an propterea necesse est, ut in eum cadere dicamus, quod est in illo epigrammate? Basilius M., Gregorius Nyssenus, Gregorius Nazianzenus nonne fuerunt Cappadoces? Ista autem reprehensio e quibus causis nasci potuerit, oportet nos inquirere, ne, quod turpe est, hominem incognita re condemnemus. Harum causarum alia videtur latere in contextus, qui dicitur, depravatione, de qua postea dicendi locus erit. Fuerunt autem, qui vel vitia non animadvertentes, vel correctiones, quae in promtu erant, nescio qua de causa admittere in contextu nolentes, in Pausania quam in librariis culpam mallent quaerere. Cf. II, 25, 6. I, 33 init. Aliam hujus reprehensionis causam esse arbitramur scribendi brevitatem, qua Pausaniam usum esse jam Loescher adnotaverat in Kuhnii edit. p. 963. cf. ad II, 2, 5. Qua qui minus sunt adsueti, iis tum quoque in mentem venire potest suspicari, vel scriptorem vel librarium peccavisse, quum neuter quidquam in se admiserit. Aliis forsan fraudi fuerunt mutatae constructiones, quarum prae caeteris amans fuit Pausanias. Cf. ad I, 29, 7. 9. II, 7, 1. 29, 6. Alios denique Pausaniam ob scribendi genus castigantes iis adnumeraveris, qui linguae graecae non imperiti nonnulla tamen ejus propria vel non satis perspecta, vel non semper in promtu habeant. Cf. X, 4, 4. IX, 5, 4. I, 30, 4. Quodsi ipsi Sylburgio accidit, ut Pausaniae obscuritatem reprehenderet II, 10, 4, ubi ejus diligentia in scribendo laudanda fuit, non mirabimur, quod et Heynius in Antiq. Aufs. I p. 11 dixerit: „Die Gabe

der Deutlichkeit hat Pausanias nicht; sein Ausdruck ist immer so gezwungen, geschraubt und gespannt, dass man oft über den eigentlichen Sinn verlegen ist." et Manso in Versuchen über einige Gegenstände aus der Mythologie p. 377 scripserit: „Pausanias ist ohnehin so voll schiefer Ausdrücke, dass man ihre Zahl zu vermehren nicht Ursache hat." Nos quanquam Cappadocum gregi Pausaniam Periegeten inserendum non putamus, tamen non sumus ii, qui Hemsterhusii (ad Lucian. T. I p. 4. Amstel.) ac Valckenarii (ad Herod. VII, 50) animadversionibus, *Pausaniam studiose obsoletam quandam orationis compositionem*, seu potius *interdum structuras rariores esse sectatum*, obloquamur. Ex quo genere sunt I, 42 p. 101. 22, 6. 27, 5. 29, 9. II, 2, 4. IV, 34, 4. X, 29, 1. quanquam interdum ut nimis dura vituperantur, quae non sunt, veluti IX, 5, 4. ubi cf. Schaefer ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 360 (612). Ad quod studium nescio an nulla re magis quam libris Herodoti, quem sibi imitandum proposuerat, delatus sit. Quod ut recte intelligatur aestimeturque, praeclara illa Ruhnkenii observatio (in Praef. ad Timaei Lex.) in memoriam revocanda est: „Vix quisquam post heroica illa tempora ad scribendum accessit, quin se totum ad aliquem antiquiorum, qui omnium consensu ingenii ac doctrinae principatum obtinerent, exprimendum imitandumque daret. Quemcunque vero sibi elegisset, ejus non solum orationis habitum formulasque loquendi, sed sententias etiam et bene dicta acerrimo consectabatur studio, in succumque, quod ajunt, et sanguinem vertebat. Sed ex illis heroibus quatuor inprimis posterior aetas et admirata est, et studiose effinxit, Homerum, Thucydidem, Platonem et Demosthenem." Noster autem Herodotum: nam

quod Villoisonus (in Wolfii litter. Anal. II p. 416) de Thucydide ait, ejus Pausaniam fuisse imitatorem, id ei potius de Herodoto dicendum fuit. Xylandro autem, ni fallor, primo debetur vera haec observatio, *Pausaniae dictionem simillimam esse Herodoteae* p. 933 ed. Kuhn. Quam hujus viri sententiam, etiam Sylburgio probatam, postea ut quisque maximam habuit Herodoti familiaritatem, ita lubentissimo confirmavit animo: nominasse satis erit triumviros illos, *Wesselingium*, *Valckenarium*, *Schaeferum*. Ac Wesselingius quidem ad Herodot. II, 121, *Pausanias*, inquit, *ut saepe adsuevit, Herodoti dictionem expressit.* Cf. eundem ad Herod. IV, 76 (in adnotat. nostris ad Attica 6, 8 p. 26) et V, 89, ubi Pausaniam *doctissimum scriptorem et Herodoti sectatorem industrium* appellat. Valckenarius autem ad Herodot. III, 133 adnotavit, *inter imitatores Herodoti eminere Pausaniam.* Idem ad Herod. III, 80 ait: *has loquendi formulas Herodoteas* (v. adnot. ad Attica 30, 4) *diligenter expressit Pausanias fabulis, quas enarrat, minime fidem habens.* Idem ad Herod. VIII, 90 tangit *Ionicam anastrophen* (τῶν τινα ἑταίρων) Herodoto Pausaniaeque frequentem; quanquam monendum est, hanc etiam apud Procopium reperiri in Anecdotis, ubi est: τῶν τινος οἰκετῶν ὑπουργήσαντός οἱ ἐς ἅπαν τὸ ἄγος. Denique Schaefer ad Dionys. de compos. verbor. p. 32 de Pausania ita judicavit: *Quid ἀνωμάλως dictum in patre historiae reperias, quin in Periegeta isto recurrat?* Cf. et Creuzer in Comment. Herod. I p. 17. 244. Quae quum ita sint, nemo mirabitur aut reprehendet, quod Herodotea saepius adhibuerim et in oratione Pausaniae illustranda, et in lectionibus variis dubiisque examinandis ac stabiliendis. Cf. I, 2, 4. 19, 4. 20, 1. 21, 8. 23, 6.

25, 4. 29, 4. 30, 3. 43, 2. Quanquam in hoc ne justo ulterius progrederemur, cavendum sedulo fuit, quoniam qui hac in re parum cautus esset, Pausaniae invito facile obtruderet aliena. Cf. X, 5, 1. Iste autem color Herodoteus Pausaniae adspersus orationi non potius in Ionismis quibusdam adscitis, quam in formulis modisque loquendi ac sententiis Herodoti usurpatis continetur. Quam enim Sylburgius p. 933 ed. Kuhn. Xylandri observationem illustraturus huc vocat crebram usurpationem pronominis *οἱ*, ea non tantum apud Pausaniam sed apud alios etiam citerioris aevi scriptores reperitur. Vide quem paulo ante attulimus locum Procopii de anastrophe Ionica: similiter Aelianus H. A. I, 2 *οἱ ἁλιεῖς ἐπιτίθενταί οἱ* pro *αὐτῷ* i. e. *σκάρῳ*. Neque pluralis *σφῶν, σφίσι, σφᾶς* pro *αὐτῶν, αὐτοῖς, αὐταῖς, αὐτοὺς, αὐτὰς* Pausaniae soli inter seriores vindicandus est: in scholiis Parisinis ad Apollonium I, 609 haec leguntur: *Ταῖς Λημνίαις γυναιξὶ μηνίσασα ἡ Ἀφροδίτη, διὰ τὸ ἀτημελῆσαι σφᾶς τῶν πρὸς αὐτὴν τιμῶν, δυςωδίαν πάσαις ἐνέβαλεν, ὥστε μὴ ἀρέσκειν τοῖς σφῶν ἀνδράσιν. Οὗτοι αἰχμαλώτοις Θρᾴσσαις ἐχρῶντο ὡς γυναιξὶ, τὰς δὲ γυναῖκας σφῶν ἀπεστρέφοντο. Αἱ δὲ ὑβριοπαθήσασαι ἀποκτείνουσι τοὺς ἄνδρας, συναποκτείνασαι σφίσι καὶ τὰς αἰχμαλώτους Θρᾴσσας.* Idem Sylburgius huc refert *τοῖσι* et *μέσση* ex uno loco X, 25, 2. Hoc unde profectum videatur quaerere nunc mittentes, ex uno Platonis libro decimo de Legibus *λόγοισι, πολλοῖσι, ἑαυτοῖσι, ἑτέροισι* p. 886. 888. 889. 890 attulisse satis habemus. *N ἐφελκυστικὸν* non raro antea omissum nunc saepius e codicibus restitutum est. *Ἐς* pro *εἰς* etiam Appianum frequentare constat. Quodsi Herodotum Pausanias non servili imitatus ingenio, neque Halicarnassei simius esse

dici potest, sed orationem a saeculi artificiis ad simplicitatem illam Herodoteam revocare studuit, nonne potius laudem quam reprehensionem meretur? Heynius, haud ita magnus Pausaniae amicus, tamen in praefatione ad Recitationem de arca Cypseli laudat ejus gravitatem et simplicitatem in scribendo, et eandem se fatetur sequutum esse in hac recitatione, ad ejusmodi scriptiones illam accommodatissimam esse ratum. Quod nobis quidem magis se probat, quam quod Clavier de Pausania in sua editione T. I p. XIV scripsit: „Son style ne peut nous laisser aucun doute sur sa profession, car c'est bien celui d'un sophiste."

Neque vero quod attinet ad fabularum artisque operum interpretationes, quas suis Pausanias libris passim intexuit, (veluti VI, 24, 5. 26, 2. VII, 26, 3. VIII, 11, 5) nostra aetate defuerunt, qui has illas reprehensione vel contemtu exciperent. Cf. praeter Creuzeri Symbolica IV, 218 Heynii Antiq. Aufs. I p. 11, et quod contra hunc scripsit J. H. Vossius in epistolis mythol. II p. 51. Quod autem Quatremère de Quincy in suo Jove Olympio p. 272 in Pausaniae interpretationibus, quod Francogalli dicunt *esprit*, desiderare sibi visus est, id nemo nostrum facile mirabitur. Sed de his Pausaniae interpretationibus quo quisque modo velit statuat, modo ne reprehendat non intellecta, neu causam, cur hoc illud non intelligat, prius potiusque in Pausania quam in se ipso quaerendam esse opinetur. Alia videtur sensisse idem ille Quatremère de Quincy, quippe qui l. l. p. 348 scripserit, si ipse in delineandis artis operibus, a Pausania enarratis, a vero alicubi aberraverit, hanc non suam, sed solius Pausaniae culpam esse, qui fere nulla via ac ra-

tione de rebus antiqui operis explicuerit; quae de iis attulerit, in iis non esse „le coup d' oeil d'un artiste, ni le langage d'un homme exercé à rassembler par le discours les parties d'un tout. Il n'y a chez lui ni liaison, ni transition, ni point d'arrêt. On passe d'un peribole d'un temple au sanctuaire sans être instruit du changement de lieu.“

Denique si quando Plinium videris Pausaniae contradicere, non dubitabis cum Baylio Pausaniae posthabere Plinium. Vere enim Baylius in Diss. sur l' Hippomanes ait: „Pausanias, qui s' étoit fait une étude principale d' examiner les monumens de la Grece, est un Auteur incomparablement plus exact que Pline.“ Majorem quoque quam Diodori Siculi ac Plutarchi auctoritatem esse Pausaniae, Mitfordi est sententia in Historia Graeciae T. I p. 78; illo enim eum sagaciorem videri esse, hoc autem diligentiorem. Sed haec hactenus, quae maximam partem jam proposita erant in scholastica scriptione hujus saeculi anno undevicesimo edita.

Quum autem de Pausania Periegete ipso satis dixisse videamur, ut intelligi possit, eum dignissimum esse, in quo legendo homines, a bonis litteris non plane alieni, aliquantum operae temporisque consumant, transeundum nobis est ad ea indicanda, quae nobis hujus scriptoris novam parantibus editionem proposita fuerint, et ad eam quibus nobis uti licuerit subsidiis. Pausanias quae ad veterum Graecorum religiones, ad artes inter eos florentes et artis opera ab iis prolata, ad geographiam historiamque veteris Graeciae, denique ad instituta principum ejus civitatum pertinerent, enarrandi ceperat consilium. In quibus quae explicationem

etiamnunc requirere, et a nobis quodammodo explicari posse videbantur, pro virium nostrarum tenuitate expedire studuimus, non sine causa timentes, ne futurum sit, ut justo plura praetermisisse videamur, inprimis quod attinet ad artis opera. Haec autem quod maluerim Meyeris, Boettigeris, Schorniis aliisque viris in hoc genere claris relinquere declaranda, quam proverbio, ne sutor ultra crepidam, castigari, hoc nemo, opinor, aegre feret aut vituperabit: nobis aliquid hac in re tentantibus videbatur satis esse, quae mens Pausaniae fuisset, ostendere. Sed harum rerum omnium nulla illustratio est, si grammatica destituta sit interpretatione. Hanc vero quoniam, quae crisis usurpatur, debet praecedere, primaria nostra cura in eo posita fuit, ut nostrae editionis contextus qui dicitur, haberetur essetque emendatissimus. Atque hoc magis in eo nobis laborandum duximus, quo ille gravioribus vitiis foedatus est. Porsonus in Adversariis p. 38 *scriptorem corruptissimum Pausaniam* dixit. Similiter Valckenarius in Diatribe p. 291 scripserat: *Quorumvis errorum exempla unus Pausanias facile praebuerit.* Quorum virorum judicium sequutus A. Letronnius in Classical Journal 1816 N. 26. June p. 321 contendit: „Pausanias est sans contredit le plus altéré de tous les prosateurs grecs." Villoisonus in Wolfii litter. Anal. II p. 416 quanquam minus graviter, tamen is quoque de corrupto Pausaniae textu conqueritur. Boettiger, missis reliquis vitiis, unum idque gravissimum tangit in Dissert. de Victoria ante vol. 2 Ephemer. liter. Jenens. 1803 et in Ideen zur Archaeol. der Malerey p. 334 dicens, *Pausaniae orationem magis lacunis quam additamentis deformatam esse alienis.* Similiter Clavier T. I p. IX:

„Les lacunes sont plus nombreuses qu'on ne le croit, et je n' ose pas me flatter de les avoir toutes indiquées." idem tamen addit: „elles sont en general peu considerables." Harum querelarum de tot tantisque injuriis operi Pausaniae illatis si dimidiam tantum partem veram esse sumseris, aequum justumque judicabis, molliorem de hoc labore nostro ferre sententiam. Nam quod Heynius ad Apollodorum II, 1, 4 ait: „Est Pausaniae lectio omnino in nominibus multo emendatior quam aliorum scriptorum, qualis ea in libris ad nos pervenit," id non ita late patet, atque etiam dubium tibi videbitur, hoc Valckenarii judicium in Diatribe p. 290 legenti: „Apud Pausaniam nomina propria permulta vitiose scribuntur." quo etiam pertinent multa in nominum accentibus peccata; quorum quae a nobis animadversa sunt, correximus. Caeterum non paucos Pausaniae locos in mutilis perperam habitos esse, nostrae forsan evincent adnotationes. Facius etiam putavit, totum locum de Locris, IX, 23 extr. promissum, deesse, sed non deesse, nos probaturos esse speramus. Contexta autem Pausaniae non tantum librariorum negligentia temporisque injuria, verum etiam virorum doctorum cura male sedula detrimentum ceperunt. Quare magna pars nostri laboris versata est in multis conjecturis ac, si Deo placet, correctionibus refellendis, quibus non unus restituere sana laboravit, quanquam multa eorum, quae renovatus nostro aevo veterum artium amor luxuriosius protulit, me fugisse lubenter concedo. Necessario suscipienda fuit haec molestia, ut errores dispellerentur, qui, qualescunque sint, nocere solent. Quodsi quando nobis imprudentibus acerbius dictum in istiusmodi conjecturarum levitatem exciderit, veniam petimus, neglectum erga aucto-

res humanitatis officium non excusantes. Sed ingenue confiteor, me subirasci solere, si quis eorum, qui criticam medicinam factitant, aegrotum habeat qui sanus est, opemque obtrudat illa non egenti.

Supellex autem ad Pausaniae contextum, quem dicunt, corrigendum mihi comparata quanquam valde tenuis est, tamen in ea recensenda nihil mihi jucundius accidit, quam iis viris gratum testificari animum, qui eam liberaliter auxerunt. Ac primum quidem usus sum variis lectionibus *duorum codicum Vindobonensium* cum Facio communicatis, et ab eo in recensendo Pausania adhibitis. Et in praefatione quidem p. VI eos numeris XXIII et LI notatos esse ait in Nesselii Catalogo, sed ad V, 3, 1 Vind. codd. 23 et 90, rursus autem ad IV, 1, 1 codd. Vind. I et II distinguit. Nibby in Prefazione p. XV de utroque ex Koll. Suppl. I ad Lambec. et Nessel. Catal. Codd. Vind. addit: „uno segnato IXCVI in carta del secolo XVI con buone note marginali; e l' altro IXCVII scritto l' anno 1500, mutilo in principio, pare una copia del precedente." Sed horum codicum Vindobonensium lectiones credere aequum est parum integras accepisse Facium; tot loci scripturae dubitabilis sunt, ad quos nihil ex iis adnotatum deprehenditur.

Deinde magno fortunae beneficio mihi oblatae sunt variae lectiones *Codicis Mosquensis SS. 8.* qui in charta formae maximae scriptus numero 194 insignitus est. Hujus codicis varias lectiones omnes anno 1777 *C. F. Matthaei* enotavit in margine editionis Kuhnianae; quod hujus editionis exemplum nunc in regia bibliotheca, quae Dresdam ornat, as-

servatum mihi *F. Ad. Eberti* humanitas cognoscendum attulit, et *Liberi Baronis de Friesen* atque *Beugelii* eximia liberalitas utendum dedit. Ex quo intellexi, permultas hujus codicis lectiones Facium vel praetermisisse, vel, quod magis crediderim, non accepisse communicatas. Maxima autem hujus codicis praestantia est; nam non modo quas Clavier ex codicibus Parisinis protulit emendationes, easdem fere omnes hic suppeditat Mosquensis, sed habet etiam quae in illis desiderantur. Idem saepissime omittit jota subscriptum, annectit autem *ν ἐφελκυστικόν*, nec raro perperam: interdum consentit cum Aldina, saepe cum Vaticano. Verum quidem est, eum saepenumero plura omisisse verba, sed tum fere hoc accidit, quum idem vocabulum mox repetitum fraudi fuisset librarii oculis, ut, quae interjecta erant, praetermitteret, veluti I, 27, 8. 43, 7. In eodem saepe *τῶν* in *εἶναι* (v. ad I, 31, 3) depravatum et *αὐτοῦ* fere pro *αὑτοῦ* legitur, atque verborum ordo mutatus est. Mosquensis ac Vindobonensis non raro quidem conspirant, sed dissentiunt etiam saepe inter se, ut ex uno uterque fonte fluxisse dici nequeat.

Ad illos quod attinet *quatuor codices Parisinos*, de quibus Clavier in editione Pausaniae T. I p. V sq. et Nibby T. I p. XV consulendi sunt, Kuhnius in sui Pausaniae praefatione narrat, sibi eos innotuisse, seque loca quaedam Pausaniae corrupta ad illos libros exigenda transmisisse Lutetiam; quum vero hi ad illa loca restituenda nihil opis tulissent, se eos aut parum aut nihil ab Aldina distare putantem conferendos non curasse. Sed Kuhnii errore intellecto Clavier eosdem diligentius excussit, iisque in quatuor primis Pausaniae libris edendis usus

est. Operis enim, quod ille morte avocatus inchoatum reliquerat, absolvendi provinciam alii susceperunt, proximoque anno sextum ultimumque volumen in lucem emiserunt. Clavierii editionem in quibus locis nostra sequuta sit, in quibus non, adnotationes indicabunt nostrae. Quod nuper in Prolusione scholastica anni 1818 p. 10 dixi, quanquam haec Clavierii editio multis locis sit correctior quam priores, tamen eam non simpliciter in Germania nostra repetendam esse, si nostra haec editio Pausaniae cum illa comparata vere monitum esse non ostenderit, gravem me injuriam Clavierii fecisse manibus fatebor. Quum Clavierii anno 1817 mortui criticam supellectilem, ad Pausaniam corrigendum comparatam, nulla spes communicatum iri nobiscum ostenderetur, loca quaedam e reliquis sex Pausaniae libris a me in chartam conjecta *J. A. G. Weigelius* Lipsiensis, et affinitatis et amicitiae nomine mihi colendus, ad *Boissonadum* Lutetiam misit, rogans illum, ut de iis codices Parisinos consuleret. Parato ille quidem animo pro sua humanitate nostris satisfecit precibus, sed perpauca invenit, illis locis emendandis utilia. Quod ipse his verbis in litteris ad Weigelium scriptis testatur: „Je Vous envoye les leçons des mss. de la Bibliotheque du Roi sur les passages de Pausanias, qui Vous avoient été indiqués par M. Siebelis. Ce travail m'a fait passer deux matinées entières à la Bibliotheque, et malheureusement le resultat n'en paroitra peut-être très important à M. S." Quas autem Clavier memorat varias lectiones codicis Parisini a *Phralita* quodam scripti, ad eas nobis quoque aditus patuit, quum in l' histoire de l' Academie des Inscriptions et Belles-lettres T. XIV p. 195 sqq. a Sevino essent propositae.

Tum *Thierschius* V. Cel. et *Werfer* praematura morte his terris ereptus pro sua singulari humanitate mihi miserunt et *Victorii* adnotationes ad margines exempli Aldinae positas, et specimen variarum lectionum e *codicis Monacensis* enotatarum primis foliis. Illae adnotationes sunt variae lectiones, quarum nonnullis puncta superaddita sunt hunc in modum τὲ, χρόνὸν, ἔτὶ, quae Thierschio me docente in Victorianis libris signa fere sunt lectionum e codicibus petitarum. Codex autem Monacensis, olim Augustanus (cf. Catal. bibl. August. p. 63 Reiser.), chartaceus et saeculo XVI manu recentissima exaratus, continet librorum Pausaniae duo priores. De hoc codice consulendus est Hardt in Catalogo manuscr. Monacens. No. 404 T. IV p. 250. Paginae singulorum fere foliorum margini adscriptae atque aliae adnotationes, Thierschio Werferoque judicibus, arguunt, hunc codicem crebro esse adhibitum. Ejus vero lectiones nunc conspirant vel cum Mosquensi vel cum Vindobonensi, nunc vitiosae sunt; itaque, ut in usum meum excerperentur omnes, non rogavi.

Quum anno hujus saeculi decimo octavo *Jo. Theoph. Schneider*, Saxo, tunc Vratislaviae decus, nunc Musis lugentibus mortuus, meoum sermones de Pausania contuisset, haud ita multo post, sed eodem tamen anno liberaliter transmisit ad me egregias observationes Pansaniam spectantes, in quibus erant variae lectiones ab *Vhdenio*, Viro Illustri, e codicibus, *Vaticano* et *Angelico*, Romae excerptae. Sed, ne quid dissimulem, in his Schneideri schedis afferuntur etiam codicis *Palatini* lectiones: quis vero iste codex Palatinus est? estne ille, qui Heidelbergensis vocatur in Fabricii Bibliotheca V p. 310?

Quum nihil comperire potuissem, Palatinum et Vaticanum eundem esse sumsi, praesertim quum hoc apud Nibbyum de Romanis codicibus legissem p. XIII: „Due manoscritti sono in Roma, uno al Vaticano di carta, del secolo XVI *nella Biblioteca Palatina* segnato al num. 56, ed uno alla Biblioteca Angelica di carta cilindrata, scritto in Oriente, o da mano orientale nel secolo XIV. Del primo non si può fare alcun uso, perchè non differisce quasi in nulla dalla edizione Aldina, e quelle piccole note marginali che si leggono nelle prime pagine sono altresi di poco valore. Non è lo stesso però del manoscritto della Biblioteca Angelica. In esso si ritrovano preziose varianti, che assai sovente concordano colle congetture di Kuhn; è scritto assai correttamente; e non saprei abbastanza commendarlo. Questo nella traduzione ha servito a farmi adottare alcuna delle congetture di Kuhn.“ Quod simul, quid pretii his codicibus statuendum sit, docet. Nobis tamen omnibus eorum lectionibus variis uti non contigit; namque ad I, 30, 3 haec nota legitur: „Deinceps praecipuas vel bonas vel malas scripturas solas annotabo.“

Idem Nibby in praefatione suae interpretationis p. XIV commemorat *Florentinos codices quatuor*, quorum duo in Laurentiana, reliqui in Riccardiana asserventur. Ego autem, qui hoc nondum cognito de duobus Mediceis tantum audiveram, (v. Fabric. Bibl. gr. V p. 810 et Villoison in Wolfii litter. Anal. II, 416), virum praestantissimum *Franciscum de Furia*, qui cum maxima et doctrinae et humanitatis laude Laurentianae praeest bibliothecae, rogavi, ut mihi lectionum specimen ex duobus Mediceis codicibus excerptarum mitteret; cogitaveram enim, ex

eo facile perspectum iri, an operae pretium foret, totos eos a capite ad calcem conferri. Ad quam rem Franciscus de Furia pro singulari suo bonas litteras adjuvandi studio paratissimus, mihi lectiones locorum, de quibus me certiorem fieri cupiebam, ex illis duobus codicibus enotavit, et in litteris, quae additae erant, humanissimis scripsit: „Bene prudenterque consuluisti, ut, antequam nostris hisce Pausaniae codicibus conferendis manus admoveretur, specimen aliquod eorum lectionum reciperes, ut ex eo, cujusnam pretii sint, facile ac tuto dignoscere posses. Nisi enim revera tales appareant, ut ex iis Pausaniae textus, qua corruptus sit, emendari omnino possit, hujusmodi opus aggredi nimis oppido laboriosum esset, atque insuper omnis opera et impensa periret. Habes itaque quod postulasti, Pausaniae locos a te indicatos cum duobus Mediceis codicibus nulla tua impensa a me ipso juxta librorum seriem collatos.“ Quibus mihi quum planum factum esse videretur, hos codices vel cum editionibus vel cum Mosquensi consentire, Franciscum de Furia rogavi, ut eos mea causa evolvere et consulere desineret, ego autem huic viro humanissimo gratiam habere nunquam desinam. Quorum codicum quas accepi lectiones, suis proferentur locis.

*Venetiis* quoque atque *Mediolani* per amicum Tergestinum quaesivi, quae Pausaniae Periegesi vel corrigendae vel illustrandae inservirent. Quas quidem Venetiis accepi litteras, eae de Veneto Pausaniae codice repetunt hoc Jac. Morelli in Biblioth. Manuscr. Graec. et Latin. Bassani 1802 judicium p. 282: „Textus mendis haud parum conspersus nihilo meliorem Aldina lectionem objicere solet: si

quando tamen ab ea discedit, cum cod. Mosquensi convenit, cujus varietatem Facius exhibet. Eorum quae textus habet notationes, a vulgatis diversae, in margine adjectae sunt; iisque Bessario nonnulla ex Suida, uti deprehendo, aliisque sumta inseruit." Mediolani autem qui Collegio et Bibliothecae Ambrosianae praefectus est *Cighera*, Vir Excellentissimus, litteris humanissimis mihi respondit, *ne unum quidem Pausaniae codicem habere Ambrosianam.*

Quaerendi tamen studio non abjecto *Heidelbergae* inveni, quae gratissima mente commemoranda sunt. Weigelius enim illuc profectus *Creuzerum* pro sua erga me amicitia rogavit, ut, si quid ad Pausaniam corrigendum illustrandumque in scriniis haberet, id mecum communicaret. Atque hujus saeculi anno vicesimo primo ille vir celeberrimus veraeque humanitatis studiosissimus misit mihi 1) Excerpta ex codice Palatino; 2) Adnotationes Valckenarii ad editionis Kuhnianae margines scriptas; 3) Petri Victorii emendationes in Pausaniam in ordinem redactas ad Facii editionem; 4) Adnotationes et conjecturas anonymi cujusdam adscriptas margini editionis Aldinae. De codice illo Palatino, cujus haec excerpta sunt, consulendus est Creuzer ipse in Meletem. I p. 98 sq. Idem ille litteris ad me datis monuit, hunc codicem Palatinum Nr. 129 diversum esse ab illo, qui quondam in Heidelbergensi bibliotheca fuerit numero 56 insignitus; atque de hoc Fr. Sylburgium in Catalogo codd. graecor. hujus bibliothecae (in Miegii Monumentis pietatis et litterariis Francof. ad Moen. 1702, 4) p. 21 ad n. 56 ita scripsisse: „Pausaniae Graecia distincta in Attica, Corinthiaca, Laconica, Messenica, Eliaκῶν lib. II.

Achaica, Arcadica, Boeotica, Phocica, additis in margine brevibus summariis. fol." cf. Fabric. Bibl. gr. V, 310. *Guilelmus* autem *Roether*, cui, quod ista codicis Palatini excerpta mihi transscripsit, maximam semper gratiam habebo, suo haec apographo praefatus est: „Ego haec pauca ad Apographum hoc pertinentia censui addenda. Sunt haec, ut indicat primum vocabulum, excerpta ex Pausania, varii nimirum loci, quos librarius nescio quem in usum sibi enotavit, nullo observato ordine, neque sententiarum nexu spectato. — Scripta sunt uno tenore, interpositis tantummodo binis punctis. Neque vero ab una eademque manu exaratus est textus atque ea, quibus margines impleti sunt: ab eadem fortasse textus et superioris marginis scholia; a recentiore scholia grammatica, quae in lateribus leguntur. Omnia vero iisdem fere characteribus picta sunt, iisdemque scribendi compendiis, ut habet Tab. III ad calcem Gregor. Corinth. ed. Schaefer. ibique praesertim num. 7. 8. 15. Jota subscriptum nusquam, ubi nos ponere solemus, reperitur. Ceterum omnia valde festinanter scripta sunt, quo factum est, ut multa irreperent vitia et in scribendis vocabulis et ponendis accentibus, ita quidem, ut et exercitatioribus versatisque in legendis codicibus saepissime facessant molestias. Ad meum quod attinet Apographum, cuncta, quam id accurate fieri poterat, ad literam descripsi, si excipias Jota subscriptum, quod semper posui; mutavi nihil; ubi evanuerat aliquid, punctis minoribus explevi lacunas; vel indubitata vitia retinui, quo propius Apographum ad ipsius codicis accederet similitudinem."
Quae nobis excerpta quanquam non multum tamen aliquid opis tulerunt; saepius enim cum editionibus concinunt, neque fere ultra tres primos libros pro-

grediuntur. Valckenarii autem adnotationes Creuzer ipse animadvertit non proprias continere conjecturas, sed veterum excitare locos, et ad Palmerium, Hemsterhusium atque Memoires de l' Academie des Inscriptions ablegare. Idem me docuit, P. Victorii emendationes in Pausaniam sibi ab amico quodam transscriptas esse Monachii; sunt ergo eaedem, quas Thierschii Werferique beneficio acceperam. Adnotationes autem illas atque conjecturas Anonymi Creuzer *Graevii* esse suspicatur.

Praeterea magno mihi usui fuit, quam e regia bibliotheca Dresdensi acceperam, *Domitii Calderini* latina interpretatio s. l. e. a. chartis quaternis edita, et Pausaniae Attica atque Corinthiacorum initium usque ad cap. 6, 2 verba *ὀπίσω κομίζουσιν ἐς Θήβας* comprehendens. Hic Veronensis cum Politiano ac Laurentio Valla triumvir reipublicae litterariae tuendae, ac saeculi XV luminibus accensendus, quin e codice manuscripto graeca latine verterit, dubitari vix potest.

His subsidiis nuperrime accesserunt et *Ricardi Porsoni Annotata ad Pausaniam Lectionibus Platonicis quas e membranis Bodlejanis eruit Thom. Gaisford ediditque Oxonii* 1820. 8 subjecta, atque e margine exemplaris Faciani descripta, et *Observations de M. Coray sur le texte de Pausanias* editionis a Clavierio inchoatae partim volumini quarto subjunctae, partim sexto post Phocica absoluta insertae.

Reliquum est, ut de Pausaniae *editionibus* a me usurpatis dicendum esse videatur. Ac necessarium esse duxi, ut et *Aldinam* et *Francofurtanam* consulerem, quarum posteriorem anno 1583

chartis maximis divulgatam *Sylburgii* editionem appellare possis. Qua qui putant se carere posse, quoniam Sylburgii adnotationes *Kuhnius* se in suam editionem transtulisse in ipso hujus editionis limine professus sit, hi se sciant vehementer errare: non paucas enim illarum adnotationum Kuhnius nescio qua negligentia captus omisit; quo non animadverso Facius pluribus locis Pausaniae laborantibus medicamentum a Sylburgio paratum non adhibuit. *Facius* enim nulla praeter Kuhnianam usus est editione, eamque ob causam saepius vulgatam lectionem esse dixit, quod in sola Kuhnii editione legitur; veluti I, 17, 2. 23, 11. Idem Facio objecit, alioque exemplo probavit Clavier T. I p. IV sq. Ac *Kuhnius* ipse quod de se suaque Pausaniae editione in praefatione confessus est, dignum videtur quod referatur: narrat enim se a bibliopola Lipsiensi ad Pausaniam nova veste induendum rogatum esse symbolam. Se autem tunc temporis de Pausania plane securum oblatum negotium abjicere voluisse; mutasse tamen consilium, quum praeter omnem opinionem supervenisset Aldinum Pausaniae exemplar illud, quod olim triverat *Casaubonus*, et inter legendum non margines tantum, verum frontem etiam calcemque libri manu sua compleverat. Accepisse autem illud Parisiis Lipsiensem bibliopolam a *Bourdelotio*, ut cum notis manuscriptis edendum curaret. Hic est ille *Codex Casauboni* in Kuhnii notis per C. C. indicatus. Joannes Bourdelotius ipse in animum induxerat suas Pausaniae curas impendere, quas eum postea C. Barthius in Animadversionibus ad Statium T. II p. 623 his verbis poposcit: „Haec Pausanias, scriptor optimus et utilissimus poeticae antiquaeque omni lectioni; melior tamen futurus, si in eum suas no-

bis curas nollet invidere J. Bourdelotius, quas non semel properatis illis ad Heliodorum Notis pollicetur, quasque post tantum temporis spatium non jam properatas exspectamus.“ cf. Fabric. Bibl. gr. V, 310. E *Facii* editione in nostram quid transierit, et ipse adspectus et levis utriusque comparatio facile quemque docere poterit. Iis autem, quae de *Clavierii* editione et *Corayi* additamentis proposuimus, haec adjicienda sunt. Quum Clavier volumine secundo divulgato mortuus esset, in limine tertii qui se dicunt les Editeurs A. Bobée et J. Lerambert hoc nos scire voluerunt: „MM. *Daunon*, *Corai* et *Courier* continuent à donner leurs soins à notre édition. — Nous avons suivi scrupuleusement le manuscrit que M. Clavier a fait copier et qu' il a corrigé de sa main. — M. *Corai* a revu le texte grec dont il s'est occupé exclusivement. Il a enrichi notre édition de conjectures que l' on reconnoîtra à l' étoile qui les distingue de celles du traducteur.“ Quae Corayi conjecturae in imis foliorum marginibus sunt positae, et ab illis ejusdem Observationibus, quarum paulo ante facta mentio est, diversae.

Quum quidquid aliquam auxilii spem Pausaniae suum colorem suamque lucem reddere conantibus ostenderet, eo nobis utendum esset, *versiones* quoque consulendas esse duximus. De *Domitio Calderino* dictum est; *Romulum* autem *Amasaeum*, quem ipse Fr. Sylburgius *virum summum* appellavit, Muretus autem ita laudavit, ut *in eo nihil admodum quod ad boni et ex omni parte perfecti doctoris commendationem pertineret desiderari contenderet* (Orat. vol. 2 Lubec. p. 125), hunc igitur Sylburgius conjicit *in sua versione, praeter sagacissimum judicii acumen, manuscriptos etiam codices,*

*impressis emendatiores, ad manum habuisse.* Idem de altero latino interprete suspicatus Clavier hoc ita probatum ivit in Praefatione p. VII: „Je crois que *Loescherus* a fait usage d'un manuscrit, car au commencement du liv. II p. 57 il traduit conformement à une leçon qui' n' est point dans l'édition des Aldes, et que j'ai retrouvée dans le manuscrit 1410.“ Neque *Goldhageni* nostri versionem negligi oportuit, praesertim quum animadversionibus instructa sit haud contemnendis: iis tamen Clavier, nostrae linguae ignarus, uti non potuit nisi ubi eas Facius laudaverat; quae ab hoc praetermissae erant Goldhageni emendationes, eaedem illum ut fugerent necesse fuit; exemplo sit II, 3, 5. Quae hujus scriptoris nostri versio nuperrime in lucem prodiit *Itala*, ei inscriptum est ita: *Descrizione della Grecia di Pausania nuovamente dal testo greco tradotta da A. Nibby Membro ordinario dell' Academia Romana di Archeologia.* Roma 1817. 1818. IV, 8. Quarto volumini subjuncta est *Carta della Grecia antica secondo le osservazioni di Sir William Gell per servire alla traduzione di Pausania di A. Nibby.* Hic interpres postquam de vitae genere, patria, aetate et scriptis, de codicibus manuscriptis, editionibus et versionibus Periegetae nostri exposuit, de sua versione T. I p. XXII ait: „io mi prefissi di osservare una esatezza scrupulosa, e sagrificare a questa una maggiore eleganza, a cui avrei potuto aspirare.“ sed cf. ad I, 1, 2. 4, 5. Tum continuo pergit: „In qualche luogo però, dove il testo si mostra chiaramente corrotto, mi sono prevalso delle correzioni di Kuhn, e di Facio; ed ho ancora qualche volta adottato le congetture di Clavier, per il primo e secondo libro, *ed inserito*

*le mie proprie.* Di questi cangiamenti darò ragione nelle note." Sed hae ut Clavierii adhuc exspectantur. Nec ipsum *Clavierium*, quanquam promisisset *une traduction plus fidèle que toutes celles qui ont paru jusqu' à présent*, omnia satis accurate interpretatum esse, passim ostendi poterit. Vno nunc utamur exemplo; I, 27, 5 διεστῶτες ἄνδρες ἐς μάχην non sunt *hommes qui combattent ensemble*, sed viri non jam συνάπτοντες μάχην, verum μέλλοντες συνάψειν. Litteralis interpretatio foret: *viri in diversis locis collocati* seu *inter se oppositi ad pugnam*.

Denique *emendationes Sylburgii*, qui unus omnium maxime de Pausania meritus esse semper dicetur, *Kuhnii*, *Goldhageni*, *Palmerii*, *Facii*, *Godofr. Henr. Schaeferi*, *Porsoni*, *Lobeckii*, aliorumque virorum doctorum, quae verae judicari poterant, in locum eorum, quae depravata erant, substituendas existimavi, non timens, ne quis justus harum rerum arbiter jure me reprehensurus esset. Quid enim prodesset, iis, quae librariorum oscitantia vel ignorantia, in dubium illa non vocanda, in veterum scriptis commisit, corrigendis operam tempusque bonum impendere, si nemo unquam correctionibus vel verissimis locum in illis scriptis ipsis concedi vellet, propterea quod nullius codicis manuscripti auctoritate confirmatae essent? Quod in alienis idem in nostris correctionibus faciendum nobis esse putavimus, ideoque si quid ita laborabat, ut certum remedium afferri posset, id sanandum suscepimus, magis hoc quia necessarium esse, quam quia aliorum ac Clavierii exemplo nobis licere videbatur. Is enim T. I p. VIII ait: „Lorsque tous ces secours (de quibus antea dixit) m' ont manqué, et

que le texte étoit évidemment corrompu, je me suis permis de le corriger par des conjectures. J' y ai été encouragé par l' exemple de Sylburge et de Kuhnius." Qui locus me hortatur, ut *Friedemanno*, nunc Vitebergensi, mihique amicissimo gratias agam maximas, quod mihi non paucos variorum librorum locos, quibus Pausanias vel corrigitur vel illustratur, benevole indicavit. Eodem me beneficio liberalissime affecerat ille quondam rector scholae, quae Cizae est, episcopalis meritissimus, *Christ. Godofr. Müller*, meus autem et magister, et collega, et amicus, dum in vivis erat, summe venerandus, nunc desideratissimus, semper pia memoria colendus.

His mihi subsidiis ad Pausaniae orationem mendis liberandam nunc quidem uti contigit, non item antea in parva illa Pausaniae editione, quae Lipsiae sumtibus Weigelii mei 1818 et 1819 in tres tomos distincta prodiit, et in *Bibliothecam Classicam Scriptorum Prosaicorum Graecorum* recepta est, ut ejus quartum, quintum, sextum tomum expleret: tum enim magna parte subsidiorum, quae postea accesserunt, adhuc carebam. Illa igitur quanquam nomen prae se fert novae recensionis, quod (verum est quod dico, et ut dicam necesse est, quoniam id mihi ipse debeo) me sciente ac volente additum esse nego, tamen ea hanc editionem spero habitum iri multis locis emendatiorem.

Quae in Adnotationibus nostris *Vulgata* dicitur, ea est omnium priorum editionum lectio, atque etiam Facium ac Clavierium, ubi non nominantur vel excipiuntur, Vulgatam sequi scias. Quod autem *Lobeckius*, popularis meus mihique maximi aestimandus, ad Phrynichum suum recte admonuit

editores, *ne pristinas lectiones clam ad arbitrium refingendo viam ad veritatis inventionem impeditiorem redderent*, contra id ne ego peccarem, sedulo me ubique cavisse puto.

Quum vero non id mihi propositum fuisset, ut haec editio illis redderetur similis, quae dicuntur *cum Notis Variorum*, et omnia omnino, quibus superiores Pausaniam non tantum ornavissent sed oneravissent etiam, complecteretur, fines ejus ita regendos existimavi, ut quae in superiorum adnotationibus ad cujusque lectionis auctoritatem aut confirmandam aut labefactandam utilia invenissem, eorum omnium nihil praetermitterem, e reliquis autem, quae illi commentati erant, seligerem quae ad Pausaniam recte explicandum vere pertinerent, a quo quidque sumtum esset, indicans. Nam non modo non prodest sed obest etiam, veteres scriptores commentariorum gravi pondere onustos in vulgus emittere res continentium alienas, quippe quibus homines non ad legendum invitentur sed ab eo deterreantur. Si cui alii, profecto veterum scriptorum interpreti semper videndum est, quid sit cujusque loci, quid non, ne in ejus quoque commentarios vetus dictum cadat: *Magnus liber, magnum malum.* Quare quum Pausanias ipse *de Graecorum religionibus* ex superiore Asia vel Aegypto ducendis, si pauca et tenuia exceperis vestigia, nusquam cogitaverit, nec interpres ejus sibi illuc evagandum esse putabit, in eo uno sibi elaborandum esse ratus, ut quid Pausanias dixerit, aut dixisse videatur, explicet. Et quod attinet ad *artis opera eorumque auctores* a Pausania commemoratos, eam quoque ob causam poteram haec illa praeterire, quod indices Jo. Winckelmanni Operibus nuper additi

multa huc pertinentia quibus in libris aut locis exposita legantur, indicant. Illud vero nobis non licet relinquere, quod Pausanias jam ex habitu et artificio simulacrorum concluserit, a quibus ea essent prolata. v. VII, 26, 3. IX, 10, 2. Constat enim, Winckelmannum similem in temporibus artis operum distinguendis sequutum rationem probatum esse iis, qui nuper de ejus scriptis renovandis et illustrandis meriti sunt. v. Winckelmanni Opp. VIII, 415. Neque forsitan alienum est, quae anno 1818 libello scholastico ad Pausaniae locum I, 27, 5 de vocabulis *ἄγαλμα*, *ξόανον* et *ἀνδριὰς* apud Pausaniam disseruimus, hic repetere ad compendium collata.

Vocabulum *ἄγαλμα*, de quo quae Ruhnkenius ad Timaei Lex. universe disputavit, nota sunt, de *statuis* proprie usurpari coeptum, inprimis autem frequentem hujus vocis usum de *deorum simulacris* esse, constat. De *deorum simulacris* frequentissime apud Pausaniam reperitur, nonnunquam tamen apud eundem de *heroum* etiam atque *heroinarum* signis. v. adnot. ad I, 27, 5. *Ἀγάλματα* teste Pausania non tantum e *marmore*, sed etiam, et primis quidem temporibus, ex *argilla* (I, 2, 4. VII, 22, 6), e *terra cocta* (I, 3, 1), e *gypso* (I, 40, 3. IX, 32, 1), e *ligno* (VIII, 17, 2. IX, 3, 1. V, 13, 4), seriori aevo *partim e ligno, partim ex marmore vel ebore* (VII, 21, 4. VIII, 25, 4. 31, 1. VII, 26, 3) vel *ex auro et ebore* (I, 24, 5. V, 11, 1), interdum ex *argento* (I, 5, 1), frequenter ex *aere*, nonnunquam e *ferro* (VIII, 12, 8. X, 18, 5) facta sunt. Pro ebore *dentes* quoque *equi fluvialis* adhibiti sunt. vide VIII, 46, 2. Illud autem *ἄγαλμα δι' ὅλου πλῆρες ὑπὸ χαλκοῦ* IX, 12, 4 quale fuerit, intelligetur e III, 17, 6, ubi de aeneo simulacro ita:

δι' ὅλου οὐκ ἔστιν εἰργασμένον, ἐληλασμένου δὲ ἰδίᾳ τῶν μερῶν καθ' αὑτὸ ἑκάστου, συνήρμοσταί τε πρὸς ἄλληλα, καὶ ἧλοι συνέχουσιν αὐτά. Aliter accipiendum VIII, 46, 2 p. 694: ἄγαλμα ἐλέφαντος διὰ παντὸς πεποιημένον.

*Forma* ἀγαλμάτων diversa fuit; primum *rudis*, quo tempore *deorum honores pro simulacris rudes lapides habebant vel ligna rudia*. VII, 22, 3. II, 9, 6. 19, 6. Clem. Alex. Protr. p. 29 sq. Festus s. v. delubrum. deinde erant *quadrangula* VIII, 31, 4. 32, 1. 3. 48, 4. VII, 22, 3. tum speciem *columnae aut pyramidis* prae se ferebant II, 9, 6. 19, 2. III, 20, 9. cf. Winckelmanni Opp. III, 9. VII, 3. postea ἀγάλματα *in columnis exprimebantur lapideis* VIII, 48, 3. et ἀνδρείκελα fiebant, ut ait Clemens Alex. Protr. p. 30 Sylb. Serius igitur simulacrorum, quae vulgo vocantur, formam sibi adsciverunt ἀγάλματα. Praeterea constat, hoc vocabulum ad *imagines deorum et heroum extra aream marmoream, aeneam, eburneam vel ligneam stantes* (basreliefs) translatum esse. vide V, 11, 2. IX, 11, 2. II, 3 init. III, 18, 5. 19, 4. VIII, 48, 3. cf. Voelkel üb. d. gr. Tempel u. d. Stat. d. Jupiter zu Olymp. p. 171 et Quatremère-de-Quincy in Jupiter Olympien p. 280.

Pro voce ἄγαλμα passim apud recentiores usurpatur ξόανον. v. Phavorinus, Valckenarius ad Ammon. p. 169 et Ruhnkenius ad Tim. v. ἄγαλμα: atque etiam Pausanias interdum, quod ἄγαλμα dixerat, postea ξόανον vocat; ut IX, 3, 1. VIII, 31, 3. VII, 26, 3. Praecipue tamen ξόανον de *rudioribus deorum heroumque signis* videtur esse positum. Pausanias IX, 3, 2 scribens οἱ πάλαι τὰ ξόανα ἐκάλουν δαίδαλα· ἐκάλουν δὲ πρότερον ἔτι ἢ Δαίδαλος

*ἐγένετο Ἀθήνησι*, prisca illa et rudia simulacra nominat *ξόανα*. Clarissimum vero Clementis Alex. Protr. p. 29 sq. testimonium est hoc: *οἱ ἔτι παλαιότεροι ξύλα ἱδρύοντο περιφανῆ, καὶ κίονας ἵστων ἐκ λίθων· ἃ δὴ καὶ ξόανα προσηγορεύετο*, ubi *ξύλα περιφανῆ* videntur esse *procera*, nisi legendum sit *ξ. περιφερῆ*. *κίων* autem hic *lapidea*, alibi *lignea* columna est. v. Paus. V, 20, 3. In materia *ξοάνων* consentit cum Clemente Hesychius, qui ait: *ξόανα κυρίως τὰ ἐκ ξύλων ἐξεσμένα ἢ λίθων*. Apud Pausaniam tamen *ξόανα* sunt fere *lignea simulacra*. cf. IX, 3. Lignorum varia genera, ex quibus facta sint antiquis temporibus *ξόανα*, recenset Pausanias VIII, 17, 2. adde III, 14, 7. 15 extr. II, 17, 5. 30, 5. V, 13, 4. VI, 18, 5. 19, 3. Eodem vero nomine indicat Pausanias *illa simulacra lignea*, *quorum facies*, *manus et pedes extremi e marmore erant*, VIII, 31, 3. VII, 23, 5. quas statuas *ἀκρολίθους* vocabant. Ejusmodi simulacrum dicitur etiam *ἄγαλμα ξόανον* VI, 25, 4. Ac nescio an propter marmoreum eburneumque quorundam *ξοάνων* ornatum Ammonius dixerit: *ξόανόν ἐστι τὸ ἐξεσμένον λίθινον ἢ ἐλεφάντινον*· quod paulo plenius in Etymol. M. p. 554 Lips. ita legitur: *ξόανόν ἐστι τὸ ἐξυσμένον εἴδωλον, λίθινον, ἢ ἐλεφάντινον, ἢ ξύλινον*. Verbum autem *ξέω*, unde *ξόανον*, inprimis de *ligno* usurpatum esse, jam Phavorinus ac Thomas Magister adnotarunt. cf. Aelian. V. H. XIV, 12. Recte igitur Quatremère-de-Quincy in Jup. Olymp. p. 324 ait: „*Ξόανον* est mot propre pour designer les figures en bois, et celles du genre de la statuaire chryséléphantine." Quae huic Francogallo novo nomine *statuaire chryséléphantine* appellatur, ejus opera, ut e Pausania I, 40, 3 discimus, non erant ex solido ebore, sed ligna eboris secti crustis operta. Cf. Heynii Antiq. Aufs. I, p.

154. Inprimis hic conferendus est *Arnobius* adv. gent. VI p. 198 de la Barre de simulacrorum substantia, fictione et pendiginibus.

Denique ἀνδριάς, ut bene adnotavit Phavorinus v. ἄγαλμα, ἐπ' ἀνθρώπων, ἀπὸ χαλκοῦ, ἢ ξύλων, ἢ λίθων, ἢ τοιούτων τινῶν κατεσκευασμένος. De aliis h. v. significationibus cf. Bekkeri Anecd. gr. p. 82. 210. 211. 394 sq. adde Winckelmanni Opp. VIII, 393. Ut autem ἄγαλμα, ita etiam vocabulum ἀνδριὰς videtur translatum esse ad effigies tum in pila tum in area expressas. Cf. omnino Pausanias VIII, 48, 1 et I, 27, 6. Pro v. ἀνδριὰς Pausaniam saepius posuisse v. εἰκὼν ad I, 8, 5 adnotabitur.

*Martinii* quidem, apud Lipsienses olim rectoris scholae de S. Nicolao appellatae, de artis operibus eorumque auctoribus a Pausania laudatis adnotata quaedam per hujus viri haeredes mecum benevole ad tempus communicata sunt, sed ea fere tota in excerptis e Pausania ad artis opera et artifices spectantibus continebantur, et vix quidquam ad Pausaniam ipsum interpretandum illustrandumque conferebant. Inscriptum illis fuit ita: *Beytrag zur Geschichte der bildenden Künste und der ältesten Kunstwerke aus dem Pausanias gezogen von G. H. Martini nebst Tabellen über die Künstler und Kunstwerke.* Neque ipse *Blümner*, vir multis mihi nominibus maximi faciendus, et super hac re a me consultus dicere habuit, an praeter has Martini alias schedas reliquerit, ad Pausaniae interpretationem pertinentes.

Nihil jam reliquum esse putamus nisi ut de *Romuli Amasaei* latina interpretatione, quam castigatam adjunximus, pauca dicantur. Quum enim

non ita rarum videatur esse genus eorum, qui graeca legentes auxilio quodam indigeant ad ea, quae legunt, rectius faciliusque intelligenda, neque vox ista, utpote parum humana, hic probari posset eorum, qui dicerent: *Odi profanum vulgus et arceo*, faciendum esse existimavimus, ut qui sunt ex hoc genere legentibus eo adminiculo consuleremus, quod iis neque Sylburgius neque Kuhnius neque Facius detractum voluerant. Inprimis illa Sylburgii ex ejus epistola ad Fuggerum digna sunt quae referantur: „Graecae editioni haec Latina ex doctorum et prudentum virorum consilio comes atque interpres est addita: atque adeo haec illius quodammodo soror est, aetate quidem minor, ingenio tamen, moribus, facundia et ceteris elegantiae partibus non inferior. — fateri non erubuit Loescherus, si Amasaei versio (de qua inaudierat) ante suam in lucem prodiisset, se interpretationis palma libenter ei cessurum fuisse.“ Sed quamvis digna sit his laudibus Amasaei versio, tamen correctionibus indiget; ac Sylburgius ipse animadverterat, et varia in eam irrepsisse vitia, nec semper eam graeco textui respondere. In emendanda autem hac interpretatione latina utendum nobis fuit *Frid. Sylburgii Notis in Romuli Amasaei versionem*, ei in Pausaniae editione Francofurtana subjunctis p. 303, *quibus partim mendosa aut suspecta excutiuntur, partim obscura vel ambigua explanantur*; quas suis Kuhnius notis in Pausaniam intexuit. Simul tamen diligenter cavendum esse duximus, ne aliarum, quas Amasaeus sequutus videretur, lectionum vestigia deleremus: quam ob rem non omnia, quae Sylburgius aliter interpretatus erat, in Amasaei versionem intulimus. Eos quoque locos fere intactos reliquimus, quorum alia in nostris adnotatio-

nibus interpretatio proposita est. Sed Amasaei versionem Sylburgius non tantum in istis Notis castigavit, verum saepius etiam tacite correxit. Exemplo sit initium capitis 17 libri 2, quod Barthius in Animadversionibus ad Stat. Theb. p. 933 ita exhibet: *Ad laevam Mycenarum stadia XV abest Junonis fanum. Praeter viam aqua fluit quae dicitur Eleutheria, ea ad arcanas expiationes utuntur templi et sacrorum. Fanum ipsum in planiore Euboeae parte situm est. Euboeam montem appellant. Asterionis etenim amnis filias, Euboean, Prosymnen et Acream, et easdem Junonis nutrices fuisse dictitant. Ab earum una Acraeam montem appellatum, qui ex adverso Junonis est, ab Euboea, jam diximus. Prosymnam vero de sororis tertiae nomine vocatam Aream, quae Junonis templo subjacet. Asterion ipse infra Junonis fluit, ac deinde in specum demersus, absconditur. Ad ejus ripas herba nascitur, quam Asterionem vocant, ejus caulem Junoni consecrant, e foliis coronamenta contexunt.* Barthius addit: „Turbata haec est R. Amasaei interpretatio. Latina aliter edidit Fr. Sylburgius, sed sic habet ab ipso Amasaeo publicatus Codex, quem interpolavit G. Xylander.“ Et Sylburgius se ipse fatetur eos locos, in quibus vel menda occurrissent, vel aliquid fuisset omissum, corrigendi libertatem usurpasse. Illud autem quale sit historiae litterariae studiosis quaerendum relinquo quod ad Stephani Byzantini verba *Τάμυνα, πόλις Ἐρετρίας· — Τὸ ἐθνικὸν Ταμυνεύς· καὶ θηλυκῶς Ταμυνηΐς. Ἐξ αὐτοῦ λέγεται καὶ Ταμυναῖος. Οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐν αὐτῇ τιμᾶται. Παυσανίας ἐν δεκάτῳ περιηγήσεως* Salmasius his verbis narravit: „Libri scripti habent ια apertissime et etiam veteres editiones ἐνδεκάτῳ. Nos tamen hodie librum illum non

habemus, quem tamen vertisse etiam *Romulum Amasaeum*, et ante eum *Calpurum* quendam ex quorundam fide refert vir doctiss. Lilius Gyraldus." Sed neque Perusinus Stephani codex discedit a vulgata *ἐν δεκάτῳ*, neque alibi me de *undecimo* Pausaniae Periegetae libro vel graeco vel ab Amasaeo latine reddito legere memini. Et Amasaeum quidem plures quam decem Pausaniae libros vel cognitos habuisse, vel in latinam linguam a se translatos reliquisse negaverim, illo ejus testimonio commotus, quod in epistola ad Alexandrum Farnesium Cardinalem dedicatoria editum ita habet: „Atque is (Pausanias) quidem *veterem Graeciam in libros decem descriptam* oculis pene subjiciens, parem prope tibi voluptatem poterit apportare, ac ipsa solita est ad exteros Europae populos suscepta jam toties peregrinatio." Quare ego quidem vulgatae apud Stephanum lectioni inhaereo, iis non motus, quae Kuhnius in praefatione extrema de simili loco protulit. Quodsi Pausanias Tamynaei Jovis in decimo suae *περιηγήσεως* libro vere mentionem injecerat, hunc locum ex illo libro, qualem nunc habemus, excidisse statuamus necesse est, et lacunis illis adnumerandum esse, de quibus antea dictum est.

Caeterum si quid ego me magnum hac mea Pausaniae editione perfecisse existimarem, quantum ei ad laudem bonae perfectaeque editionis deesset ipse nescire, stultaeque arrogantiae reus agi recte viderer. Quum quod volebam non possem, feci quod potui; hoc vero quam exiguum sit, nemo me melius sentiet. Sed tamen si qua possem de Pausania et facilius legendo et rectius intelligendo mereri, id me in eum conferre oportere existimavi, quod quisque possit aut se posse credat, id ei in com-

mune afferendum esse ratus; neque enim est cur quenquam erravisse pudeat, quum illud Winckelmanni verissimum sit: „Man muss sich nicht scheuen die Wahrheit auch zum Nachtheil seiner Achtung zu suchen, und einige müssen irren, damit viele richtig sehen.“ Poteram fortasse hoc illud a me peccatum quodammodo excusare; quae vero excusari possunt, non tam bona sunt, quam quae nulla egent excusatione. Viro autem Celeberrimo, *Godofredo Henrico Schaefero*, gratiam habeo maximam, quod se ad operarum vitia in hac editione corrigenda commoveri passus est. Scribebam Budissae in Lusatia superiore die XXIII Aprilis MDCCCXXII.

# ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

# ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

## ΑΤΤΙΚΑ.

---

# ATTIKA SEU LIB. I.

## CAPUT I.

**De Sunio, Laurio promontoriis — Piraeo, templis ac signis in eo — de Munychio et Phalero portubus — Veneris cultu apud Cnidios — aris Deorum ignotorum, aliisque signis et templis.**

Τῆς ἠπείρου τῆς Ἑλληνικῆς, κατὰ νήσους τὰς Κυκλάδας 2* καὶ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον, ἄκρα Σούνιον πρόκειται γῆς τῆς Ἀττικῆς· καὶ λιμήν τε παραπλεύσαντι τὴν ἄκραν ἐστὶ, καὶ ναὸς Ἀθηνᾶς Σουνιάδος ἐπὶ κορυφῇ τῆς ἄκρας. πλέοντι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαύριόν τέ ἐστι, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου μέταλλα, καὶ νῆσος ἔρημος οὐ μεγάλη, Πατρόκλου καλουμένη. τεῖχος γὰρ ᾠκοδομήσατο ἐν αὐτῇ, καὶ χάρακα ἐβάλετο Πάτροκλος, ὃς τριήρεσιν ἐπέπλει ναύαρχος Αἰγυπτίαις, ἃς Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου τιμωρεῖν ἔστειλεν Ἀθηναίοις, ὅτε σφίσιν Ἀντίγονος ὁ Δημη-

Cap. I. In ea continentis Graeciae parte, quae Cycladas insulas et Aegaeum mare spectat, Sunium prominet Atticae promontorium: in cuius ora portus, in vertice Suniadis Minervae templum est. Hinc porro navigantibus brevis ad Laurium via, ubi olim argenti metalla Atheniensibus fuere. Proxime iacet parva ac deserta insula; Patrocli dicitur, quod Patroclus praefectus Aegyptiarum triremium, quas Ptolemaeus Lagi filius Atheniensibus auxilio misit, clam occupatam, muro eam et vallo muniit, quum Antigonus Deme-



* Numeri ad margines positi indicant paginas editionis Kuhnianae.

τρίου στρατιᾷ τε αὐτὸς ἐσβεβληκὼς ἔφθειρε τὴν χώραν, καὶ ναυσὶν ἅμα ἐκ θαλάσσης κατεῖργεν.

(2) Ὁ δὲ Πειραιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ, πρότερον δὲ, πρὶν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν, ἐπίνειον οὐκ ἦν· Φάληρον δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν. καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν ἐς Τροίαν ἀναχθῆναι, καὶ τούτου πρότερον Θησέα δώσοντα Μίνῳ δίκας τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς. Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε (τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῖ) τοῦτό σφισιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. καὶ νεὼς καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι, καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους φασὶ γὰρ μεταμελῆσαι τῶν ἐς Θεμιστοκλέα Ἀθηναίοις, καὶ ὡς οἱ προσήκοντες τὰ ὀστᾶ κομίσαιεν ἐκ Μαγνησίας ἀνελόντες. φαίνονται δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους, καὶ κατελθόντες, καὶ γραφὴν ἐς τὸν παρθενῶνα

trii filius ipse cum exercitu agrum popularetur, et maritimam partem classe obsessam teneret. (2) Piraeeus vero, antequam Themistocles ad rempublicam accederet, non navale, sed curia fuit: nam Phalerum (ab ea enim parte ut minimum urbs distat a mari) navale fuerat: unde et Mnestheum cum aliquot navibus ad Troiam, et Theseum multo ante in Cretam, Minoi ob Androgei mortem poenas daturum, solvisse, memoriae proditum est. At Themistocles, posteaquam summae rerum praefuit, quod multo opportuniore loco nautis Piraea situm putaret, quum pro unico Phaleri triplex eius portus esset, in eo navale exaedificavit: et navium quidem stationes ad meam usque aetatem stetere: et non longe a maximo *de tribus* portu Themistoclis sepulcrum: siquidem Athenienses sui aliquando facti in Themistoclem poenituisse tradunt, atque eius ossa ex Magnesia sublata, ab ipsius propinquis in patriam reportata. Themistoclis sane liberos constat reduces in Parthenone tabulam eam dedicasse,

ἀναθέντες, ἐν ᾗ Θεμιστοκλῆς ἐστι γεγραμμένος. (3) Θέας δὲ ἄξιον τῶν ἐν Πειραιεῖ μάλιστα Ἀθηνᾶς ἐστι καὶ Διὸς τέμενος· χαλκοῦ μὲν ἀμφότερα τὰ ἀγάλματα, ἔχει δὲ ὁ μὲν σκῆπτρον, καὶ Νίκην, ἡ δὲ Ἀθηνᾶ δόρυ. ἐνταῦθα Λεωσθένην, ὃς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν ἡγούμενος Μακεδόνας ἔν τε Βοιωτοῖς ἐκράτησε μάχῃ, καὶ 4
αὖθις ἔξω Θερμοπυλῶν, καὶ βιασάμενος ἐς Λαμίαν κατέκλεισε τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης, τοῦτον τὸν Λεωσθένην, καὶ τοὺς παῖδας ἔγραψεν Ἀρκεσίλαος. ἔστι δὲ τῆς στοᾶς τῆς μακρᾶς, ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσης (καὶ γὰρ τοῖς ἀπωτέρω τοῦ λιμένος ἐστὶν ἑτέρα), τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσης στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. πρὸς δὲ τῇ θαλάσσῃ Κόνων ᾠκοδόμησεν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τριήρεις Λακεδαιμονίων κατεργασάμενος περὶ Κνίδον τὴν ἐν τῇ Καρικῇ χεῤῥονήσῳ. Κνίδιοι γὰρ τιμῶσιν Ἀφροδίτην μάλιστα, καί σφισιν ἔστιν ἱερὰ τῆς θεοῦ. τὸ μὲν γὰρ ἀρχαιότερον, Δωρίτι-

in qua etiam ipse inest pictus Themistocles. (3) In Piraeeo vero quae spectentur, haec sunt: Iovis et Minervae fanum. Aenea sunt deorum signa: Iupiter sceptrum et victoriam, Minerva hastam tenet. Eodem in loco Leosthenem eiusque liberos pinxit Arcesilaus. Hic ille est Leosthenes, qui Atheniensium et ceterorum Graecorum dux Macedonas duobus praeliis vicit: uno in Boeotia, altero ultra Thermopylas, ad Lamian, ex adverso Oetae situm oppidum, *ubi* vi *intra moenia* compulsos obsedit. Longa ibidem quaedam porticus est, qua pro foro utuntur, qui proxime ad mare habitant. (Nam qui longius a porticu absunt, forum et ipsi suum habent.) In ultima vero porticus parte Leocharis extant opera, Iupiter et populus. Veneris vero aedem, quae mari proxima est, Lacedaemoniorum triremibus ad Gnidum in Cariae Chersoneso profligatis, Conon erexit. Gnidii enim Venerem in primis colunt: cuius templa apud eos sunt *variis deae cognominibus*: vetustissimum omnium Doritidis; Acraeae alterum;

δος· μετὰ δὲ, τὸ Ἀκραίας· νεώτατον δὲ, ἣν Κνιδίαν οἱ πολλοὶ, Κνίδιοι δὲ αὐτοὶ καλοῦσιν Εὔπλοιαν.

(4) Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀθηναίοις ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος· ὁ δὲ ἐπὶ Φαλήρῳ, καθὰ καὶ πρότερον εἴρηταί μοι, καὶ πρὸς αὐτῷ Δήμητρος ἱερόν. ἐνταῦθα καὶ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ναός ἐστι, καὶ Διὸς ἀπωτέρω· βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων καὶ ἡρώων, καὶ παίδων τῶν Θησέως καὶ Φαλήρου· τοῦτον γὰρ τὸν Φάληρον Ἀθηναῖοι πλεῦσαι μετὰ Ἰάσονός φασιν ἐς Κόλχους. ἔστι δὲ καὶ Ἀνδρόγεω βωμὸς τοῦ Μίνω, καλεῖται δὲ ἥρωος· Ἀνδρόγεω δὲ ὄντα ἴσασιν, οἷς ἐστιν ἐπιμελὲς τὰ ἐγχώρια σαφέστερον ἄλλων ἐπίστασθαι. Ἀπέχει δὲ καὶ σταδίους εἴκοσιν ἄκρα
5 Κωλιάς· ἐς ταύτην, φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τοῦ Μήδων, κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. Κωλιάδος δέ ἐστιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. δοκῶ δὲ καὶ Φωκαεῦσι τοῖς ἐν Ἰωνίᾳ θεὰς, ἃς καλοῦσι Γενναΐδας, εἶναι ταῖς ἐπὶ Κωλιάδι τὰς αὐτάς.

postremum, quam Gnidiam plerique omnes, at Gnidii Euploean Venerem, *non Gnidiam*, appellant. (4) Sunt et alii Atheniensibus portus. In Munychia unus, cum Munychiae Dianae templo: in Phalero, de quo iam diximus, alter, cui adhaeret Cereris aedes: et proxime Sciradis Minervae, et Iovis paulo longius. Arae praeterea et deorum, qui ignoti vocantur, et heroum. Quin et Thesei filiorum, et ipsius Phaleri eo ipso in loco sunt: hunc autem Phalerum Athenienses Iasoni Colchicae expeditionis comitem fuisse dicunt. Extat et Androgei Minois filii ara, sub herois tantum nomine: sed Androgei esse norunt, qui priscas patriae res diligentius exquirunt. Hinc XX ferme stadia Colias promontorium abest: quo, Persarum classe deleta, navium fragmenta aestu delata sunt. Illic et Veneris Coliadis, et dearum, quibus Genetyllides nomen, signa sunt. Has ego, quae in Coliade coluntur, easdem cum illis esse suspicor, quas Phocenses Ioniae populi Gennaidas nominant. In via vero, quae ex

ἔστι δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐς Ἀθήνας ἐκ Φαλήρου ναὸς Ἥρας, οὔτε θύρας ἔχων, οὔτε ὄροφον· Μαρδόνιόν φασιν αὐτὸν ἐμπρῆσαι τὸν Γωβρύου. τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ νῦν δὴ, καθὰ λέγουσιν, Ἀλκαμένους ἐστὶν ἔργον· οὐκ ἂν τοῦτό γε ὁ Μῆδος εἴη λελωβημένος.

## CAPUT II.

De Antiope Amazone — muris portus Piraeei — poëtis, qui cum regibus familiariter vixerunt — templis, porticibus et simulacris in urbe — regibus Atticis.

Ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν, ἔστιν Ἀντιόπης μνῆμα Ἀμαζόνος. ταύτην τὴν Ἀντιόπην Πίνδαρος μέν φησιν ὑπὸ Πειρίθου καὶ Θησέως ἁρπασθῆναι, Τροιζηνίῳ δὲ Ἡγίᾳ τοιάδε ἐς αὐτὴν πεποίηται· Ἡρακλέα Θεμίσκυραν πολιορκοῦντα τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ἑλεῖν μὴ δύνασθαι, Θησέως δὲ ἐρασθεῖσαν Ἀντιόπην (στρατεῦσαι τε ἅμα Ἡρακλεῖ καὶ Θησέα) παραδοῦναι τὸ χωρίον. τάδε μὲν Ἡγίας πεποίηκεν· Ἀθηναῖοι δέ φασιν, ἐπεί τε ἦλθον Ἀμαζόνες, Ἀντιόπην μὲν ὑπὸ Μολπαδίας τοξευθῆναι,

Phalero Athenas ducit, Iunonis sine foribus et tecto aedes est. Incendisse eam Mardonium Gobryae filium fama prodidit, quum tamen adhuc in ea extet deae signum, Alcamenis (ut aiunt) opus: quasi vero id Persae non fuerint violaturi.

Cap. II. Ad urbem propius accedenti Antiopes Amazonis monimentum in conspectu est. Hanc certe Antiopen à Theseo et Pirithoo raptam, scriptum reliquit Pindarus. Troezenius vero Hegias haec propemodum de ea scripsit: Herculem non prius Themiscyran ad Thermodontem amnem, quam diu oppugnarat, cepisse, quam Antiope Thesei amore capta (in ea enim oppugnatione Herculi socium fuisse Theseum) oppidum tradiderit. Haec Hegias. Athenienses vero, quum ad urbem Amazones adventarent, a Molpadia sagitta

Μολπαδίαν δὲ ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως· καὶ μνῆμά ἐστι καὶ Μολπαδίας Ἀθηναίοις.

(2) Ἀνιόντων δὲ ἐκ Πειραιῶς, ἐρείπια τῶν τειχῶν
6 ἐστιν, ἃ Κόνων ὕστερον τῆς πρὸς Κνίδῳ ναυμαχίας ἀνέστησε· τὰ γὰρ Θεμιστοκλέους μετὰ τὴν ἀναχώρησιν οἰκοδομηθέντα τὴν Μήδων ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καθῃρέθη τῶν τριάκοντα ὀνομαζομένων. εἰσὶ δὲ τάφοι κατὰ τὴν ὁδὸν γνωριμώτατοι, Μενάνδρου τοῦ Διοπείθους, καὶ μνῆμα Εὐριπίδου κενόν. τέθαπται δὲ Εὐριπίδης ἐν Μακεδονίᾳ παρὰ τὸν βασιλέα ἐλθὼν Ἀρχέλαον· ὁ δὲ οἱ τοῦ θανάτου τρόπος, πολλοῖς γάρ ἐστιν εἰρημένος, ἐχέτω, καθὰ λέγουσι.

(3) Συνῆσαν δὲ ἄρα καὶ τότε τοῖς βασιλεῦσι ποιηταί· καὶ πρότερον ἔτι καὶ Πολυκράτει Σάμου τυραννοῦντι Ἀνακρέων παρῆν, καὶ ἐς Συρακούσας πρὸς Ἱέρωνα Αἰσχύλος καὶ Σιμωνίδης ἐστάλησαν· Διονυσίῳ δὲ, ὃς ὕστερον ἐτυράννησεν ἐν Σικελίᾳ, Φιλόξενος παρῆν, καὶ Ἀντιγόνῳ Μακεδόνων ἄρχοντι Ἀνταγόρας Ῥόδιος, καὶ

confixam Antiopen memorant, Molpadiam a Theseo occisam; est enim et Molpadiae apud Athenienses sepulcrum. (2) Sunt in via, quae ex Piraeeo ducit ad urbem, ruinae murorum, quos Conon post navale ad Gnidum praelium restituit. Illi enim, quos post repulsos Persas Themistocles extruxerat, XXX tyrannorum temporibus deiecti fuere. Viae adiuncta sunt virorum minime ignota sepulcra, Menandri Diopithis filii, et Euripidis, illud quidem honorarium. Nam Euripides, quum in Macedoniam ad Archelaum profectus esset, illic sepultus est. Mortis vero genus, quale a multis vulgatum est, tale per me fuerit. (3) Ac cum regibus quidem etiam poëtae vixerunt. Ante Euripidem enim cum Polycrate Sami tyranno vixit Anacreon: et ad Hieronem Syracusas Aeschylus et Simonides se contulere. Dionysio posteriori Philoxenus, Antigono Macedonum regi Antagoras

Σολεὺς Ἄρατος. Ἡσίοδος δὲ καὶ Ὅμηρος ἢ συγγενέσθαι βασιλεῦσιν ἠτύχησαν, ἢ καὶ ἑκόντες ὠλιγώρησαν· ὁ μὲν ἀγροικίᾳ καὶ ὄκνῳ πλάνης, Ὅμηρος δὲ ἀποδημήσας ἐπὶ μακρότατον, καὶ τὴν ὠφέλειαν εἰς χρήματα παρὰ τῶν δυνατῶν ὑστέραν θέμενος τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης· ἐπεὶ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐστὶν, Ἀλκινόῳ παρεῖναι Δημοδόκον, καὶ ὡς Ἀγαμέμνων καταλείποι τινὰ παρὰ τῇ γυναικὶ ποιητήν. Ἔστι δὲ τάφος οὐ πόῤῥω τῶν πυλῶν, ἐπίθημα ἔχων στρατιώτην ἵππῳ παρεστηκότα· ὅν τινα μὲν, οὐκ οἶδα, Πραξιτέλης δὲ καὶ τὸν ἵππον καὶ τὸν στρατιώτην ἐποίησεν.

(4) Εἰσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν, οἰκοδόμημα ἐς παρασκευήν ἐστι τῶν πομπῶν, ἃς πέμπουσι, τὰς μὲν ἀνὰ πᾶν ἔτος, τὰς δὲ καὶ χρόνον διαλείποντες· καὶ πλησίον ναός ἐστι Δήμητρος· ἀγάλματα δὲ αὐτή τε καὶ ἡ παῖς, καὶ δᾷδα ἔχων Ἴακχος· γέγραπται δὲ ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους. τοῦ ναοῦ

Rhodius et Aratus Solensis familiares fuere. Nam Hesiodus et Homerus regum familiaritates aut fortunae invidia nacti non sunt, aut consulto sprêverunt: ille, quod agrestem vitam amplexus, ab erroribus abhorruerit: hic, quod in ultimas terras peregrinatione suscepta, potentium hominum opes gloriae, quam sibi apud omnes gentes maximam comparavit, posthabuerit: quum alioqui et Demodocum Alcinoo familiarem inducat, et Agamemnonem poëtam nescio quem apud uxorem reliquisse commemoret. Non longe vero a porta sepulcrum videas, cuius insigne miles equo adstans: ipsum quidem equitem, quis sit, non novi: verum tam equitem quam equum fecit Praxiteles. (4) In primo urbis ingressu cella est, pomparum, quas alias statis diebus quotannis, alias vero incertis temporum intervallis transmittunt, apparatibus deserviens. Proximum est Cereris templum, in quo signa sunt deae ipsius, et filiae, Iacchi etiam facem praeferentis. Inscriptum in pariete Atticis literis, opera

δὲ οὐ πόῤῥω Ποσειδῶν ἐστιν ἐφ' ἵππου, δόρυ ἀφιεὶς ἐπὶ γίγαντα Πολυβώτην, ἐς ὃν Κῴοις ὁ μῦθος περὶ τῆς ἄκρας ἔχει τῆς Χελώνης· τὸ δὲ ἐπίγραμμα τὸ ἐφ' ἡμῶν τὴν εἰκόνα ἄλλῳ δίδωσι καὶ οὐ Ποσειδῶνι. στοαὶ δέ εἰσιν ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐς τὸν Κεραμεικὸν, καὶ εἰκόνες πρὸ αὐτῶν χαλκαῖ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, ὅσοις τε ὑπῆρχεν ὧν
7 τις λόγος ἐς δόξαν. ἡ δὲ ἑτέρα τῶν στοῶν ἔχει μὲν ἱερὰ θεῶν, ἔχει δὲ γυμνάσιον Ἑρμοῦ καλούμενον· ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Πολυτίωνος οἰκία, καθ' ἣν παρὰ τὴν ἐν Ἐλευσῖνι δρᾶσαι τελετὴν Ἀθηναίων φασὶν οὐ τοὺς ἀφανεστάτους· ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἀνεῖτο Διονύσῳ. Διόνυσον δὲ τοῦτον καλοῦσι Μελπόμενον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε, ἐφ' ὁποίῳπερ Ἀπόλλωνα Μουσηγέτην. ἐνταῦθά ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Παιωνίας, καὶ Διὸς, καὶ Μνημοσύνης, καὶ Μουσῶν Ἀπόλλωνός τε, ἀνάθημα καὶ ἔργον Εὐβουλίδου, καὶ δαίμων τῶν ἀμφὶ Διόνυσον Ἄκρατος· πρόσωπόν ἐστιν οἱ μόνον ἐνῳκοδομημένον τοίχῳ. μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύ-

esse Praxitelis. Non longe ab hoc templo Neptunus est, ex equo Polybotem gigantem, ad quem apud Coos de testudinis promontorio fabula pertinet, hasta petens: sed inscriptio, quae nostra aetate extat, alium eum esse, quam Neptunum, testatur. A porta ad Ceramicum porticus aliquot sunt: et ante ipsas virorum et foeminarum, quorum non obscura gloria est, aenea signa. Habet una quidem earum sacella quaedam, et Mercurii (sic enim appellatur) gymnasium: in eademque est Polytionis domus, in qua ad Eleusiniorum prope ritum initia ab hominibus inter ceteros Athenienses minime obscuris agitari solita, traditum est. Sed ea in praesentia Libero Patri consecrata fuerat, ei nempe, quem Canentem eadem sane de causa vocant, qua Musarum ducem Apollinem. Eodem etiam in loco Paeoniae Minervae, Iovis, Mnemosynes, Musarumque signa sunt, et Apollinis postremo, quod et dicavit et fecit Eubulides. Ad hos Acratus genius, unus de Bacchi comitibus, cuius os e pariete extat. A Bacchi fano cella est, in qua multae sunt fictiles

σου τέμενός ἐστιν οἴκημα ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ, βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων, ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν καὶ Διόνυσον. ἐνταῦθα καὶ Πήγασός ἐστιν Ἐλευθερεὺς, ὃς Ἀθηναίοις τὸν θεὸν εἰσήγαγε· συνεπελάβετο δέ οἱ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, ἀναμνῆσαν τὴν ἐπὶ Ἰκαρίου ποτὲ ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ.

(5) Τὴν δὲ βασιλείαν Ἀμφικτύων ἔσχεν οὕτως· Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ νῦν Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον· ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν, θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου· καὶ οἱ γίγνονται θυγατέρες μὲν Ἕρση καὶ Ἄγλαυρος καὶ Πάνδροσος, υἱὸς δὲ Ἐρυσίχθων. οὗτος οὐκ ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων, ἀλλά οἱ τοῦ πατρὸς ζῶντος τελευτῆσαι συνέβη, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν Κέκροπος Κραναὸς ἐξεδέξατο, Ἀθηναίων δυνάμει προὔχων. Κραναῷ δὲ θυγατέρας καὶ ἄλλας γενέσθαι καὶ Ἀτθίδα λέγουσιν· ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Ἀττικὴν τὴν χώραν, πρότερον καλουμένην Ἀκταίαν. Κραναῷ δὲ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ, παύει τῆς ἀρ-

statuae, *et inter eas* Atheniensium rex Amphictyon, tum alios deos, tum Liberum Patrem convivio accipiens. Adest et Eleutherensis Pegasus, qui primus Liberi ipsius religiones Atheniensibus tradidit, atque id ex Delphico oraculo, quo praedictum recordabatur, Deum Icarii temporibus adventurum. (5) Regnum autem ad hunc modum ad Amphictyonem pervenit. Actaeum, quo in loco nunc Attica est, memorant primum regnasse. Ei successit Cecrops, qui cum Actaei filia nupta erat. Huic filiae fuere Erse, Aglauros, et Pandrosos: filius Erysichthon, qui ad Atheniensium regnum non accessit: forte enim ita accidit, ut vivente patre e vita decederet: quo factum est, ut Cecrope mortuo Cranaus, qui opibus et potentia Atheniensibus praestabat, regno potiretur. Cranao vero et alias fuisse filias ferunt, et Atthidem, a qua *tota* regio, quae prius Actaea dicebatur, Attica nominata est. Sed Cranaum Amphictyon, nihil affinitatem veritus (siquidem eius filiam in matrimonio habebat)

8 χῆς· καὶ αὐτὸς ὕστερον ὑπὸ Ἐριχθονίου καὶ τῶν συνεπαναστάντων ἐκπίπτει· πατέρα δὲ Ἐριχθονίῳ λέγουσιν ἀνθρώπων μὲν οὐδένα εἶναι, γονέας δὲ Ἥφαιστον καὶ Γῆν.

## CAPUT III.

**De Ceramico eiusque porticibus, statuis, picturis et templis — de Gallis.**

Τὸ δὲ χωρίον, ὁ Κεραμεικὸς, το μὲν ὄνομα ἔχει ἀπὸ ἥρωος Κεράμου, Διονύσου τε εἶναι καὶ Ἀριάδνης καὶ τούτου λεγομένου· πρώτη δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καλουμένη στοὰ βασίλειος, ἔνθα καθίζει βασιλεὺς ἐνιαυσιαίαν ἄρχων ἀρχὴν, καλουμένην βασιλείαν. ταύτης ἔπεστι τῷ κεράμῳ τῆς στοᾶς ἀγάλματα ὀπτῆς γῆς, ἀφιεὶς Θησεὺς ἐς θάλασσαν Σκίρωνα, καὶ φέρουσα Ἡμέρα Κέφαλον, ὃν κάλλιστον γενόμενόν φασιν ὑπὸ Ἡμέρας ἐρασθείσης ἁρπασθῆναι, καὶ οἱ παῖδα γενέσθαι Φαέθοντα· καὶ φύλακα ἐποίησε τοῦ ναοῦ. ταῦτα ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος εἴρηκεν

regno *per vim* expulit. Verum et ipse postea ab Erichthonio, facta coniuratione, oppressus est. Patrem certe Erichthonio mortalium neminem fuisse aiunt, sed Vulcano ex terra genitum putant.

CAP. III. At Ceramicus urbis via a Ceramo heroe, Liberi Patris et Ariadnes filio, (id enim de eo quoque praedicant) nomen accepit: in quo quae prima ad dexteram se ostendit porticus, Regis dicitur: nam illic tribunal eius est, qui annuum magistratum gerit, quod Regnum appellant. Circa eius porticus tectum fictiles sunt aliquot statuae, Theseus Scironem in mare abiiciens, Aurora Cephalum rapiens. Est enim in fabulis, egregia specie iuvenem Cephalum ab Aurora raptum, quod eius amore capta esset: Cephali satu Phaethontem natum, quem illa templi aedituum fecerit: sic enim et ab aliis, et ab Hesiodo in eo, quod de mulieribus

ἐν ἔπεσι τοῖς ἐς τὰς γυναῖκας. πλησίον δὲ τῆς στοᾶς Κόνων ἕστηκε καὶ Τιμόθεος υἱὸς Κόνωνος, καὶ βασιλεὺς Κυπρίων Εὐαγόρας, ὃς καὶ τὰς τριήρεις τὰς Φοινίσσας ἔπραξε παρὰ βασιλέως Ἀρταξέρξου δοθῆναι Κόνωνι· ἔπραξε δὲ ὡς Ἀθηναῖος, καὶ τὸ ἀνέκαθεν ἐκ Σαλαμῖνος, ἐπεὶ καὶ γενεαλογῶν ἐς προγόνους ἀνέβαινε Τεῦκρον καὶ Κινύρου θυγατέρα. ἐνταῦθα ἕστηκε Ζεὺς ὀνομαζόμενος Ἐλευθέριος, καὶ βασιλεὺς Ἀδριανὸς, ἐς ἄλλους τε, ὧν ἦρχεν, εὐεργεσίας καὶ εἰς τὴν πόλιν μάλιστα ἀποδειξάμενος τὴν Ἀθηναίων. (2) Στοὰ δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται γραφὰς ἔχουσα, θεοὺς δώδεκα καλουμένους· ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν Θησεύς ἐστι γεγραμμένος, καὶ Δημο- 9
κρατία τε καὶ Δῆμος. δηλοῖ δὲ ἡ γραφή, Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι. κεχώρηκε δὲ φήμη καὶ ἄλλως ἐς τοὺς πολλοὺς, ὡς Θησεὺς παραδοίη τὰ πράγματα τῷ δήμῳ, καὶ ὡς ἐξ ἐκείνου δημοκρατούμενοι διαμείναιεν, πρὶν ἢ Πεισίστρατος ἐτυράν-

scripsit, carmine traditum est. Prope porticum eam Cononi eiusque filio Timotheo positae sunt statuae. Cypriorum etiam regi Evagorae, cuius suasu Artaxerxes Phoenissas triremes Cononi tradidit: quod sane tanquam civis Atheniensibus officium praestitit, quippe qui originis suae primordia ad Salamina, Teucrumque et Cinyrae filiam referebat. Ibidem Iupiter stat cognomento Eleutherius, et Imperator Adrianus, vir cum de aliis quibus imperabat gentibus, tum de Atheniensibus optime meritus. (2) Porticus altera, quae a tergo huius extructa est, pictos habet deos, qui XII appellantur; et in extremo pariete Theseum, cumque eo una popularem civitatis statum, et populum. Ea sane pictura argumento est, Theseum aequabilem reipublicae administrationem Atheniensibus constituisse. Inolevit tamen et alia apud vulgus fama, Theseum summam rerum multitudini tradidisse: ex eo popularem administrationem ad id usque tempus mansisse, quo republica oppressa tyrannidem Pisistratus invaserit.

νῆσιν ἐπιστάς. λέγεται μὲν δὴ καὶ ἄλλα οὐκ ἀληθῆ παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἷα ἱστορίας ἀνηκόοις οὖσι, καὶ ὁπόσα ἤκουον εὐθὺς ἐκ παίδων ἔν τε χοροῖς καὶ τραγῳδίαις πιστὰ ἡγουμένοις· λέγεται δὲ καὶ ἐς τὸν Θησέα, ὡς αὐτός τε ἐβασίλευσε καὶ ὕστερον Μενεσθέως τελευτήσαντος, καὶ ἐς τετάρτην οἱ Θησεῖδαι γενεὰν διέμειναν ἄρχοντες. εἰ δέ μοι γενεαλογεῖν ἤρεσκε, καὶ τοὺς ἀπὸ Μελάνθου βασιλεύσαντας ἐς Κλείδικον τὸν Αἰσιμίδου, καὶ τούτους ἂν ἀπηριθμησάμην. (3) ἐνταῦθά ἐστι γεγραμμένον καὶ τὸ περὶ Μαντίνειαν Ἀθηναίων ἔργον, οἳ βοηθήσοντες Λακεδαιμονίοις ἐπέμφθησαν. συνέγραψαν δὲ ἄλλοι τε καὶ Ξενοφῶν τὸν πάντα πόλεμον, κατάληψίν τε τῆς Καδμείας καὶ τὸ πταῖσμα Λακεδαιμονίων ἐν Λεύκτροις, καὶ ὡς ἐς Πελοπόννησον ἐσέβαλον Βοιωτοί, καὶ τὴν συμμαχίαν Λακεδαιμονίοις τὴν παρὰ Ἀθηναίων ἐλθοῦσαν. ἐν δὲ τῇ γραφῇ τῶν ἱππέων ἐστὶ μάχη, ἐν ᾗ γνωριμώτατοι Γρύλλος τε ὁ Ξενοφῶντος ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ κατὰ

Sunt certe de hac ipsa re et alii minus veri hominum sermones, eorum nempe, qui priscarum rerum (quod eas scilicet ex literarum monimentis non didicerunt) ignari, quaecunque a pueris ex choris ac tragoediis acceperunt, vera esse existimant. Non defuerunt, qui memoriae prodiderint, ipsum etiam regnasse Theseum, et post Mnesthei mortem regnum ad quartum usque posteritatis gradum in familia eius permansisse. Quod si mihi de gentilitate esset historia instituta, etiam eos, qui a Melantho ad Clidicum usque Aesimidae filium, *et qui post eos deinceps regnassent*, enumerassem. (3) Eadem pictura navatam ab Atheniensibus in praelio ad Mantineam Lacedaemoniis, quibus auxilio venerant, operam praefert. Belli autem eius totius ordinem, Cadmeae oppressionem, Leuctricam Lacedaemoniorum cladem, Boeotiorum in Peloponnesum irruptionem, quae Lacedaemoniis Athenienses auxilia miserint, tum alii, tum Xenophon conscripsere. Picturae argumentum illud habet equestre praelium, in quo ex Atheniensibus Grylli Xenophontis filii, in

τὴν ἵππον τὴν Βοιωτίαν Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος· ταύτας τὰς γραφὰς Εὐφράνωρ ἔγραψεν Ἀθηναίοις, καὶ πλησίον ἐποίησεν ἐν τῷ ναῷ τὸν Ἀπόλλωνα Πατρῷον ἐπίκλησιν. πρὸ δὲ τοῦ νεὼ τὸν μὲν Λεωχάρης, ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον, Κάλαμις ἐποίησε. τὸ δὲ ὄνομα τῷ θεῷ γενέσθαι λέγουσιν, ὅτι τὴν λοιμώδη σφίσι νόσον ὁμοῦ τῷ Πελοποννησίῳ πολέμῳ πιέζουσαν κατὰ μάντευμα ἔπαυσεν ἐκ Δελφῶν. (4) ᾠκοδόμηται δὲ καὶ Μητρὸς θεῶν ἱερὸν, ἣν Φειδίας εἰργάσατο, καὶ πλησίον τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον, οἳ βουλεύουσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις· Βουλαίου δὲ ἐν αὐτῷ κεῖται ξόανον Διὸς, καὶ Ἀπόλλων, τέχνη Πεισίου, καὶ Δῆμος, ἔργον Λύσωνος· τοὺς δὲ θεσμοθέτας ἔγραψε Πρωτογένης Καύνιος, Ὀλβιάδης δὲ Κάλλιππον, ὃς Ἀθηναίους ἐς Θερμοπύλας ἤγαγε, φυλάξοντας τὴν ἐς τὴν Ἑλλάδα Γαλατῶν ἐσβολήν.

(5) Οἱ δὲ Γαλάται οὗτοι νέμονται τῆς Εὐρώπης τὰ

Boeotio equitatu Thebani Epaminondae virtus enituit. Atque haec omnia pinxit Atheniensibus Euphranor. Et idem in proxima aede Apollinem fecit, cognomine Patroum: pro foribus vero Apollinem unum Leochares, alterum Alexicacon cognomento (*quod est ac si Averruncum dixeris*) fecisse Calamis dicitur. Deo cognomen narrant inde extitisse, quod Peloponnesiaci belli temporibus omnia foedantem pestilentiam, e Delphico oraculo responso quodam edito, is deus sedasset. (4) Deorum etiam Matris, quam Phidias fecit, ibi sacellum est: et in proximo Quingentorum curia: (sic enim appellantur, qui apud Athenienses summae rei praesunt) qua quidem in curia et Apollinis sunt, et Iovis Consiliarii simulacra, Pisiae arte perfecta; et populus, Lysonis opus. Nam legumlatores Caunius Protogenes pinxit. *Inter hos locum suum meruit* Olbiades Callippi illius filius, qui irruentibus in Graeciam Gallis ducem se Atheniensium praesidio ad Thermopylarum ingressum praebuit. (5) Galli vero, de quibus nunc incidit mentio, in extremis Europae oris ad

ἔσχατα, ἐπὶ θαλάσσῃ πολλῇ καὶ ἐς τὰ πέρατα οὐ πλοΐμῳ· παρέχεται δὲ ἄμπωτιν καὶ ῥαχίαν καὶ θηρία οὐδὲν ἐοικότα τοῖς ἐν θαλάσσῃ τῇ λοιπῇ· καὶ σφισι διὰ τῆς χώρας ῥεῖ ποταμὸς Ἠριδανὸς, ἐφ' ᾧ τὰς θυγατέρας τὰς Ἡλίου ὀδύρεσθαι νομίζουσι τὸ περὶ τὸν Φαέθοντα τὸν ἀδελφὸν πάθος. ὀψὲ δέ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησε· Κελτοὶ γὰρ κατά τε σφᾶς τὸ ἀρχαῖον καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὠνομάζοντο.

## CAPUT IV.

De Gallorum expeditione in Graeciam facta — in Asiam trajectu — de Pergamenis.

Συλλεγεῖσα δέ σφισι στρατιὰ τρέπεται τὴν ἐπὶ Ἰονίου, καὶ τό τε Ἰλλυριῶν ἔθνος καὶ πᾶν ὅσον ἄχρι Μακεδόνων ᾤκει, καὶ Μακεδόνας αὐτοὺς ἀναστάτους ἐποίησε, Θεσσαλίαν τε ἐπέδραμε. καὶ ὡς ἐγγὺς Θερμοπυλῶν ἐγένοντο, ἐνταῦθα οἱ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐς τὴν ἔφοδον ἡσύχαζον τῶν βαρβάρων, ἅτε ὑπὸ Ἀλεξάνδρου μεγάλως καὶ Φιλίππου κακωθέντες πρότερον· καθεῖλε δὲ καὶ Ἀντίπατρος

vastum mare accolunt, cuius fines adiri posse navibus negant. Est enim gurgitis aestu, scopulis et belluarum immanitate, quam mare aliud omne, multo importunius. Horum regionem amnis Eridanus perlabitur, cuius in ripis Phaethontis casum Solis filiae, illius sorores, collacrymari creduntur. Verum ut Galli appellarentur, non nisi sero usus obtinuit. Celtas enim quum ipsi se antiquitus, tum alii eos nominarunt.

Cap. IV. Hi contractis undecunque copiis, ad Ionium mare conversi, omnes Illyrici populos, et quicquid gentium ad Macedonicum usque nomen patet, quin et ipsos Macedonas oppressere. In Thessaliam denique impetu facto, quum proxime ad Thermopylas accessissent, Graecorum sane plerique prorsus nihil ad resistendum excitati sunt; quippe qui magnis cladibus ab Alexandro et Philippo etiam prius affe-

καὶ Κάσσανδρος ὕστερον τὸ Ἑλληνικόν· ὥστε ἕκαστοι
δι' ἀσθένειαν οὐδὲν αἰσχρὸν ἐνόμιζον ἀπεῖναι τὸ κατὰ
σφᾶς τῆς βοηθείας. (2) Ἀθηναῖοι δὲ μάλιστα μὲν τῶν
Ἑλλήνων ἀπειρήκεσαν μήκει τοῦ Μακεδονικοῦ πολέμου,
καὶ προσεπταίσαντες τὰ πολλὰ ἐν ταῖς μάχαις· ἐξιέναι δὲ
ὅμως ὥρμηντο ἐς τὰς Θερμοπύλας σὺν τοῖς ἐλθοῦσι τῶν
Ἑλλήνων, ἑλόμενοι σφίσι τὸν Κάλλιππον τοῦτον ἡγεῖ-
σθαι. καταλαβόντες δὲ, ᾗ στενώτατον ἦν τῆς ἐσόδου τῆς 11
ἐς τὴν Ἑλλάδα, εἶργον τοὺς βαρβάρους. ἀνευρόντες δὲ
οἱ Κελτοὶ τὴν ἀτραπὸν, ἣν καὶ Μήδοις ποτὲ Ἐφιάλτης
ἡγήσατο ὁ Τραχίνιος, καὶ βιασάμενοι Φωκέων τοὺς τετα-
γμένους ἐπ' αὐτῇ, λανθάνουσι τοὺς Ἕλληνας ὑπερβάλλον-
τες τὴν Οἴτην. (3) Ἔνθα δὴ πλείστου παρέσχοντο αὑτοὺς
Ἀθηναῖοι τοῖς Ἕλλησιν ἀξίους, ἀμφοτέρωθεν, ὡς ἐκυ-
κλώθησαν, ἀμυνόμενοι τοὺς βαρβάρους. οἱ δέ σφισιν
ἐπὶ τῶν νεῶν μάλιστα ἐταλαιπώρουν, ἅτε τοῦ κόλπου τοῦ
Λαμιακοῦ τελματώδους πρὸς ταῖς Θερμοπύλαις ὄντος·

cti, postremo ab Antipatro et Cassandro pene deleti, nulli sibi crimini datum iri ducerent, si propter imbecillitatem auxilium quique suum desiderari sinerent. (2) At vero Athenienses, tametsi et Macedonici belli diuturnitate debilitati, et adversis aliquot praeliis prope fracti erant, collectis adventitiis aliorum Graecorum copiis, ad Thermopylas contendere. Quo quidem tempore Callippum eius expeditionis ducem declararunt. Occupato autem quam angustissimo montis aditu, barbaros accessu prohibebant: at illi tramitem eum nacti, per quem Persas olim Ephialtes Trachinius duxerat, Phocensiumque inde praesidio deturbato, in Oeta superanda Graecos impune fefellerunt. (3) Ibi Athenienses barbarorum multitudine a lateribus circumventi, fortiter pugnando, Graeco se nomine dignos, ut qui maxime, praebuerunt. At qui ex ipsis in navibus remanserant, graviter laborarunt. Nam quum Lamiacus sinus ad ipsas Thermopylas maxime coenosus sit, propter aquas (ut opinor)

αἴτιον δὲ, ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ὕδωρ ταύτῃ τὸ θερμὸν ἐκρέον ἐςτὴν θάλασσαν· μείζονα οὖν οὗτοι εἶχον πόνον. ἀναλαβόντες γὰρ ἐπὶ τὰ καταστρώματα τοὺς Ἕλληνας, ναυσὶν ὑπό τε ὅπλων βαρείαις καὶ ἀνδρῶν ἐβιάζοντο κατὰ τοῦ πηλοῦ πλεῖν. οὗτοι μὲν δὴ τοὺς Ἕλληνας τρόπον τὸν εἰρημένον ἔσωζον. (4) οἱ δὲ Γαλάται πυλῶν τε ἐντὸς ἦσαν, καὶ τὰ πολίσματα ἑλεῖν ἐν οὐδενὶ τὰ λοιπὰ ποιησάμενοι, Δελφοὺς καὶ τὰ χρήματα τοῦ θεοῦ διαρπάσαι μάλιστα εἶχον σπουδήν. καὶ σφισιν αὐτοί τε Δελφοὶ, καὶ Φωκέων ἀντετάχθησαν οἱ τὰς πόλεις περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκοῦντες· ἀφίκετο δὲ καὶ δύναμις Αἰτωλῶν· τὸ γὰρ Αἰτωλικὸν προεῖχεν ἀλκῇ νεότητος τὸν χρόνον τοῦτον. ὡς δὲ ἐς χεῖρας συνῄεσαν, ἐνταῦθα κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας καὶ ἀποῤῥαγεῖσαι πέτραι τοῦ Παρνασσοῦ, δείματά τε ἄνδρες ἐφίσταντο ὁπλῖται τοῖς βαρβάροις· τούτων τοὺς μὲν ἐξ Ὑπερβορέων λέγουσιν ἐλθεῖν, Ὑπέροχον καὶ Ἀμάδοκον, τὸν δὲ τρίτον Πύῤῥον εἶναι τὸν Ἀχιλλέως. ἐναγίζουσι δὲ ἀπὸ ταύτης Δελφοὶ τῆς συμμαχίας

calidas, quae ea parte in mare influunt, difficile dictu est, quanto labore receptis in foros Graecis, graves viris et armis naves ex ea coeni voragine exemerint. Et ab Atheniensibus quidem ad hunc modum Graeci servati sunt. (4) At Galli montis angustiis superatis, nihil sua magnopere existimantes interesse, reliqua oppida capere, in Delphos et Apollinis donaria cupiditatis suae omnem conatum converterunt. Et illis quidem et Delphi, et Phocenses, et ex aliis Parnasi urbibus multi in unum congregati, assumtis Aetolorum copiis, (quae gens per ea tempora iuventutis robore praestabat) instructa acie occurrerunt. Ut vero ad manus ventum est, et *crebra de coelo* fulmina, et sponte avulsa de Parnaso saxa *divinitus* Gallorum aciem perculisse memorant. *Adiiciunt miraculo*, armatos tres terribili specie contra eos stetisse: quorum duos usque ab Hyperboreis, Hyperochum scilicet et Hamadocum, venisse; tertium Pyrrhum fuisse aiunt Achillis filium. Quo factum, ut annua parentatione ex eo

Πύῤῥῳ, πρότερον ἔχοντες ἅτε ἀνδρὸς πολεμίου καὶ τὸ μνῆμα ἐν ἀτιμίᾳ. (5) Γαλατῶν δὲ οἱ πολλοὶ ναυσὶν ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάντες τὰ παραθαλάσσια αὐτῆς ἐλεηλάτουν. χρόνῳ δὲ ὕστερον, οἱ Πέργαμον ἔχοντες, πάλαι δὲ Τευ- 12
θρανίαν καλουμένην, ἐς ταύτην Γαλάτας ἐλαύνουσιν ἀπὸ θαλάσσης. οὗτοι μὲν δὴ τὴν ἐκτὸς Σαγγαρίου χώραν ἔσχον, Ἄγκυραν πόλιν ἑλόντες Φρυγῶν, ἣν Μίδας ὁ Γορδίου πρότερον ᾤκισεν. ἄγκυρα δὲ, ἣν ὁ Μίδας ἀνεῦρεν, ἦν ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐν ἱερῷ Διὸς, καὶ κρήνη Μίδου καλουμένη· ταύτην οἴνῳ κεράσαι Μίδαν φασὶν ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Σιληνοῦ. ταύτην τε δὴ τὴν Ἄγκυραν εἷλον, καὶ Πεσινοῦντα ὑπὸ τὸ ὄρος τὴν Ἄγδιστιν, ἔνθα καὶ τὸν Ἄτυν τεθάφθαι λέγουσι. (6) Περγαμηνοῖς δὲ ἔστι μὲν σκῦλα ἀπὸ Γαλατῶν, ἔστι δὲ γραφὴ τὸ ἔργον πρὸς Γαλάτας ἔχουσα. ἣν δὲ νέμονται οἱ Περγαμηνοὶ, Καβείρων ἱεράν φασιν εἶναι τὸ ἀρχαῖον· αὐτοὶ δὲ Ἀρκάδες ἐθέλου-

Delphi gratiam Pyrrho retulerint, quum antea eius sepulcrum tanquam hostis nullis honoribus unquam dignum putassent. (5) Sed Gallorum magna pars in Asiam classe transvecti, ad illud usque tempus maritimam eius partem populationibus infestam reddiderunt, quo Pergameni, qui eam, quae olim Teuthrania appellata est, regionem tenent, eos longe a mari fugatos, in finitimam partem, *quae nunc Gallograecia dicitur*, compulerunt: ubi illi, Ancyra Phrygum oppido occupata, ultra Sangarium amnem consederunt. Eam urbem Midas Gordii filius condiderat: et ad meam sane usque aetatem permansit ancora ab eo inventa in Iovis aede. Et fons ille, quem Midae nominant, *monstrabatur*: in quem vinum infudisse Midam, ut Silenum captaret, vulgo creditum est. Neque vero Ancyram solum, verum et Pesinuntem ad montem Agdistin, nobile Attis tumulo oppidum, ceperunt. (6) Sunt adhuc apud Pergamenos Gallorum spolia, et pictura eorum testis, quae in Gallos gessere. Quam vero Pergameni incolunt terram, eam Cabiris sacram fuisse perhibent. Se ipsi ex eo Arcadum numero esse volunt, qui

σιν εἶναι τῶν ὁμοῦ Τηλέφῳ διαβάντων ἐς τὴν Ἀσίαν πολέμων δὲ τῶν μὲν ἄλλων, εἰ δή τινας ἐπολέμησαν, οὐκ ἐς ἅπαντας κεχώρηκεν ἡ φήμη· τρία δὲ γνωριμώτατα ἐξειργασμένα σφισι, τῆς τε Ἀσίας ἀρχὴ τῆς κάτω, καὶ ἡ Γαλατῶν ἀπ' αὐτῆς ἀναχώρησις, καὶ τὸ ἐς τοὺς σὺν Ἀγαμέμνονι Τηλέφου τόλμημα, ὅτε Ἕλληνες ἁμαρτόντες Ἰλίου, τὸ πεδίον ἐλεηλάτουν τὸ Μύσιον, ὡς γῆν τὴν Τρωϊάδα. ἐπάνειμι δὲ ἐς τὴν ἀρχὴν, ὅθεν ἐξέβην τοῦ λόγου.

## CAPUT V.

De Tholo — Heroibus Eponymis — Adriani donariis.

Τοῦ βουλευτηρίου τῶν πεντακοσίων πλησίον Θόλος ἐστὶ καλουμένη, καὶ θύουσί τε ἐνταῦθα οἱ πρυτάνεις, καί τινα καὶ ἀργύρου πεποιημένα ἐστὶν ἀγάλματα οὐ μεγάλα. ἀνωτέρω δὲ ἀνδριάντες ἑστήκασιν ἡρώων, ἀφ' ὧν Ἀθηναίοις ὕστερον τὰ ὀνόματα ἔσχον αἱ φυλαί. ὅστις δὲ κατεστή-

cum Telepho in Asiam traiecerint. Bellorum vero (si quae forte alia gesserunt) ad alias gentes fama fortassis non pervasit. Tria certe praeclara rerum gestarum monimenta reliquerunt: quorum illud primum fuit, quod inferioris Asiae imperium adepti sunt: alterum, quod Gallos ex eo, quem prius occuparant, loco cedere coegerunt: tertium, quod Telepho duce cum Agamemnonis copiis manum conserere ausi sunt, quum Graeci *per locorum inscitiam* ab Ilio aberrantes, e Mysorum agro, Troianum illum esse rati, praedas agere aggressi essent. Sed ad id redeo, unde est historia ab initio digressa.

Cap. V. Quingentorum curiae proximus locus est, qui Tholus dicitur, ubi Prytanes rem divinam facere consueverunt: quo in loco non sane magna sunt aliquot ex argento signa. Paulo vero superius heroum eorum statuae positae sunt, a quibus recentiora nomina Atheniensium tribus acce-

σατο δέκα ἀντὶ τεσσάρων φυλὰς εἶναι, καὶ μετέθετό σφισι τὰ ὀνόματα ἀντὶ τῶν ἀρχαίων, Ἡροδότῳ καὶ ταῦτά ἐστιν εἰρημένα. (2) Τῶν δὲ ἐπωνύμων (καλοῦσι γὰρ οὕτω σφᾶς) ἔστι μὲν Ἱπποθόων Ποσειδῶνος καὶ Ἀλόπης, θυ- 18
γατρὸς Κερκύονος· ἔστι δὲ Ἀντίοχος τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, γενόμενος ἐκ Μιδείας Ἡρακλεῖ τῆς Φύλαντος· καὶ τρίτος Αἴας ὁ Τελαμῶνος· ἐκ δὲ Ἀθηναίων, Λεώς. δοῦναι δὲ ἐπὶ σωτηρίᾳ λέγεται κοινῇ τὰς θυγατέρας, τοῦ θεοῦ χρήσαντος. Ἐρεχθεύς τέ ἐστιν ἐν τοῖς ἐπωνύμοις, ὃς ἐνίκησεν Ἐλευσινίους μάχῃ, καὶ τὸν ἡγούμενον ἀπέκτεινεν Ἰμμάραδον τὸν Εὐμόλπου. Αἰγεύς τέ ἐστι, καὶ Οἰνεὺς Πανδίονος υἱὸς νόθος, καὶ τῶν Θησέως παίδων Ἀκάμας. (3) Κέκροπα δὲ ἢ Πανδίονα, (εἶδον γὰρ καὶ τούτων ἐν τοῖς ἐπωνύμοις εἰκόνας,) οὐκ οἶδα οὓς ἄγουσιν ἐν τιμῇ· πρότερός τε γὰρ ἦρξε Κέκροψ, ὃς τὴν Ἀκταίου θυγατέρα ἔσχηκε, καὶ ὕστερον ἄλλος, ὃς μετῴκησεν ἐς Εὔβοιαν, Ἐρεχθέως υἱὸς τοῦ Πανδίονος

perunt. Qui certe tribuum numerum auxerit, ut decem pro quatuor essent, novaque nomina pro priscis imposuerit, id sane ab Herodoto traditum est. (2) Ex Eponymis autem (sic enim appellantur, *a quibus tribus nomina sumserunt*) unus est Hippothoon Neptuni filius, ex Alope Cercyonis filia: alter Antiochus Herculi e Meda Phylantis genitus: tertius Aiax Telamonis filius. Ex Atheniensibus Leo, quem filias ex oraculo pro salute publica devovisse ferunt. Habet et inter Eponymos locum suum Erechtheus, qui Eleusinios praelio vicit, eorumque ducem Immaradum Eumolpi filium interfecit. Ad hos Aegeus, et Pandionis nothus filius Oeneus, et ex Thesei liberis Acamas. (3) Vidi etiam Cecropis statuas et Pandionis inter eos, a quibus tribuum sunt cognomina: sed utris eorum honorem habeant, non plane dixerim. Regnavit enim et Cecrops maior, quicum Actaei filia nupta fuit: et minor, Erechthei filius, Pandionis nepos, pronepos Erichthonii, a quo est in Euboeam colonia deducta. Re-

τοῦ Ἐριχθονίου. καὶ δὴ καὶ Πανδίων ἐβασίλευσεν ὁ τοῦ Ἐριχθονίου, καὶ ὁ Κέκροπος τοῦ δευτέρου. τοῦτον Μητιονίδαι τῆς ἀρχῆς ἐξελαύνουσι, καί οἱ φυγόντι ἐς Μέγαρα (θυγατέρα γὰρ εἶχε Πύλα τοῦ βασιλεύσαντος ἐν Μεγάροις) συνεκπίπτουσιν οἱ παῖδες· καὶ Πανδίονα μὲν αὐτοῦ λέγεται νοσήσαντα ἀποθανεῖν, καί οἱ πρὸς θαλάσσῃ μνῆμά ἐστιν ἐν τῇ Μεγαρίδι ἐν Ἀθηνᾶς Αἰθυίας καλουμένῳ σκοπέλῳ· (4) οἱ δὲ παῖδες κατίασί τε ἐκ τῶν Μεγάρων, ἐκβαλόντες Μητιονίδας, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Ἀθηναίων Αἰγεὺς πρεσβύτατος ὢν ἔσχε. θυγατέρας δὲ οὐ σὺν ἀγαθῷ δαίμονι ἔθρεψεν ὁ Πανδίων, οὐδέ οἱ τιμωροὶ παῖδες ἀπ' αὐτῶν ἐλείφθησαν· καίτοι δυνάμεώς γε εἵνεκα πρὸς τὸν Θρᾷκα τὸ κῆδος ἐποιήσατο. ἀλλ' οὐδεὶς πόρος ἐστὶν ἀνθρώπῳ παραβῆναι τὸ καθῆκον ἐκ τοῦ θεοῦ. Λέγουσιν,
14 ὡς Τηρεὺς συνοικῶν Πρόκνῃ Φιλομήλαν ᾔσχυνεν, οὐ κατὰ νόμον δράσας τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὸ σῶμα ἔτι λωβησάμενος τῇ παιδὶ ἤγαγεν ἐς ἀνάγκην δίκης τὰς γυναῖκας. Πανδίονι δὲ καὶ ἄλλος ἀνδριάς ἐστιν ἐν ἀκροπόλει

gnavit etiam Pandion Erichthonii, et alter minoris Cecropis filius, qui cum filiis a Metionidis regno pulsus, quum ad Pylam Megarensium regem, cuius filiam in matrimonio habebat, confugisset, morbo confectus illic diem suum obiit: estque eius mari vicinum monumentum eo in loco Megarensis agri, qui Minervae Aethyiae (*id est mergi*) scopulus est appellatus. (4) At filii rursus eiectis Metionidis, Megaris Athenas reversi sunt: ubi regnum maximus natu Aegeus obtinuit. Et Pandion quidem non satis aequo fato eduxit filias: neque filios, qui suas persequerentur iniurias, ullos reliquit. Thraciae certe regem, quo opes suas firmaret, sibi affinitate devinxerat. Sed fati vim effugere nulla possunt homines ratione. Nam quum Tereus, cui nuptum Progne data fuerat, Philomelae eius sorori, contemptis Graecorum legibus, vitium intulisset, et puellae insuper corpus ferro violasset, mulieres ad sceleris poenam expetendam provocavit. Pandionis vero et altera spectatu digna est

θίας ἄξιος. (5) οἵδε μέν εἰσιν Ἀθηναίοις ἐπώνυμοι τῶν ἀρχαίων· ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ τῶνδε φυλὰς ἔχουσιν, Ἀττάλου τοῦ Μυσοῦ, καὶ Πτολεμαίου τοῦ Αἰγυπτίου, καὶ κατ' ἐμὲ ἤδη βασιλέως Ἀδριανοῦ, τῆς τε ἐς τὸ θεῖον τιμῆς ἐπὶ πλεῖστον ἐλθόντος, καὶ τῶν ἀρχομένων ἐς εὐδαιμονίαν τὰ μέγιστα ἑκάστοις παρασχομένου. καὶ ἐς μὲν πόλεμον οὐδένα ἑκούσιος κατέβη, Ἑβραίους δὲ τοὺς ὑπὲρ Σύρων ἐχειρώσατο ἀποστάντας. ὁπόσα δὲ θεῶν ἱερὰ, τὰ μὲν ᾠκοδόμησεν ἐξ ἀρχῆς, τὰ δὲ καὶ ἐπεκόσμησεν ἀναθήμασι καὶ κατασκευαῖς, ἢ δωρεὰς πόλεσιν ἔδωκεν Ἑλληνίσι, τὰς δὲ καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς δεηθεῖσιν, ἔστιν οἱ πάντα γεγραμμένα Ἀθήνῃσιν ἐν τῷ κοινῷ τῶν θεῶν ἱερῷ.

## CAPUT VI.

De Ptolemaeo Lagi, eiusque rebus gestis.

Τὰ δὲ ἐς Ἄτταλον καὶ Πτολεμαῖον ἡλικίᾳ τε ἦν ἀρχαιότερα, ὡς μὴ μένειν ἔτι τὴν φήμην αὐτῶν, καὶ οἱ συγγε-

in arce statua. (5) Et hi quidem sunt prisci homines, a quibus Athenienses tribubus nomina indiderunt. Natu autem multo inferiores et alii sunt, Attalus scilicet Mysus, et Ptolemaeus Aegyptius, et penes quem aetate mea imperium est, Adrianus, qui et Deos unus omnium religiosissime colit, et populorum, quotquot ipsi parent, felicitati maxime consulit. Is bellum omnino nullum, nisi invitus, suscepit. Hebraeorum duntaxat, qui supra Syros sunt, defectionem ultus est. Quae sane Dis templa vel erexerit, vel donariis et operibus exornarit, quae item ultro Graecis, quaeque rogatus barbaris dona civitatibus dederit, Athenis in communi Deorum omnium templo conscriptum est.

Cap. VI. Attali vero et Ptolemaei rerum gestarum memoriam quum vetustas magna ex parte aboleverit, tum eorum

νόμενοι τοῖς βασιλεῦσιν ἐπὶ συγγραφῇ τῶν ἔργων, καὶ πρότερον ἔτι ἠμελήθησαν. τούτων εἵνεκά μοι καὶ τὰ τῶνδε ἐπῆλθε δηλῶσαι ἔργα τε ὁποῖα ἔπραξαν, καὶ ὡς ἐς τοὺς πατέρας αὐτῶν περιεχώρησεν Αἰγύπτου καὶ ἡ τῶν Μυσῶν καὶ τῶν προσοίκων ἀρχή. (2) Πτολεμαῖον Μακεδόνες Φιλίππου παῖδα εἶναι τοῦ Ἀμύντου, λόγῳ δὲ Λάγου νομίζουσι· τὴν γάρ οἱ μητέρα ἔχουσαν ἐν γαστρὶ δοθῆναι γυναῖκα ὑπὸ Φιλίππου Λάγῳ. Πτολεμαῖον δὲ λέγουσιν ἄλλα τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ λαμπρὰ ἀποδείξασθαι, καὶ Ἀλεξάνδρῳ κινδύνου ξυμβάντος ἐν Ὀξυδράκαις, μάλιστά οἱ τῶν ἑταίρων ἀμῦναι. τελευτήσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῖς ἐς Ἀριδαῖον τὸν Φιλίππου τὴν πᾶσαν ἄγουσιν ἀρχὴν ἀντιστὰς, αὐτὸς μάλιστα ἐγένετο εἰς τὰς βασιλείας αἴτιος τὰ ἔθνη νεμηθῆναι. (3) αὐτὸς δὲ ἐς Αἴγυπτον διαβὰς, Κλεομένην τε ἀπέκτεινεν, ὃν σατραπεύειν Αἰγύπτου κατέστησεν Ἀλέξανδρος, Περδίκκᾳ νομίζων εὔνουν καὶ διὰ τοῦτο οὐ πιστὸν ἑαυτῷ, καὶ Μακεδόνων τοὺς ταχθέντας τὸν Ἀλεξάνδρου νεκρὸν ἐς Αἰγὰς κομίζειν ἀνέπει-

negligentia interiit, qui, ut eam literis mandarent, cum illis vixere. Quamobrem mihi in mentem venit, et quas hi res gesserint, et quemadmodum ad eorum maiores Mysorum et Aegyptiorum finitimarumque gentium imperium pervenerit, exponere. (2) Ptolemaeum quidem Macedones *re* Philippi Amyntae filii, verbo Lagi filium existimant: eius enim matrem uterum ferentem a Philippo Lago uxorem datam ferunt. Hunc et alia in Asia praeclara facinora gessisse memorant: et Alexandro in Oxydracis periclitanti, prae cunctis regis amicis, auxilio fuisse. Eundem etiam, Alexandro mortuo, iis, qui ad Aridaeum Philippi filium regnum universum deferebant, *acriter* restitisse, regnumque in plures dividendi auctorem in primis extitisse. (3) Quo tempore ipse in Aegyptum profectus, Cleomenem, quem Aegypto praefecerat Alexander, quod Perdiccae studeret, sibi suspectum occidit: atque iis Macedonibus, quibus negotium datum erat, ut Alexandri cadaver Aegas reportarent, ut sibi

σεν αὐτῷ παραδοῦναι· καὶ τὸν μὲν νόμῳ τῶν Μακεδόνων ἔθαπτεν ἐν Μέμφει, οἷα δὲ ἐπιστάμενος πολεμήσοντα Περδίκκαν, Αἴγυπτον εἶχεν ἐν φυλακῇ. Περδίκκας δὲ ἐς μὲν τὸ εὐπρεπὲς τῆς στρατείας ἐπήγετο Ἀριδαῖον τὸν Φιλίππου, καὶ παῖδα Ἀλέξανδρον ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου γεγονότα καὶ Ἀλεξάνδρου, τῷ δὲ ἔργῳ Πτολεμαῖον ἐπεβούλευεν ἀφελέσθαι τὴν ἐν Αἰγύπτῳ βασιλείαν. ἐξωσθεὶς δὲ Αἰγύπτου, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἔτι οὐχ ὁμοίως θαυμαζόμενος, διαβεβλημένος δὲ καὶ ἄλλως ἐς τοὺς Μακεδόνας, ἀπέθανεν ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων.
(4) Πτολεμαῖον δὲ αὐτίκα ἐς τὰ πράγματα ὁ Περδίκκου θάνατος ἐπέστησε· καὶ τοῦτο μὲν Σύρους καὶ Φοινίκην εἷλε, τοῦτο δὲ ἐκπεσόντα ὑπὸ Ἀντιγόνου καὶ φεύγοντα ὑπεδέξατο Σέλευκον τὸν Ἀντιόχου, καὶ αὐτὸς παρεσκευάζετο ὡς ἀμυνούμενος Ἀντίγονον· καὶ Κάσσανδρον τὸν 16
Ἀντιπάτρου καὶ Λυσίμαχον βασιλεύοντα ἐν Θρᾴκῃ μετασχεῖν ἔπεισε τοῦ πολέμου, φυγὴν λέγων τὴν Σελεύκου,

illud traderent, persuasit, acceptumque Macedonico ritu Memphi condidit; nihilque omnino dubitans, bellum sibi Perdiccam illaturum, Aegyptum praesidiis firmavit. Perdiccas vero quo speciosiorem expeditioni causam praetexeret, secum adduxit Aridaeum Philippi filium, et Alexandrum puerum, Alexandro et Rhoxane Oxyartae filia genitum: *quasi vero illis regnum vindicaret:* quum re tamen Aegypti regnum Ptolemaeo eripere conaretur. Verum ex Aegypto pulsus, amissa magna ex parte existimatione, quam in bellicis rebus consecutus fuerat, et iam ante in magnam apud Macedones invidiam adductus, a satellitibus suis interfectus est.
(4) Ptolemaeum Perdiccae caedes ad res gerendas excitavit: Syriam igitur statim et Phoenicen imperio suo adiecit: mox Seleucum Antiochi filium ab Antigono eiectum, ad se confugientem, in fidem recepit. Ad haec in Antigonum et Cassandrum Antipatri filium, armis eorum se insolentiam persecuturum professus, bellum movit. Lysimachum Thraciae imperantem facile ad societatem induxit, quum et Seleuci

καὶ τὸν Ἀντίγονον φοβερόν σφισιν εἶναι πᾶσιν αὐξηθέντα. (5) Ἀντίγονος δὲ τέως μὲν ἦν ἐν παρασκευῇ πολέμου, καὶ τὸν κίνδυνον οὐ παντάπασιν ἐθάῤῥει· ἐπεὶ δὲ ἐς Λιβύην ἐπύθετο στρατεύειν Πτολεμαῖον, ἀφεστηκότων Κυρηναίων, αὐτίκα Σύρους καὶ Φοίνικας εἷλεν ἐξ ἐπιδρομῆς· παραδοὺς δὲ Δημητρίῳ τῷ παιδὶ, ἡλικίαν μὲν νέῳ, φρονεῖν δὲ ἤδη δοκοῦντι, καταβαίνει ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον· πρὶν δὲ ἢ καταβῆναι πάλιν ἦγεν ὀπίσω τὴν στρατιὰν, Δημήτριον ἀκούων ὑπὸ Πτολεμαίου μάχῃ κεκρατῆσθαι. Δημήτριος δὲ οὔτε παντάπασιν ἐξειστήκει Πτολεμαίῳ τῆς χώρας, καί τινας τῶν Αἰγυπτίων λοχήσας διέφθειρεν οὐ πολλούς. τότε δὲ ἥκοντα Ἀντίγονον οὐχ ὑπομείνας Πτολεμαῖος, ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον. (6) διελθόντος δὲ τοῦ χειμῶνος, Δημήτριος πλεύσας ἐς Κύπρον, Μενέλαον σατράπην Πτολεμαίου ναυμαχίᾳ, καὶ αὖθις αὐτὸν Πτολεμαῖον ἐπιδιαβάντα ἐνίκησεν. φυγόντα δὲ αὐτὸν ἐς Αἴγυπτον, Ἀντίγονός τε κατὰ γῆν, καὶ ναυσὶν ἅμα ἐπο-

fugam commemoraret, et Antigoni opes cunctis formidolosas fore, si quid amplius crevissent, moneret. (5) Interea Antigonus bellum utique apparabat, belli tamen fortunam tentare prius non est ausus, quam audita Cyrenaeorum defectione Ptolemaeum in Libyam movisse renuntiatum est; tunc enim et Syros et Phoenicas primo impetu in potestatem suam redegit. Quibus quum Demetrium filium, illum quidem peradolescentem, verum summa virtute et spe iuvenem, praefecisset, ipse in Hellespontum rediit. Sed antequam traiiceret, quum audisset, a Ptolemaeo Demetrium praelio superatum, retro copias egit. Demetrius non prorsus tota provincia hosti cesserat; quin et Aegyptiorum non magnam utique manum insidiis oppresserat. Appropinquantem Antigonum Ptolemaeus non expectandum ratus, in suum se regnum recepit. (6) Hyeme vero acta, Demetrius in Cyprum cum classe profectus, Menelaum primum Ptolemaei praefectum navali praelio, deinde Ptolemaeum ipsum propius accedentem vicit: mox in Aegyptum fugientem persecutus ter-

λιόρκει καὶ Δημήτριος. Πτολεμαῖος δὲ ἐς πᾶν ἀφικόμενος κινδύνου διέσωσεν ὅμως τὴν ἀρχὴν, στρατιᾷ τε ἀντικαθήμενος ἐπὶ Πηλουσίῳ, καὶ τριήρεσιν ἀμυνόμενος ἅμα ἐκ τοῦ ποταμοῦ. Ἀντίγονος δὲ Αἴγυπτον μὲν αἱρήσειν ἐκ τῶν παρόντων οὐδεμίαν ἔτι εἶχεν ἐλπίδα, Δημήτριον δὲ ἐπὶ Ῥοδίους στρατιᾷ πολλῇ καὶ ναυσὶν ἔστειλεν, ὡς, εἴ οἱ προσγένοιτο ἡ νῆσος, ὁρμητηρίῳ χρήσεσθαι πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐλπίζων. ἀλλὰ αὐτοί τε οἱ Ῥόδιοι τολμήματα καὶ ἐπιτεχνήσεις παρέσχοντο εἰς τοὺς πολιορκοῦντας, καὶ Πτολεμαῖός σφισιν, ἐς ὅσον δυνάμεως ἧκε, συνήρατο ἐς τὸν πόλεμον. (7) Ἀντίγονος δὲ Ῥόδου τε ἁμαρτὼν καὶ Αἰγύπτου πρότερον, οὐ πολλῷ τούτων ὕστερον ἀντιτάξασθαι Λυσιμάχῳ τολμήσας καὶ Κασσάνδρῳ τε καὶ τῇ Σελεύκου στρατιᾷ, τῆς δυνάμεως ἀπώλεσε τὸ πολύ· καὶ 17
αὐτὸς ἀπέθανε ταλαιπωρήσας μάλιστα τῷ μήκει τοῦ πρὸς Εὐμένη πολέμου. τῶν δὲ βασιλέων τῶν καθελόντων Ἀντίγονον ἀνοσιώτατον κρίνω γενέσθαι Κάσσανδρον, ὃς

ra Antigonus, mari Demetrius urgebat. Ptolemaeus omni ex parte periculo circumventus, praesidio tamen ad Pelusium constituto, et triremibus e flumine in hostem deductis, ita restitit, ut suum sibi regnum facile tutatus sit. Antigonus quidem ex praesentium rerum difficultate occupandi Aegyptum spem omnem abiecerat: Demetrium tamen cum ingenti exercitu et navibus multis contra Rhodios misit, ut qui se redacta in potestatem suam insula opportuno adversus Aegyptios propugnaculo usurum speraret. Sed Rhodii quum ipsi per se bellica virtute et operibus ac machinis acriter obsistebant, tum illos Ptolemaeus omni ope copiisque suis iuvabat. (7) Antigonus igitur aeque Rhodiensi ac prius Aegyptiaca expeditione infeliciter tentata, non ita multo post contra Lysimachum, Cassandrum, et Seleucum acie dimicare ausus, magnam exercitus partem amisit: ac postea belli adversus Eumenem diuturnitate confectus e vita decessit. Ex omnibus autem, qui Antigonum oppugnarunt, regibus summa fuisse impietate Cassandrum iudico: qui quum Anti-

δι' Ἀντιγόνου τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἀνασωσάμενος, πολεμήσων ἦλθεν ἐπ' ἄνδρα εὐεργέτην. (8) Ἀποθανόντος δὲ Ἀντιγόνου, Πτολεμαῖος Σύρους τε αὖθις καὶ Κύπρον εἷλε; κατήγαγε δὲ καὶ Πύῤῥον ἐς τὴν Θεσπρωτίδα ἤπειρον. Κυρήνης δὲ ἀποστάσης, Μάγας Βερενίκης υἱὸς Πτολεμαίῳ τότε συνοικούσης, ἔτει πέμπτῳ μετὰ τὴν ἀπόστασιν εἷλε Κυρήνην. Εἰ δὲ ὁ Πτολεμαῖος οὗτος ἀληθεῖ λόγῳ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου παῖς ἦν, ἴστω τὸ ἐπιμανὲς ἐς τὰς γυναῖκας κατὰ τὸν πατέρα κεκτημένος· ὃς Εὐρυδίκῃ τῇ Ἀντιπάτρου συνοικῶν, ὄντων οἱ παίδων, Βερενίκης εἰς ἔρωτα ἦλθεν, ἣν Ἀντίπατρος Εὐρυδίκῃ συνέπεμψεν ἐς Αἴγυπτον. ταύτης τῆς γυναικὸς ἐρασθεὶς, παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐποιήσατο, καὶ, ὡς ἦν οἱ πλησίον ἡ τελευτὴ, Πτολεμαῖον ἀπέλιπεν Αἰγύπτου βασιλεύειν, (ἀφ' οὗ καὶ Ἀθηναίοις ἐστὶν ἡ φυλὴ) γεγονότα ἐκ Βερενίκης, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς Ἀντιπάτρου θυγατρός.

goni opera Macedoniae regnum conservasset, non dubitavit viro optime de se merito bellum inferre. (8) Antigono vero mortuo, Ptolemaeus Syriam et Cyprum iterum subegit, Pyrrhumque in Thesprotidem Epiri reduxit, et per Magan Berenices, quam tunc in matrimonio habebat, filium Cyrenen, quae a se desciverat, quinto post defectionem anno recepit. Quod si Ptolemaeus revera Philippo Amyntae filio genitus est, intemperantem usque ad insaniam in mulieres amorem a patre nimirum ei quasi haereditarium fuisse, facile credi potest. Quum enim Eurydicen Antipatri filiam uxorem duxisset, ex eaque liberos etiam suscepisset, Berenices nihilominus (quam Eurydicae comitem in Aegyptum Antipater miserat) amore captus, filios ex ea quoque genuit. Ex iis Ptolemaeum iam prope moriens sibi regni successorem declaravit, a quo Atheniensibus tribus una est.

# CAPUT VII.

De Ptolemaeo Philadelpho et Maga.

Οὗτος ὁ Πτολεμαῖος Ἀρσινόης, ἀδελφῆς ἀμφοτέρωθεν, ἐρασθεὶς ἔγημεν αὐτήν, Μακεδόσιν οὐδαμῶς ποιῶν νομιζόμενα, Αἰγυπτίοις μέντοι, ὧν ἦρχε· δεύτερα δὲ ἀδελφὸν ἀπέκτεινεν Ἀργαῖον ἐπιβουλεύοντα, ὡς λέγεται. καὶ τὸν Ἀλεξάνδρου νεκρὸν οὗτος ὁ καταγαγὼν ἦν ἐκ Μέμφιδος. ἀπέκτεινε δὲ καὶ ἄλλον ἀδελφὸν γεγονότα ἐξ Εὐρυδίκης, Κυπρίους ἀφιστάντα αἰσθόμενος. Μάγας δὲ ἀδελφὸς ὁμομήτριος Πτολεμαίου παρὰ Βερενίκης τῆς μητρὸς ἀξιωθεὶς ἐπιτροπεύειν Κυρήνην, (ἐγεγόνει δὲ ἐκ Φι- 18
λίππου τῇ Βερενίκῃ, Μακεδόνος μέν, ἄλλως δὲ ἀγνώστου καὶ ἑνὸς τοῦ δήμου) τότε δὴ οὗτος ὁ Μάγας, ἀποστήσας Πτολεμαίου Κυρηναίους, ἤλαυνεν ἐπ' Αἴγυπτον. (2) καὶ Πτολεμαῖος μὲν τὴν ἐσβολὴν φραξάμενος, ὑπέμενεν ἐπιόντας Κυρηναίους· Μάγᾳ δὲ ἀπαγγέλλεται καθ' ὁδὸν ἀφεστηκέναι Μαρμαρίδας· (εἰσὶ δὲ Λιβύων οἱ Μαρ-

Cap. VII. At hic etiam Ptolemaeus Arsinoes uterinae pariter et germanae sororis amore victus, eam sibi matrimonio adiunxit; atque id non sane ex Macedonum, sed Aegyptiorum, quibus imperabat, lege fecit. Minorem autem fratrem Argaeum insidias sibi comparantem (ut fama est) interfecit. Idem etiam Alexandri cadaver e Memphi deportandum curavit. Alterum quoque fratrem, ex Eurydice natum, quum ab eo Cyprios ad defectionem solicitari persensisset, de medio sustulit. At Magas, eius ex eadem quidem matre frater, patre vero Philippo, Macedone illo quidem, sed ignobili et plebeio genitus, quum Cyrenaeis, quibus a Berenica praefectus fuerat, ut a Ptolemaeo deficerent, persuasisset, in Aegyptum cum exercitu movit. (2) Ptolemaeus, quum aditus ex omni parte munisset, se ad Cyrenaeorum impetum sustinendum comparabat: sed ubi Magae in itinere de Marmaridarum (ea Libyae Nomadum gens est) defe-

μαρίδου τῶν νομάδων) καὶ τότε μὲν ἐς Κυρήνην ἀπηλλάσσετο· Πτολεμαῖον δὲ ὡρμημένον διώκειν αἰτία τοιάδε ἐπέσχεν· ἡνίκα παρεσκευάζετο ἐπιόντα ἀμύνεσθαι Μάγαν, ξένους ἐπηγάγετο καὶ ἄλλους καὶ Γαλάτας ἐς τετρακισχιλίους· τούτους λαβὼν ἐπιβουλεύοντας κατασχεῖν Αἴγυπτον, ἀνήγαγε σφᾶς ἐς νῆσον ἐρήμην διὰ τοῦ ποταμοῦ· καὶ οἱ μὲν ἐνταῦθα ἀπώλοντο ὑπό τε ἀλλήλων, καὶ τοῦ λιμοῦ. (3) Μάγας δὲ ἤδη γυναῖκα ἔχων Ἀπάμην Ἀντιόχου τοῦ Σελεύκου θυγατέρα, ἔπεισεν Ἀντίοχον παραβάντα, ἃς ὁ πατήρ οἱ Σέλευκος ἐποιήσατο συνθήκας πρὸς Πτολεμαῖον, ἐλαύνειν ἐπ' Αἴγυπτον. ὡρμημένου δὲ Ἀντιόχου στρατεύειν, Πτολεμαῖος διέπεμψεν ἐς ἅπαντας ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος, τοῖς μὲν ἀσθενεστέροις, λῃσταῖς κατατρέχειν τὴν γῆν, οἳ δὲ ἦσαν δυνατώτεροι στρατείᾳ κατεῖργειν· ὥστε Ἀντιόχῳ μήποτε ἐγγενέσθαι στρατεύειν ἐπ' Αἴγυπτον. οὗτος ὁ Πτολεμαῖος καὶ πρότερον εἴρηταί μοι ὡς ναυτικὸν ἔστειλεν ἐς τὴν Ἀθηναίων συμμαχίαν ἐπ' Ἀν-

ctione est allatum, Cyrenas agmen retroagere conatus est. Quo quum illum persequi Ptolemaeus conaretur, id ei fuit impedimento, quod, quum ad sustinendum Magae impetum et alios mercenarios milites, et Gallorum quatuor ferme millia conducta haberet, et eam manum comperisset de Aegypto occupanda consilia inire, eos in desertam insulam per Nilum deduxit: quo in loco ad unum omnes quum mutuis confossi vulneribus, tum fame enecti periere. (3) Magas vero quum Apamen uxorem duxisset, Antiochi filiam, socero persuadet, ut, violato foedere, quod eius patri Seleuco cum Ptolemaeo ictum fuerat, in Aegyptum invadat. Quod quum Antiochus comparato exercitu moliretur, Ptolemaeus in omnes populos, quibus imperabat Antiochus, copias dimisit, quae imbecilliores excursionibus praedonum more ac populationibus infestos redderent, validiores acie adorirentur. Quod sane consilium omnem in Aegyptum Antiocho proficiscendi facultatem eripuit. Hic nempe ille Ptolemaeus est, qui (ut ante exposui) auxiliariam classem Atheniensibus contra

τίγονον καὶ Μακεδόνας· ἀλλὰ γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ οὐδὲν μέγα ἐγένετο ἐς σωτηρίαν Ἀθηναίοις. Οἱ δέ οἱ παῖδες ἐγένοντο ἐξ Ἀρσινόης οὐ τῆς ἀδελφῆς, Λυσιμάχου δὲ θυγα- 19
τρός· τὴν δέ οἱ συνοικήσασαν ἀδελφὴν κατέλαβεν ἔτι πρότερον ἀποθανεῖν ἄπαιδα· καὶ νομός ἐστιν ἀπ᾽ αὐτῆς Ἀρσινοΐτης Αἰγυπτίοις.

# CAPUT VIII.

De Attalo — variis signis — Demosthene — templis et signis deorum ac hominum — theatro Odeo dicto.

Ἀπαιτεῖ δὲ ὁ λόγος δηλῶσαι καὶ τὰ ἐς Ἄτταλον ἔχοντα, ὅτι καὶ οὗτος τῶν ἐπωνύμων ἐστὶν Ἀθηναίοις. Ἀνὴρ Μακεδὼν, Δόκιμος ὄνομα, στρατηγὸς Ἀντιγόνου, Λυσιμάχῳ παραδοὺς ὕστερον αὐτὸν καὶ τὰ χρήματα, Φιλέταιρον Παφλαγόνα εἶχεν εὐνοῦχον. Ὅσα μὲν δὴ Φιλεταίρῳ πεπραγμένα ἐς τὴν ἀπόστασίν ἐστι τὴν ἀπὸ Λυσιμάχου, καὶ ὡς Σέλευκον ἐπηγάγετο, ἔσται μοι τῶν ἐς Λυσίμαχον παρενθήκη. (2) Ὁ δὲ Ἄτταλος Ἀττάλου μὲν

Antigonum et Macedonas misit: qua tamen re non magnopere ad salutem Atheniensium profectum est. Huic filii ex Arsinoe, non sane sorore, sed ea, quae Lysimachi filia fuit, nati sunt. Nam soror, quam sibi matrimonio iunxerat, antequam pareret, diem suum obiit: a qua Arsinoitis praefectura cognomen accepit.

Cap. VIII. Postulat autem locus, ut etiam, quae ad Attalum pertinent, exponantur, quum et ipse ex eorum numero sit, a quibus Atticis tribubus cognomina indita sunt. Vir fuit Macedo, Docimus nomine, unus de Antigoni ducibus, qui se postea opesque suas omnes Lysimacho tradidit. Hic Philetaerum Paphlagonem eunuchum habuit: a quo quae gesta fuerint, quum defecisset a Lysimacho, et quemadmodum Seleucum in partes pertraxerit suas, inter ea inseram, quae de Lysimacho fuerint commemoranda. (2) Hic autem Attalus Attali quidem filius fuit: regno vero, quod Eume-

παῖς ὤν, ἀδελφιδοῦς δὲ Φιλεταίρου, τὴν ἀρχὴν Εὐμένους παραδόντος ἔσχεν ἀνεψιοῦ. Μέγιστον δέ ἐστιν οἱ τῶν ἔργων· Γαλάτας γὰρ ἐς τὴν γῆν, ἣν ἔτι καὶ νῦν ἔχουσιν, ἀναφυγεῖν ἠνάγκασεν ἀπὸ θαλάσσης.

(3) Μετὰ δὲ τὰς εἰκόνας τῶν ἐπωνύμων ἐστὶν ἀγάλματα θεῶν, Ἀμφιάραος, καὶ Εἰρήνη φέρουσα Πλοῦτον παῖδα. ἐνταῦθα Λυκοῦργός τε κεῖται χαλκοῦς ὁ Λυκόφρονος, καὶ Καλλίας, ὃς πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου τοῖς Ἕλλησιν, ὡς Ἀθηναίων οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἔπραξε τὴν εἰρήνην· (4) ἔστι δὲ καὶ Δημοσθένης, ὃν ἐς Καλαυρίαν Ἀθηναῖοι τὴν πρὸ Τροιζῆνος νῆσον ἠνάγκασαν ἀποχωρῆσαι, δεξάμενοι δὲ ὕστερον, διώκουσιν αὖθις μετὰ τὴν ἐν Λαμίᾳ πληγήν. Δημοσθένης δὲ ὡς τὸ δεύτερον ἔφυγε, περαιοῦται καὶ τότε ἐς τὴν Καλαυρίαν, ἔνθα δὴ πιὼν φάρμακον ἐτελεύτησε· φυγάδα τε Ἕλληνα μόνον τοῦτον Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόσιν οὐκ ἀνήγαγεν Ἀρχίας. ὁ δὲ Ἀρχίας οὗτος Θούριος ὢν ἔργον ἤρατο ἀνόσιον· ὅσοι Μακεδόσιν ἔπραξαν ἐναντία, πρὶν ἢ τοῖς Ἕλλησι

nes frater Philetaero concesserat, sui patruelis potitus est. Is omnium quae gessit, maximum illud fuit, quod Gallos in eam, quam etiam nunc tenent, terram a mari confugere coegit. (3) Iam secundum eorum ducum, unde tribus appellatae sunt, statuas signa deorum spectantur, Amphiaraus, et Pax Plutonem puerum ferens. Ibidem Lycurgus ex aere, Lycophronis filius: et Callias, qui pacem Atheniensibus (ut vulgo memorant) ab Artaxerxe Xerxis filio confecit. (4) Demosthenes etiam, quem in Calauream, quae insula iuxta Troezenem est, Athenienses exilii causa concedere coegerunt: revocatumque paulo post, iterum post Lamiacam cladem in exilium misere: quo tempore in eandem insulam reversus hausto veneno interiit. Hunc ex omnibus Graecis exulibus unum ad Antipatrum et Macedonas non traxit Archias. Thurius erat Archias patria. Negotium is valde inhumanum susceperat: nam omnes, qui ante cladem a Graecis acceptam in Thessalia Macedonibus adversati fue-

τὸ πταῖσμα ἐν Θετταλίᾳ γενέσθαι, τούτους ἦγεν Ἀρχίας Ἀντιπάτρῳ δώσοντας δίκην. Δημοσθένει μὲν ἡ πρὸς Ἀθηναίους ἄγαν εὔνοια ἐς τοῦτο ἐχώρησεν. εὖ δέ μοι λελέχθαι δοκεῖ, ἄνδρα ἀφειδῶς ἐσπεσόντα ἐς πολιτείαν καὶ πιστὰ ἡγησάμενον τὰ τοῦ δήμου, μήποτε καλῶς τελευτῆσαι. (5) Τῆς δὲ τοῦ Δημοσθένους εἰκόνος πλησίον Ἄρεώς ἐστιν ἱερὸν, ἔνθα ἀγάλματα δύο μὲν Ἀφροδίτης κεῖται, τὸ δὲ τοῦ Ἄρεως ἐποίησεν Ἀλκαμένης· τὴν δὲ Ἀθηνᾶν ἀνὴρ Πάριος, ὄνομα δὲ αὐτῷ Λόκρος. ἐνταῦθα καὶ Ἐνυοῦς ἄγαλμά ἐστιν, ἐποίησαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Πραξιτέλους. περὶ δὲ τὸν ναὸν ἑστᾶσιν Ἡρακλῆς καὶ Θησεὺς καὶ Ἀπόλλων ἀναδούμενος ταινίᾳ τὴν κόμην. ἀνδριάντες δὲ Καλάδης, Ἀθηναίοις, ὡς λέγεται, νόμους γράψας, καὶ Πίνδαρος, ἄλλα τε εὑράμενος παρὰ Ἀθηναίων καὶ τὴν εἰκόνα, ὅτι σφᾶς ἐπῄνεσεν ᾆσμα ποιήσας. οὐ πόῤῥω δὲ ἑστᾶσιν Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων οἱ κτείναντες Ἵππαρχον· αἰτία δὲ ἥτις ἐγένετο, καὶ τὸ ἔργον ὄντινα τρόπον ἔπραξαν, ἑτέροις ἐστὶν εἰρημένα. τῶν δὲ ἀνδριάντων οἱ μέν εἰσι Κριτίου τέχνη, τοὺς δὲ ἀρχαίους ἐποίησεν

rant, captos ad Antipatrum poenas daturos trahebat. Huc igitur Demosthenis nimius in patriam amor evasit. Quo mihi illud praeclare dictum videtur, hominem nimis reipublicae administrationi deditum, et populari aura fidentem, haud unquam feliciter diem extremum claudere. (5) Prope Demosthenis statuam Martis est aedes, in qua duo sunt Veneris signa. Martis Alcamenes, Minervae signum Parius vir fecit, Locrus nomine. Ibidem est etiam Bellonae signum, Praxitelis filiorum opus. Ad templum adstat Hercules, et Theseus, et Apollo taenia redimitus. Virorum autem statuae sunt Calades, quem legumlatorem Athenienses perhibent, et Pindarus, qui, quod Athenienses carmine laudavit, et statuam, et alia meruit praemia. Neque longe sunt Harmodius et Aristogiton Hipparchi interfectores: cuius facinoris causam et modum alii explicarunt. Ex his statuis aliquot Critias, antiquiores fecit Antenor. Ac quum has

παῖς ὤν, ἀδελφιδοῦς δὲ Φιλεταίρου, τὴν ἀρχὴν Εὐμένους παραδόντος ἔσχεν ἀνεψιοῦ. Μέγιστον δέ ἐστιν οἱ τῶν ἔργων· Γαλάτας γὰρ ἐς τὴν γῆν, ἣν ἔτι καὶ νῦν ἔχουσιν, ἀναφυγεῖν ἠνάγκασεν ἀπὸ θαλάσσης.

(3) Μετὰ δὲ τὰς εἰκόνας τῶν ἐπωνύμων ἐστὶν ἀγάλματα θεῶν, Ἀμφιάραος, καὶ Εἰρήνη φέρουσα Πλούτωνα παῖδα. ἐνταῦθα Λυκοῦργός τε κεῖται χαλκοῦς ὁ Λυκόφρονος, καὶ Καλλίας, ὃς πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου τοῖς Ἕλλησιν, ὡς Ἀθηναίων οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἔπραξε τὴν εἰρήνην· (4) ἔστι δὲ καὶ Δημοσθένης, ὃν ἐς Καλαυρίαν Ἀθηναῖοι τὴν πρὸ Τροιζῆνος νῆσον ἠνάγκασαν ἀποχωρῆσαι, δεξάμενοι δὲ ὕστερον, διώκουσιν αὖθις μετὰ τὴν ἐν Λαμίᾳ πληγήν. Δημοσθένης δὲ ὡς τὸ δεύτερον ἔφυγε, περαιοῦται καὶ τότε ἐς τὴν Καλαυρίαν, ἔνθα δὴ πιὼν φάρμακον ἐτελεύτησε· φυγάδα τε Ἕλληνα μόνον τοῦτον Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόσιν οὐκ ἀνήγαγεν Ἀρχίας. ὁ δὲ Ἀρχίας οὗτος Θούριος ὢν ἔργον ἤρατο ἀνόσιον· ὅσοι Μακεδόσιν ἔπραξαν ἐναντία, πρὶν ἢ τοῖς Ἕλλησι

nes frater Philetaero concesserat, sui patruelis potitus est. Is omnium quae gessit, maximum illud fuit, quod Gallos in eam, quam etiam nunc tenent, terram a mari confugere coegit. (3) Iam secundum eorum ducum, unde tribus appellatae sunt, statuas signa deorum spectantur, Amphiaraus, et Pax Plutonem puerum ferens. Ibidem Lycurgus ex aere, Lycophronis filius: et Callias, qui pacem Atheniensibus (ut vulgo memorant) ab Artaxerxe Xerxis filio confecit. (4) Demosthenes etiam, quem in Calauream, quae insula iuxta Troezenem est, Athenienses exilii causa concedere coegerunt: revocatumque paulo post, iterum post Lamiacam cladem in exilium misere: quo tempore in eandem insulam reversus hausto veneno interiit. Hunc ex omnibus Graecis exulibus unum ad Antipatrum et Macedonas non traxit Archias. Thurius erat Archias patria. Negotium is valde inhumanum susceperat: nam omnes, qui ante cladem a Graecis acceptam in Thessalia Macedonibus adversati fue-

τὸ παῖσμα ἐν Θετταλίᾳ γενέσθαι, τούτους ἦγεν Ἀρχίας Ἀντιπάτρῳ δώσοντας δίκην. Δημοσθένει μὲν ἡ πρὸς Ἀθηναίους ἄγαν εὔνοια ἐς τοῦτο ἐχώρησεν. εὖ δέ μοι λελέχθαι δοκεῖ, ἄνδρα ἀφειδῶς ἐσπεσόντα ἐς πολιτείαν καὶ πιστὰ ἡγησάμενον τὰ τοῦ δήμου, μήποτε καλῶς τελευτῆσαι. (5) Τῆς δὲ τοῦ Δημοσθένους εἰκόνος πλησίον Ἄρεώς ἐστιν ἱερὸν, ἔνθα ἀγάλματα δύο μὲν Ἀφροδίτης κεῖται, τὸ δὲ τοῦ Ἄρεως ἐποίησεν Ἀλκαμένης· τὴν δὲ Ἀθηνᾶν ἀνὴρ Πάριος, ὄνομα δὲ αὐτῷ Λόκρος. ἐνταῦθα καὶ Ἐνυοῦς ἄγαλμά ἐστιν, ἐποίησαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Πραξιτέλους. περὶ δὲ τὸν ναὸν ἑστᾶσιν Ἡρακλῆς καὶ Θησεὺς καὶ Ἀπόλλων ἀναδούμενος ταινίᾳ τὴν κόμην. ἀνδριάντες δὲ Καλάδης, Ἀθηναίοις, ὡς λέγεται, νόμους γράψας, καὶ Πίνδαρος, ἄλλα τε εὑράμενος παρὰ Ἀθηναίων καὶ τὴν εἰκόνα, ὅτι σφᾶς ἐπῄνεσεν ᾆσμα ποιήσας. οὐ πόῤῥω δὲ ἑστᾶσιν Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων οἱ κτείναντες Ἵππαρχον· αἰτία δὲ ἥτις ἐγένετο, καὶ τὸ ἔργον ὅντινα τρόπον ἔπραξαν, ἑτέροις ἐστὶν εἰρημένα. τῶν δὲ ἀνδριάντων οἱ μὲν εἰσι Κριτίου τέχνη, τοὺς δὲ ἀρχαίους ἐποίησεν

rant, captos ad Antipatrum poenas daturos trahebat. Huc igitur Demosthenis nimius in patriam amor evasit. Quo mihi illud praeclare dictum videtur, hominem nimis reipublicae administrationi deditum, et populari aura fidentem, haud unquam feliciter diem extremum claudere. (5) Prope Demosthenis statuam Martis est aedes, in qua duo sunt Veneris signa. Martis Alcamenes, Minervae signum Parius vir fecit, Locrus nomine. Ibidem est etiam Bellonae signum, Praxitelis filiorum opus. Ad templum adstat Hercules, et Theseus, et Apollo taenia redimitus. Virorum autem statuae sunt Calades, quem legumlatorem Athenienses perhibent, et Pindarus, qui, quod Athenienses carmine laudavit, et statuam, et alia meruit praemia. Neque longe sunt Harmodius et Aristogiton Hipparchi interfectores: cuius facinoris causam et modum alii explicarunt. Ex his statuis aliquot Critias, antiquiores fecit Autenor. Ac quum has

*Ἀντήνωρ. Ξέρξου δὲ, ὡς εἷλεν Ἀθήνας, ἐκλιπόντων τὸ ἄστυ Ἀθηναίων, ἀπαγομένου καὶ τούτους ἅτε λάφυρα, κατέπεμψεν ὕστερον Ἀθηναίοις Ἀντίοχος.*

*(6) Τοῦ θεάτρου δὲ, ὃ καλοῦσιν ᾠδεῖον, ἀνδριάντες πρὸ τῆς ἐσόδου βασιλέων εἰσὶν Αἰγυπτίων· ὀνόματα μὲν δὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Πτολεμαῖοί σφισιν, ἄλλη δὲ ἐπίκλησις*
21 *ἄλλῳ. καὶ γὰρ Φιλομήτορα καλοῦσι, καὶ Φιλάδελφον ἕτερον, τὸν δὲ τοῦ Λάγου Σωτῆρα, παραδόντων Ῥοδίων τὸ ὄνομα· τῶν δὲ ἄλλων ὁ μὲν Φιλάδελφός ἐστιν, οὗ καὶ πρότερον μνήμην ἐν τοῖς ἐπωνύμοις ἐποιησάμην, πλησίον δέ οἱ καὶ Ἀρσινόης τῆς ἀδελφῆς ἐστιν εἰκών.*

## CAPUT IX.

**De Ptolemaeo Philometore et matre Cleopatra — Lysimacho et Thracibus — Hieronymo Cardiano.**

*Ὁ δὲ Φιλομήτωρ καλούμενος ὄγδοος μέν ἐστιν ἀπόγονος Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, τὴν δὲ ἐπίκλησιν ἔσχεν ἐπὶ χλευασμῷ· οὐ γάρ τινα τῶν βασιλέων μισηθέντα ἴσμεν ἐς τοσόνδε ὑπὸ μητρός· ὃν πρεσβύτατον ὄντα τῶν*

Xerxes, urbe capta, quam cives deseruerant, cum alia praeda asportasset, Antiochus postea Atheniensibus remisit. (6) In theatri vero (quod Odeum vocant, *quasi cantilenarium dicas*) ipso vestibulo Aegyptiorum regum sunt statuae: quibus est omnibus idem Ptolemaei nomen, inter eos discrimen faciente cognomine. Namque alium Philometora, Philadelphum alium appellarunt: at Lagi filio Soteris cognomentum Rhodii dedere. Philadelphus vero is fuit, cuius a nobis mentio, quum sermo de iis esset, a quibus tribubus sunt nomina, facta est. Huic Arsinoes sororis apposita est statua.

Cap. IX. At qui Philometor est dictus, octavus est a Ptolemaeo Lagi filio. Id autem cognominis per illusionem nactus est. Neque enim regum quisquam fuit unquam ex omnibus, quem maiori mater odio prosecuta fuerit: hunc

παίδων ἡ μήτηρ οὐκ εἴα καλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, πρότερον δὲ εἰς Κύπρον ὑπὸ τοῦ πατρὸς πεμφθῆναι πράξασα. (2) τῆς δὲ ἐς τὸν παῖδα τῇ Κλεοπάτρᾳ δυσνοίας λέγουσιν ἄλλας τε αἰτίας, καὶ ὅτι Ἀλέξανδρον τὸν νεώτερον τῶν παίδων κατήκοον ἔσεσθαι μᾶλλον ἤλπιζε· καὶ διὰ τοῦτο ἑλέσθαι βασιλέα Ἀλέξανδρον ἔπειθεν Αἰγυπτίους. ἐναντιουμένου δέ οἱ τοῦ πλήθους, δεύτερα εἰς τὴν Κύπρον ἔστειλεν Ἀλέξανδρον, στρατηγὸν μὲν τῷ λόγῳ, τῷ δὲ ἔργῳ δι' αὐτοῦ Πτολεμαίῳ θέλουσα εἶναι φοβερωτέρα· τέλος δὲ κατατρώσασα οὓς μάλιστα τῶν εὐνούχων ἐνόμιζεν εὔνους, ἐπήγετο σφᾶς ἐς τὸ πλῆθος, ὡς αὐτή τε ἐπιβουλευθεῖσα ὑπὸ Πτολεμαίου, καὶ τοὺς εὐνούχους τοιαῦτα ὑπ' ἐκείνου παθόντας. οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς ὥρμησαν μὲν ὡς ἀποκτενοῦντες τὸν Πτολεμαῖον, ὡς δὲ σφᾶς ἔφθασεν ἐπιβὰς νεὼς, Ἀλέξανδρον ἥκοντα ἐκ Κύπρου ποιοῦνται βασιλέα. (3) Κλεοπάτραν δὲ περιῆλθεν ἡ δίκη τῆς Πτολεμαίου φυγῆς ἀποθανοῦσαν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ὃν

enim, maiorem quamvis natu, regem salutari non est passa, et, ut in Cyprum vivente patre ablegaretur, effecit. (2) Cuius in filium acerbitatis quum alias fuisse causas Cleopatrae memorant, tum quod Alexandrum natu minorem sibi obsequentiorem fore sperabat: ob eamque rem primum, ut eum Aegyptii regem crearent, suadebat: deinde, quum repugnante plebe id assequi nequisset, in Cyprum Alexandrum misit, imperatoris quidem nomine, re vero, ut per eum Ptolemaeo formidolosior esset ipsa. Postremo ex omni eunuchorum numero, quos amantissimos esse sui putabat, saucios in concionem produxit, Ptolemaeum insimulans et insidias sibi fecisse, et eunuchos vulneribus foedasse. Qua re Alexandrini commoti, non multum abfuit, quin Ptolemaeum impetu facto opprimerent: sed quum ille navi se e periculo proripuisset, haud ita multo post e Cypro reversum Alexandrum regem appellant. (3) Digna autem facinore poena Cleopatram consecuta est: eam enim filius, quem suis

αὐτῇ βασιλεύειν ἔπραξεν Αἰγυπτίων. τοῦ δὲ ἔργου φωραθέντος, καὶ Ἀλεξάνδρου φόβῳ τῶν πολιτῶν φεύγοντος, οὕτω Πτολεμαῖος κατῆλθε, καὶ τὸ δεύτερον ἔσχεν Αἴγυπτον, καὶ Θηβαίοις ἐπολέμησεν ἀποστᾶσι. παραστησάμενος δὲ ἔτει τρίτῳ μετὰ τὴν ἀπόστασιν ἐκάκωσεν, ὡς μηδὲ ὑπόμνημα λειφθῆναι Θηβαίοις τῆς ποτὲ εὐδαιμονίας προελθούσης εἰς τοσοῦτον, ὡς ὑπερβαλέσθαι πλού-
22 τῳ τοὺς Ἑλλήνων πολυχρημάτους, τό τε ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς, καὶ Ὀρχομενίους. Πτολεμαῖον μὲν οὖν ὀλίγῳ τούτων ὕστερον ἐπέλαβε μοῖρα ἡ καθήκουσα. Ἀθηναῖοι δὲ ὑπ' αὐτοῦ παθόντες εὖ πολλά τε καὶ οὐκ ἄξια ἐξηγήσεως, χαλκοῦν καὶ αὐτὸν καὶ Βερενίκην ἔθηκαν, ἣ μόνη γνησία οἱ τῶν παίδων ἦν. (4) μετὰ δὲ τοὺς Αἰγυπτίους Φίλιππός τε καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κεῖνται. τούτοις μείζονα ὑπῆρχέ πως ἢ ἄλλου πάρεργα εἶναι λόγου. Τοῖς μὲν οὖν ἀπ' Αἰγύπτου τιμῇ τε ἀληθεῖ καὶ εὐεργέταις οὖσι γεγόνασιν αἱ δωρεαί, Φιλίππῳ δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ

ipsa consiliis ad regnum evexerat, peremit. Quo scelere detecto, quum civium metu aufugisset Alexander, Ptolemaeus in Aegyptum rediit: ac iterum regno potitus Thebanis, quod ab ipso defecerant, bellum intulit: ac tertio a defectione anno in potestatem suam redactos tam graviter mulctavit, ut, qui ante Graeciae ditissimas quasque civitates, Delphos etiam ipsos, penes quos erat sacrata Deo pecunia, et Orchomenios opibus superarant, nullum pristinae fortunae vestigium retinuerint. Ipsi quidem Ptolemaeo non ita multo post suo fato defuncto, pro multis eius erga se meritis, Athenienses et alia multa, quae nihil necesse est exponere, decreverunt, et aeneam statuam cum Berenice, quae sola illi e legitimo toro suscepta fuerat, erexerunt. (4) Post Aegyptios vero reges Philippo et eius filio Alexandro statuae positae sunt: quorum res gestae maiores fuere, quam ut aliis de rebus susceptae historiae inseri debeant. Aegyptiis quidem regibus ad veri honoris monimentum, tanquam bene de se meritis, praemia sunt constituta: Philippo vero et Alexandro adula-

κολακεία μᾶλλον ἐς αὐτοὺς τοῦ πλήθους· ἐπεὶ καὶ Λυσίμαχον οὐκ εὐνοίᾳ τοσοῦτον ὡς ἐς τὰ παρόντα χρήσιμον νομίζοντες ἀνέθηκαν.

(5) Ὁ δὲ Λυσίμαχος οὗτος γένος τε ἦν Μακεδὼν, καὶ Ἀλεξάνδρου δορυφόρος· ὃν Ἀλέξανδρός ποτε ὑπ' ὀργῆς λέοντι ὁμοῦ καθείρξας ἐς οἴκημα κεκρατηκότα εὗρε τοῦ θηρίου. τά τε οὖν ἄλλα ἤδη διετέλει θαυμάζων, καὶ Μακεδόνων ὁμοίως τοῖς ἀρίστοις ἦγεν ἐν τιμῇ. τελευτήσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου, Θρᾳκῶν ἐβασίλευεν ὁ Λυσίμαχος τῶν προσοίκων Μακεδόσιν, ὅσων ἦρχεν Ἀλέξανδρος καὶ ἔτι πρότερον Φίλιππος· (6) εἶεν δ' ἂν οὗτοι τοῦ Θρᾳκίου μοῖρα οὐ μεγάλη. Θρᾳκῶν δὲ τῶν πάντων οὐδένες πλείους εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ Κελτοὶ, πρὸς ἄλλο ἔθνος ἕν ἀντεξετάζοντι· καὶ διὰ τοῦτο οὐδείς πω πρότερος Θρᾷκας Ῥωμαίων κατεστρέψατο ἀθρόους. Ῥωμαίοις δὲ Θρᾴκη τε πᾶσά ἐστιν ὑποχείριος, καὶ Κελτῶν ὅσον μὲν ἀχρεῖον νομίζουσι διά τε ὑπερβάλλον ψῦχος

tione potius multitudinis. Nam et Lysimacho, non tam eius ducti studio, quam temporibus consulentes, eundem honorem habuerunt. (5) Fuit Lysimachus natione Macedo, Alexandri satelles, quem rex ira incensus in eandem cum leone caveam coniici iusserat: sed quum ab eo bestiam exanimatam intellexisset, viri perpetua admiratione virtutem prosecutus, eodem illum, quo optimum quemque e Macedonibus, loco esse voluit. Mortuo vero Alexandro, ei Thraciae parti, quae Macedoniae finitima est, imperavit: quam Philippus etiam ante et Alexander tenuerant. (6) Est autem ea regio non sane magna. Nam reliqua Thracia adeo hominum multitudine abundat, ut, nisi forte Galliam excipias, cuivis nationi hominum frequentia anteponi posse videatur: quod in causa fuit, ut universam ante Romanos nemo imperio suo adiecerit. Nunc autem et Thracia tota, et quicquid Gallici nominis est, Romano imperio paret: sed Galliae bene cultas tantum partes, quibus imperarent, dignas iudicantes, reliquas, quae nulli usui visae sunt, quod aut immodicis

καὶ γῆς φαυλότητα, ἑκουσίως παρῶπται σφισι· τὰ δὲ ἀξιόκτητα ἔχουσι καὶ τούτων. (7) τότε δὲ ὁ Λυσίμαχος πρώτοις τῶν περιοίκων ἐπολέμησεν Ὀδρύσαις, δεύτερα
23 δὲ ἐπὶ Δρομιχαίτην καὶ Γέτας ἐστράτευσεν. οἷα δὲ ἀνδράσι συμβαλὼν οὐκ ἀπείροις πολέμων, ἀριθμῷ δὲ καὶ πολὺ ὑπερβεβληκόσιν, αὐτὸς μὲν ἐς τὸ ἔσχατον ἐλθὼν κινδύνου διέφυγεν, ὁ δέ οἱ παῖς Ἀγαθοκλῆς συστρατευόμενος τότε πρῶτον ὑπὸ τῶν Γετῶν ἑάλω. Λυσίμαχος δὲ καὶ ὕστερον προσπταίσας μάχαις, καὶ τὴν ἅλωσιν τοῦ παιδὸς οὐκ ἐν παρέργῳ ποιούμενος, συνέθετο πρὸς Δρομιχαίτην εἰρήνην, τῆς τε ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ τὰ πέραν Ἴστρου παρεὶς τῷ Γέτῃ, καὶ θυγατέρα συνοικίσας ἀνάγκῃ τὸ πλέον. οἱ δὲ οὐκ Ἀγαθοκλέα, Λυσίμαχον δὲ αὐτὸν ἁλῶναι λέγουσιν, ἀνασωθῆναι δὲ, Ἀγαθοκλέους τὰ πρὸς τὸν Γέτην ὑπὲρ αὐτοῦ πράξαντος. ὡς δὲ ἐπανῆλθεν, Ἀγαθοκλεῖ Λυσάνδραν γυναῖκα ἠγάγετο, Πτολεμαίου τε τοῦ

frigoribus, aut soli sterilitate laborarent, consulto missas fecerunt. (7) Eius igitur Thraciae partis compos factus Lysimachus, e finitimis primos Odrysas bello est aggressus: deinde in Dromichaeten et Getas profectus, quum praelium initium esset cum hominibus et rei bellicae nequaquam imperitis, et numero multo superioribus, fuga se e summo periculo, in quod res suas omnes deduxerat, eripuit. In ea pugna Agathocles eius filius, paterno ductu militaris disciplinae rudimentis tunc primum assuescens, a Getis captus est. Quare Lysimachus aliis etiam praeliis nihilo secundioribus belli fortunam expertus, *de summa rerum solicitus*, et, quod filius in hostium potestatem venisset, minime levem cladem numerans, cum Dromichaete et Getis pace facta, illi, temporum necessitati obtemperans, et filiam despondit, et ea Thraciae parte cessit, quae trans Istrum est. Sunt, qui non Agathoclem, sed ipsum Lysimachum ab hostibus captum fuisse dicant, deinde ab Agathocle iis conditionibus, quas diximus, foedere cum Getis icto, liberatum. Ut vero rediit, Agathocli Lysandram, Ptolemaei (eius, qui Lagi filius fuerat)

Λύκου καὶ Εὐρυδίκης οὖσαν. (8) διέβη δὲ καὶ ναυσὶν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν Ἀντιγόνου συγκαθεῖλε. συνῴκισε δὲ καὶ Ἐφεσίων ἄχρι θαλάσσης τὴν νῦν πόλιν, ἐπαγόμενος ἐς αὐτὴν Λεβεδίους τε οἰκήτορας καὶ Κολοφωνίους, τὰς δὲ ἐκείνων ἀνελὼν πόλεις· ὡς Φοίνικα ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας οὐκ ἔτι (ἐμοὶ δοκεῖν) περιῆν· πάντως γάρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἁλούσῃ Κολοφῶνι ὠδύρατο. (9) Λυσίμαχος δὲ καὶ ἐς πόλεμον πρὸς Πύῤῥον κατέστη τὸν Αἰακίδου. φυλάξας δὲ ἐξ Ἠπείρου ἀπιόντα, (οἷα δὴ τὰ πολλὰ ἐκεῖνος ἐπλανᾶτο,) τήν τε ἄλλην ἐλεηλάτησεν Ἤπειρον, καὶ ἐπὶ τὰς θήκας ἦλθε τῶν βασιλέων. (10) τὰ δὲ ἐντεῦθεν ἐμοί ἐστιν οὐ πιστά. Ἱερώνυμος δὲ ἔγραψε Καρδιανὸς, Λυσίμαχον τὰς θήκας τῶν νεκρῶν ἀνελόντα τὰ ὀστᾶ ἐκρίψαι. ὁ δὲ Ἱερώνυμος οὗτος ἔχει μὲν καὶ ἄλλως δόξαν πρὸς ἀπέχθειαν γράψαι τῶν βασιλέων, πλὴν Ἀντιγόνου, τούτῳ δὲ οὐ δικαίως

et Eurydices filiam, uxorem duxit. (8) Classe deinde in Asiam traiecit; et Antigoni regno capto, eam, quam nunc quoque Ephesii mari proximam incolunt, urbem condidit: in quam Lebedios et Colophonios, eorum urbibus eversis, deduxit. Eas vero urbium excisiones Phoenix iamborum scriptor deplorat. Nam Hermesianacta, qui elegos scripsit, ad illud usque tempus superstitem fuisse non crediderim: neque enim is in aliqua carminum suorum parte excisam Colophonem non deflesset. (9) At Lysimachus Pyrrhum quoque Aeacidae filium bello est adortus. Eius namque ab Epiro profectione observata, (quum saepe ille domo abesse consuesset) et reliquam Epirum hostilem in modum populatus est, et ad regum sepulcra pervenit. (10) Addit Hieronymus Cardianus, (quod ut credam, adduci non possum) Lysimachum, eductis e terra defunctorum conditoriis, ossa dissipasse. Sed hic ipse Hieronymus ob id quo in reges odio laborabat, haec scripsisse creditur, quum unum tamen Antigonum multis idem et haudquaquam debitis laudibus

χαρίζεσθαι· τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς τάφοις τῶν Ἠπειρωτῶν, καὶ 24 τάπασίν ἐστι φανερὸς ἐπήρειαν συνθεὶς, ἄνδρα Μακεδόνα θήκας νεκρῶν ἀνελεῖν. χωρὶς δὲ ἠπίστατό δή που καὶ Λυσίμαχος, οὐ Πύῤῥου σφᾶς προγόνους μόνου, ἀλλὰ καὶ Ἀλεξάνδρου τοὺς αὐτοὺς τούτους ὄντας· καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος Ἠπειρώτης τε ἦν καὶ τῶν Αἰακιδῶν τὰ πρὸς μητρός· ἥ τε ὕστερον Πύῤῥου πρὸς Λυσίμαχον συμμαχία δηλοῖ, καὶ πολεμήσασιν ἀδιάλλακτόν γε οὐδὲν πρὸς ἀλλήλους γενέσθαι σφίσι. τῷ δὲ Ἱερωνύμῳ τάχα μέν που καὶ ἄλλα ἦν ἐς Λυσίμαχον ἐγκλήματα, μέγιστον δὲ, ὅτι τὴν Καρδιανῶν πόλιν ἀνελὼν Λυσιμαχίαν ἀντ' αὐτῆς ᾤκισεν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῆς Θρᾳκίας χεῤῥονήσου.

## CAPUT X.

De Lysimachi bellis cum Demetrio et Pyrrho gestis — de Lysimachi infelici matrimonio et morte.

Λυσιμάχῳ δὲ, ἐπὶ μὲν Ἀριδαίου βασιλεύοντος καὶ ὕστερον Κασσάνδρου καὶ τῶν παίδων, φιλία διέμεινε πρὸς Μακεδόνας· περιελθούσης δὲ ἐς Δημήτριον τὸν Ἀντι-

exornet. Nec ulli dubium fuerit, haec illum de regum Epiri monimentis ad calumniam commentum. Quis enim crediderit, hominem Macedonem sepulcra regum *Epiri* violasse? Nesciebat fortasse Lysimachus, eos non Pyrrhi solum, sed Alexandri etiam maiores fuisse, quum Alexander maternum genus ab Epiro, atque adeo ab Aeacidis duceret. Argumento est praeterea inter Pyrrhum et Lysimachum non multo post conciliata societas, nulla per bellum iniuria fuisse inter ipsos ad reditum in gratiam spem interclusam. Sed Hieronymus et alias forsan habuit cum Lysimacho simultatis causas, et eam procul dubio maximam, quod ille, Cardianorum urbe eversa, pro ea Lysimachiam in Isthmo Thraciae Chersonnesi condiderat.

Cap. X. Et Lysimachus quidem, quantisper Aridaeus, et post Cassander eiusque liberi regnarunt, a Macedonum amicitia non discessit: ubi vero Demetrius Antigoni filius

γόνου τῆς ἀρχῆς, ἐνταῦθα ἤδη Λυσίμαχος πολεμήσεσθαι ἤλπιζεν ὑπὸ Δημητρίου, καὶ αὐτὸς ἄρχειν ἠξίου πολέμου, πατρῷον ἐπιστάμενος ὂν Δημητρίῳ προσπεριβάλλεσθαί τι ἐθέλειν, καὶ ἅμα ὁρῶν αὐτὸν παρελθόντα ἐς Μακεδονίαν μετάπεμπτον ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Κασσάνδρου, ὡς δὲ ἀφίκετο, αὐτόν τε Ἀλέξανδρον φονεύσαντα καὶ ἔχοντα ἀντ' ἐκείνου τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. (2) τούτων εἵνεκα Δημητρίῳ συμβαλὼν πρὸς Ἀμφιπόλει παρ' ὀλίγον μὲν ἦλθεν ἐκπεσεῖν Θρᾴκης, ἀμύναντος δέ οἱ Πύῤῥου, τήν τε Θρᾴκην κατέσχε καὶ ὕστερον ἐπῆρξε Νεστίων καὶ Μακεδόνων. τὸ δὲ πολὺ Μακεδονίας αὐτὸς Πύῤῥος κατεῖχε, δυνάμει τε ἥκων ἐξ Ἠπείρου καὶ πρὸς Λυσίμαχον ἐν τῷ παρόντι ἔχων ἐπιτηδείως. Δημητρίου δὲ διαβάντος ἐς τὴν Ἀσίαν καὶ Σελεύκῳ πολεμοῦντος, ὅσον μὲν χρόνον ἀντεῖχε τὰ Δημητρίου, διέμεινεν ἡ Πύῤῥου καὶ Λυσιμάχου συμμαχία, γενομένου δὲ ἐπὶ Σελεύκῳ Δημητρίου, Λυσιμάχῳ καὶ Πύῤῥῳ διελύθη ἡ φιλία, καὶ καταστάντων ἐς πόλεμον, Λυσίμαχος Ἀντιγόνῳ τε τῷ Δημητρίου καὶ

regnum adeptus est, ne se ille provocaret, metuens, prior contra eum arma movit. Noverat enim, paternum ei esse, de promovendo imperio semper cogitare. Ut primum igitur illum in Macedoniam profectum, Alexandro Cassandri filio, a quo accersitus fuerat, interempto, eius regno potitum comperit, probabilem belli causam nactus, (2) ad Amphipolim cum Demetrio congressus, parum abfuit, quin de Thraciae quoque regno in dubium veniret. Quo tempore Pyrrhi auxiliis confirmatus et regnum retinuit, et Nestiis deinde ac Macedonum parti imperavit. Nam Pyrrhus cum exercitu veniens ex Epiro, dum Lysimachi rebus pro tempore studeret, magnam Macedoniae sibi partem vindicarat. Ac quum in Asiam Demetrius contra Seleucum traiecisset, quantisper nihilo inferior armis fuit Demetrius, in Lysimachi societate Pyrrhus perstitit: ubi vero Demetrius in Seleuci potestatem venit, dissoluta est inter eos amicitia. Bello itaque utrinque comparato, Lysimachus, Antigono Demetrii filio et Pyrrho

αὐτῷ Πύῤῥῳ πολεμήσας ἐκράτησε παρὰ πολύ, καὶ Μακεδονίαν ἔσχεν ἀναχωρῆσαι Πύῤῥον βιασάμενος εἰς τὴν Ἤπειρον. (3) Εἰώθασι δὲ ἀνθρώποις φύεσθαι δι' ἔρωτα πολλαὶ συμφοραί. Λυσίμαχος γὰρ ἡλικίᾳ τε ἤδη προήκων, καὶ ἐς τοὺς παῖδας αὐτός τε νομιζόμενος εὐδαίμων, καὶ Ἀγαθοκλεῖ παίδων ὄντων ἐκ Λυσάνδρας, Ἀρσινόην ἔγημεν ἀδελφὴν Λυσάνδρας. ταύτην τὴν Ἀρσινόην φοβουμένην ἐπὶ τοῖς παισί, μὴ Λυσιμάχου τελευτήσαντος ἐπ' Ἀγαθοκλεῖ γένωνται, τούτων εἵνεκα Ἀγαθοκλεῖ ἐπιβουλεῦσαι λέγεται. ἤδη δὲ ἔγραψαν καὶ ὡς Ἀγαθοκλέους ἀφίκοιτο ἐς ἔρωτα ἡ Ἀρσινόη· ἀποτυγχάνουσα δὲ ἐπιβουλεύσαι Ἀγαθοκλεῖ θάνατον. λέγουσι δὲ καὶ ὡς Λυσίμαχος αἴσθοιτο ὕστερον τὰ τολμηθέντα ὑπὸ τῆς γυναικός, εἶναι δὲ οὐδὲν ἔτι οἱ πλέον ἠρημωμένῳ φίλων ἐς τὸ ἔσχατον. (4) ὡς γὰρ δὴ τότε ὁ Λυσίμαχος ἀνελεῖν τὸν Ἀγαθοκλέα Ἀρσινόῃ παρῆκε, Λυσάνδρα παρὰ Σέλευκον ἐκδιδράσκει, τούς τε παῖδας ἅμα ἀγομένη καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς αὐτῆς, οἷς περιελθὸν τοῦτο ἐς Πτολεμαῖον καταφεύ-

ipso magno praelio superatis, et Macedonia universa potitus est, et Pyrrhum in Epirum redire coegit. (3) Multae vero *et magnae* solent ex amore hominibus existere calamitates. Hic enim Lysimachus quum natu iam grandior esset, et quum ipse susceptis liberis fortunatus haberetur, tum vero Agathocli filio ex Lysandra liberi geniti essent, Arsinoen tamen Lysandrae sororem sibi matrimonio adiunxit. Eam, quum timeret, sui ne filii, mortuo Lysimacho, in Agathoclis potestate essent, de Agathoclis caede consilia inisse ferunt. Sunt, qui scriptum reliquerint, Arsinoen Agathoclis amore captam, quumque ad obsequium adolescens pellici non potuisset, ab ea per insidias de medio sublatum: Lysimachum postea tam audax facinus uxorem ausam cognovisse, sed nihil ei profuisse amicis penitus orbato. (4) Eius itaque permissu interempto Agathocle, Lysandra ad Seleucum profugit: secum vero habuit filios et fratres. Qui dum ad Ptolemaeum confugerent, de rei atro-

γουσι. τούτοις ἐκδιδράσκουσι παρὰ Σέλευκον καὶ Ἀλέξανδρος ἠκολούθησεν, υἱὸς μὲν Λυσιμάχου, γεγονὼς δὲ ἐξ Ὀδρυσιάδος γυναικός. οὗτοί τε οὖν ἐς Βαβυλῶνα ἀναβεβηκότες ἱκέτευον Σέλευκον, ἐς πόλεμον πρὸς Λυσίμαχον καταστῆναι, καὶ Φιλέταιρος ἅμα, ᾧ τὰ χρήματα ἐπετέτραπτο Λυσιμάχου, τῇ τε Ἀγαθοκλέους τελευτῇ χαλεπῶς φέρων καὶ τὰ παρὰ τῆς Ἀρσινόης ὕποπτα ἡγούμενος, καταλαμβάνει Πέργαμον τὴν ὑπὲρ Καΐκου· πέμψας δὲ κήρυκα, τά τε χρήματα καὶ αὑτὸν ἐδίδου Σελεύκῳ. 26
(5) Λυσίμαχος δὲ ταῦτα πάντα πυνθανόμενος, ἔφθη διαβὰς ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἄρξας αὐτὸς πολέμου συμβαλών τε Σελεύκῳ, παρὰ πολύ τε ἐκρατήθη καὶ αὐτὸς ἀπέθανεν. Ἀλέξανδρος δὲ, ὅς ἐκ τῆς γυναικὸς Ὀδρυσιάδος ἐγεγόνει οἱ, πολλὰ Λυσάνδραν παραιτησάμενος ἀναιρεῖταί τε, καὶ ὕστερον τούτων ἐς Χεῤῥόνησον κομίσας ἔθαψεν, ἔνθα ἔτι καὶ νῦν ἐστίν οἱ φανερὸς ὁ τάφος, Καρδίας τε μεταξὺ κώμης καὶ Πακτύης. τὰ μὲν οὖν Λυσιμάχου τοιαῦτα ἐγένετο.

citate nuntium acceperant. Fugientibus vero se comitem addidit Alexander, Lysimachi ille quidem, sed ex Odrysiade uxore filius. Hi quum Babylonem pervenissent, a Seleuco, ut bellum contra Lysimachum susciperet, supplices contenderunt. Eodem vero tempore et Philetaerus, cui omnis Lysimachi pecunia commissa fuerat, Agathoclem interfectum dolens, seque ob eam rem Arsinoae suspectum existimans, Pergamum supra Caicum occupat, atque inde per legatum se pecuniamque omnem Seleuco tradit. (5) Quod ubi Lysimacho nunciatum fuit, statim in Asiam traiicit, ac bellum prior Seleuco infert: collatis vero signis cum eo congressus in ipso praelio, magna clade accepta, occubuit. Eius cadaver a Lysandra multis cum precibus impetratum Alexander Lysimachi filius ex Odrysiade (ut ante dixi) sustulit, et in Chersonnesum deportatum sepulturae mandavit, eo sane in loco, quo nunc etiam inter Cardian vicum et Pactyan insignis ei tumulus extat. Et haec quidem a Lysimacho gesta sunt.

# CAPUT XI.

De Pyrrhi genere — Epirotarum regno — Pyrrhi expeditionibus.

Ἀθηναίοις δὲ εἰκών ἐστι καὶ Πύῤῥου. οὗτος ὁ Πύῤῥος Ἀλεξάνδρῳ προσῆκεν οὐδὲν, εἰ μὴ ὅσα κατὰ γένος· Αἰακίδου γὰρ τοῦ Ἀρύμβου Πύῤῥος ἦν, Ὀλυμπιάδος δὲ Ἀλέξανδρος τῆς Νεοπτολέμου· Νεοπτολέμῳ δὲ καὶ Ἀρύμβᾳ πατὴρ ἦν Ἀλκέτας ὁ Θαρύπου· ἀπὸ δὲ Θαρύπου ἐς Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέως πέντε ἀνδρῶν καὶ δέκα εἰσὶ γενεαί. πρῶτος γὰρ δὴ οὗτος ἁλούσης Ἰλίου τὴν μὲν ἐς Θεσσαλίαν ὑπερεῖδεν ἀναχώρησιν, ἐς δὲ τὴν Ἤπειρον κατάρας, ἐνταῦθα ἐκ τῶν Ἑλένου χρησμῶν ᾤκησε. καὶ οἱ παῖς ἐκ μὲν Ἑρμιόνης ἐγένετο οὐδεὶς, ἐξ Ἀνδρομάχης δὲ Μολοσσὸς καὶ Πίελος, καὶ ὁ νεώτατος Πέργαμος. ἐγένετο δὲ καὶ Ἑλένῳ Κεστρῖνος· τούτῳ γὰρ Ἀνδρομάχη συνῴκησεν, ἀποθανόντος ἐν Δελφοῖς Πύῤῥου. (2) Ἑλένου δὲ, ὡς ἐτελεύτα, Μολοσσῷ τῷ Πύῤῥου παραδόντος τὴν ἀρχὴν, Κεστρῖνος μὲν σὺν τοῖς ἐθέλουσιν Ἠπειρωτῶν

Cap. XI. Apud Athenienses autem Pyrrhi etiam conspicitur effigies, cui cum Alexandro Magno sola generis propinquitas intercessit. Nam Pyrrhus Aeacida Arybbae filio, Olympiade vero Neoptolemi filia Alexander genitus est. Neoptolemo et Arybbae pater fuit Alcetas Tharypi filius. A Tharypo autem retro ad Pyrrhum Achillis quindecim sobolis gradus numerantur. Is enim primus Ilio exciso, omisso in Thessaliam reditu, in Epirum appulit, atque ibi Heleni vatis monitu consedit. Cui quum nulla ex Hermione proles esset, ex Andromache tres suscepti sunt filii, Molossus, Pielus, et natu minimus Pergamus. Ex eadem vero Cestrinum Helenus genuit, quum ei Andromache, Delphis Pyrrho interfecto, nupsisset. (2) Quum autem Helenus moriens Molosso Pyrrhi filio regnum reliquisset, Cestrinus, collecta Epirotarum manu, eam, quae supra Thyamin fluvium est, regionem

τὴν ὑπὲρ Θύαμιν ποταμὸν χώραν ἔσχε, Πέργαμος δὲ διαβὰς ἐς τὴν Ἀσίαν Ἄρειον δυναστεύοντα ἐν τῇ Τευθρανίᾳ κτείνει μονομαχήσαντά οἱ περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἔδωκε τὸ νῦν ἀπ' αὐτοῦ· καὶ Ἀνδρομάχης (ἠκολούθει γάρ οἱ) καὶ νῦν ἐστιν ἡρῷον ἐν τῇ πόλει. Πίελος 27
δὲ αὐτοῦ κατέμεινεν ἐν Ἠπείρῳ· καὶ ἐς πρόγονον τοῦτον ἀνέβαινε Πύῤῥος τε ὁ Αἰακίδου καὶ οἱ πατέρες, ἀλλ' οὐκ ἐς Μολοσσόν. (3) ἦν δὲ ἄχρι μὲν Ἀλκέτου τοῦ Θαρύπου ἐφ' ἑνὶ βασιλεῖ καὶ τὰ Ἠπειρωτῶν· οἱ δὲ Ἀλκέτου παῖδες, ὡς σφίσι στασιάσασι μετέδοξεν ἐπίσης ἄρχειν, αὐτοί τε πιστῶς ἔχοντες διέμειναν ἐς ἀλλήλους, καὶ ὕστερον Ἀλεξάνδρου τοῦ Νεοπτολέμου τελευτήσαντος ἐν Λευκανοῖς, Ὀλυμπιάδος δὲ διὰ τὸν Ἀντιπάτρου φόβον ἐπανελθούσης ἐς Ἤπειρον, Αἰακίδης ὁ Ἀρύμβου τά τε ἄλλα διετέλει κατήκοος ὢν Ὀλυμπιάδι, καὶ συνεστράτευσε πολεμήσων Ἀριδαίῳ καὶ Μακεδόσιν, οὐκ ἐθελόντων ἕπεσθαι τῶν Ἠπειρωτῶν. (4) Ὀλυμπιάδος δὲ, ὡς ἐπεκρά-

tenuit. At Pergamus quum in Asiam traiecisset, Arium in Teuthrania dominantem, singulari de imperio certamine dimicans, occidit: et urbibus, quod etiam nunc manet, ex suo et Andromaches nomine cognomentum dedit. Andromache enim filium secuta est: et ibidem utriusque adhuc extat heroicum monimentum. Pielus vero in Epiro mansit, ad quem potius quam ad Molossum Pyrrhus Aeacidae, et maiores eius originem referunt. (3) Fuit autem ipsum etiam Epiri imperium usque ad Alcetam et Tharypum in unius potestate. Nam Alcetae filii inter se dissidentes non prius concorditer regnarunt, quam aequaliter inter se regnum diviserunt. Postea vero Alexandro Neoptolemi filio in Lucania exstincto, Antipatri metu in Epirum reversam Olympiadem Aeacides Arybbae filius quum aliis est officiis prosecutus, tum vero eam suis copiis iuvit ad bellum cum Aridaeo et Macedonibus gerendum, atque id invitis etiam ac sequi recusantibus Epirotis. (4) Olympias victoriam adepta, multa in morte

τησεν, ἀνόσια μὲν ἐργασαμένης καὶ ἐς τὸν Ἀριδαίου θάνατον, πολλῷ δὲ ἔτι ἀνοσιώτερα ἐς ἄνδρας Μακεδόνας, καὶ διὰ ταῦτα οὐκ ἀνάξια ὕστερον ὑπὸ Κασσάνδρου παθεῖν νομισθείσης, Αἰακίδην οὖν κατ' ἀρχὰς μὲν οὐδ' αὐτοὶ διὰ τὸ Ὀλυμπιάδος ἔχθος ἐδέχοντο Ἠπειρῶται· εὑρομένου δὲ ἀνὰ χρόνον παρὰ τούτων συγγνώμην, δεύτερα ἠναντιοῦτο Κάσσανδρος, μὴ κατελθεῖν ἐς Ἤπειρον. γενομένης δὲ Φιλίππου τε ἀδελφοῦ Κασσάνδρου καὶ Αἰακίδου μάχης πρὸς Οἰνιάδαις, Αἰακίδην μὲν τρωθέντα κατέλαβε μετ' οὐ πολὺ τὸ χρεών. (5) Ἠπειρῶται δὲ Ἀλκέταν ἐπὶ βασιλείᾳ κατεδέξαντο, Ἀρύμβου μὲν παῖδα καὶ ἀδελφὸν Αἰακίδου πρεσβύτερον, ἀκρατῆ δὲ ἄλλως θυμοῦ, καὶ δι' αὐτὸ ἐξελασθέντα ὑπὸ τοῦ πατρός. καὶ τότε
28 ἥκων ἐξεμαίνετο εὐθὺς ἐς τοὺς Ἠπειρώτας, ἐς ὃ νύκτωρ αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας ἐπαναστάντες ἔκτειναν. Ἀποκτείναντες δὲ τοῦτον, Πύῤῥον τὸν Αἰακίδου κατάγουσιν· ἥκοντι δὲ εὐθὺς ἐπεστράτευε Κάσσανδρος, νέῳ τε ἡλικίᾳ

Aridaeo inferenda, pluraque ac magis nefaria, dum Macedonas insectatur, immanitatis exempla edidit. Quo minus cuiquam mirum fuit, eam paulo post graves quidem, sed meritas sceleris et crudelitatis suae Cassandro poenas dedisse. Eius certe invidia Aeacidae, quo minus statim ab initio in regnum ab Epirotis reciperetur, maxime obfuit. Nam quum aequis iam et placatis uteretur, Cassander illi iterum est adversatus. Ac pugna quidem inter Philippum Cassandri fratrem et Aeacidem ad Oeniadas commissa, Aeacides ex vulnere non ita multo post de vita decessit. (5) Alcetam deinde Arybbae quidem filium, et Aeacidae fratrem natu grandiorem, Epirotae regnare iusserunt, hominem plane impotentis iracundiae, ob eamque causam a patre eiectum. Hunc, quum regnum iisset, more ingenii sui furentem cives noctu adorti cum filiis opprimunt. Quo de medio sublato, Pyrrho Aeacidae filio regnum restituunt. Ei ad regnum primum accedenti Cassander bellum intulit, homini peradolescenti, et ad

οντι καὶ τὴν ἀρχὴν οὐ κατεσκευασμένῳ βεβαίως. Πύῤῥος δὲ, ἐπιόντων Μακεδόνων, ἐς Αἴγυπτον παρὰ Πτολεμαῖον ἀναβαίνει τὸν Λάγου· καὶ οἱ Πτολεμαῖος γυναῖκα ἔδωκεν ἀδελφὴν ὁμομητρίαν τῶν αὐτοῦ παίδων, καὶ στόλῳ κατήγαγεν Αἰγυπτίων. (6) Πύῤῥος δὲ βασιλεύσας πρώτοις ἐπέθετο Ἑλλήνων Κορκυραίοις, κειμένην τε ὁρῶν τὴν νῆσον πρὸ τῆς αὐτοῦ χώρας, καὶ ἄλλοις ὁρμητήριον ἐφ' αὐτὸν οὐκ ἐθέλων εἶναι. μετὰ δὲ ἁλοῦσαν Κόρκυραν ὅσα μὲν Λυσιμάχῳ πολεμήσας ἔπαθε, καὶ ὡς Δημήτριον ἐκβαλὼν Μακεδονίας ἦρξεν, ἐς ὃ αὖθις ἐξέπεσεν ὑπὸ Λυσιμάχου, τάδε μὲν τοῦ Πύῤῥου μέγιστα ἐς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν δεδήλωκεν ἤδη μοι τὰ ἐς Λυσίμαχον ἔχοντα. (7) Ῥωμαίοις δὲ οὐδένα Πύῤῥου πρότερον πολεμήσαντα ἴσμεν Ἕλληνα. Διομήδει μὲν γὰρ καὶ Ἀργείων τοῖς σὺν αὐτῷ οὐδεμίαν ἔτι γενέσθαι πρὸς Αἰνείαν λέγεται μάχην· Ἀθηναίοις δὲ ἄλλα τε ἐλπίσασι καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν κατα-

imperium administrandum tuendumque nondum firmiter instructo. At is, Macedonibus in fines suos iam invadentibus, in Aegyptum ad Ptolemaeum Lagi filium se contulit; a quo mox, accepta eius in matrimonium filia, ex eadem, qua ceteri Ptolemaei liberi, matre suscepta, cum classe et Aegyptiorum copiis est in regnum reductus. (6) Regno igitur iam constituto, in Corcyraeos primum arma movit: quorum quum insulam finibus suis ex adverso sitam videret, ne aliquando hostibus pro statione esset, metuebat. Quas autem post captam Corcyram a Lysimacho clades acceperit, et quemadmodum pulso Demetrio Macedoniae ad illud usque tempus imperarit, quo a Lysimacho pulsus est, quae rerum a Pyrrho usque ad illud tempus gestarum fuerunt maximae, dum de rebus Lysimachi ageremus, exposuimus. (7) Graecorum vero neminem ante Pyrrhum bellum Romano imperio intulisse satis constat. Nam neque Aeneas quidem ipse a Diomede, aut Argivis, qui Diomedem secuti sunt, ulla est omnino pugna lacessitus. Atheniensibus certe et alias orbis terrae partes, et universam Italiam armis opprimere cogi-

στρέψασθαι, τὸ ἐν Συρακούσαις πταῖσμα ἐμποδὼν ἐγένετο, μὴ καὶ Ῥωμαίων λαβεῖν πεῖραν· Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Νεοπτολέμου, γένους τε ὢν Πύῤῥῳ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἡλικίᾳ πρεσβύτερος, ἀποθανὼν ἐν Λευκανοῖς ἔφθη, πρὶν ἐς χεῖρας ἐλθεῖν Ῥωμαίοις.

## CAPUT XII.

De Pyrrhi bello contra Romanos — de elephantis et ebore — de Pyrrhi bello contra Carthaginienses.

Οὕτω Πύῤῥος ἐστὶν ὁ πρῶτος ἐκ τῆς Ἑλλάδος τῆς πέραν Ἰονίου διαβὰς ἐπὶ Ῥωμαίους. διέβη δὲ καὶ οὗτος ἐπαγομένων Ταραντίνων. (2) τούτοις γὰρ πρότερον ἔτι πρὸς Ῥωμαίους συνειστήκει πόλεμος· ἀδύνατοι δὲ κατὰ σφᾶς ὄντες ἀντισχεῖν, προϋπαρχούσης μὲν ἐς αὐτὸν εὐεργεσίας, ὅτι οἱ πολεμοῦντι τὸν πρὸς Κόρκυραν πόλεμον
29 ναυσὶ συνήραντο, μάλιστα δὲ οἱ πρέσβεις τῶν Ταραντίνων ἀνέπεισαν τὸν Πύῤῥον, τήν τε Ἰταλίαν διδάσκοντες, ὡς εὐδαιμονίας εἵνεκα ἀντὶ πάσης εἴη τῆς Ἑλλάδος, καὶ ὡς οὐχ ὅσιον αὐτῷ παραπέμψαι σφᾶς φίλους τε καὶ

tantibus, Syracusana clades, quo minus cum Romanis belli fortunam experirentur, impedimento fuit. Alexander vero Neoptolemi filius, Pyrrhi gentilis, natu eo grandior, in Lucanis ante e vita excessit, quam potuerit cum Romanis signa conferre.

Cap. XII. Pyrrhus itaque primus omnium e Graecia adversus Romanos ultra Ionium mare copias transportavit, a Tarentinis ille quidem accersitus. (2) Ii enim quum bellum diuturnum cum Romanis gessissent, iamque se illis impares intelligerent, devincta sibi prius beneficiis Pyrrhi voluntate, quod eum Corcyraeos oppugnantem navalibus copiis iuverant, per legatos regi, ut socia arma secum iungeret, persuaserunt, Italiam docentes toti Graeciae felicitate praestare, nec esse satis aequum, se amicos, et supplicum more

ἱκέτας ἐν τῷ παρόντι ἥκοντας. ταῦτα λεγόντων τῶν πρέσβεων, μνήμη τὸν Πύῤῥον τῆς ἁλώσεως ἐσῆλθε τῆς Ἰλίου, καί οἱ κατὰ ταὐτὰ ἤλπιζε χωρήσειν πολεμοῦντι· στρατεύσειν γὰρ ἐπὶ Τρώων ἀποίκους Ἀχιλλέως ὢν ἀπόγονος. ὡς δέ οἱ ταῦτα ἤρεσκε (διέμελλε γὰρ ἐπ' οὐδενὶ ὤν ἕλοιτο), αὐτίκα ναῦς τε ἐπλήρου μακρὰς, καὶ πλοῖα στρογγύλα εὐτρέπιζεν, ἵππους καὶ ἄνδρας ὁπλίτας ἄγειν. (3) Ἔστι δὲ ἀνδράσι βιβλία οὐκ ἐπιφανέσιν ἐς συγγραφὴν, ἔχοντα ἐπίγραμμα, ἔργων ὑπομνήματα εἶναι· ταῦτα ἐπιλεγομένῳ μοι μάλιστα ἐπῆλθε θαυμάσαι Πύῤῥου τόλμαν τε, ἣν μαχόμενος αὐτός τε παρείχετο, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀεὶ μέλλουσιν ἀγῶσι πρόνοιαν· ὃς καὶ τότε περαιούμενος ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν Ῥωμαίους ἐλελήθει, καὶ ἥκων οὐκ εὐθὺς ἦν σφίσι φανερός· γιγνομένης δὲ Ῥωμαίων πρὸς Ταραντίνους συμβολῆς, τότε δὴ πρῶτον ἐπιφαίνεται σὺν τῷ στρατῷ, καὶ παρ' ἐλπίδα σφίσι προσπεσὼν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐτάραξεν. ἅτε δὲ ἄριστα ἐπιστάμενος, ὡς οὐκ

auxilia rogantes, iniquissimis temporibus suis deseri. Haec exponentibus legatis, Troiani belli eventus Pyrrho in mentem veniebat, ac spem concipiebat, ex animi sententia omnia eventura, quando ipse ab Achille originem ducens adversus Troiae coloniam arma sumturus esset. Ut vero primum in Italiam traiicere statuit, (quae hominis erat in rebus gerendis alacritas) naves statim longas instruxit, navigiaque opportuna ad equos et milites transvehendos, ut praesto essent, curavit. (3) Libri exstant non sane illustrium auctorum, qui RERUM GESTARUM COMMENTARII inscripti sunt: quos dum lego, Pyrrhi quum alacritatem, quam in praeliis prae se tulit, tum providentiam, qua se ad futuras dimicationes comparavit, non possum non magnopere admirari. Nam priusquam Romani rescierint, in Italiam classe transmisit: et quum iam appulisset, non prius adesse eum Romani animadvertere, quam commissa cum Tarentinis pugna se ille cum exercitu inopinato ostendit, factoque repente impetu, hostium (ut par fuit) agmen turbavit. Ac tunc quidem, quum

*ἀξιόμαχος εἴη πρὸς Ῥωμαίους, παρεσκευάζετο ἐς τοὺς ἐλέφαντας ἐπαφήσειν σφίσιν. (4) Ἐλέφαντας δὲ πρῶτος μὲν τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης Ἀλέξανδρος ἐκτήσατο, Πῶρον καὶ τὴν δύναμιν καθελὼν τὴν Ἰνδῶν· ἀποθανόντος δὲ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἄλλοι τῶν βασιλέων, καὶ πλείστους ἔσχεν Ἀντίγονος· Πύῤῥῳ δὲ ἐκ τῆς μάχης ἐγένετο τῆς πρὸς Δημήτριον τὰ θηρία αἰχμάλωτα. τότε δὲ ἐπιφανέντων αὐτῶν, δεῖμα ἔλαβε Ῥωμαίους, ἄλλο τι καὶ οὐ ζῷα εἶναι νομίσαντας. Ἐλέφαντα γὰρ, ὅσα μὲν ἐς ἔργα ὑπὸ ἀνδρῶν χεῖρας, εἰσὶν ἐκ παλαιοῦ δῆλοι πάντες εἰδότες· αὐτὰ δὲ τὰ θηρία, πρὶν ἢ διαβῆναι Μακεδόνας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, οὐδὲ ἑωράκεσαν ἀρχὴν πλὴν Ἰνδῶν τε αὐτῶν καὶ Λιβύων, καὶ ὅσοι πλησιόχωροι τούτοις. Δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ὃς βασιλεῦσι κλίνας μὲν καὶ οἰκίας τοῖς εὐδαιμονεστέροις αὐτῶν ἐλέφαντι ἐποίησε κεκοσμημένας, θηρίου δὲ ἐλέφαντος μνήμην οὐδεμίαν ἐποιήσατο· θεασάμενος δὲ καὶ πεπυσμένος, ἐμνημόνευσεν ἂν πολύ γε*

se Romanis haudquaquam acie parem esse intelligeret, elephantos comparararat, quos inter praeliandum in illos immitteret. (4) Belluas autem has primus ex Europae principibus Alexander, Poro et Indis devictis, in potestate habuit. Quo mortuo, et alii reges, et plurimas Antigonus sibi comparavit. Pyrrhus vero in pugna, quam cum Demetrio commisit, elephantos aliquot cepit. Ii quum ad Tarentum in mediam irrupissent aciem, non parum Romanos exterruere, plerisque aliud quam belluas esse existimantibus. Ebur enim hominum opere et arte priscis temporibus expoliri solitum norant haud dubie multi: bestias autem ipsas, priusquam Macedones in Asiam traiicerent, praeter Indos et Libyas, finitimosque illis populos, nulli viderant. Quod ipsum ex Homero facile coniicias, qui quum regum lectos, et opulentiorum inter hosce domos ebore ornatas dixerit, belluae tamen nuspiam mentionem facit. Quod si aut elephantem vidisset, aut de eo quicquam audisset, antiquius opinor duxisset hoc,

πρότερον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ Πυγμαίων τε ἀνδρῶν καὶ γεράνων μάχης. (5) Πύῤῥον δὲ ἐς Σικελίαν ἀπήγαγε πρεσβεία Συρακουσίων. Καρχηδόνιοι γὰρ διαβάντες τὰς Ἑλληνίδας τῶν πόλεων ἐποίουν ἀναστάτους, ἣ δὲ ἦν λοιπὴ, Συρακούσαις πολιορκοῦντες προσεκάθηντο. ἃ τῶν πρέσβεων Πύῤῥος ἀκούων, Τάραντα μὲν εἴα καὶ τοὺς τὴν ἀκτὴν ἔχοντας Ἰταλιωτῶν, ἐς δὲ τὴν Σικελίαν διαβὰς Καρχηδονίους ἠνάγκασεν ἀπαναστῆναι Συρακουσῶν· φρονήσας δὲ ἐφ' αὐτῷ, Καρχηδονίων, οἳ θαλάσσης τῶν τότε βαρβάρων μάλιστα εἶχον ἐμπείρως, Τύριοι Φοίνικες τὸ ἀρχαῖον ὄντες, τούτων ἐναντία ἐπήρθη ναυμαχῆσαι τοῖς Ἠπειρώταις χρώμενος, οἳ μηδὲ, ἁλούσης Ἰλίου, θάλασσαν οἱ πολλοὶ, μηδὲ ἀλσὶν ἠπίσταντό πω χρῆσθαι. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ὁμήρου ἔπος ἐν Ὀδυσσείᾳ·

Οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν.

quam Pygmaeorum et gruum pugnam commemorare. (5) Pyrrhum post haec in Siciliam Syracusanorum avocavit legatio. Nam quum Carthaginienses classe in Siciliam invasissent, iamque omnes Graeci nominis urbes ad vastitatem redegissent, ac postremo ipsas Syracusas, quae sola civitas adhuc incolumis erat, circumsederent, Pyrrhus, de Syracusanorum legatis re cognita, Tarentum, Italicamque omnem oram missam fecit. In Siciliam vero quum transisset, primo *statim adventu* barbaris repulsis Syracusas obsidione liberavit. Deinde quamvis Carthaginienses navali disciplina (quippe qui essent e Tyro Phoenices oriundi) barbaris plane ceteris praestare intelligeret, cum illis tamen, *solis* Epirotarum copiis fretus, confligere non dubitavit. Epiri certe ne post captum quidem Ilium maxima pars aut mare norat, aut salsis escis vescebatur. cuius mihi rei Homerus in Odyssea testis est:

— — — nec norunt caerula ponti,
Nec dapibus vescum salis admiscere saporem.

ἀξιόμαχος εἴη πρὸς Ῥωμαίους, παρεσκευάζετο ὡς τοὺς ἐλέφαντας ἐπαφήσων σφίσιν. (4) Ἐλέφαντας δὲ πρῶτος μὲν τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης Ἀλέξανδρος ἐκτήσατο, Πῶρον καὶ τὴν δύναμιν καθελὼν τὴν Ἰνδῶν· ἀποθανόντος δὲ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἄλλοι τῶν βασιλέων, καὶ πλείστους ἔσχεν Ἀντίγονος· Πύῤῥῳ δὲ ἐκ τῆς μάχης ἐγεγόνει τῆς πρὸς Δημήτριον τὰ θηρία αἰχμάλωτα. τότε δὲ ἐπιφανέντων αὐτῶν, δεῖμα ἔλαβε Ῥωμαίους, ἄλλο τι καὶ οὐ ζῶα εἶναι νομίσαντας. Ἐλέφαντα γὰρ, ὅσα μὲν ἐς ἔργα καὶ ἀνδρῶν χεῖρας, εἰσὶν ἐκ παλαιοῦ δῆλοι πάντες εἰδότες· αὐτὰ δὲ τὰ θηρία, πρὶν ἢ διαβῆναι Μακεδόνας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, οὐδὲ ἑωράκεισαν ἀρχὴν πλὴν Ἰνδῶν τε αὐτῶν, καὶ Λιβύων, καὶ ὅσοι πλησιόχωροι τούτοις. Δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ὃς βασιλεῦσι κλίνας μὲν καὶ οἰκίας τοῖς εὐδαιμονεστέροις αὐτῶν ἐλέφαντι ἐποίησε κεκοσμημένας, θηρίου δὲ ἐλέφαντος μνήμην οὐδεμίαν ἐποιήσατο· θεασάμενος δὲ καὶ πεπυσμένος, ἐμνημόνευσεν ἂν πολύ γε

se Romanis haudquaquam acie parem esse intelligeret, elephantos comparарat, quos inter praeliandum in illos immitteret. (4) Belluas autem has primus ex Europae principibus Alexander, Poro et Indis devictis, in potestate habuit. Quo mortuo, et alii reges, et plurimas Antigonus sibi comparavit. Pyrrhus vero in pugna, quam cum Demetrio commisit, elephantos aliquot cepit. Ii quum ad Tarentum in mediam irrupissent aciem, non parum Romanos exterruere, plerisque aliud quam belluas esse existimantibus. Ebur enim hominum opere et arte priscis temporibus expoliri solitum norant haud dubie multi: bestias autem ipsas, priusquam Macedones in Asiam traiicerent, praeter Indos et Libyas, finitimosque illis populos, nulli viderant. Quod ipsum ex Homero facile coniicias, qui quum regum lectos, et opulentiorum inter hosce domos ebore ornatas dixerit, belluae tamen nuspiam mentionem facit. Quod si aut elephantem vidisset, aut de eo quicquam audisset, antiquius opinor duxisset hoc,

πρότερον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ Πιγμαίων τε ἀνδρῶν καὶ γεράνων μάχης. (5) Πύῤῥον δὲ ἐς Σικελίαν ἀπήγαγε πρεσβεία Συρακουσίων. Καρχηδόνιοι γὰρ διαβάντες τὰς Ἑλληνίδας τῶν πόλεων ἐποίουν ἀναστάτους, ἣ δὲ ἦν λοιπὴ, Συρακούσαις πολιορκοῦντες προσεκάθηντο. ἃ τῶν πρέσβεων Πύῤῥος ἀκούων, Τάραντα μὲν εἴα καὶ τοὺς τὴν ἀκτὴν ἔχοντας Ἰταλιωτῶν, ἐς δὲ τὴν Σικελίαν διαβὰς Καρχηδονίους ἠνάγκασεν ἀπαναστῆναι Συρακουσῶν· φρονήσας δὲ ἐφ᾽ αὑτῷ, Καρχηδονίων, οἳ θαλάσσης τῶν τότε βαρβάρων μάλιστα εἶχον ἐμπείρως, Τύριοι Φοίνικες τὸ ἀρχαῖον ὄντες, τούτων ἐναντία ἐπήρθη ναυμαχῆσαι τοῖς Ἠπειρώταις χρώμενος, οἳ μηδὲ, ἁλούσης Ἰλίου, θάλασσαν οἱ πολλοὶ, μηδὲ ἁλσὶν ἠπίσταντό πω χρῆσθαι. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ὁμήρου ἔπος ἐν Ὀδυσσείᾳ·

Οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες, οὐδέ θ᾽ ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν.

quam Pygmaeorum et gruum pugnam commemorare. (5) Pyrrhum post haec in Siciliam Syracusanorum avocavit legatio. Nam quum Carthaginienses classe in Siciliam invasissent, iamque omnes Graeci nominis urbes ad vastitatem redegissent, ac postremo ipsas Syracusas, quae sola civitas adhuc incolumis erat, circumsederent, Pyrrhus, de Syracusanorum legatis re cognita, Tarentum, Italicamque omnem oram missam fecit. In Siciliam vero quum transisset, *primo statim adventu* barbaris repulsis Syracusas obsidione liberavit. Deinde quamvis Carthaginienses navali disciplina (quippe qui essent e Tyro Phoenices oriundi) barbaris plane ceteris praestare intelligeret, cum illis tamen, *'solis* Epirotarum copiis fretus, confligere non dubitavit. Epiri certe ne post captum quidem Ilium maxima pars aut mare norat, aut salsis escis vescebatur. cuius mihi rei Homerus in Odyssea testis est:

— — — nec norunt caerula ponti,
Nec dapibus vescum salis admiscere saporem.

## CAPUT XIII.

**De Pyrrhi expeditione contra Antigonum, et duce Cleonymo contra Spartanos — de Pyrrhi morte — de simili vitae Aeacidarum exitu.**

**Τότε δὲ ὁ Πύῤῥος, ὡς ἡττήθη ταῖς ναυσὶν, ἐς Τάραντα
ἀνήγετο ταῖς λοιπαῖς. ἐνταῦθα προσέπταισε μεγάλως,
καὶ τὴν ἀναχώρησιν (οὐ γὰρ ἀμαχεὶ Ῥωμαίους ἠπίστατο
ἀφήσοντας) πορίζεται τρόπον τοῦτον. ὡς ἐπανήκων ἐκ
Σικελίας ἡττήθη, πρῶτον διέπεμψε γράμματα ἔς τε τὴν
Ἀσίαν καὶ πρὸς Ἀντίγονον, τοὺς μὲν στρατιὰν τῶν βα-
σιλέων, τοὺς δὲ χρήματα, Ἀντίγονον δὲ καὶ ἀμφότερα
αἰτῶν. Ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων, ὡς οὖν γράμματα
ἀπεδόθη, συναγαγὼν τοὺς ἐν τέλει τῶν τε ἐξ Ἠπείρου
31 καὶ τῶν Ταραντίνων, ὧν μὲν εἶχε τὰ βιβλία ἀνεγίνωσκεν
οὐδὲν, ὁ δὲ ἥξειν συμμαχίαν ἔλεγε. ταχὺ δὲ καὶ ἐς τοὺς
Ῥωμαίους ἦλθε φήμη, Μακεδόνας καὶ ἄλλα ἔθνη περαι-
οῦσθαι τῶν Ἀσιανῶν ἐς τὴν Πύῤῥου βοήθειαν. Ῥωμαῖοι
μὲν δὴ ταῦτα ἀκούοντες ἡσύχαζον· Πύῤῥος δὲ τὴν ἐπι-
οῦσαν περαιοῦται νύκτα πρὸς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν, ἃ**

Cap. XIII. At enim victus navali praelio, cum paucis, quae a clade superfuerant, navibus Tarentum se recepit: ubi rebus suis vehementer attritis, de fuga (quum sibi per Romanos sine pugna discedere minime liciturum speraret) tale cepit consilium. Quum e Sicilia reversus cladem accepisset, legatos cum literis ad Asiae reges, et ad ipsum Antigonum dimisit, ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia, ab Antigono vero utrumque exposcens. Quum legati reversi literas ei reddidissent, Epirotarum et Tarentinorum principes in concionem vocat: ibi quas acceperat literas non sane recitavit, sed propediem affutura auxilia affirmavit. Quum percrebuisset igitur fama in Romanorum etiam exercitu, et e Macedonia, et ex Asia magna Pyrrho auxilia adventare nihil illi novi moliri ausi sunt. Pyrrhus vero ea, quae con-

Κεραύνια ὀνομάζουσι. (2) μετὰ δὲ τὴν ἐν Ἰταλίᾳ πληγὴν ἀναπαύσας τὴν δύναμιν, προεῖπεν Ἀντιγόνῳ πόλεμον, ἄλλα τε ποιούμενος ἐγκλήματα καὶ μάλιστα τῆς ἐς Ἰταλίαν βοηθείας διαμαρτίαν. κρατήσας δὲ τήν τε ἰδίαν παρασκευὴν Ἀντιγόνου καὶ τὸ παρ' αὐτῷ Γαλατῶν ξενικὸν, ἐδίωξεν ἐς τὰς ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεις· αὐτὸς δὲ Μακεδονίας τε τῆς ἄνω καὶ Θεσσαλῶν ἐπεκράτησε. δηλοῖ δὲ μάλιστα τὸ μέγεθος τῆς μάχης καὶ τὴν Πύῤῥου νίκην, ὡς παραπολὺ γένοιτο, τὰ ἀνατεθέντα ὅπλα τῶν Κελτικῶν ἔς τε τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν τῆς Ἰτωνίας Φερῶν μεταξὺ καὶ Λαρίσσης, καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτοῖς·

Τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ
Πύῤῥος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασεν Γαλατᾶν,
Πάντα τὸν Ἀντιγόνου καθελὼν στρατόν· οὐ μέγα θαῦμα·
Αἰχμηταὶ καὶ νῦν, καὶ πάρος Αἰακίδαι.

secuta est, nocte ad *Epiri* montes, quae Ceraunia vocant, classe transvectus est. (2) Mox ab Italica clade, quum paullulum conquiesset, milite confirmato, Antigono statim bellum indixit, quum et alia ei crimini daret, et illud maxime, quod suam, dum in Italia cum exercitu esset, nullis missis auxiliis, spem frustratus esset: atque Antigoni quidem quum proprias copias, tum Gallorum mercenarias, *primo impetu* fudit fugavitque, et ad maritimas usque urbes persecutus est. Ex ea victoria superiorem Macedoniam et Thessaliam in ditionem suam redegit. Praelii certe magnitudinem, et Pyrrhi victoriam, quanta fuerit, declarant Gallorum scuta in Itoniae Palladis templo, quod inter Pheras et Larissam est, dicata, cum epigrammate huiusmodi:

Hos tibi Gallorum clypeos rex donat, Itoni,
Pyrrhus ab audaci rapta tropaea acie,
Viribus Antigoni fractis. Haud res ea mira.
Pugnaces et nunc, et prius Aeacidae.

Τούτους μὲν δὴ ἐνταῦθα, τῷ δὲ ἐν Δωδώνῃ Διὶ Μακεδόνων ἀνέθηκεν αὐτῶν τὰς ἀσπίδας. ἐπιγέγραπται δὲ καὶ ταύταις·

Αἵδε ποτ' Ἀσίδα γαῖαν ἐπόρθησαν πολύχρυσον,
Αἵδε καὶ Ἑλλάδι τὰν δουλοσύναν ἔπορον.
Νῦν δὲ Διὸς ναῷ ποτὶ κίονας ὀρφανὰ κεῖται,
Τᾶς μεγαλαυχήτου σκῦλα Μακηδονίας.

(3) Πύῤῥῳ δὲ Μακεδόνας ἐς ἅπαν μὴ καταστρέψασθαι παρ' ὀλίγον ὅμως ἥκοντι, ἐγένετο Κλεώνυμος αἴτιος, ἑτοιμοτέρῳ καὶ ἄλλως ὄντι ἑλέσθαι τὰ ἐν χερσίν. Κλεώνυμος
32 δὲ οὗτος, ὁ τὸν Πύῤῥον ἀπολιπόντα τὰ Μακεδόνων πείσας ἐς Πελοπόννησον ἐλθεῖν, Λακεδαιμόνιος ὢν, Λακεδαιμονίοις στρατὸν ἐς τὴν χώραν πολέμιον ἐπήγαγε, δι' αἰτίαν, ἣν ἐγὼ τοῦ γένους ὕστερον τοῦ Κλεωνύμου δηλώσω. Παυσανίου τοῦ περὶ Πλάταιαν τοῖς Ἕλλησιν ἡγησαμένου, Πλειστοάναξ υἱὸς ἐγένετο· τοῦ δὲ Παυσανίας· τοῦ δὲ Κλεόμβροτος, ὃς ἐναντία Ἐπαμινώνδᾳ καὶ Θηβαίοις μαχόμενος ἀπέθανεν ἐν Λεύκτροις· Κλεομβρότου

Haec quidem illic. In Dodonaei autem Iovis templo ipsorum Macedonum scuta suspendit, cum inscriptione tali:

Ditibus haec Asiae terris opibusque potita,
Iam premere audebant Hellada servitio,
Sacra Iovis templo pendent quae affixa columnis,
Erepta Emathiis scuta cruenta viris.

(3) At enim quum parum abesset, quin totam Pyrrhus Macedoniam subigeret, etsi unus erat omnium ad praesentes occasiones arripiendas paratissimus, Cleonymus tamen eum a Macedonia in Peloponnesum avocavit. Patria quidem Spartanus fuit Cleonymus; cum exercitu tamen in Lacedaemoniorum fines hostiliter invasit. Eius rei causam, quum Cleonymi genus percensuero, exponam. Pausanias, qui Graecis ad Plataeam dux fuit, Plistoanacta filium reliquit. Hic alterum Pausaniam genuit: cuius Cleombrotus filius fuit, is qui in Leuctrica pugna dimicans adversus Thebanorum ducem Epaminondam occubuit. Huic duo fuere filii, Age-

δὲ Ἀγησίπολις ἦν καὶ Κλεομένης· Ἀγησιπόλιδος δὲ ἄπαιδος τελευτήσαντος, Κλεομένης τὴν βασιλείαν ἔσχε. Κλεομένει δὲ παῖδες γίνονται, πρεσβύτατος μὲν Ἀκρότατος, νεώτατος δὲ Κλεώνυμος. Ἀκρότατον μὲν οὖν πρότερον κατέλαβεν ἡ τελευτή· Κλεομένους δὲ ἀποθανόντος ὕστερον, ἐς ἀμφισβήτησιν κατέστησαν περὶ τῆς ἀρχῆς Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου καὶ Κλεώνυμος, ὅς ὅτῳ δὴ τρόπῳ μετελθὼν ἐπάγει Πύῤῥον ἐς τὴν χώραν. (4) Λακεδαιμονίοις δὲ πρὸ μὲν τῆς ἐν Λεύκτροις οὐδὲν ἐγεγόνει πταῖσμα, ὥστε οὐδὲ συνεχώρησαν ἀγῶνί πω κεκρατῆσθαι πεζῷ. Λεωνίδᾳ μὲν γὰρ νικῶντι οὐκ ἔφασαν τοὺς ἑπομένους ἐς τελέαν ἐξαρκέσαι φθορὰν τῶν Μήδων· τὸ δὲ Ἀθηναίων καὶ Δημοσθένους ἔργον πρὸς τῇ νήσῳ Σφακτηρίᾳ κλοπὴν εἶναι πολέμου καὶ οὐ νίκην. πρώτης δὲ γενομένης σφίσι συμφορᾶς ἐν Βοιωτοῖς, ὕστερον Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόσι μεγάλως προσέπταισαν· τρίτον δὲ ὁ Δημητρίου πόλεμος

sipolis et Cleomenes. Mortuo autem sine liberis fratre, Cleomenes regnum obtinuit: qui Acrotatum maiorem, et Cleonymum natu minorem genuit. Quum autem Acrotatus prius, nec multo post Cleomenes diem suum obissent, inter Areum Acrotati filium, et Cleonymum de regno orta est contentio. Eius itaque rei causa regnum sibi quo iure quave iniuria Cleonymus vindicaturus, Pyrrhum in patrios fines induxit. (4) Lacedaemonii quidem ante Leuctricam cladem nullum unquam belli adversum casum experti fuerant, eoque se nunquam pedestri pugna victos gloriabantur. Nam Leonidae, parta fere victoria, quo minus Persas ad internecionem deleret, fatigati longa pugna militis robur defuisse asserebant: et quae Athenienses Demosthene duce ad Sphacteriam insulam gessissent, belli potius furtum quoddam, quam victoriam fuisse. Prima illis illata est in Boeotiis clades: alteram, qua maiorem in modum opes eorum afflictae sunt, ab Antipatro et Macedonibus acceperunt. Iam tertiam eorum finibus calamitatem intulit illatum insperantibus a

κακὸν ἀνέλπιστον ἦλθεν ἐς τὴν γῆν. (5) Πύῤῥου δὲ ἐσβαλόντος, τέταρτον δὴ τότε στρατὸν ὁρῶντες πολέμιον αὐτοί τε παρετάσσοντο, καὶ Ἀργείων ἧκοντες καὶ Μεσσηνίων σύμμαχοι. Πύῤῥος δὲ ὡς ἐπεκράτησεν, ὀλίγου μὲν ἦλθεν ἑλεῖν αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν, δῃώσας δὲ τὴν γῆν καὶ λείαν ἐλάσας μικρὸν ἡσύχαζεν. οἱ δὲ ἐς πολιορκίαν εὐτρεπίζοντο, πρότερον ἔτι τῆς Σπάρτης ἐπὶ τοῦ πολέμου
33 τοῦ πρὸς Δημήτριον τάφροις τε βαθείαις καὶ σταυροῖς τετειχισμένης ἰσχυροῖς, τὰ δὲ ἐπιμαχώτατα καὶ οἰκοδομήμασιν. (6) ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ τὴν τοῦ πολέμου τοῦ Λακωνικοῦ τριβὴν Ἀντίγονος τὰς πόλεις τῶν Μακεδόνων ἀνασωσάμενος ἠπείγετο ἐς Πελοπόννησον, οἷα ἐπιστάμενος Πύῤῥον, ἢν Λακεδαίμονα καταστρέψηται καὶ Πελοποννήσου τὰ πολλά, οὐκ ἐς Ἤπειρον, ἀλλ' ἐπί τε Μακεδονίαν αὖθις καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἥξοντα. Μέλλοντος δὲ Ἀντιγόνου τὸν στρατὸν ἐξ Ἄργους ἐς τὴν Λα-

Demetrio bellum. (5) Quum vero iam quarto Pyrrhum cum infesto exercitu fines ingressum viderent, obviam illi, assumtis in societatem Argivis et Messeniis, venere. Quos quum Pyrrhus praelio vicisset, parum omnino abfuit, quin eodem impetu urbem caperet: sed quum agrum populationibus infestum reddidisset, praedamque inde *magnam* egisset, paululum temporis requieti dedit. Interea Lacedaemonii ad sustinendam oppugnationem se confirmarunt. Sed et Spartam ante, Demetrio oppugnante, praealtis fossis et validissimis quibusque operibus munierant: quaque facilior aditu erat, propugnacula etiam excitarant. (6) Dum haec aguntur, Pyrrho Spartano bello occupato, Antigonus, quum Macedonum urbes praesidiis et munitionibus firmasset, in Peloponnesum copias duxit, quippe qui sciret, Pyrrhum, Lacedaemone et Peloponnesi parte subacta, in Epirum non statim rediturum, sed in Macedoniam ad persequendum ibi bellum esse reversurum. Quum autem Argis in Laconicum agrum Antigonus exercitum esset immissurus, ipse Pyrrhus

κωνικὴν ἄγειν, αὐτὸς ἐς τὸ Ἄργος ἐληλύθει. Πύῤῥος· κρατῶν δὲ καὶ τότε, συνεσπίπτει τοῖς φεύγουσιν ἐς τὴν πόλιν, καί οἱ διαλύεταί κατὰ τὸ εἰκὸς ἡ τάξις. (7) μαχομένων δὲ πρὸς ἱεροῖς ἤδη καὶ οἰκίαις καὶ κατὰ τοὺς στενωποὺς καὶ κατ' ἄλλο ἄλλων τῆς πόλεως, ἐνταῦθα ὁ Πύῤῥος ἐμονώθη, καὶ τιτρώσκεται τὴν κεφαλήν· κεράμῳ δὲ βληθέντα ὑπὸ γυναικὸς τεθνάναι φασὶ Πύῤῥον· Ἀργεῖοι δὲ οὐ γυναῖκα τὴν ἀποκτείνασαν, Δήμητρα δέ φασιν εἶναι γυναικὶ εἰκασμένην. ταῦτα ἐς τὴν Πύῤῥου τελευτὴν αὐτοὶ λέγουσιν Ἀργεῖοι, καὶ ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητὴς Λευκέας ἐν ἔπεσιν εἴρηκεν. καὶ σφισιν ἐστὶ, τοῦ θεοῦ χρήσαντος, ἔνθα ὁ Πύῤῥος ἐτελεύτησεν, ἱερὸν Δήμητρος. ἐν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Πύῤῥος τέθαπται. (8) Θαῦμα δὲ ποιοῦμαι τῶν καλουμένων Αἰακιδῶν αὐτοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ ἐκ τοῦ θεοῦ συμβῆναι τὴν τελευτήν· εἴγε Ἀχιλλέα μὲν Ὅμηρος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου φησὶ τοῦ Πριάμου καὶ Ἀπόλλωνος ἀπολέσθαι· Πύῤῥον δὲ τὸν Ἀχιλλέως ἡ Πυθία προσέταξεν ἀποκτεῖναι Δελφοῖς· τῷ δὲ Αἰακίδου

ad Argos iam accesserat. Ibi initio praelio victor Pyrrhus fugientes in urbem persecutus est. (7) Ubi, quum eius exercitus (ut fere fieri solet) in diversa abisset, repugnantibusque acriter hostibus pro templis, aedibus, et angiportis, aliisque urbis locis, Pyrrhus a suis relictus esset, in capite vulnus accepit. Ferunt, eum tegulae ictu, a muliere deiectae, interiisse. Argivi vero non mulierem illam, sed Cererem assumta mulieris forma fuisse, affirmant. Et haec quidem illi de Pyrrhi morte: quod et Leuceas prodidit, qui carminibus indigenarum res conscripsit. Est praeterea Argis, quo loco Pyrrhus cecidit, ex oraculo Cereri erectum fanum: et in eo Pyrrhus ipse sepultus est. (8) Illud vero maxime mihi mirandum videri solet, omnes ex Aeacidarum gente et nomine divinitus oblata nece occubuisse. Achillem enim Homerus memoriae prodidit ab Alexandro Priami filio et Apolline interfectum. Pyrrhus certe, eius filius, oraculi iussu a Delphis occisus est. Huic autem Aeacidae filio,

συνέβη τὰ ἐς τὴν τελευτὴν, οἷα Ἀργεῖοί τε λέγουσι καὶ Λευκέας ἐποίησε. Διάφορα δὲ ὅμως ἐστὶ καὶ ταῦτα, ὡς
34 Ἱερώνυμος ὁ Καρδιανὸς ἔγραψεν. ἀνδρὶ γὰρ βασιλεῖ συνόντα ἀνάγκη πᾶσα ἐς χάριν συγγράφειν. εἰ δὲ καὶ Φίλιστος αἰτίαν δικαίαν εἴληφεν, ἐπελπίζων τὴν ἐν Συρακούσαις κάθοδον, ἀποκρύψασθαι τῶν Διονυσίου τὰ ἀνοσιώτατα, ἦπου πολλή γε Ἱερωνύμῳ συγγνώμη τὰ ἐς ἡδονὴν Ἀντιγόνου γράφειν. ἡ μὲν Ἠπειρωτῶν ἀκμὴ κατέστρεψεν ἐς τοῦτο.

## CAPUT XIV.

De memorandis artis operibus in Odeo — Triptolemo — Epimenide et Thalete — Aeschyli Epitaphio — Minerva — cultu Veneris Coelestis.

Ἐς δὲ τὸ Ἀθήνῃσιν εἰσελθοῦσιν ᾠδεῖον, ἄλλα τε καὶ Διόνυσος κεῖται θέας ἄξιος· πλησίον δέ ἐστι κρήνη, καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον, οὕτω κοσμηθεῖσαν ὑπὸ Πεισιστράτου. φρέατα μὲν γὰρ καὶ διὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐστι, πηγὴ δὲ αὕτη μόνη. ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην,

quale et Argivi et Leuceas dixerunt, mortis genus obtigit. De eius tamen caede non satis constare scripsit Hieronymus Cardianus: quem scilicet cum rege viventem in eius gratiam scribere maxime fuit necesse. Nam si Philistus venia dignus habetur, qui quum Syracusas se restitutum iri speraret, multa Dionysii flagitia dissimulavit, Hieronymo certe multa ad Antigoni gratiam scribenti ignoscendum. Et huc quidem Epirotarum potentia evasit.

Cap. XIV. Quum vero Athenis Odeum introieris, et alia spectatu digna, et Liberum Patrem conspicies: iuxta quem fons est. Hunc, *quia per novem salientes aquam diffundit*, Enneacrunon vocant: eum Pisistratus exornavit. Putei quidem passim in urbe multi, hic autem unicus est fons. Templa vero supra fontem duo sunt: unum Cereris

ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται καὶ Κόρης, ἐν δὲ τῷ Τριπτολέμου κείμενόν ἐστιν ἄγαλμα. (2) τὰ δὲ ἐς αὐτὸν ὁποῖα λέγεται γράψω, παρεὶς ὅσον ἐς Δηϊόπην ἔχει τοῦ λόγου. Ἑλλήνων οἳ μάλιστα ἀμφισβητοῦντες Ἀθηναίοις ἐς ἀρχαιότητα, καὶ δῶρα παρὰ θεῶν φασὶν ἔχειν, εἰσὶν Ἀργεῖοι, καθάπερ βαρβάρων Φρυξὶν Αἰγύπτιοι. λέγεται οὖν, ὡς Δήμητρα ἐς Ἄργος ἐλθοῦσαν Πελασγὸς δέξαιτο οἴκῳ, καὶ ὡς Χρυσανθὶς τὴν ἁρπαγὴν ἐπισταμένη τῆς κόρης διηγήσαιτο· ὕστερον δὲ Τρόχιλον ἱεροφάντην, φυγόντα ἐξ Ἄργους κατὰ ἔχθος Ἀγήνορος, ἐλθεῖν φασιν ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ γυναῖκά τε ἐξ Ἐλευσῖνος γῆμαι, καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας Εὐβουλέα καὶ Τριπτόλεμον. ὅδε μὲν Ἀργείων ἐστὶ λόγος. Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις, ἴσασι Τριπτόλεμον τὸν Κελεοῦ πρῶτον σπεῖραι καρπὸν ἥμερον. ἔπη δὲ ᾄδεται Μουσαίου μὲν, (εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα) Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς εἶναι· Ὀρφέως δὲ (οὐδὲ ταῦτα Ὀρφέως, ἐμοὶ δοκεῖν, ὄντα) Εὐβουλεῖ καὶ Τριπτολέμῳ Δυσαύλην πατέρα

et Proserpinae: in altero Triptolemi signum est; (2) de quo quaecumque dicuntur, mox omissis, qui de Deiope iactantur, sermonibus exponam. Inter Graeciae populos maxime de antiquitate et Deorum muneribus cum Atheniensibus certant Argivi, non aliter quidem, quam inter barbaros cum Phrygibus Aegyptii. Memoriae itaque proditum est, Cererem Argos venientem a Pelasgo hospitio acceptam: ibi ex Chrysanthide de filiae raptu cognovisse. Post haec Trochilum sacrorum antistitem ab Agenore Argis pulsum in Atticam venisse: quumque Eleusine uxorem duxisset, Eubuleum et Triptolemum genuisse. Haec Argivi. Athenienses vero et finitimi, Triptolemum Celei filium fuisse, qui primus sationem et frugum cultum tradiderit, nihil dubitant. At Musaeus carminibus (si modo ea Musaei sunt) Triptolemum Oceani et Terrae filium prodidit: et Orpheus (quanquam et ea Orphei esse ut credam, adduci non possum) Eubuleo et Triptolemo Dysaulem patrem fuisse: eos a Cerere

εἶναι, μηνύσασι δέ σφισι περὶ τῆς παιδὸς δοθῆναι παρὰ Δήμητρος, σπεῖραι τοὺς καρπούς· Χοιρίλῳ δὲ Ἀθηναίῳ δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην ἐστ' εἰρημένα, Κερκύονα εἶναι καὶ Τριπτόλεμον ἀδελφοὺς, τεκεῖν δὲ σφᾶς θυγατέρας Ἀμφικτύονος, εἶναι δὲ πατέρα Τριπτολέμῳ μὲν Ῥάρον, Κερκύονι δὲ Ποσειδῶνα. πρόσω δὲ ἰέναι με ὡρμημένον τοῦδε τοῦ λόγου, καὶ ὁπόσα ἐξήγησιν ἔχει τὸ Ἀθήνησιν ἱερὸν, καλούμενον δὲ Ἐλευσίνιον, ἐπέσχεν ὄψις ὀνείρατος· ἃ δὲ ἐς πάντας ὅσιον γράφειν, ἐς ταῦτα ἀποτρέψομαι. (3) πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦδε, ἔνθα καὶ τοῦ Τριπτολέμου τὸ ἄγαλμα, ἔστι βοῦς χαλκοῦς, οἷα ἐς θυσίαν ἀναγόμενος· πεποίηται δὲ καὶ καθήμενος Ἐπιμενίδης Κνώσσιος, ὃν ἐλθόντα ἐς ἀγρὸν κοιμᾶσθαι λέγουσιν ἐσελθόντα ἐς σπήλαιον· ὁ δὲ ὕπνος οὐ πρότερον ἀνῆκεν αὐτὸν, πρὶν ἢ οἱ τεσσαρακοστὸν ἔτος γενέσθαι καθεύδοντι· καὶ ὕστερον ἔπη τε ἐποίει, καὶ πόλεις ἐκάθηρεν ἄλλας τε καὶ τὴν Ἀθηναίων. Θάλης δὲ ὁ Λακεδαιμονίοις τὴν νόσον

frumenta serendi rationem accepisse, quód ex illis primum Ceres filiae raptum cognovisset. Choerilus Atheniensis in ea fabula, cui Alope nomen est, Cercyonem et Triptolemum fratres fuisse, ex Amphictyonis filiabus, scripsit: et Triptolemo Rharon, Cercyoni Neptunum patrem fuisse. Longiore vero oratione conantem singula persequi, et omnia, quae de templo, cui Eleusinio nomen est, commemorari possent, planius explicare, quaedam me visa per somnum species deterruit. Ad ea igitur redeo, quae literis mandare nulla religione prohibeor. (3) Pro templi foribus, quo loco etiam Triptolemi signum est, bos aenea spectatur, ita ornata, ut victimae, quae ad aram trahuntur. Ibidem sedentem videas Epimenidem Gnosium: quem, quum in agrum exisset, in spelunca somno oppressum memorant, neque prius experrectum, quam annos XL obdormivisset: postea vero et heroicos versus fecisse, et quum alias urbes, tum Athenas lustrasse. Quod ipsum apud Lacedaemonios sedata pestilentia fecit Thales, Epimenidis tamen neque

πτύσας, οὔτε ἄλλως προσήκων, οὔτε πόλεως ἦν Ἐπιμε-
νίδῃ τῆς αὐτῆς· ἀλλ' ὁ μὲν Κνώσσιος, Θάλητα δὲ εἶναί
φησι Γορτύνιον Πολύμναστος Κολοφώνιος ἔπη Λακεδαι-
μονίοις ἐς αὐτὸν ποιήσας. (4) Ἔστι δὲ ἀπωτέρω ναὸς
Εὐκλείας, ἀνάθημα τοῦτο ἀπὸ Μήδων, οἳ τῆς χώρας
Μαραθῶνι ἔσχον. φρονῆσαι δὲ Ἀθηναίους ἐπὶ τῇ νίκῃ
ταύτῃ μάλιστα εἰκάζω· καὶ δὴ καὶ Αἰσχύλος, ὥς οἱ τοῦ
βίου προσεδοκᾶτο ἡ τελευτή, τῶν μὲν ἄλλων ἐμνημόνευ-
σεν οὐδενός, δόξης ἐς τοσοῦτον ἥκων ἐπὶ ποιήσει, καὶ
πρὸς Ἀρτεμισίῳ καὶ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσας· ὁ δὲ τό
τε ὄνομα πατρόθεν καὶ τὴν πόλιν ἔγραψε, καὶ ὡς τῆς 36
ἀνδρίας μάρτυρας ἔχοι τὸ Μαραθώνιον ἄλσος καὶ Μήδων
τοὺς ἐς αὐτὸ ἀποβάντας.

(5) Ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν καὶ στοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον ναός ἐστιν Ἡφαίστου· καὶ ὅτι μὲν οἱ ἄγαλμα παρέστηκεν Ἀθηνᾶς, οὐδὲν θαῦμα ἐποιούμην τὸν ἐπὶ Ἐριχθονίῳ ἐπιστάμενος λόγον· τὸ δὲ ἄγαλμα ὁρῶν

propinquus, neque civis, quum illum Gnosium, hunc Gortynium fuisse dicat Polymnestus Colophonius in eo carmine, quod de Thalete Lacedaemoniis fecit. (4) Paulo hinc longius Eucleae (*quod est, ac si illustris famae dixeris*) delubrum, de Persarum, qui Marathonem occuparant, manubiis dicatum. Nullam autem fuisse victoriam, qua sint magis Athenienses gloriati, quam ea, quam ex Marathonia pugna sunt adepti, hinc praecipue ut credam adducor, quod Aeschylus, quum prope iam esset, ut e vita decederet, qui de se ipso ante prorsus conticuerat, vir tanta in poësi nominis celebritate, cuiusque virtus navalibus praeliis ante ad Artemisium et Salaminem enituerat, *de Marathonia pugna quum suum carmen ederet*, in ipsa operis fronte suum et patriae nomen inscripsit: Marathonium enim saltum et Persas, qui illuc descenderunt, suae testes virtutis citat. (5) Supra Ceramicum, et porticum, quae regia dicitur, Vulcani est fanum: in quo quod Minervae positum sit signum, nihil sane admiror, quum ad ea, quae de Erichthonio vul-

τῆς Ἀθηνᾶς γλαυκοὺς ἔχον τοὺς ὀφθαλμοὺς, Λιβύων τὸν μῦθον ὄντα εὕρισκον. τούτοις γάρ ἐστιν εἰρημένον, Ποσειδῶνος καὶ Λίμνης Τριτωνίδος θυγατέρα εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο γλαυκοὺς εἶναι ὥσπερ καὶ τῷ Ποσειδῶνι ὀφθαλμούς. (6) πλησίον δὲ ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας. πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν· μετὰ δὲ Ἀσσυρίους Κυπρίων Παφίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ· παρὰ δὲ Φοινίκων Κυθήριοι μαθόντες σέβουσιν· Ἀθηναίοις δὲ κατεστήσατο Αἰγεὺς, αὑτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων (οὐ γάρ πω τότε ἦσαν) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς γενέσθαι τὴν συμφορὰν ἐκ μηνίματος τῆς Οὐρανίας. τὸ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔτι ἄγαλμα λίθου Παρίου καὶ ἔργον Φειδίου. Δῆμος δέ ἐστιν Ἀθηναίοις Ἀθμονέων, οἳ Πορφυρίωνα ἔτι πρότερον Ἀκταίου βασιλεύσαντα τῆς Οὐρανίας φασὶ τὸ παρὰ σφίσιν ἱερὸν ἱδρύσασθαι. λέγουσι δὲ ἀνὰ τοὺς δήμους καὶ ἄλλα οὐδὲν ὁμοίως καὶ οἱ τὴν πόλιν ἔχοντες.

go traduntur, animum refero. Deae vero signum quod glaucos habeat oculos, Libycam de ea re fabulam comperio: Minervam Neptuni et Tritonidis paludis filiam esse, atque ideo glaucos illi itidem, ut Neptuno, oculos esse. (6) Non longe abest coelestis Veneris delubrum; quam primi omnium Assyrii coluere: a quibus Paphii in Cypro acceptum sacrorum ritum cum Phoenicibus, qui in Palaestina Ascalonem urbem incolunt, Phoenices cum Cytheriis communicarunt. Athenis vero eam religionem induxit Aegeus, quum Veneris ira et sibi prolem non obtigisse, et sororibus calamitatem immissam putaret. Quod aetate nostra exstat deae signum ex Pario lapide, Phidiae opus fuit. Sed Athmonensium apud Athenienses curia est. Eius curiales multo ante Actaeum Porphyriona regnasse ferunt, ab eoque, quod apud ipsos est, coelestis Veneris templum dedicatum. Sed et alia *multa* longe diversa ab iis, quae communi urbanae plebis opinione recepta sunt, per curias iactantur.

## CAPUT XV.

De porticu Poecile dicta et de picturis in ea.

Ἰοῦσι δὲ πρὸς τὴν στοάν, ἣν Ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ
τῶν γραφῶν, ἔστιν Ἑρμῆς χαλκοῦς καλούμενος Ἀγο-
ραῖος, καὶ πύλη πλησίον· ἔπεστι δέ οἱ τρόπαιον Ἀθηναί-
ων ἱππομαχίᾳ κρατησάντων Πλείσταρχον, ὃς τῆς ἵππου
Κασσάνδρου καὶ τοῦ ξενικοῦ τὴν ἀρχὴν ἀδελφὸς ὢν ἐπε-
τέτραπτο. (2) αὕτη δὲ ἡ στοὰ πρῶτα μὲν Ἀθηναίους
ἔχει τεταγμένους ἐν Οἰνόῃ τῆς Ἀργείας ἐναντία Λακεδαι-
μονίων· γέγραπται δὲ οὐκ ἐς ἀκμὴν ἀγῶνος οὐδὲ τολμη-
μάτων ἐς ἐπίδειξιν τὸ ἔργον ἤδη προῆκον, ἀλλὰ ἀρχο- 37
μένη τε ἡ μάχη, καὶ ἐς χεῖρας ἔτι συνιόντες. ἐν δὲ τῷ μέ-
σῳ τῶν τοίχων Ἀθηναῖοι καὶ Θησεὺς Ἀμαζόσι μάχονται.
μόναις δὲ ἄρα ταῖς γυναιξὶν οὐκ ἀφῄρει τὰ πταίσματα τὸ
ἐς τοὺς κινδύνους ἀφειδές, εἴγε Θεμισκύρας τε ἁλούσης
ὑπὸ Ἡρακλέους, καὶ ὕστερον φθαρείσης σφίσι τῆς στρα-
τιᾶς, ἣν ἐπ' Ἀθήνας ἔστειλαν, ὅμως ἐς Τροίαν ἦλθον

Cap. XV. Pergentibus vero ad eam porticum, quae a picturae varietate Poecile dicitur, Mercurius aeneus in conspectu est, quem Forensem vocant. Prope porta est, ad quam tropaeum ab Atheniensibus erectum, iis nempe, qui Plistarchum Cassandri fratrem, cui ille equitatum suum et conductitium militem commiserat, equestri certamine fuderunt. (2) In ipsa autem porticu Atheniensium primum acies in Oenoe (Argivi agri vico) adversus Lacedaemonios instructa. Expressa vero res est non ad pugnae iam effervescentis effigiem, quum quisque pro se virtutis documenta dare contendit, sed accedere adversae acies videntur, et iam cominus congredi. In medio autem pariete Athenienses sunt Theseo duce cum Amazonibus dimicantes. Hae vero solae ex omnibus foeminis nulla unquam clade deterreri potuerunt, quin belli novam semper aleam subirent. Nam et Themiscyra capta, et copiis, quas contra Athenienses miserant, deletis, ad Troiam cum Atheniensibus ipsis et uni-

Ἀθηναίοις τε αὐτοῖς μαχούμεναι, καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν. (3) ἐπὶ δὲ ταῖς Ἀμαζόσιν Ἕλληνές εἰσιν ᾑρηκότες Ἴλιον, καὶ οἱ βασιλεῖς ἠθροισμένοι διὰ τὸ Αἴαντος ἐς Κασσάνδραν τόλμημα· καὶ αὐτὸν ἡ γραφὴ τὸν Αἴαντα ἔχει, καὶ γυναῖκας τῶν αἰχμαλώτων ἄλλας τε καὶ Κασσάνδραν. (4) τελευταῖοι δὲ τῆς γραφῆς εἰσὶν οἱ μαχησάμενοι Μαραθῶνι· Βοιωτῶν δὲ οἱ Πλάταιαν ἔχοντες καὶ ὅσον ἦν Ἀττικὸν, ἴασιν ἐς χεῖρας τοῖς βαρβάροις· καὶ ταύτῃ μέν ἐστιν ἴσα παρ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἔργον. τὸ δὲ ἔσω τῆς μάχης, φεύγοντές εἰσιν οἱ βάρβαροι καὶ ἐς τὸ ἕλος ὠθοῦντες ἀλλήλους· ἔσχαται δὲ τῆς γραφῆς νῆές τε αἱ Φοίνισσαι, καὶ τῶν βαρβάρων τοὺς ἐσπίπτοντας ἐς ταύτας φονεύοντες οἱ Ἕλληνες. ἐνταῦθα καὶ Μαραθὼν γεγραμμένος ἐστὶν ἥρως, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον ὠνόμασται, καὶ Θησεὺς ἀνιόντι ἐκ γῆς εἰκασμένος, Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἡρακλῆς. Μαραθωνίοις γὰρ, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, Ἡρακλῆς ἐνομίσθη θεὸς πρώτοις. τῶν μαχομένων δὲ δῆλοι μάλιστά

versis Graecis pugnarunt. (3) Post Amazones Graecos cernas Ilium exscindentes, et reges ab Aiacis in Cassandram nefarium facinus in unum congregatos: quo in loco tum ipse Aiax, tum captivarum agmen mulierum, et inter ceteras Cassandra ipsa picta est. (4) In extremo picturae loco sunt, qui in Marathone *adversus Persas* pugnarunt: ex Boeotis Plataeënses, et item Attici nominis omnes, qui cum barbaris congrediuntur. Spectatur autem hic quidem in pugnando par in utraque acie alacritas. Ubi vero in pugnae veluti penetralia intratum est, fugientes videas barbaros, et *in ipsa fugae trepidatione* se *temere* in paludem trudentes. In ipso operis fine Phoenissae naves sunt, et barbarorum, qui in eas se coniecerant, a Graecis facta caedes. Ibidem et Marathon heros est pictus, a quo campi nomen habent. Theseus quoque tanquam a littore solvens; Minerva item et Hercules: a Marathoniis enim Herculi primum (ut ipsi memorant) honores habiti sunt. Inter pugnantium imagines

εἰσὶν ἐν τῇ γραφῇ Καλλίμαχός τε, ὃς Ἀθηναίοις πολεμαρχεῖν ᾕρητο, καὶ Μιλτιάδης τῶν στρατηγούντων, ἥρως τε Ἔχετλος καλούμενος, οὗ καὶ ὕστερον ποιήσομαι μνήμην. 38
(5) ἐνταῦθα ἀσπίδες κεῖνται χαλκαῖ, καὶ ταῖς μέν ἐστιν ἐπίγραμμα, ἀπὸ Σκιωναίων καὶ τῶν ἐπικούρων εἶναι· τὰς δὲ ἐπαληλιμμένας πίσσῃ, μὴ σφᾶς ὅ τε χρόνος λυμήνηται καὶ ὅσα ἄλλα, Λακεδαιμονίων εἶναι λέγεται τῶν ἁλόντων ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ νήσῳ.

## CAPUT XVI.

**De signis ante porticum Poecilen dictam — Seleuci signo, rebus gestis ac morte.**

Ἀνδριάντες δὲ χαλκοῖ κεῖνται πρὸ μὲν τῆς στοᾶς, Σόλων ὁ τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γράψας, ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω Σέλευκος, ᾧ καὶ πρότερον ἐγένετο ἐς τὴν εὐδαιμονίαν τὴν μέλλουσαν σημεῖα οὐκ ἀφανῆ. Σελεύκῳ γὰρ, ὡς ὡρμᾶτο ἐκ Μακεδονίας σὺν Ἀλεξάνδρῳ, θύοντι ἐν Πέλλῃ τῷ Διΐ, τὰ ξύλα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ κείμενα προὔβη τε

maxime illustres sunt, Callimachus, qui ab Atheniensibus Polemarchus electus fuerat: inter duces, Miltiades, et Echetlus heros, cuius posterius mentionem faciam. (5) Eodem in loco aenei clypei infixi sunt cum inscriptione, Scionaeorum eos et auxiliariorum esse. Qui vero pice obliti contra temporis iniurias sunt, eos clypeos, et alia simul *spolia, quae ibi spectantur*, de Spartanis esse dicunt in Sphacteria insula captis.

Cap. XVI. Ante porticum statuae sunt aeneae, Solon *in primis*, qui Atheniensibus leges dedit. Non longe abest Seleuci statua, cui haud obscura prodigia futuram felicitatem significarunt. Quum enim ex Macedonia cum Alexandro profecturus Pellae Iovi sacrificaret, ligna aris imposita ultro ad dei simulacrum accesserunt, nullisque subiectis

αὐτόματα πρὸς τὸ ἄγαλμα καὶ ἄνευ πυρὸς ἥφθη. τελευ-
τήσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου, Σέλευκος Ἀντίγονον ἐς Βαβυ-
λῶνα ἀφικόμενον δείσας καὶ παρὰ Πτολεμαῖον φυγὼν τὸν
Λάγου, κατῆλθεν αὖθις ἐς Βαβυλῶνα· κατελθὼν δὲ ἐκρά-
τησε μὲν τῆς Ἀντιγόνου στρατιᾶς καὶ αὐτὸν ἀπέκτεινεν
Ἀντίγονον, εἷλε δὲ ἐπιστρατεύσαντα ὕστερον Δημήτριον
τὸν Ἀντιγόνου. ὡς δέ οἱ ταῦτα προκεχωρήκει καὶ μετ'
ὀλίγον τὰ Λυσιμάχου κατείργαστο, τὴν μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ
πᾶσαν ἀρχὴν παρέδωκεν Ἀντιόχῳ τῷ παιδὶ, αὐτὸς δὲ ἐς
Μακεδονίαν ἠπείγετο. (2) στρατιὰ μὲν καὶ Ἑλλήνων καὶ
βαρβάρων ἦν παρὰ Σελεύκῳ. Πτολεμαῖος δὲ ἀδελφὸς
μὲν Λυσάνδρας καὶ παρὰ Λυσιμάχου παρ' αὐτὸν πεφευ-
γὼς, ἄλλως δὲ τολμῆσαι πρόχειρος καὶ δι' αὐτὸ Κεραυνὸς
καλούμενος, οὗτος ὁ Πτολεμαῖος, ὡς προσιὼν ὁ Σελεύκου
στρατὸς ἐγένετο κατὰ Λυσιμαχίαν, λαθὼν Σέλευκον κτεί-
39 νει· διαρπάσαι δὲ ἐπιτρέψας τὰ χρήματα τοῖς βασιλεῦσιν,
ἐβασίλευε Μακεδονίας, ἐς ὃ Γαλάταις πρῶτος ὧν ἴσμεν
βασιλέων ἀντιτάξασθαι τολμήσας ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν

ignibus accensa sunt. Mortuo vero Alexandro, hic ipse Seleucus Antigonum Babylona *cum exercitu* advenientem timens, ad Ptolemaeum Lagi filium confugit. Mox Babylona reversus, Antigoni exercitum fudit, ipsumque Antigonum occidit: ac deinde victum praelio Demetrium Antigoni filium cepit. Quae quum illi omnia prospere evenissent, ac non ita multo post Lysimachi opes corruissent, totius Asiae imperium Antiocho filio tradidit, ipse magnis itineribus in Macedoniam rediit. E Graecorum sane et barbarorum copiis Seleuci exercitus constabat. (2) At Ptolemaeus Lysandrae frater, qui a Lysimacho ad Seleucum confugerat, vir tanta in rebus gerendis alacritate, ut Fulmen sit cognomento appellatus, quum Seleuci exercitus Lysimachiam attigisset, eum dolo occidit. Omnem vero eius pecuniam quum regibus diripiendam tradidisset, Macedoniae regno ipse potitus est: deinde primus ex omnibus (quos ipsi novimus) regibus acie cum Gallis congredi ausus, ab illis interfectus est: Ma-

βαρβάρων· τὴν δὲ ἀρχὴν Ἀντίγονος ἀνεσώσατο ὁ Δημητρίου.. (3) Σέλευκον δὲ βασιλέων ἐν τοῖς μάλιστα πείθομαι καὶ ἄλλως γενέσθαι δίκαιον καὶ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβῆ. τοῦτο μὲν γὰρ Σέλευκός ἐστιν ὁ Μιλησίοις τὸν χαλκοῦν καταπέμψας Ἀπόλλωνα ἐς Βραγχίδας, ἀνακομισθέντα εἰς Ἐκβάτανα τὰ Μηδικὰ ὑπὸ Ξέρξου· τοῦτο δὲ Σελεύκειαν οἰκίσας ἐπὶ Τίγρητι ποταμῷ καὶ Βαβυλωνίους οὗτος ἐπαγόμενος ἐς αὐτὴν συνοίκους, ὑπελίπετο μὲν τὸ τεῖχος Βαβυλῶνος, ὑπελίπετο δὲ τοῦ Βὴλ τὸ ἱερὸν, καὶ περὶ αὐτὸ τοὺς Χαλδαίους οἰκεῖν.

## CAPUT XVII.

De Misericordiae ara in foro — aliis hujusmodi virtutum aris — gymnasio Ptolemaei et signis in eo — Thesei templo et picturis in eo — Minoe et Theseo — varia de Thesei morte narratione.

Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ ἐς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ Ἐλέου βωμὸς, ᾧ, μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον βίον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων ὅτι ὠφέλιμος,

cedoniae vero regnum Antigonus Demetrii filius recuperavit. (3) Seleucum quidem iustitia et pietate reges omnes antecelluisse facile adducor: quippe qui Apollinem aeneum Milesiis a Xerxe ademptum, et Ecbatana asportatum, in Branchidas reportandum curavit. Et quum condita Seleucea ad Tigrin fluvium, in eam Babylonios inquilinos deduceret, neque muros Babylonis demolitus est, neque Beli templum evertit, et Chaldaeis, ut proxima templo loca inhabitarent, permisit.

Cap. XVII. In foro et alia sunt opera, quae praecipuam quandam Atheniensium in Dis colendis diligentiam declarant, et Misericordiae ara: cuius numini, quod magna habeat in *tota* hominum vita et casuum varietate momenta,

μόνοι τιμὰς Ἑλλήνων νέμουσιν Ἀθηναῖοι. τούτοις δὲ οὐ τὰ ἐς φιλανθρωπίαν μόνον καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐς θεοὺς εὐσεβεῖν ἄλλων πλέον. καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφισι βωμός ἐστι, καὶ Φήμης, καὶ Ὁρμῆς· δῆλά τε ἐναργῶς, ὅσοις πλέον τι ἑτέρων εὐσεβείας μέτεστιν, ἴσόν σφισι παρὸν τύχης χρηστῆς. (2) Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῆς ἀγορᾶς ἀπέχοντι οὐ πολύ, Πτολεμαίῳ δὲ ἀπὸ τοῦ κατασκευασμένου καλουμένῳ, λίθου τέ εἰσιν Ἑρμαῖ, θέας ἄξιοι, καὶ εἰκὼν Πτολεμαίου χαλκῆ· καὶ ὅ τε Λίβυς Ἰόβας ἐνταῦθα κεῖται, καὶ Χρύσιππος ὁ Σολεύς. πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ Θησέως ἐστὶν ἱερόν· γραφαὶ δέ εἰσι, πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναῖοι μαχόμενοι. πεποίηται δέ σφισιν ὁ πόλεμος οὗτος καὶ τῇ Ἀθηνᾷ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς ἐπὶ τῷ βάθρῳ. γέγραπται δὲ ἐν τῷ τοῦ Θησέως ἱερῷ καὶ ἡ Κενταύρων καὶ ἡ Λαπιθῶν μάχη· Θησεὺς μὲν οὖν ἀπεκτονώς ἐστιν ἤδη Κένταυρον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἐξ ἴσου καθέστηκεν ἔτι ἡ μάχη. τοῦ δὲ τρίτου τῶν τοίχων ἡ γραφὴ μὴ πυθομένοις, ἃ λέγουσιν, οὐ

soli ex omnibus Graecis singularem quendam honorem habent Athenienses. Neque vero illi maiorem quam ceteri in homines humanitatem, ac non in deos etiam religionem prae se ferunt. Est enim sua apud illos Pudori, Famae, Alacritati ara. Id ex eo luculenter potest perspici, quod qui ceteros homines pietatis studio superant, eos par fortunae benignitas comitari solet. (2) In gymnasio, quod Ptolemaeum a conditore nuncupatum a foro non longe abest, lapides sunt (Hermae nominantur), qui spectentur, sane digni: Ptolemaei quoque ex aere statua: Iubae etiam Libyci, et Solensis Chrysippi. Proximum gymnasio est Thesei templum, in quo haec picta sunt: Atheniensium contra Amazonas pugna, quae et in Minervae clypeo, et in Olympii Iovis basi incisa est. Picta ibi etiam est Centaurorum et Lapitharum rixa, ubi Theseus Centaurum occidens spectatur, quum inter alios aequo Marte pugna committi videatur. Quae in tertio inest pariete pictura, non satis iis, qui, uti res gesta sit,

σαφής ἐστιν· τὰ μέν που διὰ τὸν χρόνον, τὰ δὲ Μίκων οὐ τὸν πάντα ἔγραψε λόγον. (3) Μίνως ἡνίκα Θησέα καὶ τὸν ἄλλον στόλον τῶν παίδων ἦγεν ἐς Κρήτην, ἐρασθεὶς Περιβοίας, ὥς οἱ Θησεὺς μάλιστα ἠναντιοῦτο, καὶ ἄλλα ὑπὸ ὀργῆς ἀπέῤῥιψεν ἐς αὐτὸν, καὶ παῖδα οὐκ ἔφη Ποσειδῶνος εἶναι· ἐπεὶ οὐ δύνασθαι τὴν σφραγῖδα, ἣν αὐτὸς φέρων ἔτυχεν, ἀφέντι ἐς θάλασσαν ἀνασῶσαί οἱ. Μίνως μὲν λέγεται ταῦτα εἰπὼν ἀφεῖναι τὴν σφραγῖδα· Θησέα δὲ σφραγῖδά τε ἐκείνην ἔχοντα καὶ στέφανον χρυσοῦν, Ἀμφιτρίτης δῶρον, ἀνελθεῖν λέγουσιν ἐκ τῆς θαλάττης. (4) ἐς δὲ τὴν τελευτὴν τὴν Θησέως πολλὰ ἤδη καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα εἴρηται· δεδέσθαι γὰρ αὐτὸν λέγουσιν ἐς τόδε, ἕως ὑφ' Ἡρακλέους ἀναχθείη. πιθανώτατα δὲ, ὧν ἤκουσα· Θησεὺς ἐς Θεσπρωτοὺς ἐμβαλὼν, τοῦ βασιλέως τῶν Θεσπρωτῶν γυναῖκα ἁρπάσων, τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς οὕτως ἀπόλλυσι καὶ αὐτός τε καὶ Πειρίθους (Πειρίθους γὰρ καὶ τὸν γάμον σπεύδων ἐστράτευεν) ἥλωσαν, καὶ σφᾶς ὁ

non didicerint, cognita esse potest, quum et vetustas multa aboleverit, et Micon non fuerit pingendo totam rem persecutus. (3) Minos quum Theseum, ceteramque puerorum manum in Cretam abduceret, amore Periboeae captus est: cuius quum Theseus libidini adversaretur, et alia in illum ira incensus maledicta contulit, et Neptuni filium esse negavit, quod, quam habebat ipse caelatam gemmam, in mare si abiecisset, non esset eam ad se reportaturus. Vix ea locutus, gemmam dicitur abiecisse. Theseum vero memorant cum ea et corona, quam ab Amphitrite dono acceperat, e mari emersisse. (4) De Thesei autem morte multa plane inter se discrepantia traduntur. Aiunt enim eum *a Plutone* vinctum, non prius dimissum, quam ab Hercule solveretur. Illa veri multo similiora aliquando audivi: Theseum in Thesprotidem, ut regis uxorem raperet, venisse cum Pirithoo, (is enim quaerendae sibi uxoris cupiditate nimia impulsus arma ceperat,) exercitus vero magna parte

Θεσπρωτὸς δήσας εἶχεν ἐν Κιχύρῳ. (5) τῆς δὲ γῆς τῆς Θεσπρωτίδος ἐστὶ μὲν που καὶ ἄλλα θέας ἄξια, ἱερόν τε Διὸς ἐν Δωδώνῃ καὶ ἱερὰ τοῦ θεοῦ φηγός. πρὸς δὲ τῇ Κιχύρῳ λίμνη τέ ἐστιν Ἀχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμὸς Ἀχέρων· ῥεῖ δὲ καὶ Κωκυτὸς, ὕδωρ ἀτερπέστατον· Ὅμηρός τέ μοι δοκεῖ ταῦτα ἑωρακὼς, ἔς τε τὴν ἄλλην ποίησιν ἀποτολμῆσαι τῶν ἐν ᾅδου, καὶ δὴ καὶ τὰ ὀνόματα τοῖς ποταμοῖς ἀπὸ τῶν ἐν Θεσπρωτίδι θέσθαι. (6) τότε δὲ ἐχομένου Θησέως, στρατεύουσιν ἐς Ἄφιδναν οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ τήν τε Ἄφιδναν αἱροῦσι καὶ Μενεσθέα ἐπὶ βασιλείᾳ κατήγαγον. Μενεσθεὺς δὲ τῶν μὲν παίδων τῶν Θησέως παρ' Ἐλεφήνορα ὑπεξελθόντων ἐς Εὔβοιαν
41 εἶχεν οὐδένα λόγον· Θησέα δὲ, εἴποτε παρὰ Θεσπρωτῶν ἀνακομισθήσεται, δυσανταγώνιστον ἡγούμενος, διὰ θεραπείας τὰ τοῦ δήμου καθίστατο, ὡς Θησέα ἀνασωθέντα ὕστερον ἀπωσθῆναι. στέλλεται δὴ Θησεὺς παρὰ Δευκαλίωνα ἐς Κρήτην. ἐξενεχθέντα δὲ αὐτὸν ὑπὸ πνευμάτων

amissa, a Thesprotorum rege in vincula ad Cichyrum coniectum. (5) In Thesprotide quidem et alia valde, quae spectentur, digna sunt, et Iovis in Dodona templum, sacraque ei fagus. Ad Cichyrum Acherusia est palus, et Acheron amnis. Fluit ibidem Cocytus, aqua insuavissima. Quae loca quum vidisset (ut opinor) Homerus, tum alia de rerum apud inferos statu in suo poemate confingere est ausus, tum nomina infernalibus fluviis a Thesprotiae fluviis desumta imposuit. (6) Quum vero in vinculis adhuc Theseus detineretur, Aphidnam cum exercitu Tyndari filii adorti, capta urbe Mnestheum in regnum restituerunt. Et Mnestheus quidem Thesei liberorum, qui se ad Elephenorem in Euboeam receperant, nullam habuit rationem: sed quum se Theseo, si unquam e Thesprotide rediisset, viribus multo inferiorem fore intelligeret, multis obsequiis populo sibi conciliato, obtinuit, ne rediens reciperetur. Missus itaque Theseus ad Deucalionem in Cretam, quum adversa tempestate in Scyron

ἐς Σκῦρον τὴν νῆσον λαμπρῶς περιεῖπον οἱ Σκύριοι κατὰ γένους δόξαν, καὶ ἀξίωμα ὧν ἦν αὐτὸς εἰργασμένος· καὶ οἱ θάνατον Λυκομήδης διὰ ταῦτα ἐβούλευσεν. ὁ μὲν δὴ Θησέως σηκὸς Ἀθηναίοις ἐγένετο ὕστερον ἢ Μῆδοι Μαραθῶνα ἔσχον, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου Σκυρίους ποιήσαντος ἀναστάτους, δίκην δὲ τοῦ Θησέως θανάτου, καὶ τὰ ὀστᾶ κομίσαντος ἐς Ἀθήνας.

## CAPUT XVIII.

De templo Castoris et Pollucis — Aglauro eiusque sororibus — Prytaneo — templo Serapidis, Lucinae (*Εἰλειθυίας*) — Adriani imperat. aliorumque signis ante templum Iovis Olympii — Isocrate — templo Iovis Olympii — Adriani operibus Athenis extructis.

Τὸ δὲ ἱερὸν τῶν Διοσκούρων ἐστὶν ἀρχαῖον· αὐτοί τε ἑστῶτες καὶ οἱ παῖδες καθήμενοί σφισιν ἐφ' ἵππων. ἐνταῦθα Πολύγνωτος μὲν ἔχοντα ἐς αὐτοὺς ἔγραψε γάμον τῶν θυγατέρων τῶν Λευκίππου, Μίκων δὲ τοὺς μετὰ Ἰάσονος ἐς Κόλχους πλεύσαντας· καὶ οἱ τῆς γραφῆς ἡ σπουδὴ μάλιστα ἐς Ἄκαστον καὶ τοὺς ἵππους ἔχει τοῦ Ἀκάστου. (2) ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν Ἀγλαύρου τέμενός

insulam delatus esset, a Scyriis, tum ob generis claritatem, tum ob rerum praeclare gestarum magnitudinem, benigne acceptus est. Quae res effecit, ut eum Lycomedes per insidias de medio tollendum curaret. Theseo vero templum Athenis dicatum est non multo post Marathonem a Persis occupatum: quo tempore Cimon Miltiadis filius, Thesei mortem ultus, Scyron delevit, eiusque ossa Athenas reportavit.

Cap. XVIII. Castorum *exin* templum perantiquum est, in quo ipsi stantes ac filii equis insidentes spectantur. Hic eorum res gestas Polygnotus pinxit, et Leucippi filiarum nuptias: Micon vero eos, qui Colchos cum Iasone navigarunt: omnium autem accuratissime Acastum, eiusque equos fecit. (2) Supra Castorum Aglauri lucus est, cui, et Hersae ac

ἐστιν. Ἀγλαύρῳ δὲ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς, Ἕρσῃ καὶ Πανδρόσῳ, δοῦναί φασιν Ἀθηνᾶν Ἐριχθόνιον, καταθεῖσαν ἐς κιβωτὸν, ἀπειποῦσαν εἰς τὴν παρακαταθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν. Πάνδροσον μὲν δὴ λέγουσι πείθεσθαι· τὰς δὲ δύο (ἀνοῖξαι γὰρ σφᾶς τὴν κιβωτὸν) μαίνεσθαί τε, ὡς εἶδον τὸν Ἐριχθόνιον, καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὑτὰς ῥίψαι· κατὰ τοῦτο ἐπαναβάντες Μῆδοι κατεφόνευσαν Ἀθηναίων τοὺς πλέον τι ἐς τὸν χρησμὸν ἢ Θεμιστοκλῆς εἰδέναι νομίζοντας, καὶ τὴν ἀκρόπολιν ξύλοις καὶ σταυροῖς ἀποτειχίσαντας. (3) πλησίον δὲ Πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι, καὶ θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται καὶ Ἑστίας, ἀνδριάντες δὲ ἄλλοι τε καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής.
42 τὰς γὰρ Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους εἰκόνας ἐς Ῥωμαῖόν τε ἄνδρα καὶ Θρᾷκα μετέγραψαν. (4) ἐντεῦθεν ἰοῦσιν ἐς τὰ κάτω τῆς πόλεως, Σαράπιδός ἐστιν ἱερὸν, ὃν Ἀθηναῖοι παρὰ Πτολεμαίου θεὸν ἐσηγάγοντο. Αἰγυπτίοις δὲ ἱερὰ Σαράπιδος, ἐπιφανέστατον μέν ἐστιν

Pandroso sororibus, Minervam aiunt Erichthonium in cistam abditum commisisse, admonitis, ne, quid intus esset, curiose inspicerent. Pandroson quidem paruisse ferunt, sorores vero cistam resignasse, visoque Erichthonio, furiis agitatas, se de arcis maxime praerupto loco praecipites misisse: ea sane parte, qua Persae irruptione facta ex Atheniensibus eos, qui se quam Themistoclem oraculum acutius intellexisse arbitrati, arcem ligneis operibus munierant, occiderunt. (3) Proxime abest Prytaneum, in quo Solonis leges perscriptae adservantur. Signa verum deorum ibi posita, Pacis et Vestae. Virorum imagines, quum aliorum, tum Autolyci pancratiastae. Nam Miltiadis et Themistoclis statuas, priori abolita inscriptione, Romano et Thraci homini attribuerunt. (4) Hinc ad inferiores urbis partes descendentibus Serapidis fanum se ostendit, cuius religionem a Ptolemaeo Athenienses acceperunt. Apud Aegyptios autem *complura sunt* eius dei templa, *sed* omnium clarissimum

Ἀλεξανδρεῦσιν, ἀρχαιότατον δὲ ἐν Μέμφει· ἐς τοῦτο ἐσελθεῖν οὔτε ξένοις ἐστὶν, οὔτε τοῖς ἱερεῦσι, πρὶν ἂν τὸν Ἆπιν θάπτωσι. (5) τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος οὐ πόῤῥω χωρίον ἐστὶν, ἔνθα Πειρίθουν καὶ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς σταλῆναι λέγουσι. πλησίον δὲ ᾠκοδόμητο ναὸς Εἰλειθυίας, ἣν ἐλθοῦσαν ἐξ Ὑπερβορέων ἐς Δῆλον γενέσθαι βοηθὸν ταῖς Λητοῦς ὠδῖσι· τοὺς δὲ ἄλλους παρ᾽ αὐτῶν φασὶ τῆς Εἰλειθυίας μαθεῖν τὸ ὄνομα· καὶ θύουσί τε Εἰλειθυίᾳ Δήλιοι καὶ ὕμνον ᾄδουσιν Ὠλῆνος. Κρῆτες δὲ χώρας τῆς Κνωσσίας ἐν Ἀμνισῷ γενέσθαι νομίζουσιν Εἰλείθυιαν καὶ παῖδα Ἥρας εἶναι. μόνοις δὲ Ἀθηναίοις τῆς Εἰλειθυίας κεκάλυπται τὰ ξόανα ἐς ἄκρους τοὺς πόδας. τὰ μὲν δὴ δύο εἶναι Κρητικὰ, καὶ Φαίδρας ἀναθήματα ἔλεγον αἱ γυναῖκες, τὸ δὲ ἀρχαιότατον Ἐρυσίχθονα ἐκ Δήλου κομίσαι.

(6) Πρὶν δὲ ἐς τὸ ἱερὸν ἰέναι τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, Ἀδριανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τόν τε ναὸν ἀνέθηκε καὶ

habent Alexandrini, antiquissimum Memphitici, quo neque exteris hominibus, neque sacerdotibus ipsis aditus patet, priusquam Apim bovem humarint. (5) A Serapidis fano non longe abest locus, ubi *primum* Pirithoum et Theseum, societate inita, memoriae traditum est Lacedaemona, et deinde in Thesprotidem profectos. Proximo *olim* loco erectum fuit Lucinae templum, quam ex Hyperboreis Delum venisse memorant, ut parturienti Latonae opem ferret: e Delo vero ad alias gentes Lucinae nomen pervasisse. Ac Delii quidem Lucinae divinam rem faciunt, et *ad eius aram* hymnum Olenis cantant. Cretenses incolae Gnosiae regionis ad Amnisum eam genitam putant: Iunonis filiam fuisse. Soli autem *omnium* Athenienses deae signa usque ad imos pedes velant. Eorum duo e Creta advecta Phaedram dedicasse, tertium, omnium antiquissimum, ab Erysichthone e Delo deportatum foeminae aiebant. (6) Olympii vero Iovis templum Adrianus Imperator dedicavit, et signum

τὸ ἄγαλμα, θέας ἄξιον οὐ μεγέθει μὲν, (ὅτι μὴ Ῥωμαίοις
καὶ Ῥοδίοις εἰσὶν οἱ κολοσσοὶ, τὰ λοιπὰ ἀγάλματα ὁμοίως
ἀποδείκνυται) πεποίηται δὲ ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ,
καὶ ἔχει τέχνης εὖ πρὸς τὸ μέγεθος ὁρῶσιν. ἐνταῦθα εἰκό-
νες Ἀδριανοῦ, δύο μέν εἰσι Θασίου λίθου, δύο δὲ Αἰγυ-
πτίου· χαλκαῖ δὲ ἑστᾶσι πρὸ τῶν κιόνων, ἃς Ἀθηναῖοι
43 καλοῦσιν ἀποίκους πόλεις. ὁ μὲν δὴ πᾶς περίβολος στα-
δίων μάλιστα τεσσάρων ἐστὶν, ἀνδριάντων δὲ πλήρης·
ἀπὸ γὰρ πόλεως ἑκάστης εἰκὼν Ἀδριανοῦ βασιλέως ἀνά-
κειται, καὶ σφᾶς ὑπερεβάλοντο Ἀθηναῖοι, τὸν κολοσσὸν
ἀναθέντες ὄπισθεν τοῦ ναοῦ θέας ἄξιον. (7) ἔστι δὲ ἀρ-
χαῖα ἐν τῷ περιβόλῳ, Ζεὺς χαλκοῦς, καὶ ναὸς Κρόνου
καὶ Ῥέας, καὶ τέμενος ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας. ἐνταῦθα
ὅσον ἐς πῆχυν τὸ ἔδαφος διέστηκε, καὶ λέγουσι μετὰ τὴν
ἐπομβρίαν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος συμβᾶσαν ὑπορυῆναι
ταύτῃ τὸ ὕδωρ, ἐσβάλλουσί τε ἐς αὐτὸ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἄλ-
φιτα πυρῶν μέλιτι μίξαντες. (8) κεῖται δὲ ἐπὶ κίονος
Ἰσοκράτους ἀνδριὰς, ὃς ἐς μνήμην τρία ὑπελίπετο, ἐπι-

spectatu dignum, non quidem ob magnitudinem (nisi quod Romanis et Rhodiis colossi sunt, reliqua Iovis simulacra pari magnitudine sunt) sed quod ex auro et ebore elaboratum et eleganti artificio est, si magnitudinem spectes. Sunt et duae Adriani statuae ex Thasio, totidem ex Aegyptio marmore: ad templi vero columnas urbium, quas colonias Athenienses appellant, ex aere erecta sunt simulacra. Est autem totius templi ambitus stadiorum amplius quatuor, neque eius ulla pars statuis vacat: singulae enim urbes in eo Adriano statuam posuerunt: quas omnes Athenienses longo intervallo superarunt, erecto eidem mirandi operis colosso in postica templi parte. (7) In eodem ambitu vetera sunt, Iupiter aeneus, Saturni et Rheae delubrum, et lucus, quem Olympiae nuncupant. Ibi in cubiti fere altitudinem solum subsidit, qua post Deucalionis eluvionem aquam defluxisse memorant. In eum hiatum quotannis e melle et triticea farina polentam proiiciunt. (8) In columna est Isocratis statua. Is tria re-

μονώτατον μὲν, ὅτι οἱ βιώσαντι ἔτη δυοῖν δέοντα ἑκατὸν οὔποτε κατελύθη μαθητὰς ἔχειν· σωφρονέστατον δὲ, ὅτι πολιτείας ἀπεχόμενος διέμεινε καὶ τὰ κοινὰ οὐ πολυπραγμονῶν· ἐλευθερώτατον, ὅτι πρὸς τὴν ἀγγελίαν τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης ἀλγήσας ἐτελεύτησεν ἐθελοντής. κεῖνται δὲ καὶ λίθου Φρυγίου Πέρσαι χαλκοῦν τρίποδα ἀνέχοντες, θέας ἄξιοι καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ τρίπους. τοῦ δὲ Ὀλυμπίου Διὸς Δευκαλίωνα οἰκοδομῆσαι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον ἱερὸν, σημεῖον ἀποφαίνοντες, ὡς Δευκαλίων Ἀθήνησιν ᾤκησε, τάφον τοῦ ναοῦ τοῦ νῦν οὐ πολὺ ἀφεστηκότα. (9) Ἀδριανὸς δὲ κατεσκευάσατο μὲν καὶ ἄλλα Ἀθηναίοις, ναὸν Ἥρας, καὶ Διὸς Πανελληνίου, καὶ θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν· τὰ δὲ ἐπιφανέστατα ἑκατὸν εἴκοσι κίονες Φρυγίου λίθου. πεποίηνται δὲ καὶ ταῖς στοαῖς κατὰ τὰ αὐτὰ οἱ τοῖχοι. καὶ οἰκήματα ἐνταῦθά ἐστιν ὀρόφῳ τε ἐπι-

liquit praeclara actae vitae monimenta: primum perseverantiae, quod, quum octo et nonaginta annos vixisset, nunquam discipulos habere desiit: alterum modestiae, quod semper fuit a publicis negotiis et curis seiunctus: tertium, quod sibi libertatem carissimam rerum omnium fuisse declaravit. Post acceptum enim de pugna ad Chaeroneam nuncium prae animi aegritudine voluntariam mortem oppetiit. Ibi etiam positi sunt e marmore Phrygio Persae, aeneum tripodem sustinentes, tam ipsi, quam tripos, qui spectentur, digni. Olympii quidem Iovis vetustissimum templum Deucalionem aedificasse, vulgo proditum est: nam Athenis habitasse Deucalionem, pro valde perspicuo signo habent sepulcrum eius, quod ab hoc ipso templo non longe abest. (9) Adrianus vero et alia Atheniensibus opera exaedificavit, et Iunonis ac Iovis Panellenii templum, communemque omnibus diis aedem. Spectantur inter cetera opera, ut quae maxime, columnae centum et viginti ex Phrygio marmore, et ex eadem materia parietes in porticibus exstructi: et in iis cellae, quae inaurato lacunari et alabastro praefulgent,

χρύσῳ καὶ ἀλαβάστρῳ λίθῳ, πρὸς δὲ ἀγάλμασι κεκοσμημένα καὶ γραφαῖς· κατάκειται δὲ ἐς αὐτὸ βιβλία· καὶ γυμνάσιόν ἐστιν ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ· κίονες δὲ καὶ ἐνταῦθα ἑκατὸν λιθοτομίας τῆς Λιβύσσης.

## CAPUT XIX.

De templo Apollinis Delphinii — Venere in Hortis — Cynosarge — Lyceo — de Niso rege — de Ilisso et Eridano fluviis — de Diana Agrotera — de stadio Herodis.

44 Μετὰ δὲ τὸν ναὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου πλησίον ἄγαλμά ἐστιν Ἀπόλλωνος Πυθίου· ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐπίκλησιν Δελφινίου. λέγουσι δὲ, ὡς, ἐξειργασμένου τοῦ ναοῦ πλὴν τῆς ὀροφῆς, ἀγνὼς ἔτι τοῖς πᾶσιν ἀφίκοιτο Θησεὺς ἐς τὴν πόλιν. οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδήρη, καὶ πεπλεγμένης δὲ ἐς εὐπρεπὲς οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸν τοῦ Δελφινίου ναὸν, οἱ τὴν στέγην οἰκοδομοῦντες ἤροντο σὺν χλευασίᾳ, ὅ τι δὴ παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη. Θησεὺς δὲ ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδὲν, ἀπολύσας δὲ, ὡς λέγεται, τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ἣ σφισι παρῆν, τὸν ὄροφον ἀνέῤῥιψεν ἐς ὑψηλότερον, ἢ τῷ ναῷ τὴν στέγην ἐποιοῦντο.

signis ipsae et picturis undique exornatae. Bibliotheca est in eodem templo, et gymnasium Adriani cognomento, in quo columnae centum e Libycis lapicidinis.

Cap. XIX. Proxime Olympii Iovis templum Apollinis Pythii signum est: et alia item Apollinis, quem Delphinium appellant, aedes. Ea quum ad fastigium perducta iam esset, aiunt incognitum adhuc Theseum urbem introiisse talari palla, et coma eleganter plexa; atque ut primum ad Delphinii accessit, rogatum per illusionem ab iis, qui fastigium erigebant, quid ita nubilis virgo sola erraret: eumque nihil aliud respondisse, sed disiunctis a plaustro, quod in proximo erat, bobus, culmen templi altius, quam fabri statuerant, pro-

(2) Ἐς δὲ τὸ χωρίον, ὃ Κήπους ὀνομάζουσι, καὶ τῆς Ἀφροδίτης τὸν ναὸν οὐδεὶς λεγόμενός σφισιν ἐστὶ λόγος· οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τὴν Ἀφροδίτην, ἣ τοῦ ναοῦ πλησίον ἕστηκε. ταύτης γὰρ σχῆμα μὲν τετράγωνον κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖς Ἑρμαῖς, τὸ δὲ ἐπίγραμμα σημαίνει τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τῶν καλουμένων Μοιρῶν εἶναι πρεσβυτάτην. τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀφροδίτης ἐν τοῖς Κήποις ἔργον ἐστὶν Ἀλκαμένους, καὶ τῶν Ἀθήνησιν ἐν λόγοις θέας ἄξιον. (3) Ἔστι δὲ Ἡρακλέους ἱερὸν καλούμενον Κυνόσαργες· καὶ τὰ μὲν ἐς τὴν κύνα εἰδέναι τὴν λευκὴν ἐπιλεξαμένοις ἐστὶ τὸν χρησμόν. βωμοὶ δέ εἰσιν Ἡρακλέους τε καὶ Ἥβης, ἣν Διὸς παῖδα οὖσαν συνοικεῖν Ἡρακλεῖ νομίζουσιν· Ἀλκμήνης τε βωμὸς καὶ Ἰολάου πεποίηται, ὃς τὰ πολλὰ Ἡρακλεῖ συνεπόνησε τῶν ἔργων. (4) Λύκειον δὲ ἀπὸ μὲν Λύκου τοῦ Πανδίονος ἔχει τὸ ὄνομα, Ἀπόλλωνος δὲ ἱερὸν ἐξαρχῆς τε εὐθὺς καὶ καθ' ἡμᾶς ἐνομίζετο, Λύκιός τε ὁ θεὸς ἐνταῦθα ὠνομάσθη πρῶτον. λέγεται δὲ, ὅτι καὶ Τερμίλαις, ἐς οὓς ἦλθεν ὁ 45

iecisse. (2) De ea vero urbis regiuncula, quam Hortos vocant, et Veneris in ea templo signoque, quod templo adsistit, figura, ut Hermae, quadrata, nihil fide dignum est ab Atheniensibus traditum. Epigramma autem indicat, coelestem Venerem esse, earum, quae Parcae appellantur, natu maximam. Sed quod in hortis signum Veneris est, Alcamenis opus fuit, et inter ea, quae Athenis cum admiratione spectantur, suum obtinet locum. (3) Est etiam Herculis delubrum, quod Cynosarges dicitur: ac quae de alba cane dicuntur, scire licet iis, qui oraculum legerint. Ibi arae sunt Herculis, et Hebes, quam Iovis filiam, et cum Hercule nuptam fama vulgavit. Alcmenes etiam ara et Iolai, qui multorum Herculis laborum comes fuit. (4) Lyceum a Lycio quidem Pandionis filio nomen habet. Apollinis autem illud templum fuisse, et olim, et his etiam temporibus creditum est, Lyciumque inde primum Apollinem dictum. Termissenses quoque, ad quos Aegeum fugiens Lycius se recepit,

Λύκος φεύγων Αἰγέα, καὶ τούτοις αἴτιός ἐστι, Λυκίους ἀπ᾽ αὐτοῦ καλεῖσθαι. (5) Ἔστι δὲ ὄπισθεν τοῦ Λυκίου Νίσου μνῆμα, ὃν ἀποθανόντα ὑπὸ Μίνω βασιλεύοντα Μεγάρων κομίσαντες Ἀθηναῖοι ταύτῃ θάπτουσιν. ἐς τοῦτον τὸν Νῖσον ἔχει λόγος, τρίχας ἐν τῇ κεφαλῇ οἱ πορφυρᾶς εἶναι, χρῆναι δὲ αὐτὸν ἐπὶ ταύταις ἀποκαρείσαις τελευτᾷν. ὡς δὲ οἱ Κρῆτες ἦλθον ἐς τὴν γῆν, τὰς μὲν ἄλλας ᾕρουν ἐξ ἐπιδρομῆς τὰς ἐν τῇ Μεγαρίδι πόλεις, ἐς δὲ τὴν Νίσαιαν καταφεύγοντα τὸν Νῖσον ἐπολιόρκουν· ἐνταῦθα τοῦ Νίσου λέγεται θυγατέρα ἐρασθῆναι Μίνω, καὶ ὡς ἀπέκειρε τὰς τρίχας τοῦ πατρός. ταῦτα μὲν οὕτω γενέσθαι λέγουσι. (6) Ποταμοὶ δὲ Ἀθηναίοις ῥέουσιν Εἰλισσός τε, καὶ Ἠριδανῷ τῷ Κελτικῷ κατὰ τὰ αὐτὰ ὄνομα ἔχων, ἐκδιδοὺς ἐς τὸν Εἰλισσόν. ὁ δὲ Εἰλισσός ἐστιν οὗτος, ἔνθα παίζουσαν Ὠρείθυιαν ὑπὸ ἀνέμου Βορέου φασὶν ἁρπασθῆναι, καὶ συνοικεῖν Ὠρειθυίᾳ Βορέαν, καί σφισι διὰ τὸ κῆδος ἀμύναντα τῶν τριηρῶν τῶν βαρβαρικῶν ἀπολέσαι τὰς πολλάς. ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Εἰλισσόν· καὶ

ab eo Lycios appellatos memorant. (5) Est secundum Lycii Nisi Megarensium regis monimentum: quem quum Minos interemisset, sublatum Athenienses eo in loco sepelierunt. De hoc quidem Niso fabula vulgata est, capillum purpureum habuisse; quo salvo, mori se non posse ex oraculo cognorat. Ita vero accidit, ut, quum Cretenses eius fines hostilem in modum adorti, et alia in Megaride oppida subitis incursionibus cepissent, et ipsum intra Nisaeae moenia compulsum obsedissent, Nisi filia Minois amore capta, crinem patri detonderit. Et haec quidem sic propemodum narrantur. (6) Amnes in Attica nobiles sunt, Ilissus, et in eum cadens Eridanus, eodem cum Gallico Eridano nomine. Ilissus vero ille est, ad quem ludentem Orithyiam Boream rapuisse, sibique matrimonio adiunxisse memorant, ob eamque cum Atheniensibus affinitatem barbarorum multas triremes demersisse. Ilissum Athenienses et aliis Dis, et Musis sacrum

Μουσῶν βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Εἰλισσιάδων. δείκνυται
δὲ καί, ἔνθα Πελοποννήσιοι Κόδρον τὸν Μελάνθου βασι-
λεύοντα Ἀθηναίων κτείνουσι. (7) Διαβᾶσι δὲ τὸν Εἰλισ-
σόν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν
Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσιν,
ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου· καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τό-
ξον. τὸ δὲ ἀκούσασι μὲν οὐχ ὁμοίως ἐπαγωγόν, θαῦμα
δ' ἰδοῦσι, στάδιόν ἐστι λευκοῦ λίθου· μέγεθος δὲ αὐτοῦ
τῇδε ἄν τις μάλιστα τεκμαίροιτο· ἄνωθεν ὄρος ὑπὲρ τὸν 46
Εἰλισσὸν ἀρχόμενον ἐκ μηνοειδοῦς καθήκει τοῦ ποταμοῦ
πρὸς τὴν ὄχθην εὐθύ τε καὶ διπλοῦν. τοῦτο ἀνὴρ Ἀθηναῖος
Ἡρώδης ᾠκοδόμησε, καὶ οἱ τὸ πολὺ τῆς λιθοτομίας τῆς
Πεντέλησιν ἐς τὴν οἰκοδομὴν ἀνηλώθη.

putant; quarum in eius ripis ara est, Ilissiadum Musarum dicta. Non longe ab eo locus ostenditur, ubi Peloponnesii Codrum Melanthi filium, Atheniensium regem, interfecerunt. (7) Ubi Ilissum traieceris, locum offendas, qui Agrae dicitur, et venatricis Dianae aedem: ibi enim primum, quum ex Delo *paulo ante in ea loca* venisset, venationibus operam dedisse Dianam ferunt, ob eamque causam eius simulacro arcus additur. Quod iam dicam, non facile, qui audierint, ut credant, adduci poterunt: mirantur, qui viderint. Stadium est e candido marmore, ea magnitudine, quam facile hinc coniicias. Supra Ilissum mons est. Is lunata forma ad amnis ripam recta duplici muro pertendit. Hoc stadium Herodes Atticus erexit, multumque ex Pentelicis lapicidinis in eo consumsit.

# CAPUT XX.

De via quae Tripodes dicta est — Praxitele et Phryne — Bacchi templo eiusque in altera aede picturis — excidio Athenarum et Sulla.

Ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου καλουμένη Τρίποδες· ἀφ' οὗ δὲ καλοῦσι τὸ χωρίον· ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο, μεγάλοι καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες, χαλκοῖ μὲν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα. Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ Πραξιτέλην λέγεται φρονῆσαι μέγα· καί ποτε Φρύνης αἰτούσης, ὅ τι οἱ κάλλιστον εἴη τῶν ἔργων, ὁμολογεῖν μὲν φασι διδόναι οἱ ἐραστὴν ὄντα, κατειπεῖν δ' οὐκ ἐθέλειν, ὅ τι κάλλιστον αὐτῷ οἱ φαίνοιτο. ἐσδραμὼν οὖν οἰκέτης Φρύνης ἔφασκεν οἴχεσθαι Πραξιτέλει τὸ πολὺ τῶν ἔργων, πυρὸς ἐσπεσόντος ἐς τὸ οἴκημα, οὐ μενουν πάντα ἀφανισθῆναι. Πραξιτέλης δὲ αὐτίκα ἔθει διὰ θυρῶν ἔξω, καί οἱ καμόντι οὐδὲν ἔφασκεν εἶναι πλέον, εἰ δὴ καὶ τὸν Σάτυρον ἡ φλὸξ καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπέλαβε. Φρύνη δὲ μένειν θαῤῥοῦντα ἐκέλευε, παθεῖν γὰρ ἀνιαρὸν

Cap. XX. E Prytaneo in viam descendas, quam Tripodas appellant: in qua surgunt deorum delubra, et in his tripodes dicati, unde nomen viae est. Aenei ii sunt, in quibus insunt memoratu digna illustrium artificum opera. Inter ea Satyrus, quo Praxitelem magnopere gloriatum ferunt. Nam quum Phryne, cuius erat amator, ab eo sibi depoposcisset, quod esset eius operum pulcherrimum, non sane renuit: verum quod ipse de suis operibus iudicium facere pertinaciter recusarat, hoc astu mulier expressit. Eius servus accurrens nunciat, Praxitelis officinam igni correptam flagrare, bonamque eius operum partem iam periisse, non tamen adhuc omnia exusta. *Exanimatus* Praxiteles foras exsiluit, et, Actum est, inquit, de laboribus meis, si Satyro et Cupidini flammae non pepercerunt. Tum Phryne eum manere ac bono esse animo iubet: nihil enim triste ac-

οὐδὲν, τέχνῃ δὲ ἁλόντα ὁμολογεῖν τὰ κάλλιστα ὧν ἐποίησε. Φρύνη μὲν οὖν οὕτω τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται. Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς, καὶ δίδωσιν ἔκπωμα· Ἔρωτα δ' ἑστηκότα ὁμοῦ καὶ Διόνυσον Θυμίλος ἐποίησε. (2) Τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν· δύο δέ εἰσιν ἐντὸς τοῦ περιβόλου ναοὶ, καὶ Διόνυσοι, ὅ τε Ἐλευθερεὺς, καὶ ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ. γραφαὶ δὲ αὐτόθι· Διόνυσός ἐστιν ἀνάγων Ἥφαιστον ἐς οὐρανόν. λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπὸ Ἑλλήνων, ὡς Ἥρα ῥίψαι γενόμενον Ἥφαιστον· ὁ δέ οἱ μνησικακῶν πέμψαι δῶρον χρυσοῦν θρόνον, ἀφανεῖς δεσμοὺς ἔχοντα· καὶ τὴν μὲν, ἐπείτε ἐκαθέζετο, δεδέσθαι· θεῶν δὲ τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὶ τὸν Ἥφαιστον ἐθέλειν πείθεσθαι, Διόνυσος δὲ (μάλιστα γὰρ ἐς τοῦτον πιστὰ ἦν Ἡφαίστῳ) μεθύσας αὐτὸν ἐς οὐρανὸν ἤγαγε. ταῦτα δὴ γεγραμμένα. εἰσὶ καὶ Πενθεὺς καὶ Λυκοῦργος ὧν ἐς Διόνυσον ὕβρισαν διδόντες δίκας·

cidisse, sed illum dolo cogere voluisse, ut, quod pulcherrimum operum suorum esse iudicaret, confiteretur: atque ita sibi illa Cupidinem delegit. Libero vero Patri in proximo templo dicatus est Satyrus puer, poculum porrigens. Amorem Libero assistentem, et Liberum ipsum Thymilus fecit. (2) Est etiam Liberi iuxta theatrum antiquissimum templum: intra cuius ambitum duo sunt delubra, et totidem Bacchi signa: *quorum* alterum Eleuthereus *cognomento dicitur*: alterum Alcamenes ex ebore et auro fecit. Picturae eodem in loco hae sunt: Liber Vulcanum in coelum reducens: qua de re haec Graecorum fabulis vulgata: Vulcanum recens natum a Iunone abiectum, nihil vero illum iniuriae oblitum, dono matri auream sellam misisse cum occultis quibusdam vinculis: deam, quum assedisset, statim vinculis implicitam: quum vero, praeterquam Libero Patri, fidem deorum nemini haberet Vulcanus, vino delinitum Liber in coelum eum reduxit. Picti sunt etiam Pentheus et Lycurgus, suae in Liberum temeritatis poenas dantes. Ad haec

47 Ἀριάδνη δὲ καθεύδουσα, καὶ Θησεὺς ἀναγόμενος, καὶ Διόνυσος ἥκων ἐς τὴν Ἀριάδνης ἁρπαγήν. (3) Ἔστι δὲ πλησίον τοῦ τε ἱεροῦ τοῦ Διονύσου καὶ τοῦ θεάτρου κατασκεύασμα· ποιηθῆναι δὲ τῆς σκηνῆς αὐτὸ ἐς μίμησιν τῆς Ξέρξου λέγεται. ἐποιήθη δὲ καὶ δεύτερον· τὸ γὰρ ἀρχαῖον στρατηγὸς Ῥωμαίων ἐνέπρησε Σύλλας Ἀθήνας ἑλών. αἰτία δὲ ἥδε τοῦ πολέμου· Μιθριδάτης ἐβασίλευσε βαρβάρων τῶν περὶ τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον. πρόφασις μὲν δή, δι' ἥντινα Ῥωμαίοις ἐπολέμησε, καὶ ὃν τρόπον ἐς τὴν Ἀσίαν διέβη, καὶ ὅσας ἢ πολέμῳ βιασάμενος πόλεις ἔσχεν, ἢ φίλας ἐποιήσατο, τάδε μὲν τοῖς ἐπίστασθαι τὰ Μιθριδάτου θέλουσι μελέτω· ἐγὼ δέ, ὅσον ἐς τὴν ἅλωσιν τῶν Ἀθηναίων ἔχει, δηλώσω. ἦν Ἀριστίων Ἀθηναῖος, ᾧ Μιθριδάτης πρεσβεύειν ἐς τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας ἐχρῆτο· οὗτος ἀνέπεισεν Ἀθηναίους, Μιθριδάτην θέσθαι Ῥωμαίων ἐπίπροσθεν· ἀνέπεισε δὲ οὐ πάντας, ἀλλ' ὅσον δῆμος ἦν, καὶ δήμου τὸ ταραχῶδες·

Ariadna dormiens, Theseus in patriam rediens, et Bacchus ad rapiendam Ariadnam descendens. (3) Non procul a Liberi theatroque ei proximo aedificium est, quod exstructum ferunt ad similitudinem Xerxis tabernaculi. Instauratum id quidem est: vetustius enim illud Sylla captis Athenis cremavit. Syllanae illius Athenarum expugnationis causa haec fuit. Mithridates barbaris Ponti Euxini accolis imperavit: quo vero nomine Romanis bellum intulerit, quoque modo, quum Asiam invasisset, alias eius urbes vi in suam potestatem redegerit, alias societate sibi devinxerit, qui cupiunt res a Mithridate gestas cognoscere, exquirant accuratius: ego ea tantum, quae ad Athenarum calamitatem pertinent, exponam. Aristion quidem erat Atheniensis, quem consueverat Mithridates ad Graecas civitates legatum mittere. Hic cum Atheniensibus egit, ut in amicitia Romanis Mithridatem praeferrent: nemini tamen id praeterquam de plebe seditiosissimo cuique persuasit. Nam qui aliqua fuerunt existimatio-

Ἀθηναίων δὲ ὧν τις λόγος, παρὰ τοὺς Ῥωμαίους ἐκπίπτουσιν ἐθελονταί. γενομένης δὲ μάχης, πολλῷ περιῆσαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φεύγοντας Ἀριστίωνα μὲν καὶ Ἀθηναίους ἐς τὸ ἄστυ καταδιώκουσιν, Ἀρχέλαον δὲ καὶ τοὺς βαρβάρους ἐς τὸν Πειραιᾶ· Μιθριδάτου δὲ στρατηγὸς καὶ οὗτος ἦν, ὃν πρότερον τούτων Μάγνητες οἱ τὸν Σίπυλον οἰκοῦντες, σφᾶς ἐπεκδραμόντα, αὐτόν τε τιτρώσκουσι καὶ τῶν βαρβάρων φονεύουσι τοὺς πολλούς. (4) Ἀθηναίοις μὲν δὴ πολιορκία καθεστήκει. Τάξιλος δὲ Μιθριδάτου στρατηγὸς ἐτύγχανε μὲν περικαθήμενος Ἐλάτειαν τὴν ἐν τῇ Φωκίδι, ἀφικομένων δὲ ἀγγέλων, ἀναστήσας τὸν στρατὸν, ἐς τὴν Ἀττικὴν ἦγεν. ἃ πυνθανόμενος ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, Ἀθήνας μὲν τοῦ στρατοῦ μέρος πολιορκεῖν ἀφῆκεν, αὐτὸς δὲ Ταξίλῳ τὸ πολὺ
τῆς δυνάμεως ἔχων ἐς Βοιωτοὺς ἀπαντᾷ. τρίτῃ δὲ ὕστε- 48
ρον ἡμέρᾳ τοῖς Ῥωμαίοις ἦλθον ἐπ' ἀμφότερα τὰ στρατόπεδα ἄγγελοι, Σύλλᾳ μὲν, ὡς Ἀθηναίοις εἴη τεῖχος ἑαλωκὸς, τοῖς δὲ Ἀθήνας πολιορκήσασι, Τάξιλον κεκρατῆσθαι μάχῃ περὶ Χαιρώνειαν. Σύλλας δὲ ὡς ἐς τὴν Ἀττικὴν

ne, se ad Romanos ultro contulerunt. Commissa vero pugna multo superiores Romani fuere: nam in fugam versos, Aristionem et Athenienses ad urbem, Archelaum vero et barbaros in Piraeeum persecuti sunt. Erat hic Archelaus unus ex Mithridatis ducibus; quem non multo ante Magnetes Sipyli incolae incursionibus fines suos vastantem, multis ex barbarorum agmine caesis, vulneraverant. (4) Obsidione Athenienses quum urgerentur, Taxilus Mithridatis dux, qui tunc forte Eláteam in Phocide circumsedebat, excitus rerum earum nuncio, in Atticam copias suas traduxit. Id quum audisset Romanus Imperator, copiarum partem ad urbem obsidendam reliquit, ipse cum multo maiore Taxilo in Boeotis occurrit. Triduo post in Romana castra ultro citroque missi nuncii venere: Syllae quidem, Athenarum muros captos; obsidentibus vero, Taxilum praelio ad Chaeroneam victum. Sylla igitur ubi Athenas rediit, omnes, quos sibi

ἐπανῆλθε, τοὺς ἐναντιωθέντας Ἀθηναίων καθείρξας ἐς τὸν Κεραμεικόν, τὸν λαχόντα σφῶν ἐκ δεκάδος ἑκάστης ἐκέλευσεν ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Σύλλου δὲ οὐκ ἀνιέντος ἐς Ἀθηναίους τοῦ θυμοῦ, λαθόντες ἐκδιδράσκουσιν ἄνδρες ἐς Δελφούς. ἐρομένοις δέ σφισιν, εἰ καταλαμβάνοι τὸ χρεὼν ἤδη καὶ τὰς Ἀθήνας ἐρημωθῆναι, τούτοις ἔχρησεν ἡ Πυθία τὰ ἐς τὸν ἀσκὸν ἔχοντα. Σύλλᾳ δὲ ὕστερον τούτων ἐνέπεσεν ἡ νόσος, ᾗ καὶ τὸν Σύριον Φερεκύδην ἁλῶναι πυνθάνομαι. Σύλλᾳ δὲ ἔστι μὲν καὶ τὰ ἐς πολλοὺς Ἀθηναίων ἀγριώτερα, ἢ ὡς ἄνδρα εἰκὸς ἦν ἐργάσασθαι Ῥωμαῖον· ἀλλὰ γὰρ οὐ ταῦτα δὴ αἰτίαν γενέσθαι οἱ δοκῶ τῆς συμφορᾶς, Ἱκεσίου δὲ μήνιμα, ὅτι καταφυγόντα ἐς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἀπέκτεινεν ἀποσπάσας Ἀριστίωνα. Ἀθῆναι μὲν οὕτως ὑπὸ τοῦ πολέμου κακωθεῖσαι τοῦ Ῥωμαίων αὖθις Ἀδριανοῦ βασιλεύοντος ἤνθησαν.

adversatos noverat, in Ceramicum conclusos, sorte decimum quemque ad supplicium duci imperavit. Quumque nihil omnino de sua in Athenienses iracundia remitteret, clam fugientes nonnulli Delphos venere: quibus consulentibus, numquid fato deleri Athenas necesse esset, respondit Pythia de utre nescio quae. Post haec in illud morbi genus Sylla incidit, quo Pherecydem quoque Syrum consumtum accepimus. Eius multa sane immania et Romano homine indigna in Athenienses facinora memorantur: ex quibus tamen illi non omnem existimo calamitatis causam exstitisse, sed violati supplicis vindicem Deum fuisse, quod Aristionem, qui in Minervae templum confugerat, vi extractum interfici iussisset. Athenae in hunc modum Romanorum bello affectae imperante Adriano denuo floruerunt.

## CAPUT XXI.

De comicorum et tragicorum poëtarum imaginibus in Theatro — Niobe saxo — Calo et Daedalo — Aesculapii templo — Sarmatarum armis — Gryniaeo Apollinis templo.

Εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας ποιητῶν αἱ πολλαὶ τῶν ἀφανεστέρων· ὅτι μὴ γὰρ Μένανδρος, οὐδεὶς ἦν ποιητὴς κωμῳδίας τῶν ἐς δόξαν ἡκόντων, τραγῳδίας δὲ κεῖνται τῶν φανερῶν Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς. (2) Λέγεται δὲ Σοφοκλέους τελευτήσαντος ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν Λακεδαιμονίους, καὶ σφῶν τὸν ἡγούμενον ἰδεῖν ἐπιστάντα οἱ Διόνυσον κελεύειν τιμαῖς, ὅσαι καθεστήκασιν ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι, τὴν 49
Σειρῆνα τὴν νέαν τιμᾶν· καὶ οἱ τὸ ὄναρ Σοφοκλέα καὶ τὴν Σοφοκλέους ποίησιν ἐφαίνετο ἔχειν. εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν. (3) Τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Αἰσχύλου πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι καὶ τῆς γραφῆς, ἣ τὸ ἔργον ἔχει τὸ Μαραθῶνι. ἔφη δὲ Αἰσχύλος μειράκιον ὢν κα-

Cap. XXI. In theatro Athenis sunt Tragicorum quorundam et Comicorum, eorum tamen minime illustrium, statuae multae: neque enim praeter Menandrum quisquam ibi, cuius celebre fuerit nomen, aspicitur. Ex Tragicis vero nobiles positi sunt Euripides et Sophocles. (2) Fama est, sub idem tempus, quo supremum diem clauserit Sophocles, in Atticam irrupisse Lacedaemonios: eorumque ducem sibi visum Liberum Patrem videre, mandantem, ut novam Sirenem omnibus, qui mortuis haberi consueverunt, honoribus prosequeretur. Id vero in quiete visum Sophoclem et eius habuit poësin. Obtinuit certe consuetudo, ut nunc etiam poëmata, et orationum quodvis genus, in quo insit adducendi et persuadendi vis, cum Sirenis cantu conferatur. (3) Aeschyli imaginem multo post eius mortem, et picturam eam, qua eius ad Marathonem virtus expressa est, factam puto. Hoc autem ipse de se scriptum reliquit: puero sibi

θεύδειν ἐν ἀγρῷ φυλάσσων σταφυλὰς, καὶ οἱ Διόνυσον ἐπιστάντα κελεῦσαι τραγῳδίαν ποιεῖν· ὡς δὲ ἦν ἡμέρα, (πείθεσθαι γὰρ ἐθέλειν) ῥᾷστα ἤδη πειρώμενος ποιεῖν. οὗτος μὲν ταῦτα ἔλεγεν. (4) Ἐπὶ δὲ τοῦ νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλὴ, καὶ περὶ αὐτὴν αἰγὶς πεποίηται. (5) Ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ· Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ καὶ Ἄρτεμις τοὺς παῖδάς εἰσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νιόβης. ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος· ἡ δὲ πλησίον μὲν πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρόντι σχῆμα παρεχόμενος γυναικὸς, οὔτε ἄλλως, οὔτε πενθούσης· εἰ δέ γε πορρωτέρω γένοιο, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾷν καὶ κατηφῆ γυναῖκα.

(6) Ἰόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, τέθαπται Κάλως. τοῦτον τὸν Κάλων ἀδελφῆς παῖδα ὄντα καὶ τῆς τέχνης μαθητὴν φονεύσας Δαίδαλος

olim, dum uvas custodiret, in agro dormienti Bacchum imperasse, ut Tragoediam scriberet: seque, quum primum illuxisset, dicto audientem, periclitatum, quid in ea re posset, omniaque se minimo negotio consecutum. (4) In muro, quem australem vocant, qui ab arce ad theatrum excurrit, Gorgonis Medusae inauratum caput inclusum est: aegis addita. In theatri vertice specus e saxis arcem subit. (5) In eo est tripos, in quo Apollo et Diana cernuntur, Niobes filios de medio tollentes. Ego sane Nioben ut viderem, in Sipylum montem ascendi. Silex et praerupta crepido imminet: quae prope assistenti neque mulieris, neque lugentis formam ostentat: qui vero procul aspexerit, mulierem lacrymantem et moerentem videre sibi videatur. (6) In ea via, quae a theatro in arcem ducit, Calus sepultus est: quem sororis filium et discipulum quum Daedalus interfe-

ἐς Κρήτην ἔφυγε· χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐς Σικελίαν ἐκδιδράσκει παρὰ Κώκαλον. (7) Τοῦ δ' Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν ἔς τε τὰ ἀγάλματά ἐστιν, ὁπόσα τοῦ θεοῦ πεποίηται, καὶ τῶν παίδων ἐς τὰς γραφὰς θέας ἄξιον. ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ κρήνη, παρ' ᾗ λέγουσι Ποσειδῶνος παῖδα Ἁλιῤῥόθιον θυγατέρα Ἄρεως Ἀλκίππην αἰσχύναντα ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως, καὶ δίκην ἐπὶ τούτῳ τῷ φόνῳ γενέσθαι πρῶτον. ἐνταῦθα ἄλλα τε, καὶ Σαυροματικὸς ἀνάκειται θώραξ· ἐς τοῦτόν τις ἰδὼν οὐδὲν ἧσσον Ἑλλήνων τοὺς βαρβάρους φήσει σοφοὺς ἐς τὰς τέχνας εἶναι. (8) Σαυρομάταις γὰρ οὔτε αὐτοῖς σίδηρός ἐστιν ὀρυσσόμενος, οὔτε σφίσιν ἐσάγουσιν· ἄμικτοι γὰρ μάλιστα τῶν ταύτῃ βαρβάρων εἰσίν. πρὸς οὖν τὴν ἀπορίαν ταύτην ἐξεύρηταί σφισιν· ἐπὶ μὲν τοῖς δόρασιν αἰχμὰς ὀστεΐνας ἀντὶ σιδήρου φοροῦσι, τόξα τε κράνινα καὶ ὀϊστούς, καὶ ὀστεΐνας ἀκίδας ἐπὶ τοῖς ὀϊστοῖς· καὶ σειραῖς περιβαλόντες τῶν πολεμίων ὁπόσους τύχοιεν, καὶ τοὺς ἵππους ἀποστρέψαντες, ἀνατρέπουσι τοὺς ἐνσχεθέντας ταῖς σειραῖς. τοὺς δὲ θώρακας ποιοῦν-

eisset, in Cretam aufugit, atque inde ad Cocalum in Siciliam. (7) Aesculapii vero aedes, quum ob plurima eius et filiorum simulacra, tum ob *egregias* picturas, quae spectetur, dignissima. In ea fons est, ad quem Halirrhothium Neptuni filium a Marte, cuius filiae Alcippae vitium obtulerat, interfectum tradunt: deque ea caede primum capitis iudicium factum. Ibidem et alia *complura*, et Sarmatica dicata est lorica: quam qui intueatur, nihilo quam Graecos ob artes excolendas barbaros minus solertes putabit. (8) Nam Sarmatis nulla sunt ferri metalla, neque ad eos *aliunde* ferrum importatur. Sunt enim hi prae cunctis earum regionum barbaris ab hominum commerciis alienissimi. Ob eam igitur ferri penuriam vimineis hastarum cuspidibus uti pro ferreis excogitarunt. Arcus et sagittas ex corno habent, et earum item vimineas cuspides. Catenas vero in quemcunque assecuti fuerint hostium iniicientes, aversis *a cursu* equis, laqueis implicatos subvertunt. Loricas hoc ferme modo faciunt.

ται τὸν τρόπον τοῦτον· ἵππους πολλὰς ἕκαστος τρέφει, ὡς ἂν οὔτε ἐς ἰδιωτῶν κλήρους τῆς γῆς μεμερισμένης, οὔτε τι φερούσης πλὴν ὕλης ἀγρίας, ἅτε ὄντων νομάδων. ταύταις οὐκ ἐς πόλεμον χρῶνται μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοῖς θύουσιν ἐπιχωρίοις, καὶ ἄλλως σιτοῦνται. συλλεξάμενοι δὲ τὰς ὁπλὰς, ἐκκαθάραντές τε καὶ διελόντες, ποιοῦσιν ἀπ' αὐτῶν δρακόντων φολίσιν ἐμφερῆ· ὅστις δὲ οὐκ εἶδέ πω δράκοντα, πίτυός γε εἶδε καρπὸν χλωρὸν ἔτι· ταῖς οὖν ἐπὶ τῷ καρπῷ τῆς πίτυος φαινομέναις ἐντομαῖς εἰκάζων τὸ ἔργον τὸ ἐκ τῆς ὁπλῆς οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι. ταῦτα διατρήσαντες καὶ νεύροις ἵππων καὶ βοῶν συῤῥάψαντες χρῶνται θώραξιν οὔτε εὐπρεπείᾳ τῶν Ἑλληνικῶν ἀποδέουσιν οὔτε ἀσθενεστέροις· καὶ γὰρ συστάδην τυπτόμενοι καὶ βληθέντες ἀνέχονται. οἱ δὲ θώρακες οἱ λινοῖ μαχομένοις μὲν οὐχ ὁμοίως εἰσὶ χρήσιμοι· διιᾶσι γὰρ καὶ βιαζόμενοι τὸν σίδηρον· θηρεύοντας δὲ ὠφελοῦσιν· ἐναποκλῶνται γάρ σφισι καὶ λεόντων ὀδόντες

Magna equorum armenta habent. Neque enim in partes terra descripta privatorum usibus servit, aut quicquam praeter agrestem sylvam fert. Compascua igitur tota regio est, et incolae Nomadae (*id est, vagi pastores*) appellantur. Equis non ad belli munia solum utuntur, sed ex eodem pecore et hostias dis suis caedunt, et sibi cibum comparant. Ungulas ubi legerint, perpurgatas ac dissectas ad similitudinem squamarum draconis expoliunt. Quod si quis draconem non viderit, haud errarit, si opus illud ungulis consertum pineae nucis adhuc viridis incisuris simile esse putarit. Has itaque squamulas perforant, et equinis vel bubulis nervulis consuunt. Inde sibi loricas concinnant, quae neque elegantia, neque firmitate loricis Graecorum inferiores sunt. Eae namque tum cominus, tum eminus percussae, ictus sustinent. Nam linteae loricae haudquaquam pugnantibus utiles, quod ferro vehementius immisso perviae sunt: sed venatoribus certo praesidio sunt. In illis namque leonum et par-

καὶ παρδάλεων. (9) Θώρακας δὲ λινοῦς ἰδεῖν ἔν τε ἄλλοις ἱεροῖς ἔστιν ἀνακειμένους καὶ ἐν Γρυνείῳ, ἔνθα Ἀπόλλω- 51
νος κάλλιστον ἄλσος δένδρων καὶ ἡμέρων, καὶ ὅσα τῶν ἀκάρπων ὀσμήν παρέχεταί τινα ἢ θέας ἡδονήν.

## CAPUT XXII.

**De Hippolyto et Phaedra — Telluris et Cereris Chloës templis — memorandis in vestibulo arcis — Aegei morte — aede variis picturis exornata — Musaeo poëta — Mercurio et Gratiis a Socrate factis.**

Μετὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ταύτῃ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἰοῦσιν, Θέμιδος ναός ἐστι· κέχωσται δὲ πρὸ αὐτοῦ μνῆμα Ἱππολύτῳ. τοῦ δέ οἱ βίου τὴν τελευτὴν συμβῆναι λέγουσιν ἐκ καταρῶν. δῆλα δὲ, καὶ ὅστις βαρβάρων γλῶσσαν ἔμαθεν Ἑλλήνων, ὅ τε ἔρως τῆς Φαίδρας, καὶ τῆς τροφοῦ τὸ ἐς τὴν διακονίαν τόλμημα. (2) Ἔστι δὲ καὶ Τροιζηνίοις Ἱππολύτου τάφος· ἔχει δέ σφισιν ὧδε ὁ λόγος. Θησεὺς ὡς ἔμελλεν ἄξεσθαι Φαίδραν, οὐκ ἐθέλων, εἴ οἱ γένοιντο παῖδες, οὔτε ἄρχεσθαι τὸν Ἱππόλυ-

dorum dentes retunduntur. (9) Et linteas quidem quum in aliis, tum in Grynaei Apollinis templo dicatas videas; ubi lucus tam ex sativis arboribus est, quam ex iis, quae solo odore et specie delectant.

Cap. XXII. Post Aesculapii fanum, qua ad arcem iter est, Themidis delubrum surgit, et ante ipsum Hippolyti monumentum, quem diris confixum e vita excessisse memorant. Norunt autem vel barbari, qui Graecae linguae expertes non sunt, quae de Phaedrae amore et nutricis audaci obsequio vulgata sunt. (2) Est vero etiam apud Troezenios Hippolyti tumulus: de quo haec ipsi tradiderunt: Theseum, quum Phaedram ducturus esset, veritum, ne, qui gignerentur liberi, aut ipsi Hippolyto, aut illis Hippolytus impe-

τον, οὔτε βασιλεύειν ἀντ' αὐτῶν, πέμπει παρὰ Πιτθέα τραφησόμενον αὐτὸν, καὶ βασιλεύσοντα Τροιζῆνος. χρόνῳ δὲ ὕστερον Πάλλας καὶ οἱ παῖδες ἐπανέστησαν Θησεῖ· τούτους κτείνας ἐς Τροιζῆνα ἔρχεται καθαρσίων εἵνεκα, καὶ Φαίδρα πρώτη ἐνταῦθα εἶδεν Ἱππόλυτον, καὶ τὰ ἐς τὸν θάνατον ἐρασθεῖσα ἐβούλευσε. μυρσίνη δέ ἐστι Τροιζηνίοις τὰ φύλλα διὰ πάσης ἔχουσα τετρυπημένα· φῦναι δὲ οὐκ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν λέγουσιν, ἀλλὰ τὸ ἔργον γεγενῆσθαι τῆς ἐς τὸν ἔρωτα ἄσης καὶ τῆς περόνης, ἣν ἐπὶ ταῖς θριξὶν εἶχεν ἡ Φαίδρα. (3) Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον Ἀθηναίοις, ἐπεί τε Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι καὶ Πειθὼ κατέστησε. τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα οὐκ ἦν ἐπ' ἐμοῦ· τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεστάτων. ἔστι δὲ καὶ Γῆς κουροτρόφου, καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης. τὰ δὲ ἐς τὰς ἐπωνυμίας ἐστὶν αὐτῶν διδαχθῆναι τοῖς ἱερεῦσιν ἐλθόντα ἐς λόγους.

(4) Ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολίν ἐστιν ἔσοδος μία· ἑτέραν

raret, ob eam rem Hippolytum Troezenem ad Pittheum amandasse, tum ut apud illum educaretur, tum vero ut in eius regnum succederet. Post haec Theseum, quum Pallantem et eius filios res novas molientes occidisset, Troezenem, ut de caede purgaretur, venisse. Ibi tunc primum Phaedrae visum Hippolytum: adolescentisque amore insanientem de morte sibi consciscenda consilium cepisse. Myrtus adhuc apud Troezenios ostenditur, perterebratis undique foliis. Eam sane talem ab initio fuisse negant, sed ex amoris aegrimonia Phaedram crinali acu folia transfixisse. (3) Veneris popularis et Suadelae cultum induxit Theseus, quum in unam civitatem ex agris Atheniensem populum compulisset. Eorum numinum vetera simulacra, mea quidem aetate, nulla exstabant: quae nunc exstant, artificum haudquaquam ignobilium opera sunt. Est et Telluris puerorum nutricis, et Cereris pubescentis templum. Cognominum vero causas a sacerdotibus, qui sciscitati fuerint, discent. (4) Ad arcem

δὲ οὐ παρέχεται, πᾶσα ἀπότομος οὖσα καὶ τεῖχος ἔχουσα
ἐχυρόν. τὰ δὲ προπύλαια λίθου λευκοῦ τὴν ὀροφὴν ἔχει,
καὶ κόσμῳ καὶ μεγέθει τῶν λίθων μέχρι γε καὶ ἐμοῦ προ- 52
εῖχε. τὰς μὲν οὖν εἰκόνας τῶν ἱππέων οὐκ ἔχω σαφῶς
εἰπεῖν, εἴτε οἱ παῖδές εἰσιν οἱ Ξενοφῶντος, εἴτε ἄλλως
ἐς εὐπρέπειαν πεποιημέναι· τῶν δὲ προπυλαίων ἐν δεξιᾷ
Νίκης ἐστὶν ἀπτέρου ναός. (5) Ἐντεῦθεν ἡ θάλασσά ἐστι
σύνοπτος· καὶ ταύτῃ ῥίψας Αἰγεὺς ἑαυτὸν, ὡς λέγουσιν,
ἐτελεύτησεν. ἀνήγετο μὲν γὰρ ἡ ναῦς μέλασιν ἱστίοις ἡ
τοὺς παῖδας φέρουσα ἐς Κρήτην· Θησεὺς δ', (ἔπλει γὰρ
τόλμης τι ἔχων ἐς τὸν Μίνω καλούμενον ταῦρον) πρὸς
τὸν πατέρα εἶπε χρήσεσθαι τοῖς ἱστίοις λευκοῖς, ἢν ὀπί-
σω πλέῃ τοῦ ταύρου κρατήσας· τούτων λήθην ἔσχεν
Ἀριάδνην ἀφῃρημένος. ἐνταῦθα Αἰγεὺς ὡς εἶδεν ἱστίοις
μέλασι τὴν ναῦν κομιζομένην, οἷα τὸν παῖδα τεθνάναι δο-
κῶν, ἀφεὶς αὑτὸν διαφθείρεται· καὶ οἱ παρὰ Ἀθηναίοις
ἐστὶ καλούμενον ἡρῷον Αἰγέως. (6) Ἔστι δὲ ἐν ἀριστερᾷ
τῶν προπυλαίων οἴκημα ἔχον γραφάς· ὁπόσαις δὲ μὴ

unicus est aditus: nam ex aliis partibus aut praeruptis rupibus, aut valido muro incingitur. Vestibula, quae Propylaea appellant, e candido marmore fastigia habent. Quo sane opere hac ipsa aetate nihil aut ornatu, aut lapidum magnitudine praestantius. Equestres statuae quorumnam sint, non habeo dicere, Xenophontisne filiorum sint, an vero ad *loci* duntaxat decorem positae. Ad vestibuli dexteram involucris Victoriae sacellum est. (5) Qua ad mare prospectus patet, inde se Aegeum abiecisse ferunt. Nam Theseum aiunt, quum ad Minotaurum proficisceretur, virtuti suae nonnihil fidentem, patri affirmasse, candidis velis usurum se, interempto si Minotauro rediisset. Quod quum ob raptum Ariadnae esset oblitus, Aegeum, nigris velis conspectis, quum filium periisse existimasset, in mare se praecipitem dedisse. Et Aegei quidem apud Athenienses sepulcrum est, quod Aegei heroum dicunt. (6) Ad laevam vestibuli cella quaedam est *multis* ornata picturis: e quibus quae temporis

καθέστηκεν ὁ χρόνος αἴτιος ἀφανέσιν εἶναι, Διομήδης ἦν καὶ Ὀδυσσεὺς, ὁ μὲν ἐν Λήμνῳ τὸ Φιλοκτήτου τόξον, ὁ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἀφαιρούμενος ἐξ Ἰλίου. ἐνταῦθα ἐν ταῖς γραφαῖς ἐστιν Ὀρέστης Αἴγισθον φονεύων, καὶ Πυλάδης τοὺς παῖδας τοῦ Ναυπλίου βοηθοὺς ἐλθόντας Αἰγίσθῳ. τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τάφου πλησίον μέλλουσά ἐστι σφάζεσθαι Πολυξένη. Ὁμήρῳ δὲ εὖ μὲν παρείθη τό γ' ὠμὸν οὕτως ἔργον· εὖ δέ μοι φαίνεται ποιήσας Σκῦρον ὑπὸ Ἀχιλλέως ἁλοῦσαν, οὐδὲν ὁμοίως καὶ ὅσοι λέγουσιν, ὁμοῦ ταῖς παρθένοις Ἀχιλλέα ἔχειν ἐν Σκύρῳ δίαιταν, ἃ δὴ καὶ Πολύγνωτος ἔγραψεν. ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τῷ ποταμῷ ταῖς ὁμοῦ Ναυσικάᾳ πλυνούσαις ἐφιστάμενον Ὀδυσσέα κατὰ τὰ αὐτὰ, καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε. γραφαὶ δέ εἰσι καὶ ἄλλαι καὶ Ἀλκιβιάδης· ἵππων δέ οἱ νίκης τῆς ἐν Νεμέᾳ ἐστὶ σημεῖα ἐν τῇ γραφῇ. καὶ Περσεύς ἐστιν ἐς Σέριφον κομιζόμενος, Πολυδέκτῃ φέρων τὴν κεφαλὴν τὴν Μεδούσης. καὶ τὰ μὲν ἐς Μέδουσαν οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐν τοῖς Ἀττικοῖς σημῆναι. (7) Ἐπὶ δὲ τῶν γρα-

iniuria non sunt obscuratae, Diomedes erat e Lemno Philoctetae sagittas reportans, et Ulysses ex Ilii arce Palladium surripiens. Ibidem et Orestes Aegisthum, et Pylades Nauplii filios obtruncans, qui Aegistho in auxilium venerant. Ad Achillis etiam tumulum ducitur mactanda Polyxena: quod consulto, tanquam immane facinus, praetermisisse videtur Homerus. Nam et idem, quum eversam ab Achille Scyron memoriae prodidisset, vixisse tamen in ea insula cum virginibus non dixit, quod alii poetae plerique omnes scriptum reliquerunt, et Polygnotus picta tabella expressit. Addidit Ulyssem Nausicaae et lavantibus cum ea vestem puellis assistentem, secutus nempe, quae de ea re finxit Homerus. Sunt et picturae aliae, et Alcibiades cum equestris ad Nemeam victoriae monumentis. Perseus etiam in Seriphon ad Polydecten Medusae caput portans. Quae vero de Medusa fabulis prodita sunt, ea mihi de Atticis rebus scribenti commemorare non libet. (7) Inter eas picturas, ut puerum

φῶν παρέντι τὸν παῖδα τὸν τὰς ὑδρίας φέροντα, καὶ τὸν παλαιστήν, ὃν Τιμαίνετος ἔγραφεν, ἐστὶ Μουσαῖος. ἐγὼ 58
δὲ ἔπη μὲν ἐπελεξάμην, ἐν οἷς ἐστι πτέσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον, δοκεῖν δέ μοι, πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνον ἐς Δημήτερα ὕμνος Λυκομίδαις. (8) Κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν Ἑρμῆν, ὃν προπύλαιον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας Σωκράτην ποιῆσαι τὸν Σωφρονίσκου λέγουσιν, ᾧ σοφῷ γενέσθαι μάλιστα ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ Πυθία μάρτυς, ὃ μηδὲ Ἀνάχαρσιν, ἐθέλοντα ὅμως καὶ δι' αὐτὸ ἐς Δελφοὺς ἀφικόμενον, προσεῖπεν.

## CAPUT XXIII.

De septem sapientibus Graeciae — Hippia et Leaena — Diitrephe — Silenis et Satyrorum insulis — memorandis in arce Athenarum et inter ea equo ligneo — Thucydide — Phormione.

Ἕλληνες δὲ ἄλλα τε λέγουσι, καὶ ἄνδρας ἑπτὰ γενέσθαι σοφούς. τούτων καὶ τὸν Λέσβιον τύραννον καὶ Περίανδρον εἶναί φασι τὸν Κυψέλου· καίτοι Περιάνδρου

omittam hydrias portantem, et palaestritem, quem Timaenetus fecit, Musaeus est: quem ex veterum carminibus cognovi Boreae dono volitasse. *Quae Musaei inscribuntur*, ea Onomacritum fecisse arbitror: nam Musaei nihil exstat certi, praeter hymnum in Cererem, quem Lycomedi fecit. (8) In ipso vero arcis aditu Mercurii statua, quam Propylaeam appellant, et Gratias fecisse dicunt Socratem Sophronisci: cui inter homines sapientiae primas Delphici Apollinis oraculum detulit, quum id Anacharsi quidem *Scythae* non tribuerit, qui tamen eius laudis cupiditate ductus Delphos venit.

CAP. XXIII. Graeci de se quum alia iactant, tum vero e *suis maioribus* septem fuisse sapientes: inter quos Lesbium tyrannum, et Periandrum Cypseli filium connu-

εἰκόνας τὰς ἀφανεστέρας γράφειν οὐκ ἐθέλω) θεῶν ἀγάλματά ἐστιν Ὑγιείας τε, ἣν Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι λέγουσι, καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν καὶ ταύτης Ὑγιείας. (6) Ἔστι δὲ λίθος οὐ μέγας, ἀλλ' ὅσον καθίζεσθαι μικρὸν ἄνδρα· ἐπὶ τούτῳ λέγουσιν, ἡνίκα Διόνυσος ἦλθεν ἐς τὴν γῆν, ἀναπαύσασθαι τὸν Σιληνόν. τοὺς γὰρ ἡλικίᾳ τῶν Σατύρων προήκοντας ὀνομάζουσι Σιληνούς. περὶ δὲ Σατύρων, οἵ τινες εἰσίν, ἑτέρου πλέον ἐθέλων ἐπίστασθαι πολλοῖς αὐτῶν τούτων ἕνεκα ἐς λόγους ἦλθον. (7) Ἔφη δὲ Εὔφημος Κὰρ ἀνὴρ πλέων ἐς Ἰταλίαν, ἁμαρτεῖν ὑπὸ ἀνέμων τοῦ πλοῦ καὶ ἐς τὴν ἔξω θάλασσαν, ἐς ἣν οὐκέτι πλέουσιν, ἐξενεχθῆναι· νήσους δὲ εἶναι μὲν ἔλεγεν ἐρήμους πολλάς, ἐν δὲ ἄλλαις οἰκεῖν ἄνδρας ἀγρίους· ταύταις δὲ οὐκ ἐθέλειν νήσοις προσίσχειν τοὺς ναύτας, οἷα πρότερόν τε προσχόντας καὶ τῶν ἐνοικούντων οὐκ ἀπείρως ἔχοντας· βιασθῆναι δ' οὖν καὶ τότε· ταύτας καλεῖσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ναυτῶν Σατυρίδας, εἶναι δὲ τοὺς ἐνοικοῦντας καὶ πυῤῥοὺς, καὶ ἵππων οὐ πολὺ μείους

statuam Diitrephis posita sunt (neque enim libet minus clara persequi) deorum signa, Hygiae, quam filiam Aesculapii fuisse dicunt, et Minervae, cui itidem Hygiae (*id est, sospitae*) cognomentum. (6) Ibidem est lapis non maior, quam ut parvi hominis sedile esse possit. Super eo, quum Liber in Atticam primum venit, quievisse Silenum memorant: maximos enim natu Satyrorum Silenos nuncupant. De Satyris autem, quinam sint, ut aliquid certius, quam ab aliis traditum sit, cognoscerem, singula ex multis sum percunctatus. (7) Narravit autem mihi Euphemus Car, se, quum in Italiam navigaret, ventorum impetu in Oceani extremas oras delatum. Ibi desertas esse insulas multas, quas agrestes homines incolant: et ad alias quidem noluisse nautas appellere, quum et ante appulissent, et a quibus incolis tenerentur, non ignorarent: tunc vero tempestate appulsos. Insulas a nautis appellari Satyridas: incolas ruffos esse, et caudas haud multo equinis minores infra clunes ha-

ἔχειν ἐπὶ τοῖς ἰσχίοις οὐράς· τούτους, ὡς ᾔσθοντο, καταδραμόντας ἐπὶ τὴν ναῦν φωνὴν μὲν οὐδεμίαν ἱέναι, ταῖς δὲ γυναιξὶν ἐπιχειρεῖν ταῖς ἐν τῇ νηΐ· τέλος δὲ δείσαντας τοὺς ναύτας βάρβαρον γυναῖκα ἐκβαλεῖν ἐς τὴν νῆσον· ἐς ταύτην οὖν ὑβρίζειν τοὺς Σατύρους, οὐ μόνον ᾗ καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ τὸ πᾶν ὁμοίως σῶμα.

(8) Καὶ ἄλλα ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει θεασάμενος οἶδα· Λυκίου τοῦ Μύρωνος χαλκοῦν παῖδα, ὃς τὸ περιῤῥαντήριον ἔχει, καὶ Μύρωνος Περσέα τὸ ἐς Μέδουσαν ἔργον εἰργασμένον. (9) Καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα, τῇ θεῷ δ' ἐστιν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα· καὶ τὸ ἀρχαῖον ξόανόν ἐστιν ἐν Βραυρῶνι, Ἄρτεμις, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική. (10) Ἵππος δὲ ὁ καλούμενος Δούριος ἀνάκειται χαλκοῦς. καὶ ὅτι μὲν τὸ ποίημα τὸ Ἐπειοῦ μηχάνημα ἦν ἐς διάλυσιν τοῦ τείχους, οἶδεν, ὅστις μὴ πᾶσαν ἐπιφέρει τοῖς Φρυξὶν εὐήθειαν· λέγεται δὲ ἔς τε ἐκεῖνον τὸν ἵππον, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἔνδον ἔχοι τοὺς ἀρίστους·

bere. Eos, ubi primum hospites senserunt prope adesse, ad navim concursu facto, nulla emissa voce, in mulieres, quae in navi erant, manus iniecisse: nautas verò ad extremum pavefactos, barbaram foeminam exposuisse: in eam Satyros irruentes, non eam tantum, quae a natura viris exposita est, partem, sed aliam quamlibet petulantissime appetivisse. (8) In Atheniensium arce et alia memoratu digna spectavi, et Lycium Myronis aeneum puerum, labellum tenentem: Myronis praeterea Perseum, et eius in Medusam facinus. (9) Ibidem est Brauroniae Dianae sacellum. Deae simulacrum Praxitelis opus est: Brauronia vero ipsa a Braurone curia dicta, ubi eius prisci operis signum est, quam Tauricam Dianam esse dictitant. (10) Equus etiam Durius ex aere ibi positus: quem machinam fuisse bellicam ab Epeo factam ad muros deiiciendos, fateatur necesse est, qui Troianos nolit stuporis ac stultitiae condemnare. Verùm quoniam traditum est, Graecorum fortissimum quemque in equum

καὶ δὴ καὶ τοῦ χαλκοῦ τὸ σχῆμά ἐστι κατὰ ταὐτά. καὶ Μενεσθεὺς καὶ Τεῦκρος ὑπερκύπτουσιν ἐξ αὐτοῦ, προσέτι δὲ καὶ οἱ παῖδες οἱ Θησέως. (11) Ἀνδριάντων δὲ ὅσοι μετὰ τὸν ἵππον ἑστήκασιν, Ἐπιχαρίνου μὲν ὁπλιτοδρομεῖν ἀσκήσαντος τὴν εἰκόνα ἐποίησε Κριτίας· Οἰνοβίῳ δὲ ἔργον ἐστὶν ἐς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χρηστόν· ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας
56 Θουκυδίδην· καὶ οἱ δολοφονηθέντι, ὡς κατῄει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων. (12) Τὰ δὲ ἐς Ἑρμόλυκον τὸν παγκρατιαστὴν καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου, γραψάντων ἑτέρων, παρίημι· ἐς δὲ Φορμίωνα τοσόνδε ἔχω πλέον γράψαι. Φορμίωνι γὰρ τοῖς ἐπιεικέσιν Ἀθηναίων ὄντι ὁμοίῳ, καὶ ἐς προγόνων δόξαν οὐκ ἀφανεῖ, συνέβαινεν ὀφείλειν χρέα· ἀναχωρήσας οὖν ἐς τὸν Παιανιέα δῆμον, ἐνταῦθα εἶχε δίαιταν. ἐς ὃ ναύαρχον αὐτὸν Ἀθηναίων αἱρουμένων, ἐκπλεῦσαι οὐκ ἔφασκεν· ὀφείλειν τε γὰρ καὶ οἱ, πρὶν ἂν ἐκτίσῃ, πρὸς τοὺς στρατιώ-

illum se abdidisse, convenit equi aenei forma cum iis, quae de Troiano memoriae prodita sunt. Mnestheus enim, Teucer, Thesei etiam filii, ex equo prospectant. (11) Inter ceteras vero statuas, quae positae secundum equum sunt, Epicharmi, qui se in armatorum cursu exercuit, imaginem videas a Critia factam. Oenobii quoque praeclarissimae actioni suus honos est. Hic enim scitum fecit, ut in patriam Thucydides Olori filius restitueretur: cuius, quum post reditum dolo fuisset peremptus, ad Melitidem portam sepulcrum est. (12) De Hermolyco vero pancratiaste, et Phormione Asopichi filio, quae ab aliis scripta sunt, omitto. Hoc unum de Phormione non praeteribo. Is quum et vitae integritate, et maiorum splendore Atheniensium cuivis par esset, accidit, ut aere alieno obrutus, in Paeaniensem curiam secederet: ubi quum a republica seiunctus degeret, est ei tamen ab Atheniensibus classis imperium decretum. At enim Phormio se illud non suscepturum, quod apud milites,

τας οὐκ εἶναι καρέχεσθαι φρόνημα. οὕτως Ἀθηναῖοι (πάντως γὰρ ἐβούλοντο ἄρχειν Φορμίωνα) τὰ χρέα, ὁπόσοις ὤφειλε, διαλύουσιν.

## CAPUT XXIV.

De Minerva Silenum Marsyam caedente, aliisque signis deorum et hominum in Acropoli — cultu Jovis Poliei — templo Parthenone — Gryphibus et Arimaspis — Minervae simulacro in Parthenone — Apolline Parnopio.

Ἐνταῦθα Ἀθηνᾶ πεποίηται τὸν Σιληνὸν Μαρσύαν παίουσα, ὅτι δὴ τοὺς αὐλοὺς ἀνέλοιτο, ἐῤῥίφθαι σφᾶς τῆς θεοῦ βουλομένης. (2) Τούτων πέραν, ὧν εἴρηκα, ἐστὶν ἡ λεγομένη Θησέως μάχη πρὸς τὸν Ταῦρον τὸν Μίνω καλούμενον, εἴτε ἀνὴρ εἴτε θηρίον ἦν, ὁποῖον κεκράτηκεν ὁ λόγος· τέρατα γὰρ πολλῷ καὶ τοῦδε θαυμασιώτερα, καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτικτον γυναῖκες. κεῖται δὲ καὶ Φρίξος ὁ Ἀθάμαντος ἐξενηνεγμένος ἐς Κόλχους ὑπὸ τοῦ κριοῦ. θύσας δὲ αὐτὸν ὅτῳ δὴ θεῷ, ὡς δὲ εἰκάσαι τῷ Λαφυστίῳ καλουμένῳ παρὰ Ὀρχομενίοις, τοὺς μηροὺς κατὰ νόμον

noudum aere alieno dissoluto, nihil esset auctoritatis habiturus: sed quum eum classi imperare Athenienses omnino vellent, omnem quam debuit *creditoribus* pecuniam dissolverunt.

Cap. XXIV. Eodem in loco Minerva est Marsyam Silenum caedens, quod tibias, quas ipsa perpetuo abiectas volebat, sustulisset. (2) Praeter ea, quae hactenus recensui, Thesei pugna est contra eum, qui est Minois taurus appellatus, sive is homo, seu monstrum (quod iam fama obtinuit) fuerit. Multo certe *dictu* mirabiliora aetate nostra mulieres monstra pepererunt. Ibidem Phrixus est Athamantis filius, arietem, a quo est in Colchos delatus, immolans, incertum, cui deo: verum coniicere possis, eundem esse, quem Laphystium nuncupant Orchomenii. Succisa

ἐκτεμὼν τῶν Ἑλλήνων, ἐς αὐτοὺς καιόμενους ὁρᾷ. κεῖνται δὲ ἑξῆς ἄλλαι τε εἰκόνες καὶ Ἡρακλέους· ἄγχει δὲ, ὡς λόγος ἔχει, τοὺς δράκοντας. Ἀθηνᾶ τέ ἐστιν ἀνιοῦσα ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός. ἔστι δὲ καὶ ταῦρος ἀνάθημα τῆς βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ· ἐφ' ὅτῳ δὴ ἀνέθηκεν ἡ βουλὴ, πολλὰ ἄν τις ἐθέλων εἰκάζοι. (3) Λέλεκται δέ μοι καὶ πρότερον, ὡς Ἀθηναίοις περισσότερόν τι ἢ τοῖς ἄλλοις ἐς τὰ θεῖά ἐστι σπουδῆς. πρῶτοι μὲν γὰρ Ἀθηνᾶν ἐπωνόμασαν Ἐργάνην, πρῶτοι δ' ἀκώλους Ἑρμᾶς· ὁμοῦ δέ σφισιν ἐν τῷ ναῷ Σπουδαίων δαίμων ἐστίν. ὅστις
57 δὲ τὰ σὺν τέχνῃ πεποιημένα ἐπίπροσθεν τίθεται τῶν ἐς ἀρχαιότητα ἡκόντων, καὶ τάδε ἐστίν οἱ θεάσασθαι. κράνος ἐστὶν ἐπικείμενος ἀνὴρ, Κλεοίτου, καί οἱ τοὺς ὄνυχας ἀργυροῦς ἐνεποίησεν ὁ Κλεοίτας. ἔστι δὲ καὶ Γῆς ἄγαλμα, ἱκετευούσης ὗσαί οἱ τὸν Δία· εἴτε αὐτοῖς ὄμβρου δεῆσαν Ἀθηναίοις, εἴτε καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι συμβὰς αὐχμός. ἐνταῦθα καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, καὶ αὐτὸς κεῖται Κόνων. Πρόκνην δὲ τὰ ἐς τὸν παῖδα βεβου-

Phrixus Graecorum ritu femora dum torrentur, intuetur. Sunt et alia *deorum* signa, et Hercules angues (ut fabulis vulgatum est) necans. Minerva etiam de Iovis vertice prodiens: et taurus, Areopagitarum donum. Quae vero dedicationis causa fuerit, multa quivis suspicari possit. (3) Diximus autem superius, Athenienses deorum cultu studioque religionis longe ceteras omnes civitates anteire. Primi enim Minervam Erganen cognomento appellarunt: primi mutilos Mercurios coluerunt: iidemque primi bonorum *virorum* Genio templum dedicarunt. Qui vero artificiose elaborata vetustis anteponit, ei haec spectare licet. Vir quidam est, cui imposita galea, Cleoetae opus, cui artifex idem ungues argenteos fecit. Est etiam Terrae, a Iove imbres implorantis, simulacrum, vel quod Athenienses aliquando pluvias desiderarint, vel quod tota Graecia soli siccitate laborarit. Ibi et Timotheus Cononis, et ipse Conon positus est. Prognen filium tollere meditantem, et Ityn ipsum dicavit

λευμένην αὐτήν τε καὶ τὸν Ἴτυν ἀνέθηκεν Ἀλκαμένης. πεποίηται δὲ καὶ τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας Ἀθηνᾶ, καὶ κῦμα ἀναφαίνων Ποσειδῶν. (4) Καὶ Διός ἐστιν ἄγαλμα τό τε Λεωχάρους, καὶ ὁ ὀνομαζόμενος Πολιεύς· ᾧ τὰ καθεστηκότα ἐς τὴν θυσίαν γράφων τὴν ἐπ' αὐτοῖς λεγομένην αἰτίαν οὐ γράφω. τοῦ Διὸς τοῦ Πολιέως κριθὰς καταθέντες ἐπὶ τὸν βωμὸν μεμιγμένας πυροῖς οὐδεμίαν ἔχουσι φυλακήν· ὁ βοῦς δὲ, ὃν ἐς τὴν θυσίαν ἑτοιμάσαντες φυλάσσουσιν, ἅπτεται τῶν σπερμάτων φοιτῶν ἐπὶ τὸν βωμόν· καλοῦσι δέ τινα τῶν ἱερέων βουφόνον· καὶ ταύτη τὸν πέλεκυν ῥίψας (οὕτω γάρ ἐστιν οἱ νόμος) οἴχεται φεύγων· οἱ δὲ ἅτε τὸν ἄνδρα ὃς ἔδρασε τὸ ἔργον οὐκ εἰδότες, ἐς δίκην ὑπάγουσι τὸν πέλεκυν. ταῦτα μὲν τρόπον τὸν εἰρημένον δρῶσιν.

(5) Ἐς δὲ τὸν ναὸν, ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ἐς τοῦτον ἐσιοῦσιν, ὁπόσα ἐν τοῖς καλουμένοις ἀετοῖς κεῖται, πάντα ἐς τὴν Ἀθηνᾶς ἔχει γένεσιν. τὰ δὲ ὄπισθεν ἡ Ποσειδῶνος πρὸς Ἀθηνᾶν ἐστιν ἔρις ὑπὲρ τῆς γῆς. αὐτὸ

Alcamenes. Primam etiam oleae plantam Minerva, et Neptunus undam proferens ibi spectantur: (4) et Iovis simulacrum, tum id quod a Leochare factum est, tum is Iupiter qui Polieus nominatur: cuius sacrorum ritus quum exposuero, causam tamen obscuram esse facile patiar. In Poliei Iovis ara hordeum tritico permistum apponunt, neque custodes adhibent. Bos ad sacrum comparata, dum ad aram accedit, fruges eas attingit. Ex sacerdotibus is, quem Buphonum (*i. e. bovis percussorem*) nominant, securim in illum iaculatus (hic enim sacri ritus est) fugiens abit: qui adstiterunt, tanquam eum, qui bovem percusserit, non viderint, securim in iudicium ream citant. Et haec quidem, quo diximus modo, peraguntur. (5) In eo vero templo, quem Parthenona appellant, ac *testudinis* ea parte, quae Aquilae dicuntur, signa posita sunt ad Minervae natales pertinentia. In postico Minervae et Neptuni de Attica certamen: Deae

δὲ ἔκ τε ἐλέφαντος τὸ ἄγαλμα καὶ χρυσοῦ πεποίηται. μέσῳ μὲν οὖν ἐπίκειταί οἱ τῷ κράνει Σφιγγὸς εἰκών· (ἃ δὲ ἐς τὴν Σφίγγα λέγεται, γράψω προελθόντος ἐς τὰ Βοιωτικά μοι τοῦ λόγου) καθ' ἑκάτερον δὲ τοῦ κράνους γρῦπές εἰσιν ἐπειργασμένοι. (6) Τούτους τοὺς γρῦπας ἐν τοῖς
58 ἔπεσιν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος μάχεσθαι περὶ τοῦ χρυσοῦ φησιν Ἀριμασποῖς ὑπὲρ Ἰσσηδόνων· τὸν δὲ χρυσόν, ὃν φυλάσσουσιν οἱ γρῦπες, ἀνιέναι τὴν γῆν· εἶναι δὲ Ἀριμασποὺς μὲν ἄνδρας μονοφθάλμους πάντας ἐκ γενετῆς· γρῦπας δὲ θηρία λέουσιν εἰκασμένα, πτερὰ δὲ ἔχειν καὶ στόμα ἀετοῦ. καὶ γρυπῶν μὲν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω. (7) Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, καί οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης ἐλέφαντός ἐστιν ἐμπεποιημένη, καὶ Νίκη τε ὅσον τεσσάρων πηχῶν· ἐν δὲ τῇ χειρὶ δόρυ ἔχει, καί οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν ἀσπίς τε κεῖται, καὶ πλησίον τοῦ δόρατος δράκων ἐστίν· εἴη δ' ἂν Ἐριχθόνιος οὗτος ὁ δράκων· ἔστι δὲ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματος ἐπειργασμένη Πανδώρας γένεσις. πεποίηται δὲ Ἡσιόδῳ τε καὶ ἄλλοις, ὡς ἡ Πανδώρα γένοιτο αὕτη

signum ex ebore et auro factum: in galeae cono Sphinx eminet: de ea, quae memoriae prodita sunt, tunc exponam, quum ad Boeotorum res ventum fuerit. Utramque galeae partem Gryphes tenent. (6) Hos cum Arimaspis, qui supra Issedones sunt, auri causa *assidue* bellare, Aristeas Proconnesius carminibus testatus est: et aurum quidem, quod custodiunt Gryphes, e terra nasci: Arimaspos ipsos unico singulos oculo nasci, et Gryphes, belluas leonibus similes, rostrum et pennas habere aquilinas. Haec de Gryphibus. (7) Minervae signum recto statu est, cum tunica talari. In eius pectore Medusae caput ex ebore factum: et Victoria cubitorum fere quatuor, manu hastam tenet: iacet ad pedes scutum, ad imam hastam draco, quem Erichthonium esse existimare possis: in basi, quae de Pandorae ortu traduntur, elaborata sunt. Hesiodus quidem et alii poëtae prodiderunt

γυνὴ πρώτη· πρὶν δὲ ἢ γενέσθαι Πανδώραν, οὐκ ἦν πω γυναικῶν γένος. ἐνταῦθα εἰκόνα ἰδὼν οἶδα Ἀδριανοῦ βασιλέως μόνου, καὶ κατὰ τὴν εἴσοδον Ἰφικράτους ἀποδειξαμένου πολλά τε καὶ θαυμαστὰ ἔργα. (8) Τοῦ ναοῦ ἐστι πέραν Ἀπόλλων χαλκοῦς, καὶ τὸ ἄγαλμα λέγουσι Φειδίαν ποιῆσαι· Παρνόπιον δὲ καλοῦσιν, ὅτι σφίσι παρνόπων βλαπτόντων τὴν γῆν ἀποτρέψειν ὁ θεὸς εἶπεν ἐκ τῆς χώρας· καὶ ὅτι μὲν ἀπέτρεψεν ἴσασι, τρόπῳ δὲ οὐ λέγουσι ποίῳ. τρὶς δὲ αὐτὸς ἤδη πάρνοπας ἐκ Σιπύλου τοῦ ὄρους οὐ κατὰ ταὐτὰ οἶδα φθαρέντας· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐξέωσε βίαιος ἐμπεσὼν ἄνεμος, τοὺς δὲ, ὕσαντος τοῦ θεοῦ, καῦμα ἰσχυρὸν καθεῖλεν ἐπιλαβὸν, οἱ δὲ αἰφνιδίῳ ῥίγει καταληφθέντες ἀπώλοντο. τοιαῦτα μὲν αὐτοῖς συμβαίνοντα εἶδον.

Pandoram primam foeminam fuisse, neque, priusquam illa gigneretur, exstitisse muliebrem sexum. Eo in loco unicam videre memini statuam, Adriano imperatori positam: unam item in ipso templi aditu, Iphicrati, qui multa et sane admirabilia virtutis documenta dedit. (8) Extra templum est aeneus Apollo, quem a Phidia factum dicunt: Parnopium (*a bruchis nempe*) appellant, quod se deus bruchos, qui totum agrum magna afficiebant calamitate, extra fines pulsurum dixisset: et pulsos quidem sciunt, quo autem modo, non tradunt. Scio equidem, ter in Sipylo monte deletos bruchos, non uno tamen modo. Nam vehemens aliquando *et subita* procella eos eiecit: iterum acri aestus vapore, qui *statim* est imbres consecutus, enecti sunt: iam tertio repentino frigore oppressi perierunt. Atque haec quidem, quae de abolitis bruchis memoravi, aetate mea acciderunt.

# CAPUT XXV.

De aliis signis in Acropoli, inter ea Anacreontis — Olympiodoro — Graecorum clade ad Chaeroneam — bello post Alexandri mortem cum Antipatro, Cassandro et Demetrio gesto, Athenisque expugnatis.

69 Ἔστι δὲ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει καὶ Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ αὐτὸς Ξάνθιππος, ὃς ἐναυμάχησεν ἐπὶ Μυκάλῃ Μήδοις. ἀλλ' ὁ μὲν Περικλέους ἀνδριὰς ἑτέρωθι ἀνάκειται. τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήϊος, πρῶτος μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλὰ ὧν ἔγραψεν ἐρωτικὰ ποιήσας· καί οἱ τὸ σχῆμά ἐστιν, οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γένοιτο ἀνθρώπου. γυναῖκας δὲ πλησίον Δεινομένης, Ἰὼ τὴν Ἰνάχου, καὶ Καλλιστὼ τὴν Λυκάονος πεποίηκεν· αἷς ἀμφοτέραις ἐστὶν ἐς ἅπαν ὅμοια διηγήματα, ἔρως Διὸς, καὶ Ἥρας ὀργὴ καὶ ἀλλαγὴ, τῇ μὲν ἐς βοῦν, Καλλιστοῖ δὲ ἐς ἄρκτον. (2) Πρὸς δὲ τῷ τείχει τῷ νοτίῳ Γιγάντων, οἳ περὶ Θρᾴκην ποτὲ καὶ τὸν ἰσθμὸν τῆς Παλλήνης ᾤκησαν, τούτων τὸν λεγόμενον πόλεμον, καὶ μάχην πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναίων,

Cap. XXV. In Atheniensium arce Periclis Xanthippi filii statua est, ipsius etiam Xanthippi, qui ad Mycalen cum Persis navali praelio conflixit. Sed Periclis seiuncta est a ceteris: Xanthippo vero adsistit Anacreon Teius, qui primus post Lesbiam Sappho magnam carminum suorum partem in exprimendis amoribus consumsit. Habitus eius est veluti hominis per ebrietatem cantantis. Foeminas eas, quae prope sunt, Io Inachi, et Callisto Lycaonis filiam, fecit Dinomenes. Eadem fere omni ex parte de utraque narrantur, amor scilicet Iovis, Iunonis ira, et mutatio utriusque, Inus in bovem, Callistus in ursam. (2) In eo arcis muro, qui ad austrum conversus est, Gigantum, qui Thraciam et Pallenes angustias incoluerunt, vulgo celebratum bellum: Atheniensium contra Amazones pugnam: ad Maratho-

καὶ τὸ Μαραθῶνι πρὸς Μήδους ἔργον, καὶ Γαλατῶν τὴν ἐν Μυσίᾳ φθορὰν ἀνέθηκεν Ἄτταλος, ὅσον τε δύο πηχῶν ἕκαστον. ἕστηκε δὲ καὶ Ὀλυμπιόδωρος, μεγέθει τε ὧν ἔπραξε λαβὼν δόξαν, καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν καιρῶν, φρόνημα ἐν ἀνθρώποις παρασχόμενος συνεχῶς ἐπταικόσι, καὶ δι' αὐτὸ οὐδὲ ἓν χρηστὸν οὐδὲ ἐς τὰ μέλλοντα ἐλπίζουσι.

(8) Τὸ γὰρ ἀτύχημα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ἦρξε κακοῦ, καὶ οὐχ ἥκιστα δούλους ἐποίησε τοὺς ὑπεριδόντας, καὶ ὅσοι μετὰ Μακεδόνων ἐτάχθησαν. τὰς μὲν δὴ πολλὰς Φίλιππος τῶν πόλεων εἷλεν· Ἀθηναίοις δὲ λόγῳ συνθέμενος, ἔργῳ σφᾶς μάλιστα ἐκάκωσε, νήσους τε ἀφελόμενος καὶ τῆς ἐς τὰ ναυτικὰ παύσας ἀρχῆς. καὶ χρόνον μέν τινα ἡσύχασαν Ἀθηναῖοι Φιλίππου βασιλεύοντος, καὶ ὕστερον Ἀλεξάνδρου· τελευτήσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου, Μακεδόνες μὲν βασιλεύειν εἵλοντο Ἀρι-

nem in Persas *praeclarissimum* facinus: Gallorum in Mysia internecionem: haec omnia Attalus dedicavit: singula duum fere cubitum spatio continentur. Inter ceteras statuas locum suum obtinet Olympiodorus: quem honorem consecutus est, quum ob rerum, quas gessit, magnitudinem, tum quod iniquissimis temporibus et crebris cladibus afflictos Athenienses, ac iam spem omnem posteri temporis abiicientes erexerit et confirmarit. (8) Accepta enim illa ad Chaeroneam plaga *ingentes* omnibus Graecis importatae sunt calamitates. Nam et qui periculum spectarant, quasi sua nihil interesset, et qui cum Macedonibus in acie steterant, in servitutem simul omnes redacti sunt. Urbes quidem tum Philippus quamplurimas cepit: Athenienses vero per simulationem pacis quam gravissimis affecit detrimentis, quum et insulas illis, et maris imperium ademisset: ac quantisper regnavit Philippus, ac deinde Alexander, nihil omnino novi moliri Athenienses ausi sunt. Quum vero Macedones mortuo Alexandro Aridaeo regnum detulissent, (commissa tamen

δαῖον, Ἀντιπάτρῳ δὲ ἐπετέτραπτο ἡ πᾶσα ἀρχή. καὶ Ἀθηναίοις οὐκέτι ἀνεκτὰ ἐφαίνετο, εἰ τὸν πάντα χρόνον ἔσται ἐπὶ Μακεδόσι τὸ Ἑλληνικόν· ἀλλ' αὐτοί τε πολεμεῖν ὥρμηντο, καὶ ἄλλους ἐς τὸ ἔργον ἤγειρον. (4) Ἐγένοντο δὲ αἱ μετασχοῦσαι πόλεις, Πελοποννησίων μὲν Ἄργος, Ἐπίδαυρος, Σικυὼν, Τροιζὴν, Ἠλεῖοι, Φλιάσιοι, Μεσσήνη· οἱ δὲ ἔξω τοῦ Κορινθίων ἰσθμοῦ, Λοκροὶ, Φωκεῖς, Θεσσαλοὶ, Κάρυστος, Ἀκαρνᾶνες ἐς τὸ Αἰτωλικὸν συντελοῦντες· Βοιωτοὶ δὲ Θηβῶν ἠρημωμένων τὴν γῆν τὴν Θηβαΐδα νεμόμενοι, δέει δὲ, μὴ Θήβας αὖθις Ἀθηναῖοι σφισιν ἐποικίζωσιν, οὔτε ἐς τὴν συμμαχίαν ἐτάσσοντο, καὶ ἐς ὅσον ἧκον δυνάμεως τὰ Μακεδόνων ηὖξον. τοὺς δὲ ἐς τὸ συμμαχικὸν ταχθέντας κατὰ πόλεις τε ἑκάστους ἦγον στρατηγοὶ, καὶ τοῦ παντὸς ἄρχειν ᾕρητο Λεωσθένης Ἀθηναῖος, πόλεώς τε ἀξιώματι, καὶ αὐτὸς εἶναι δοκῶν πολέμων ἔμπειρος· ὑπῆρχε δέ οἱ καὶ πρὸς πάντας εὐεργεσία τοὺς Ἕλληνας. ὁπόσοι γὰρ

Antipatro imperii administratione) non ferendum esse amplius visum est, Graecorum res tamdiu a Macedonibus oppressas teneri. Quare et ipsi statim arma ceperunt, et ad bellum alios etiam excitarunt. (4) Quae vero urbes cum Atheniensibus societatem coierunt, hae propemodum fuere. Ex Peloponneso Argi, Epidaurus, Sicyon, Troezen, Elei, Phliasii, Messenii: ex iis, qui extra Corinthiorum Isthmum sunt, Locri, Phocenses, Thessali, Carystus, Acarnanes, qui cum Aetolis censentur. at Boeotii, qui Thebis deletis Thebanum agrum tenebant, quum veriti essent, ne Athenienses Thebas, eo colonia deducta, adversus se restituerent, non modo in eam societatem nomen suum non ediderunt, sed etiam opes suas omnes in Macedonum studia contulerunt. Quum vero civitates, quae tunc belli gerendi causa conspirarant, singulos duces dedissent, ab universis imperator declaratus est Leosthenes Atheniensis, quum propter patriae dignitatem et militaris rei scientiam, tum quod praeclara eius viri in omnes Graecos merita exstabant.

μισθοῦ παρὰ Δαρείῳ καὶ σατράπαις ἐστρατεύοντο Ἕλληνες, ἀνοικίσαι σφᾶς ἐς τὴν Περσίδα θελήσαντος Ἀλεξάνδρου, Λεωσθένης ἔφθη κομίσας ναυσὶν ἐς τὴν Εὐρώπην. καὶ δὴ καὶ τότε ὧν ἐς αὐτὸν ἤλπισαν ἔργα λαμπρότερα ἐπιδειξάμενος, παρέσχεν ἀποθανὼν ἀθυμῆσαι πᾶσι, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἥκιστα σφαλῆναι· φρουρά τε Μακεδόνων ἐσῆλθεν Ἀθηναίοις, οἳ Μουνυχίαν, ὕστερον δὲ καὶ Πειραιᾶ καὶ τείχη μακρὰ ἔσχον. (5) Ἀντιπάτρου δὲ ἀποθανόντος, Ὀλυμπιὰς διαβᾶσα ἐξ Ἠπείρου χρόνον μέν τινα ἦρξεν, ἀποκτείνασα Ἀριδαῖον, οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐκπολιορκηθεῖσα ὑπὸ Κασσάνδρου παρεδόθη τῷ πλήθει. Κάσσανδρος δὲ βασιλεύσας (τὰ δὲ ἐπ' Ἀθηναίους ἐπέξεισί μοι μόνα ὁ λόγος) Πάνακτον τεῖχος ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ Σαλαμῖνα εἷλε, τύραννόν τε Ἀθηναίοις ἔπραξε γενέσθαι Δημήτριον τὸν Φανοστράτου, τὰ πρὸς δόξαν εἰληφότα ἐπὶ σοφίᾳ. τοῦτον μὲν δὴ τυραννίδος ἔπαυσε Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου, νέος τε ὢν καὶ φιλοτίμως πρὸς

Nam quum Alexander Graecos, qui Dario stipendia fecerant, in Persidis urbes dividere statuisset, hic eos, antequam id fieret, classe in Europam reportavit: et plane quum hominum de se spem virtute vinceret, fuit eius mors non magis luctuosa cunctis, quam calamitosa. Tunc enim demum Macedonum praesidia, impetu in Athenienses facto, Munychiam primum, Piraeeum deinde, et longos muros occuparunt. (5) Verum Antipatro mortuo, Olympias ex Epiro profecta, sublato Aridaeo, non diu regnum tenuit. Neque enim multo post a Cassandro per obsidionem capta, *Macedonum* multitudini tradita est. Regno vero inito Cassander (ut cetera, quae ad Athenienses non pertinent, missa faciam) Panactum Atticae castellum, et Salamina cepit, tyrannumque Atheniensibus imposuit Demetrium Phanostrati filium, hominem sapientiae laude praestantem. Hunc Demetrius Antigoni filius adolescens, e singulari quodam in Graecos studio gloriam captans, non ita multo post eiecit: sed rum-

τὸ Ἑλληνικὸν διακείμενος. Κάσσανδρος δὲ, (δεινὸν γάρ τι ὑπῆν οἱ μῖσος ἐς Ἀθηναίους) ὁ δὲ αὖθις Λαχάρην προεστηκότα ἐς ἐκεῖνο τοῦ δήμου, τοῦτον τὸν ἄνδρα οἰκειωσάμενος, τυραννίδα ἔπεισε βουλεῦσαι, τυράννων
61 ὧν ἴσμεν τά τε ἐς ἀνθρώπους μάλιστα ἀνήμερον, καὶ ἐς τὸ θεῖον ἀφειδέστατον. Δημητρίῳ δὲ τῷ Ἀντιγόνου διαφορὰ μὲν ἦν ἐς τὸν δῆμον ἤδη τῶν Ἀθηναίων, καθεῖλε δ' ὅμως καὶ τὴν Λαχάρους τυραννίδα. ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχους, ἐκδιδράσκει Λαχάρης ἐς Βοιωτούς. ἅτε δὲ ἀσπίδας ἐξ ἀκροπόλεως καθελὼν χρυσᾶς, καὶ αὐτὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τὸν περιαιρετὸν ἀποδύσας κόσμον, ὑπωπτεύετο εὐπορεῖν μεγάλων χρημάτων· Λαχάρην μὲν οὖν τούτων ἕνεκα κτείνουσιν ἄνδρες Κορωναῖοι. Δημήτριος δὲ ὁ Ἀντιγόνου, τυράννων ἐλευθερώσας Ἀθηναίους τότε παραυτίκα μετὰ τὴν Λαχάρους σφαγὴν, οὐκ ἀπέδωκέ σφισι τὸν Πειραιᾶ, καὶ ὕστερον πολέμῳ κρατήσας ἐσήγαγεν ἐς αὐτὸ φρουρὰν τὸ ἄστυ, τὸ Μουσεῖον καλούμενον τειχίσας. (6) Ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου

sus Cassander, pro acerbissimo quo in Athenienses laborabat odio, Lachari, qui ad illud usque tempus principem in plebe locum tenuerat, in fidem suam recepto, ut tyrannidem invaderet, persuasit: et is quidem omnes, de quibus aliquid literis mandatum sit, acerbitate in homines, in deos impietate superavit. At Demetrius Antigoni filius, etsi nonnihil ab Atheniensibus dissidebat, evertit tamen et Lacharis tyrannidem. Is ubi captos vidit muros, ad Boeotios confugit. Quo quum aurea scuta ex arce direpta, et Minervae ipsius, quae removeri poterant, ornamenta omnia asportasset, propter eam quae de ipsius divitiis erat opinionem a Coronaeis est interemptus. Liberatis vero Atheniensibus tyrannorum dominatu, non statim Demetrius post Lacharis caedem Piraeeum reddidit: quin postea, quum bellica vi urbem in potestatem redegisset, praesidio et munitionibus eum locum firmavit, quod Museum appellant. (6) Est au-

τοῦ ἀρχαίου τὸ Μουσεῖον, ἀπαντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος, ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν, καὶ ἀποθανόντα γήρᾳ ταφῆναι λέγουσιν· ὕστερον δὲ καὶ μνῆμα αὐτόθι ἀνδρὶ ᾠκοδομήθη Σύρῳ. τότε δὲ Δημήτριός τειχίσας εἶχε.

## CAPUT XXVI.

**De Olympiodori felici contra Macedones expeditione — honore Leocrito et Olympiodoro habito — Diana Leucophryne — aede Erechthei ejusque memorandis — Minervae simulacro e coelo delapso in Acropoli — Callimacho κακιζοτέχνῳ.**

Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἄνδρας ἐσῆλθεν οὐ πολλοὺς καὶ μνήμη τε προγόνων, καὶ ἐς οἷαν μεταβολὴν τὸ ἀξίωμα ἥκοι τῶν Ἀθηναίων, αὐτίκα τε ὡς εἶχον, αἱροῦνται στρατηγὸν Ὀλυμπιόδωρον. ὁ δὲ σφᾶς ἐπὶ τοὺς Μακεδόνας ἦγε, καὶ γέροντας καὶ μειράκια ὁμοίως, προθυμίᾳ πλέον ἢ ῥώμῃ κατορθοῦσθαι τὰ ἐς πόλεμον ἐλπίζων· ἐπεξελθόντας δὲ τοὺς Μακεδόνας μάχῃ τε ἐκράτησε, καὶ φυγόντων ἐς τὸ Μουσεῖον, τὸ χωρίον εἷλεν. Ἀθῆναι μὲν οὕτως ἀπὸ Μακεδόνων ἠλευθερώθησαν. (2) Ἀθηναίων

tem intra vetus pomoerium, e regione arcis, collis, in quo Musaeum vatem canere solitum, atque ibidem senectute consumtum humatum ferunt. Eodem postea in loco Syro homini monumentum est erectum. Eum sane collem Demetrius occupatum munivit.

Cap. XXVI. Aliquot post annis excitavit optimum quemque Atheniensium rerum a maioribus suis gestarum memoria. Quare quum viderent, quorsum evasisset *florentissimae* reipublicae decus, confestim Olympiodorum ducem deligunt. Is habito delectu, in quo neque senibus neque pueris vacatio fuit, exercitum contra Macedones eduxit, non robore magis quam militum alacritate confisus, pristinam se belli gloriam patriae vindicaturum. Praelio itaque Macedonas fudit; ac fugientes in Museum persecutus, loco capto, Athenienses Macedonum dominatu liberavit. (2) Quo tem-

δὲ πάντων ἀγωνισαμένων ἀξίως λόγου, Λεώκριτος μάλιστα ὁ Πρωτάρχου λέγεται τόλμῃ χρήσασθαι πρὸς τὸ ἔργον· πρῶτος μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέβη, πρῶτος δὲ ἐς τὸ
62 Μουσεῖον ἐσήλατο· καί οἱ πεσόντι ἐν τῇ μάχῃ, τιμαὶ παρ' Ἀθηναίων καὶ ἄλλαι γεγόνασι, καὶ τὴν ἀσπίδα ἀνέθεσαν τῷ Διῒ τῷ Ἐλευθερίῳ, τὸ ὄνομα τοῦ Λεωκρίτου καὶ τὸ κατόρθωμα ἐπιγράψαντες. (3) Ὀλυμπιοδώρῳ δὲ τόδε μέν ἐστιν ἔργον μέγιστον, χωρὶς τούτων ὧν ἔπραξε Πειραιᾶ καὶ Μουνυχίαν ἀνασωσάμενος. ποιουμένων δὲ Μακεδόνων καταδρομὴν ἐς Ἐλευσῖνα, Ἐλευσινίους συντάξας, ἐνίκα τοὺς Μακεδόνας. πρότερον δὲ ἔτι τούτων, ἐσβαλόντος ἐς τὴν Ἀττικὴν Κασσάνδρου, πλεύσας Ὀλυμπιόδωρος ἐς Αἰτωλίαν, βοηθεῖν Αἰτωλοὺς ἔπεισε, καὶ τὸ συμμαχικὸν τοῦτο ἐγένετο Ἀθηναίοις αἴτιον μάλιστα, διαφυγεῖν τὸν Κασσάνδρου πόλεμον. Ὀλυμπιοδώρῳ δὲ τοῦτο μὲν ἐν Ἀθήναις εἰσὶν ἔν τε ἀκροπόλει καὶ ἐν πρυτανείῳ τιμαί, τοῦτο δὲ ἐν Ἐλευσῖνι γραφή· καὶ Φωκέων οἱ Ἐλάτειαν ἔχοντες χαλκοῦν Ὀλυμπιόδωρον ἐν

pore quum omnes reipublicae egregiam operam navassent, Leocriti tamen Protarchi filii virtus excelluit. Is enim primus muros adscendit, primusque intra Museum irrupit: atque ei quidem in pugna caeso et alii ab Atheniensibus honores habiti sunt, et eius clypeum Iovi Liberatori dedicarunt, cum inscriptione, nominis et praeclari facinoris indice. (3) At Olympiodorus non unum hoc virtutis suae, quod paulo superius commemoravimus, specimen dedit: sed, praeterquam quod Piraeeum et Munychiam recepit, idem Macedonas Eleusinem invadentes, comparata Eleusiniorum manu, *praelio* vicit: et ante, quum in Atticam Cassander esset hostiliter ingressus, navibus in Aetoliam profectus, ab Aetolis, ut auxilia mitterent, impetravit. Quae res, maximo bello impendente, saluti Atheniensibus fuit. Sunt igitur illi apud Athenienses sua, quum in arce, tum in Prytaneo monumenta: et Eleusinii picturae res eius gestas mandarunt. Quin et e Phocensibus qui Elateam incolunt, ex aere statuam Olym-

Δελφοῖς ἀνέθεσαν, ὅτι καὶ τούτοις ἤμυνεν ἀποστᾶσι Κασσάνδρου. (4) Τῆς δὲ εἰκόνος πλησίον τῆς Ὀλυμπιοδώρου χαλκοῦν Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἕστηκεν, ἐπίκλησιν Λευκοφρύνης· ἀνέθεσαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους. Μάγνητες γάρ, ὧν ἦρχε Θεμιστοκλῆς λαβὼν παρὰ βασιλέως, Λευκοφρύνην Ἄρτεμιν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. (5) Δεῖ δέ με ἀφικέσθαι τοῦ λόγου πρόσω, πάντα ὁμοίως ἐπεξιόντα τὰ Ἑλληνικά. Ἔνδοιος ἦν γένος μὲν Ἀθηναῖος, Δαιδάλου δὲ μαθητής, ὃς καὶ φεύγοντι Δαιδάλῳ διὰ τὸν Κάλω θάνατον ἐπηκολούθησεν ἐς Κρήτην· τούτου καθήμενόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον, ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσειε δὲ Ἔνδοιος. (6) Ἔστι δὲ καὶ οἴκημα Ἐρέχθειον καλούμενον· πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδέν, πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν. ἐσελθοῦσι δέ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνος, ἐφ' οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἔκ του μαντεύματος, καὶ ἥρωος Βούτου, τρίτος δὲ Ἡφαίστου. γραφαὶ δὲ ἐπὶ τῶν τοί-

piodoro Delphis posuerunt, quod illis, quum a Cassandro defecissent, opem tulisset. (4) Prope Olympiodori statuam Dianae ex aere simulacrum stat, Leucophrynes cognomento: Themistoclis filii dedicarunt. Magnetes enim, quibus ex regis liberalitate imperavit Themistocles, Leucophrynen Dianam colunt. (5) Sed enim mihi non est, universae Graeciae historiam contexenti, in hac parte diutius immorandum. Endoeus patria fuit Atheniensis, Daedali discipulus, qui fugientem Daedalum ob caedem Cali est in Cretam secutus: hic sedentem fecit Minervam, cuius est inscriptio, dedicasse Calliam, Endoeum fecisse. (6) Est ibidem aedes, quod Erechtheum appellant. In vestibulo Iovis supremi ara est: ad quam victimas non caedunt, sed liba duntaxat apponunt: ac vino quo minus utantur, religione prohibentur. In ipso aditu arae sunt, Neptuni una, ad quam ex oraculo etiam Erechtheo rem divinam faciunt: Butae herois altera: tertia Vulcani. In parietibus picta sunt, quae ad

χων τοῦ γένους εἰσὶ τοῦ Βουταδῶν. καὶ (διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα) [καὶ] ὕδωρ ἐστὶν ἔνδον θαλάσσιον ἐν φρέατι. τοῦτο μὲν θαῦμα οὐ μέγα· καὶ γὰρ ὅσοι μεσόγαιαν οἰκοῦσιν, ἄλλοις τέ ἐστι καὶ Καρσὶν Ἀφροδισιεῦ-
63 σιν· ἀλλὰ τόδε φρέαρ ἐς συγγραφὴν παρέχεται κυμάτων ἦχον ἐπὶ νότῳ πνεύσαντι· καὶ τριαίνης ἐστὶν ἐν τῇ πέτρᾳ σχῆμα· ταῦτα δὲ λέγεται Ποσειδῶνι μαρτύρια ἐς τὴν ἀμφισβήτησιν τῆς χώρας φανῆναι.

(7) Ἱερὰ μὲν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστιν ἥ τε ἄλλη πόλις καὶ ἡ πᾶσα ὁμοίως γῆ. καὶ γὰρ ὅσοις θεοὺς καθέστηκεν ἄλλους ἐν τοῖς δήμοις σέβειν, οὐδέν τι ἧσσον τὴν Ἀθηνᾶν ἄγουσιν ἐν τιμῇ· τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσιν ἢ συνῆλθον ἀπὸ τῶν δήμων, ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει· φήμη δὲ ἐς αὐτὸ ἔχει πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐπέξειμι, εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως ἔχει· λύχνον δὲ τῇ θεῷ χρυσοῦν Καλλίμαχος

Butadarum gentem pertinent. Aedes ipsa duplex est. In ea marinae aquae puteus: quod certe miraculo non adscripserim. Nam et ex iis, qui mediterranea incolunt, alii, et in primis in Caria Aphrodisienses talem puteum habent. Sed quod literis mandandum sit, id nempe est, quod flante austro undarum sonitum reddit: quodque in saxo tridentis forma incisa est. Quae esse monumenta dicunt eius, quod *Minervae cum* Neptuno fuit de Attica, certaminis. (7) Et sacra quidem Minervae quum urbs, tum regio est universa. Curiae enim et suos quaeque deos privatim colunt, et Minervae communiter divinam rem faciunt. Omnium vero sanctissimum Minervae signum illud est, quod multis ante annis de communi omnium oppidulorum consilio, quum in unam omnes urbem coirent, dedicatum est eo in loco, qui nunc Acropolis, tum vero Polis nominabatur. Delapsum quidem de coelo fama vulgavit: sed mihi id neque affirmare, neque refellere in praesentia in animo est. Lucernam ex auro deae

ἐποίησεν. ἐμπλήσαντες δὲ ἐλαίου τὸν λύχνον, τὴν αὐτὴν τοῦ μέλλοντος ἔτους ἀναμένουσιν ἡμέραν· ἔλαιον δὲ ἐκεῖνο τὸν μεταξὺ ἐπαρκεῖ χρόνον τῷ λύχνῳ, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ φαίνοντι. καὶ οἱ λίνου Καρπασίου θρυαλλίς ἔνεστιν, ὃ δὴ πυρὶ λίνων μόνον οὐκ ἔστιν ἁλώσιμον. φοῖνιξ δὲ ὑπὲρ τοῦ λύχνου χαλκοῦς ἀνήκων ἐς τὸν ὄροφον ἀνασπᾷ τὴν ἀτμίδα. ὁ δὲ Καλλίμαχος ὁ τὸν λύχνον ποιήσας, ἀποδέων τῶν πρώτων ἐς αὐτὴν τὴν τέχνην, οὕτω σοφίᾳ πάντων ἐστὶν ἄριστος, ὥστε καὶ λίθους πρῶτος ἐτρύπησε, καὶ ὄνομα ἔθετο κακιζότεχνον, ἢ θεμένων ἄλλων, κατέστησεν ἐφ' αὐτῷ.

## CAPUT XXVII.

De donariis in templo Poliadis Minervae — de ejus olea — virginibus Canephoris in sacris Minervae — Tolmidis signo ejusque rebus gestis — aliis signis — de quibusdam ad Herculem et Theseum pertinentibus — de Minoë et Minotauro.

Κεῖται δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος Ἑρμῆς ξύλου, Κέκροπος εἶναι λεγόμενον ἀνάθημα, ὑπὸ κλάδων μυρσίνης

Callimachus fecit: in quam oleum infusum non consumitur, nisi exacto demum anno, quum tamen lucerna dies noctesque ardeat. Id adeo evenit, quod lucernae inest e lino carpasio funiculus, quod sane linum unum ex omnibus igni non conficitur. Eminet supra lucernam palma aenea: quae quum ad lacunar consurgat, exceptum vaporem facile dissipat. Callimachus vero ipse, qui lucernam fecit, etsi multo est infra summos artifices, solertia tamen ceteris longe praestitit: primus enim lapides terebravit: nomen vero Cacizotechnon, *quasi artis dicas suae calumniatorem*, aut sibi ipse imposuit, aut ab aliis impositum usurpavit.

Cap. XXVII. Erectus autem est in Poliadis delubro Mercurius ligneus, (fuisse aiunt Cecropis donum) inter myrti

οὐ σύνοπτον. ἀναθήματα δὲ, ὁπόσα ἄξια λόγου, τῶν
64 μὲν ἀρχαίων δίφρος ὀκλαδίας ἐστὶ Δαιδάλου ποίημα· λάφυρα δὲ ἀπὸ Μήδων, Μασιστίου θώραξ, ὃς εἶχεν ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἡγεμονίαν τῆς ἵππου· καὶ ἀκινάκης Μαρδονίου λεγόμενος εἶναι. Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων· Μαρδονίου δὲ μαχησαμένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία, καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος, οὐδ' ἂν ὑπεδέξαντο ἀρχὴν οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι Λακεδαιμόνιοι τὸν ἀκινάκην. (2) Περὶ δὲ τῆς ἐλαίας οὐδὲν ἔχουσιν ἄλλο εἰπεῖν, ἢ τῇ θεῷ μαρτύριον γενέσθαι τοῦτο ἐς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπὶ τῇ χώρᾳ. λέγουσι δὲ καὶ τάδε· κατακαυθῆναι μὲν τὴν ἐλαίαν, ἡνίκα ὁ Μῆδος τὴν πόλιν ἐνέπρησεν Ἀθηναίοις, κατακαυθεῖσαν δὲ αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις. (3) Τῷ ναῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς Πανδρόσου ναὸς συνεχής ἐστι· καὶ ἔστι Πάνδροσος ἐς τὴν παρακαταθήκην ἀναίτιος τῶν ἀδελφῶν μόνη. (4) Ἃ δέ μοι θαυμάσαι μάλιστα παρέσχεν, ἐστὶ μὲν οὐκ ἐς ἅπαντας γνώριμα, γράψω δὲ, οἷα συμβαίνει. παρθένοι δύο τοῦ ναοῦ

ramos valde conspicuus. Inter vetustissima donaria, quorum mentio fiat, digna sunt lecticaria sella compactilis, Daedali opus, et de Persarum spoliis Masistii, qui ad Plataeas equitum dux fuit, lorica, et acinaces, qui Mardonii fuisse dicitur. Masistium quidem ab Atheniensium equitatu interemptum scimus. Mardonius vero in acie contra Lacedaemonios dimicans, a Spartano milite est interfectus. Eius igitur acinacem aut omnino non sustulissent Lacedaemonii, aut certe sublatum Atheniensibus non concessissent. (2) De olea vero aliud nihil memorant, nisi esse eam Minervae de Attica certaminis monumentum. Addunt, incensa a Persis urbe conflagrasse, eodemque die in duum cubitum proceritatem germinasse. (3) Cum Minervae templo Pandrosi aedes coniuncta est, quae sola ex sororibus fidem in deposito servavit. (4) Iam vero, quae magnae mihi sunt admirationi neque apud omnes vulgata, ea, uti se habent, exponam. Virgi-

τῆς Πολιάδος οἰκοῦσιν οὐ πόῤῥω, καλοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι σφᾶς ἀῤῥηφόρους· αὗται χρόνον μέν τινα δίαιταν ἔχουσι παρὰ τῇ θεῷ, παραγενομένης δὲ τῆς ἑορτῆς, δρῶσιν ἐν νυκτὶ τοιάδε. ἀναθεῖσαί σφισιν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς, ἃ ἡ τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρεια δίδωσι φέρειν, οὔτε ἡ διδοῦσα ὁποῖόν τι δίδωσιν εἰδυῖα, οὔτε ταῖς φερούσαις ἐπισταμέναις. ἔστι δὲ περίβολος ἐν τῇ πόλει τῆς καλουμένης ἐν Κήποις Ἀφροδίτης οὐ πόῤῥω, καὶ δι' αὐτοῦ κάθοδος ὑπόγαιος αὐτομάτη· ταύτῃ κατίασιν αἱ παρθένοι· κάτω μὲν δὴ τὰ φερόμενα λείπουσιν, λαβοῦσαι δὲ ἄλλο τι κομίζουσιν ἐγκεκαλυμμένον. καὶ τὰς μὲν ἀφιᾶσιν ἤδη τὸ ἐντεῦθεν, ἑτέρας δὲ ἐς τὴν ἀκρόπολιν παρθένους ἄγουσιν ἀντ' αὐτῶν. (5) Πρὸς δὲ τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἔστι μὲν εὐῆρις πρεσβῦτις, ὅσον τε πήχεος μάλιστα, φαμένη 65
διάκονος εἶναι Λυσιμάχη· ἔστι δὲ ἀγάλματα μεγάλα χαλκοῦ, διεστῶτες ἄνδρες ἐς μάχην· καὶ τὸν μὲν Ἐρεχθέα καλοῦσι, τὸν δὲ Εὔμολπον. καί τοι λέληθέ γε οὐδὲ Ἀθηναίων ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν, Ἰμμάραδον εἶναι παῖδα

nes duae non longe a Poljados habitant: eas Athenienses Cistiferas appellant. Hae certum tempus apud deam commorantur: deinde ubi festus dies advenit, per noctem capite tollunt, quae illas Minervae sacerdos ferre iusserit, quum neque ipsa, quid ferendum det, neque virgines, quid ferant, sciant. Est in urbe septum quoddam, non longe a Veneris, quae in hortis dicitur. Ibi in nativam specum quandam descendentes, onus deponunt, et pro eo aliud item velatum et occultum tollunt: et has quidem in posterum ex eo tempore missas faciunt: sed pro illis totidem alias, quas in arcem adducant, capiunt. (5) Ad Minervae anus est affabre elaborata, cubitali fere altitudine: quam inscriptio Lysimachae ministram esse dicit. Sunt etiam ex aere signa duo grandia, quasi inter se dimicantium: eorum alterum Erechtheum appellant, alterum Eumolpum: neque tamen ignorant, qui res priscas norunt, Immaradum esse hunc Eumolpi

τὸ Ἑλληνικὸν διακείμενος. Κάσσανδρος δὲ, (δεινὸν γάρ τι ὑπῆν οἱ μῖσος ἐς Ἀθηναίους) ὁ δὲ αὖθις Λαχάρην προεστηκότα ἐς ἐκεῖνο τοῦ δήμου, τοῦτον τὸν ἄνδρα οἰκειωσάμενος, τυραννίδα ἔπεισε βουλεῦσαι, τυράννων
61 ὧν ἴσμεν τά τε ἐς ἀνθρώπους μάλιστα ἀνήμερον, καὶ ἐς τὸ θεῖον ἀφειδέστατον. Δημητρίῳ δὲ τῷ Ἀντιγόνου διαφορὰ μὲν ἦν ἐς τὸν δῆμον ἤδη τῶν Ἀθηναίων, καθεῖλε δ' ὅμως καὶ τὴν Λαχάρους τυραννίδα. ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχους, ἐκδιδράσκει Λαχάρης ἐς Βοιωτούς. ἅτε δὲ ἀσπίδας ἐξ ἀκροπόλεως καθελὼν χρυσᾶς, καὶ αὐτὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τὸν περιαιρετὸν ἀποδύσας κόσμον, ὑπωπτεύετο εὐπορεῖν μεγάλων χρημάτων· Λαχάρην μὲν οὖν τούτων ἕνεκα κτείνουσιν ἄνδρες Κορωναῖοι. Δημήτριος δὲ ὁ Ἀντιγόνου, τυράννων ἐλευθερώσας Ἀθηναίους τότε παραυτίκα μετὰ τὴν Λαχάρους σφαγὴν, οὐκ ἀπέδωκέ σφισι τὸν Πειραιᾶ, καὶ ὕστερον πολέμῳ κρατήσας ἐσήγαγεν ἐς αὐτὸ φρουρὰν τὸ ἄστυ, τὸ Μουσεῖον καλούμενον τειχίσας. (6) Ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου

sus Cassander, pro acerbissimo quo in Athenienses laborabat odio, Lachari, qui ad illud usque tempus principem in plebe locum tenuerat, in fidem suam recepto, ut tyrannidem invaderet, persuasit: et is quidem omnes, de quibus aliquid literis mandatum sit, acerbitate in homines, in deos impietate superavit. At Demetrius Antigoni filius, etsi nonnihil ab Atheniensibus dissidebat, evertit tamen et Lacharis tyrannidem. Is ubi captos vidit muros, ad Boeotios confugit. Quo quum aurea scuta ex arce direpta, et Minervae ipsius, quae removeri poterant, ornamenta omnia asportasset, propter eam quae de ipsius divitiis erat opinionem a Coronaeis est interemptus. Liberatis vero Atheniensibus tyrannorum dominatu, non statim Demetrius post Lacharis caedem Piraeeum reddidit: quin postea, quum bellica vi urbem in potestatem redegisset, praesidio et munitionibus eum locum firmavit, quod Museum appellant. (6) Est au-

τοῦ ἀρχαίου τὸ Μουσεῖον, ἀπαντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος, ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν, καὶ ἀποθανόντα γήρᾳ ταφῆναι λέγουσιν· ὕστερον δὲ καὶ μνῆμα αὐτόθι ἀνδρὶ ᾠκοδομήθη Σύρῳ. τότε δὲ Δημήτριος τειχίσας εἶχε.

## CAPUT XXVI.

De Olympiodori felici contra Macedones expeditione — honore Leocrito et Olympiodoro habito — Diana Leucophryne — aede Erechthei ejusque memorandis — Minervae simulacro e coelo delapso in Acropoli — Callimacho κακιζοτέχνῳ.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἄνδρας ἐσῆλθεν οὐ πολλοὺς καὶ μνήμη τε προγόνων, καὶ ἐς οἵαν μεταβολὴν τὸ ἀξίωμα ἥκοι τῶν Ἀθηναίων, αὐτίκα τε ὡς εἶχον, αἱροῦνται στρατηγὸν Ὀλυμπιόδωρον. ὁ δὲ σφᾶς ἐπὶ τοὺς Μακεδόνας ἦγε, καὶ γέροντας καὶ μειράκια ὁμοίως, προθυμίᾳ πλέον ἢ ῥώμῃ κατορθοῦσθαι τὰ ἐς πόλεμον ἐλπίζων· ἐπεξελθόντας δὲ τοὺς Μακεδόνας μάχῃ τε ἐκράτησε, καὶ φυγόντων ἐς τὸ Μουσεῖον, τὸ χωρίον εἷλεν. Ἀθῆναι μὲν οὕτως ἀπὸ Μακεδόνων ἠλευθερώθησαν. (2) Ἀθηναίων

tem intra vetus pomoerium, e regione arcis, collis, in quo Musaeum vatem canere solitum, atque ibidem senectute consumtum humatum ferunt. Eodem postea in loco Syro homini monumentum est erectum. Eum sane collem Demetrius occupatum munivit.

Cap. XXVI. Aliquot post annis excitavit optimum quemque Atheniensium rerum a maioribus suis gestarum memoria. Quare quum viderent, quorsum evasisset *florentissimae* reipublicae decus, confestim Olympiodorum ducem deligunt. Is habito delectu, in quo neque senibus neque pueris vacatio fuit, exercitum contra Macedones eduxit, non robore magis quam militum alacritate confisus, pristinam se belli gloriam patriae vindicaturum. Praelio itaque Macedonas fudit; ac fugientes in Museum persecutus, loco capto, Athenienses Macedonum dominatu liberavit. (2) Quo tem-

δὲ πάντων ἀγωνισαμένων ἀξίως λόγου, Λεώκριτος μάλιστα ὁ Πρωτάρχου λέγεται τόλμῃ χρήσασθαι πρὸς τὸ ἔργον· πρῶτος μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέβη, πρῶτος δὲ ἐς τὸ
62 Μουσεῖον ἐσήλατο· καὶ οἱ πεσόντι ἐν τῇ μάχῃ, τιμαὶ παρ' Ἀθηναίων καὶ ἄλλαι γεγόνασι, καὶ τὴν ἀσπίδα ἀνέθεσαν τῷ Διῒ τῷ Ἐλευθερίῳ, τὸ ὄνομα τοῦ Λεωκρίτου καὶ τὸ κατόρθωμα ἐπιγράψαντες. (8) Ὀλυμπιοδώρῳ δὲ τόδε μέν ἐστιν ἔργον μέγιστον, χωρὶς τούτων ὧν ἔπραξε Πειραιᾶ καὶ Μουνυχίαν ἀνασωσάμενος. ποιουμένων δὲ Μακεδόνων καταδρομὴν ἐς Ἐλευσῖνα, Ἐλευσινίους συντάξας, ἐνίκα τοὺς Μακεδόνας. πρότερον δὲ ἔτι τούτων, ἐσβαλόντος ἐς τὴν Ἀττικὴν Κασσάνδρου, πλεύσας Ὀλυμπιόδωρος ἐς Αἰτωλίαν, βοηθεῖν Αἰτωλοὺς ἔπεισε, καὶ τὸ συμμαχικὸν τοῦτο ἐγένετο Ἀθηναίοις αἴτιον μάλιστα, διαφυγεῖν τὸν Κασσάνδρου πόλεμον. Ὀλυμπιοδώρῳ δὲ τοῦτο μὲν ἐν Ἀθήναις εἰσὶν ἔν τε ἀκροπόλει καὶ ἐν πρυτανείῳ τιμαί, τοῦτο δὲ ἐν Ἐλευσῖνι γραφή· καὶ Φωκέων οἱ Ἐλάτειαν ἔχοντες χαλκοῦν Ὀλυμπιόδωρον ἐν

pore quum omnes reipublicae egregiam operam navassent, Leocriti tamen Protarchi filii virtus excelluit. Is enim primus muros adscendit, primusque intra Museum irrupit: atque ei quidem in pugna caeso et alii ab Atheniensibus honores habiti sunt, et eius clypeum Iovi Liberatori dedicarunt, cum inscriptione, nominis et praeclari facinoris indice. (8) At Olympiodorus non unum hoc virtutis suae, quod paulo superius commemoravimus, specimen dedit: sed, praeterquam quod Piraeeum et Munychiam recepit, idem Macedonas Eleusinem invadentes, comparata Eleusiniorum manu, *praelio* vicit: et ante, quum in Atticam Cassander esset hostiliter ingressus, navibus in Aetoliam profectus, ab Aetolis, ut auxilia mitterent, impetravit. Quae res, maximo bello impendente, saluti Atheniensibus fuit. Sunt igitur illi apud Athenienses sua, quum in arce, tum in Prytaneo monumenta: et Eleusinii picturae res eius gestas mandarunt. Quin et e Phocensibus qui Elateam incolunt, ex aere statuam Olym-

Δελφοῖς ἀνέθεσαν, ὅτι καὶ τούτοις ἤμυνεν ἀποστᾶσι Κασσάνδρου. (4) Τῆς δὲ εἰκόνος πλησίον τῆς Ὀλυμπιοδώρου χαλκοῦν Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἕστηκεν, ἐπίκλησιν Λευκοφρύνης· ἀνέθεσαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους. Μάγνητες γάρ, ὧν ἦρχε Θεμιστοκλῆς λαβὼν παρὰ βασιλέως, Λευκοφρύνην Ἄρτεμιν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. (5) Δεῖ δέ με ἀφικέσθαι τοῦ λόγου πρόσω, πάντα ὁμοίως ἐπεξιόντα τὰ Ἑλληνικά. Ἔνδοιος ἦν γένος μὲν Ἀθηναῖος, Δαιδάλου δὲ μαθητής, ὃς καὶ φεύγοντι Δαιδάλῳ διὰ τὸν Κάλω θάνατον ἐπηκολούθησεν ἐς Κρήτην· τούτου καθήμενόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον, ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσαι δὲ Ἔνδοιος. (6) Ἔστι δὲ καὶ οἴκημα Ἐρέχθειον καλούμενον· πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδέν, πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν. ἐσελθοῦσι δέ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνος, ἐφ' οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἔκ του μαντεύματος, καὶ ἥρωος Βούτου, τρίτος δὲ Ἡφαίστου. γραφαὶ δὲ ἐπὶ τῶν τοί-

piodoro Delphis posuerunt, quod illis, quum a Cassandro defecissent, opem tulisset. (4) Prope Olympiodori statuam Dianae ex aere simulacrum stat, Leucophrynes cognomento: Themistoclis filii dedicarunt. Magnetes enim, quibus ex regis liberalitate imperavit Themistocles, Leucophrynen Dianam colunt. (5) Sed enim mihi non est, universae Graeciae historiam contexenti, in hac parte diutius immorandum. Endoeus patria fuit Atheniensis, Daedali discipulus, qui fugientem Daedalum ob caedem Cali est in Cretam secutus: hic sedentem fecit Minervam, cuius est inscriptio, dedicasse Calliam, Endoeum fecisse. (6) Est ibidem aedes, quod Erechtheum appellant. In vestibulo Iovis supremi ara est: ad quam victimas non caedunt, sed liba duntaxat apponunt: ac vino quo minus utantur, religione prohibentur. In ipso aditu arae sunt, Neptuni una, ad quam ex oraculo etiam Erechtheo rem divinam faciunt: Butae herois altera: tertia Vulcani. In parietibus picta sunt, quae ad

χων τοῦ γένους εἰσὶ τοῦ Βουταδῶν. καὶ (διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα) [καὶ] ὕδωρ ἐστὶν ἔνδον θαλάσσιον ἐν φρέατι. τοῦτο μὲν θαῦμα οὐ μέγα· καὶ γὰρ ὅσοι μεσόγαιαν οἰκοῦσιν, ἄλλοις τέ ἐστι καὶ Καρσὶν Ἀφροδισιεῦ-
63 σιν· ἀλλὰ τόδε φρέαρ ἐς συγγραφὴν παρέχεται κυμάτων ἦχον ἐπὶ νότῳ πνεύσαντι· καὶ τριαίνης ἐστὶν ἐν τῇ πέτρᾳ σχῆμα· ταῦτα δὲ λέγεται Ποσειδῶνι μαρτύρια ἐς τὴν ἀμφισβήτησιν τῆς χώρας φανῆναι.

(7) Ἱερὰ μὲν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστιν ἥ τε ἄλλη πόλις καὶ ἡ πᾶσα ὁμοίως γῆ. καὶ γὰρ ὅσοις θεοὺς καθέστηκεν ἄλλους ἐν τοῖς δήμοις σέβειν, οὐδέν τι ἧσσον τὴν Ἀθηνᾶν ἄγουσιν ἐν τιμῇ· τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσιν ἢ συνῆλθον ἀπὸ τῶν δήμων, ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει· φήμη δὲ ἐς αὐτὸ ἔχει πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐπέξειμι, εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως ἔχει· λύχνον δὲ τῇ θεῷ χρυσοῦν Καλλίμαχος

Butadarum gentem pertinent. Aedes ipsa duplex est. In ea marinae aquae puteus: quod certe miraculo non adscripserim. Nam et ex iis, qui mediterranea incolunt, alii, et in primis in Caria Aphrodisienses talem puteum habent. Sed quod literis mandandum sit, id nempe est, quod flante austro undarum sonitum reddit: quodque in saxo tridentis forma incisa est. Quae esse monumenta dicunt eius, quod *Minervae cum* Neptuno fuit de Attica, certaminis. (7) Et sacra quidem Minervae quum urbs, tum regio est universa. Curiae enim et suos quaeque deos privatim colunt, et Minervae communiter divinam rem faciunt. Omnium vero sanctissimum Minervae signum illud est, quod multis ante annis de communi omnium oppidulorum consilio, quum in unam omnes urbem coirent, dedicatum est eo in loco, qui nunc Acropolis, tum vero Polis nominabatur. Delapsum quidem de coelo fama vulgavit: sed mihi id neque affirmare, neque refellere in praesentia in animo est. Lucernam ex auro deae

ἐποίησεν. ἐμπλήσαντες δὲ ἐλαίου τὸν λύχνον, τὴν αὐτὴν τοῦ μέλλοντος ἔτους ἀναμένουσιν ἡμέραν· ἔλαιον δὲ ἐκεῖνο τὸν μεταξὺ ἐπαρκεῖ χρόνον τῷ λύχνῳ, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ φαίνοντι. καὶ οἱ λίνου Καρπασίου θρυαλλίς ἔνεστιν, ὃ δὴ πυρὶ λίνων μόνον οὐκ ἔστιν ἁλώσιμον. φοῖνιξ δὲ ὑπὲρ τοῦ λύχνου χαλκοῦς ἀνήκων ἐς τὸν ὄροφον ἀνασπᾷ τὴν ἀτμίδα. ὁ δὲ Καλλίμαχος ὁ τὸν λύχνον ποιήσας, ἀποδέων τῶν πρώτων ἐς αὐτὴν τὴν τέχνην, οὕτω σοφίᾳ πάντων ἐστὶν ἄριστος, ὥστε καὶ λίθους πρῶτος ἐτρύπησε, καὶ ὄνομα ἔθετό κακιζότεχνον, ἢ θεμένων ἄλλων, κατέστησεν ἐφ' αὑτῷ.

## CAPUT XXVII.

De donariis in templo Poliadis Minervae — de ejus olea — virginibus Canephoris in sacris Minervae — Tolmidis signo ejusque rebus gestis — aliis signis — de quibusdam ad Herculem et Theseum pertinentibus — de Minoë et Minotauro.

Κεῖται δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος Ἑρμῆς ξύλου, Κέκροπος εἶναι λεγόμενον ἀνάθημα, ὑπὸ κλάδων μυρσίνης

Callimachus fecit: in quam oleum infusum non consumitur, nisi exacto demum anno, quum tamen lucerna dies noctesque ardeat. Id adeo evenit, quod lucernae inest e lino carpasio funiculus, quod sane linum unum ex omnibus igni non conficitur. Eminet supra lucernam palma aenea: quae quum ad lacunar consurgat, exceptum vaporem facile dissipat. Callimachus vero ipse, qui lucernam fecit, etsi multo est infra summos artifices, solertia tamen ceteris longe praestitit: primus enim lapides terebravit: nomen vero Cacizotechnon, *quasi artis dicas suae calumniatorem*, aut sibi ipse imposuit, aut ab aliis impositum usurpavit.

Cap. XXVII. Erectus autem est in Poliadis delubro Mercurius ligneus, (fuisse aiunt Cecropis donum) inter myrti

οὐ σύνοπτον. ἀναθήματα δὲ, ὁπόσα ἄξια λόγου, τῶν
64 μὲν ἀρχαίων δίφρος ὀκλαδίας ἐστὶ Δαιδάλου ποίημα· λάφυρα δὲ ἀπὸ Μήδων, Μασιστίου θώραξ, ὃς εἶχεν ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἡγεμονίαν τῆς ἵππου· καὶ ἀκινάκης Μαρδονίου λεγόμενος εἶναι. Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων· Μαρδονίου δὲ μαχησαμένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία, καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος, οὐδ᾽ ἂν ὑπεδέξαντο ἀρχὴν οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι Λακεδαιμόνιοι τὸν ἀκινάκην. (2) Περὶ δὲ τῆς ἐλαίας οὐδὲν ἔχουσιν ἄλλο εἰπεῖν, ἢ τῇ θεῷ μαρτύριον γενέσθαι τοῦτο ἐς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπὶ τῇ χώρᾳ. λέγουσι δὲ καὶ τάδε· κατακαυθῆναι μὲν τὴν ἐλαίαν, ἡνίκα ὁ Μῆδος τὴν πόλιν ἐνέπρησεν Ἀθηναίοις, κατακαυθεῖσαν δὲ αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις. (3) Τῷ ναῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς Πανδρόσου ναὸς συνεχής ἐστι· καὶ ἔστι Πάνδροσος ἐς τὴν παρακαταθήκην ἀναίτιος τῶν ἀδελφῶν μόνη. (4) Ἃ δέ μοι θαυμάσαι μάλιστα παρέσχεν, ἐστὶ μὲν οὐκ ἐς ἅπαντας γνώριμα, γράψω δὲ, οἷα συμβαίνει. παρθένοι δύο τοῦ ναοῦ

ramos valde conspicuus. Inter vetustissima donaria, quorum mentio fiat, digna sunt lecticaria sella compactilis, Daedali opus, et de Persarum spoliis Masistii, qui ad Plataeas equitum dux fuit, lorica, et acinaces, qui Mardonii fuisse dicitur. Masistium quidem ab Atheniensium equitatu interemptum scimus. Mardonius vero in acie contra Lacedaemonios dimicans, a Spartano milite est interfectus. Eius igitur acinacem aut omnino non sustulissent Lacedaemonii, aut certe sublatum Atheniensibus non concessissent. (2) De olea vero aliud nihil memorant, nisi esse eam Minervae de Attica certaminis monumentum. Addunt, incensa a Persis urbe conflagrasse, eodemque die in duum cubitum proceritatem germinasse. (3) Cum Minervae templo Pandrosi aedes coniuncta est, quae sola ex sororibus fidem in deposito servavit. (4) Iam vero, quae magnae mihi sunt admirationi neque apud omnes vulgata, ea, uti se habent, exponam. Virgi-

τῆς Πολιάδος οἰκοῦσιν οὐ πόῤῥω, καλοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι σφᾶς ἀῤῥηφόρους· αὗται χρόνον μέν τινα δίαιταν ἔχουσι παρὰ τῇ θεῷ, παραγενομένης δὲ τῆς ἑορτῆς, δρῶσιν ἐν νυκτὶ τοιάδε. ἀναθεῖσαί σφισιν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς, ἃ ἡ τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρεια δίδωσι φέρειν, οὔτε ἡ διδοῦσα ὁποῖόν τι δίδωσιν εἰδυῖα, οὔτε ταῖς φερούσαις ἐπισταμέναις. ἔστι δὲ περίβολος ἐν τῇ πόλει τῆς καλουμένης ἐν Κήποις Ἀφροδίτης οὐ πόῤῥω, καὶ δι' αὐτοῦ κάθοδος ὑπόγαιος αὐτομάτη· ταύτῃ κατίασιν αἱ παρθένοι· κάτω μὲν δὴ τὰ φερόμενα λείπουσιν, λαβοῦσαι δὲ ἄλλο τι κομίζουσιν ἐγκεκαλυμμένον. καὶ τὰς μὲν ἀφιᾶσιν ἤδη τὸ ἐντεῦθεν, ἑτέρας δὲ ἐς τὴν ἀκρόπολιν παρθένους ἄγουσιν ἀντ' αὐτῶν. (5) Πρὸς δὲ τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐστι μὲν εὐῆρις πρεσβῦτις, ὅσον τε πήχεος μάλιστα, φαμένη διάκονος εἶναι Λυσιμάχη· ἔστι δὲ ἀγάλματα μεγάλα χαλκοῦ, διεστῶτες ἄνδρες ἐς μάχην· καὶ τὸν μὲν Ἐρεχθέα καλοῦσι, τὸν δὲ Εὔμολπον. καί τοι λέληθέ γε οὐδὲ Ἀθηναίων ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν, Ἰμμάραδον εἶναι παῖδα

nea duae non longe a Poliados habitant: eas Athenienses Cistiferas appellant. Hae certum tempus apud deam commorantur: deinde ubi festus dies advenit, per noctem capite tollunt, quae illas Minervae sacerdos ferre iusserit, quum neque ipsa, quid ferendum det, neque virgines, quid ferant, sciant. Est in urbe septum quoddam, non longe a Veneris, quae in hortis dicitur. Ibi in nativam specum quandam descendentes, onus deponunt, et pro eo aliud item velatum et occultum tollunt: et has quidem in posterum ex eo tempore missas faciunt: sed pro illis totidem alias, quas in arcem adducant, capiunt. (5) Ad Minervae anus est affabre elaborata, cubitali fere altitudine: quam inscriptio Lysimachae ministram esse dicit. Sunt etiam ex aere signa duo grandia, quasi inter se dimicantium: eorum alterum Erechtheum appellant, alterum Eumolpum: neque tamen ignorant, qui res priscas norunt, Immaradum esse hunc Eumolpi

Εὐμόλπου τοῦτον, τὸν ἀποθανόντα ὑπὸ Ἐρεχθέως. (6) Ἐπὶ δὲ τοῦ βάθρου καὶ ἀνδριάντες εἰσὶν, ἐκτὸς ὃς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ, καὶ αὐτὸς Τολμίδης· ὃς Ἀθηναίων ναυσὶν ἡγούμενος ἄλλους τε ἐκάκωσε καὶ Πελοποννησίων τὴν χώραν, ὅσοι νέμονται τὴν παραλίαν, καὶ Λακεδαιμονίων ἐπὶ Γυθίῳ τὰ νεώρια ἐνέπρησε, καὶ τῶν περιοίκων Βοιὰς εἷλε καὶ τὴν Κυθηρίων νῆσον· ἐς δὲ τὴν Σικυωνίαν ποιησάμενος ἀπόβασιν, ὥς οἱ δῃοῦντι τὴν γῆν ἐς μάχην κατέστησαν, τρεψάμενος σφᾶς κατεδίωξε πρὸς τὴν πόλιν. ὕστερον δὲ ὡς ἐπανῆλθεν ἐς Ἀθήνας, ἐσήγαγε μὲν ἐς Εὔβοιαν καὶ Νάξον Ἀθηναίων κληρούχους, ἐσέβαλε δὲ ἐς Βοιωτοὺς στρατῷ· πορθήσας δὲ τῆς γῆς τὴν πολλὴν, καὶ παραστησάμενος πολιορκίᾳ Χαιρώνειαν, ὡς ἐς τὴν Ἁλιαρτίαν προῆλθεν, αὐτός τε μαχόμενος ἀπέθανε καὶ τὸ πᾶν ἤδη στράτευμα ἡττᾶτο. τὰ μὲν ἐς Τολμίδην τοιαῦτα ἐπυνθανόμην ὄντα. (7) Ἔστι δὲ Ἀθηνᾶς ἀγάλματα ἀρχαῖα· καί σφισιν ἀπετάκη μὲν οὐδὲν, μελάντερα δὲ καὶ πληγὴν ἐνεγκεῖν ἐστιν ἀσθενέ-

filium, quem Erechtheus occiderit. (6) In basi interiore statuae eorum sunt, qui vates Tolmidae fuerunt, Tolmides etiam ipse, qui Atheniensium classis dux et alios magnis affecit incommodis, et in primis Peloponnesiorum maritimum agrum excursionibus infestum reddidit. Idemque Lacedaemoniorum ad Gythium navalia incendit; finitimos dein adortus, Euboeam et Cytheriorum insulam cepit. Quum in Sicyoniorum deinde fines traiecisset, eos, qui armis, ne agrum popularetur, impedire conati sunt, intra urbem repulit. Inde Athenas reversus, Euboeam et Naxum colonias deduxit. Idem, cum exercitu in Boeotos impetu facto, agrum depopulatus est. Capta mox per obsidionem Chaeronea, in Haliartiorum fines excurrit: ubi et ipse dimicans cecidit, et copiae eius omnes fusae fugataeque sunt. Atque haec quidem de Tolmide comperta habeo. (7) Exstant prisca Minervae signa, quae sane integra manserunt, decolorata tamen fumo, et quae ictum omnino nullum valeant

στερα. ἐπέλαβε γὰρ καὶ ταῦτα ἡ φλὸξ, ὅτε, ἐσβεβηκότων ἐς τὰς ναῦς Ἀθηναίων, βασιλεὺς εἷλεν ἔρημον τῶν ἐν ἡλικίᾳ τὴν πόλιν. ἔστι δὲ συός τε θήρα, περὶ οὗ σαφὲς οὐδὲν οἶδα εἰ τοῦ Καλυδωνίου· καὶ Κύκνος Ἡρα- 66
κλεῖ μαχόμενος. τοῦτον τὸν Κύκνον φασὶν ἄλλους τε φονεῦσαι καὶ Λύκον Θρᾷκα, προτεθέντων σφίσι μονομαχίας ἄθλων· περὶ δὲ τὸν ποταμὸν τὸν Πηνειὸν ἀπέθανεν ὑφ' Ἡρακλέους.

(8) Τῶν δὲ ἐν Τροιζῆνι λόγων, οὓς ἐς Θησέα λέγουσιν, ἐστὶν, ὡς Ἡρακλῆς ἐς Τροιζῆνα ἐλθὼν παρὰ Πιτθέα κατάθοιτο ἐπὶ τῷ δείπνῳ τοῦ λέοντος τὸ δέρμα, ἐσέλθοιεν δὲ παρ' αὐτὸν ἄλλοι τε Τροιζηνίων παῖδες καὶ Θησεὺς ἕβδομον μάλιστα γεγονὼς ἔτος· τοὺς μὲν δὴ λοιποὺς παῖδας, ὡς τὸ δέρμα εἶδον, φεύγοντάς φασιν οἴχεσθαι, Θησέα δὲ ὑπεξελθόντα οὐκ ἄγαν σὺν φόβῳ παρὰ τῶν διακόνων ἁρπάσαι πέλεκυν, καὶ αὐτίκα ἐπιέναι σπουδῇ, λέοντα εἶναι τὸ δέρμα ἡγούμενον. ὅδε μὲν τῶν λόγων πρῶτος ἐς αὐτόν ἐστι Τροιζηνίοις· ὁ δὲ ἐπὶ τού-

sustinere. Ad ea enim flamma pervasit, quo tempore, quum naves conscenderent Athenienses, urbem, quam militaris aetas deseruerat, Xerxes occupavit. Spectatur et apri venatio: parum vero liquet, an is Calydonius aper sit. Cycni etiam cum Hercule pugna. Ab hoc quidem Cycno et alios interemptos ferunt, et Lycum Thracem, propositis de singulari certamine praemiis: ad Peneum autem amnem ab Hercule est ipse interfectus. (8) Atque ad ea quidem, quae de Theseo Troezenii commemorant, addunt, Herculem Troezenem ad Pittheum venisse: quumque accumbere vellet, leonis pellem deposuisse: accessisse et alios Troezeniorum pueros, et Theseum annum agentem ferme septimum; ceteros, ut leonis pellem viderunt, perterritos aufugisse: Theseum, nihil magnopere metuentem, paulisper egressum esse, abreptaque de servorum manibus bipenni, quod viventem leonem esse putaret, invadere illum voluisse. Et haec quidem de Theseo prima apud Troezenios historia vulgata est.

τῳ, κρηπῖδας Αἰγέα ὑπὸ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί· καὶ τὸν μὲν ἐς Ἀθήνας ἀποπλεῖν, Θησέα δὲ, ὡς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος ἐγεγόνει, τὴν πέτραν ἀνώσαντα, οἴχεσθαι τὴν παρακαταθήκην τὴν Αἰγέως φέροντα. τούτου δὲ εἰκὼν ἐν ἀκροπόλει πεποίηται τοῦ λόγου, χαλκοῦ πάντα ὁμοίως, πλὴν τῆς πέτρας. (9) Ἀνέθεσαν δὲ καὶ ἄλλο Θησέως ἔργον, καὶ ὁ λόγος οὕτως ἐς αὐτὸ ἔχει. Κρησὶ τήν τε ἄλλην γῆν καὶ τὴν ἐπὶ ποταμῷ Τεθρίνι ταῦρος ἐλυμαίνετο. πάλαι δὲ ἄρα τὰ θηρία φοβερώτερα ἦν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ὅ τε ἐν Νεμέᾳ λέων, καὶ ὁ Παρνάσιος, καὶ δράκοντες τῆς Ἑλλάδος πολλαχοῦ, καὶ ὗς περί τε Καλυδῶνα καὶ Ἐρύμανθον, καὶ τῆς Κορινθίας ἐν Κρομυῶνι· ὥστε καὶ ἐλέγετο, τὰ μὲν ἀνιέναι τὴν γῆν, τὰ δὲ ὡς ἱερὰ εἴη θεῶν, τὰ δὲ καὶ ἐς τιμωρίαν ἀνθρώπων ἀφεῖσθαι. καὶ τοῦτον οἱ Κρῆτες τὸν ταῦρον ἐς τὴν γῆν πέμψαι σφίσι Ποσειδῶνά φασιν, ὅτι θαλάσσης ἄρχων Μίνως τῆς Ἑλληνικῆς οὐδενὸς Πο-

Alteram adiiciunt: crepidas Aegeum sub saxo, et ensem deposuisse, quo ea sibi signa in filio agnoscendo forent, ac deinde Athenas reversum: Theseum, quum iam sextum decimum aetatis annum attigisset, amoto saxo depositum sustulisse. Res tota ex aere, praeter saxum, in arce expressa est. (9) Eodem in loco aliud Thesei facinus memoriae commendarunt, de quo huiusmodi narratur historia. Cretensium agrum quum alium, tum eum, qui Tethrini amni adiacet, taurum infestum reddidisse: fuisse enim priscis temporibus belluas *multo immaniores atque* hominibus formidolosiores. Cui rei testimonio sunt Nemeaeus et Parnasius leo: dracones in pluribus Graeciae locis: apri etiam, Calydonius atque Erymanthius, et in Corinthiorum finibus Crommyonius. Has feras partim terram protulisse, partim dis fuisse sacras: nonnullas etiam ad homines plectendos exstitisse ferunt. Taurum enim hunc Cretenses Neptuni ira immissum memorant, quod Minos late mari toti, quod Graeciam alluit,

σειδῶνα ἦγεν ἄλλου θεῶν μᾶλλον ἐν τιμῇ. κομισθῆναι μὲν δὴ τοῦτον τὸν ταῦρόν φασιν ἐς Πελοπόννησον ἐκ Κρήτης, καὶ Ἡρακλεῖ τῶν δώδεκα καλουμένων ἕνα καὶ τοῦτον γενέσθαι τῶν ἄθλων. ὡς δὲ ἐς τὸ πεδίον ἀφείθη τὸ Ἀργείων, φεύγει διὰ τοῦ Κορινθίου Ἰσθμοῦ, φεύγει 67
δὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐς δῆμον τὸν Μαραθωνίων· καὶ ἄλλους τε, ὁπόσοις ἐπέτυχε, καὶ Μίνω παῖδα Ἀνδρόγεων ἀπέκτεινε. Μίνως δὲ ναυσὶν ἐπ' Ἀθηναίους πλεύσας (οὐ γὰρ ἐπείθετο ἀναιτίους εἶναι σφᾶς τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς) ἐς τοσοῦτον ἐκάκωσεν, ἐς ὃ συνεχωρήθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ καὶ παῖδας ἴσους ἄγειν τῷ λεγομένῳ Μινωταύρῳ τὸν ἐν Κνωσσῷ Λαβύρινθον οἰκῆσαι. τὸν δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι ταῦρον ὕστερον Θησεὺς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐλάσαι καὶ θῦσαι λέγεται τῇ θεῷ, καὶ τὸ ἀνάθημά ἐστι τοῦ δήμου τοῦ Μαραθωνίων.

imperans nihilo quam ceteris dis Neptuno maiorem honorem habuisset: e Creta vero eundem taurum in Peloponnesum traiecisse, unumque fuisse de duodecim Herculis laboribus. In Argivorum vero campos actum, per Corinthiacum Isthmum in Marathoniam Atticae regionem fugisse: ibi inter alios multos, quos casus obtulerat, Minois etiam filium Androgeum interemisse: Minoem *graviter eo casu commotum*, quum id Atheniensium fraude accidisse interpretaretur, comparata classe Athenas oppugnatum venisse, ac non prius Athenienses vexare desiisse, quam se pacti essent pueros septem, ac totidem virgines *quotannis* in Cretam missuros, qui Minotauro, quem Minos in Labyrintho Gnosi incluserat, traderentur. Marathonium vero taurum postea Theseum fama est in arcem egisse, ac ipsi deae mactasse: cuius rei imaginem Marathoniorum curia dedicavit.

# CAPUT XXVIII.

De Cylone — Minervae signo ex bellica praeda — muris Acropolis — Panis cultu — Areopago et memorandis in eo — aliis dicasteriis Atheniensium eorumque originibus.

Κύλωνα δὲ οὐδὲν ἔχω σαφὲς εἰπεῖν, ἐφ' ὅτῳ χαλκοῦν ἀνέθεσαν, τυραννίδα ὅμως βουλεύσαντα. τεκμαίρομαι δὲ τῶνδε εἵνεκα, ὅτι εἶδος κάλλιστος, καὶ τὰ ἐς δόξαν ἐγένετο οὐκ ἀφανὴς, ἀνελόμενος διαύλου νίκην Ὀλυμπικήν· καὶ οἱ θυγατέρα ὑπῆρξε γῆμαι Θεαγένους, ὃς Μεγάρων ἐτυράννησε. (2) Χωρὶς δέ γε ὅσα κατέλεξα, δύο μὲν Ἀθηναίοις εἰσὶ δεκάται πολεμήσασιν, ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χαλκοῦν ἀπὸ Μήδων τῶν ἐς Μαραθῶνα ἀποβάντων, τέχνη Φειδίου· καί οἱ τὴν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος Λαπιθῶν πρὸς Κενταύρους, καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶν ἐπειργασμένα, λέγουσι τορεῦσαι Μῦν· τῷ δὲ Μυΐ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔργων Παῤῥάσιον καταγράψαι τὸν Εὐήνορος. ταύτης τῆς Ἀθηνᾶς ἡ τοῦ δόρατος αἰχμὴ καὶ ὁ λόφος τοῦ κράνους ἀπὸ Σουνίου προσπλέουσίν ἐστιν ἤδη σύνοπτα.

Cap. XXVIII. At Cylonem cur dignum putarint, cui aeneam statuam ponerent, comperti nihil habeo, quum de tyrannide eum consilia inisse constet. Habitum tamen hunc illi honorem coniicio, quod et formae dignitate praestiterit, et gloria fuerit minime vulgari. Nam in Olympia victor de iterato stadio renunciatus est, et Theagenis Megarensium tyranni filiam in matrimonio habuit. (2) Praeter ea vero, quae adhuc recensui, duo sunt ex bellicae praedae decimis insignia apud Athenienses opera: de Persarum, qui in Marathoniorum fines invaserant, manubiis Minervae ex aere signum, quod Phidias fecit: in cuius clypeo Lapitharum et Centaurorum pugnam Mys caelavit, quum eam Myi, et quae in clypeo spectantur reliqua, Parrhasius Evenoris filius pinxisset. Hastae cuspis et in summa galea crista a Sunio us-

καὶ ἅρμα κεῖται χαλκοῦν ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτη, καὶ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ. δύο δὲ ἄλλα ἐστὶν ἀναθήματα, Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ τῶν ἔργων τῶν Φειδίου θέας μάλιστα ἄξιον, Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἀπὸ τῶν ἀναθέντων καλουμένης Λημνίας. (3) Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγοὺς οἰκήσαντάς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· φασὶ γὰρ Ἀγρόλαν καὶ Ὑπέρβιον * 68 πυνθανόμενος δὲ, οἵτινες ἦσαν, οὐδὲν ἄλλο ἐδυνάμην μαθεῖν, ἢ Σικελοὺς τὸ ἐξαρχῆς ὄντας Ἀκαρνανίαν μετοικῆσαι.

(4) Καταβᾶσι δὲ οὐκ ἐς τὴν κάτω πόλιν, ἀλλ' ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια, πηγή τε ὕδατός ἐστι καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ καὶ Πανός. Κρεούσῃ δὲ θυγατρὶ Ἐρεχθέως Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι. περὶ δὲ τοῦ Πανός φασιν, ὡς πεμφθείη Φιλιππίδης ἐς Λακεδαίμονα ἄγγελος ἀποβεβηκότων Μήδων ἐς τὴν γῆν, ἐπανήκων δὲ Λακεδαιμονίους ὑπερβάλλεσθαι

que adnavigantibus conspicua est. De Boeotiorum vero et Chalcidensium, qui in Euboea sunt, decimis aeneus currus. Duo praeterea dona dedicarunt, Periclem Xanthippi filium, et (quae omnibus Phidiae operibus antecellit) Minervam; quam, quod a Lemniis dedicata est, Lemniam appellant. (3) Arcem ipsam, praeter eam partem, quam Cimon Miltiadis filius exstruxit, muris cinxisse Pelasgos homines tradunt, qui sub arce quondam habitarunt: Agrolam, et Hyperbium, de quibus quum studiose sciscitatus fuerim, aliud nihil comperi quam e Sicilia eos in Acarnaniam migrasse. (4) Quum iam descenderis, non tamen ad inferiores urbis partes, sed paulo infra propylaea, fontem videas, et illi proximum Apollinis et Panos fanum in specu, in quo cum Creusa Erechthei filia Apollinem concubuisse fama vulgavit. De Pane vero haec memoriae prodita sunt: nuncium ad Lacedaemonios de Persarum in Atticam irruptione Philippidem missum: hunc, quum rediisset, retulisse, Lacedaemonios

φαίη τὴν ἔξοδον· εἶναι γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς, μὴ πρότερον μαχουμένους ἐξιέναι, πρὶν ἢ πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης γενέσθαι. τὸν δὲ Πᾶνα ὁ Φιλιππίδης ἔλεγε περὶ τὸ ὄρος ἐντυχόντα οἱ τὸ Παρθένιον, φάναι τε ὡς εὔνους Ἀθηναίοις εἴη, καὶ ὅτι ἐς Μαραθῶνα ἥξει συμμαχήσων. οὗτος μὲν οὖν ὁ θεὸς ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἀγγελίᾳ τετίμηται. (5) Κάτω δὲ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος· ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη· καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιῤῥόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός· καὶ βωμός ἐστιν Ἀθηνᾶς Ἀρείας, ὃν ἀνέθηκεν ἀποφυγὼν τὴν δίκην. τοὺς δὲ ἀργοὺς λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν, ὅσοι δίκας ὑπέχουσι καὶ οἱ διώκοντες, τὸν μὲν ὕβρεως, τὸν δὲ ἀναιδείας αὐτῶν ὀνομάζουσι. (6) Πλησίον δὲ ἱερὸν θεῶν ἐστιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Ἡσίοδος δὲ Ἐριννῦς ἐν Θεογονίᾳ. πρῶτος δέ σφισιν Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίη-

minus mature copias educere, quod religione impedirentur cum exercitu exire, antequam luna orbem complesset: sibi vero ad Parthenium saltum Pana obvium factum, qui se Atheniensibus pro sua erga eos benevolentia in pugna ad Marathonem praesto futurum pollicitus fuerit. Ex eo nuncio deo honores haberi coeptos. (5) In qua parte est etiam Areopagus, inde autem nomen accepit, quod Mars eo in loco primus capitis causam dixerit. Nam et Halirrhothium ab eo occisum, et qua de causa, ante exposuimus. *Eodem* vero *in loco* post Oresti de matris caede iudicium est constitutum. Exstat adhuc Minervae Areae (*id est, deprecatricis*) ara, quam *Orestes* iam absolutus dicitur dedicasse. Lapides ibidem duo sunt rudes, quibus accusatores et rei insident; alterum contumeliae, impudentiae alterum vocant. (6) Proxime dearum est aedes, quas Athenienses Severas, Hesiodus in eo, quod de Gentilitate deorum fecit, carmine Erinnys nominat. Earum serpentibus esse crinem implicitum, primus omnium finxit Aeschylus. Nihil tamen

σεν ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι· τοῖς δὲ ἀγάλμασιν οὔτε τούτοις ἔπεστιν οὐδὲν φοβερὸν, οὔτε ὅσα ἄλλα ἀνάκειται θεῶν τῶν ὑπογαίων. κεῖται δὲ καὶ Πλούτων καὶ Ἑρμῆς, καὶ Γῆς ἄγαλμα. ἐνταῦθα θύουσι μὲν ὅσοις ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὴν αἰτίαν ἐξεγένετο ἀπολύσασθαι, θύουσι δὲ καὶ ἄλλως ξένοι τε ὁμοίως καὶ ἀστοί. (7) Ἔστι 69 δὲ καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου μνῆμα Οἰδίποδος. πολυπραγμονῶν δὲ εὕρισκον τὰ ὀστᾶ ἐκ Θηβῶν κομισθέντα· τὰ γὰρ ἐς τὸν θάνατον Σοφοκλεῖ πεποιημένα τὸν Οἰδίποδος Ὅμηρος οὐκ εἴα με δόξαι πιστὰ, ὃς ἔφη Μηκιστέα, τελευτήσαντος Οἰδίποδος, ἐπιτάφιον ἐλθόντα ἐς Θήβας ἀγωνίσασθαι.

(8) Ἔστι δὲ Ἀθηναίοις καὶ ἄλλα δικαστήρια οὐκ ἐς τοσοῦτο δόξης ἥκοντα. τὸ μὲν οὖν καλούμενον Παράβυστον καὶ Τρίγωνον, τὸ μὲν, ἐν ἀφανεῖ τῆς πόλεως ὂν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτὸ, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα· Βατραχιοῦν δὲ καὶ Φοινικιοῦν ἀπὸ χρωμάτων καὶ ἐς τόδε διαμεμένηκεν ὀνομάζεσθαι.

vel harum, vel ceterorum, quae illic posita sunt, inferorum numinum simulacra quicquam horribile prae se ferunt. *Nam* Plutonis, Mercurii, et Telluris ibidem sunt signa: ad quae rem divinam faciunt, quicunque in Areopagitico iudicio capitis periculo fuerint liberati: sed alii etiam, quum hospites, tum cives. (7) Intra septum Areopagi Oedipi monumentum est, de quo quum sedulo quaererem, eius ossa Thebis eo deportata comperi. Quae enim de Oedipi morte Sophocles finxit, Homerus facit, quo minus vera fuisse credam. Ab *eo enim* traditum scimus, Mecisteum Thebas profectum, iis ludis, qui ad Oedipi tumulum facti sunt, decertasse. (8) Sunt etiam apud Athenienses alia iudicia, sed *multo* minus illustria: eorum unum Parabystum, alterum Trigonum nominant. Illud ab obscuro urbis loco, in quo levissimae prorsus causae cognoscuntur: hoc a loci forma nomen assumsit. Batrachii vero et Punicei a coloribus in hunc usque diem nomina permansere. Maximum vero omnium, et quo

τὸ δὲ μέγιστον, καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν, Ἡλιαίαν καλοῦσιν. (9) Ὁπόσα δὲ ἐπὶ τοῖς φονεῦσιν, ἔστιν ἄλλα· καὶ ἐπὶ Παλλαδίῳ καλοῦσι, καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ἀκουσίως κρίσις καθέστηκε. καὶ ὅτι μὲν Δημοφῶν πρῶτος ἐνταῦθα ὑπέσχε δίκας, ἀμφισβητοῦσιν οὐδένες· ἐφ' ὅτῳ δὲ, διάφορα ἐς τοῦτο εἴρηται. Διομήδην γάρ φασιν ἁλούσης Ἰλίου ταῖς ναυσὶν ὀπίσω κομίζεσθαι, καὶ ἤδη τε νύκτα ἐπέχειν, ὡς κατὰ Φάληρον πλέοντες γίγνονται, καὶ τοὺς Ἀργείους ὡς ἐς πολεμίαν ἀποβῆναι τὴν γῆν, ἄλλην που δόξαντας ἐν τῇ νυκτὶ καὶ οὐ τὴν Ἀττικὴν εἶναι· ἐνταῦθα Δημοφῶντα λέγουσιν ἐκβοηθήσαντα (οὐκ ἐπιστάμενον οὐδὲ τοῦτον τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὡς εἰσὶν Ἀργεῖοι) καὶ ἄνδρας αὐτῶν ἀποκτεῖναι, καὶ τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαντα οἴχεσθαι· Ἀθηναῖόν τε ἄνδρα οὐ προϊδόμενον ὑπὸ τοῦ ἵππου τοῦ Δημοφῶντος ἀνατραπῆναι, καὶ συμπατηθέντα ἀποθανεῖν· ἐπὶ τούτῳ Δημοφῶντα
70 ὑποσχεῖν δίκας, οἱ μὲν τοῦ συμπατηθέντος τοῖς προσήκουσιν, οἱ δὲ Ἀργείων φασὶ τῷ κοινῷ. (10) Ἐπὶ Δελ-

frequentissimi conveniunt, Heliaeam vocant. (9) In eo foro, quod Palladium appellant, caedis causae agitantur. Atque in eo quidem primum Demophontem causam dixisse nemo ambigit: cuius vero is criminis reus fuerit, non satis inter omnes convenit. Diomedem quidem tradunt, Ilio capto, quum in patriam reveheretur, per noctem *viae errore* ad Phalerum appulisse. Ubi quum Argivi, qui cum eo erant, in agrum tanquam hostilem *populabundi* excurrerent, ut qui aliam quam Atticam terram inter tenebras crederent, Demophontem aiunt, et ipsum nescientem, Argivorum eam classem esse, ad propulsandas populationes accurrisse. Quumque, aliquot interfectis, Palladio erepto, domum abiret, ab eius equo Atheniensem hominem, quum parum is prospiceret, subversum elisumque interiisse. Demophontem itaque alii ab eius, qui interfectus fuerat, propinquis, alii vero ab Argivorum republica reum factum memorant.

φινίῳ δὲ κρίσις καθέστηκεν ἐργάσασθαι φόνον σὺν τῷ δικαίῳ φαμένοις· ὁποῖόν τι καὶ Θησεὺς παρεχόμενος ἀπέφυγεν, ὅτε Πάλλαντα ἐπαναστάντα καὶ τοὺς παῖδας ἔκτεινε. πρότερον δὲ πρὶν ἢ Θησεὺς ἀφείθη, καθεστήκει πᾶσι φεύγειν κτείναντα, ἢ κατὰ ταὐτὰ θνήσκειν μένοντα. (11) Τὸ δὲ ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον, ἔνθα τῷ σιδήρῳ καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις δικάζουσιν, ἐπὶ τῷδε ἄρξασθαι νομίζω. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ βουφόνος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Πολιέως Διός· καὶ ὁ μὲν ἀπολιπὼν ταύτῃ τὸν πέλεκυν ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων, ὁ δὲ πέλεκυς παραυτίκα ἀφείθη κριθεὶς· καὶ ἐς τόδε ἀνὰ πᾶν ἔτος κρίνεται. λέγεται μὲν δὴ καὶ ἄλλα τῶν ἀψύχων αὐτόματα ἐπιθεῖναι σὺν τῷ δικαίῳ τιμωρίαν ἀνθρώποις· ἔργον δὲ κάλλιστον καὶ δόξῃ φανερώτατον ὁ Καμβύσου παρέσχετο ἀκινάκης. (12) Ἔστι δὲ τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς· ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. Τεῦκρον πρῶτον λόγος ἔχει Τελαμῶνι

(10) In Delphinio causam dicunt, qui se iure occidisse defendunt: quo iudicio et Theseus, quum Pallanta eiusque filios res novas molientes interemisset, absolutus est. Ante Theseum enim interfectorem necesse erat exilii causa solum vertere, aut talionis poenam suscipere. (11) In Prytaneo de ferro aliisque inanimis iudicium fit: cuius rei hoc initium fuisse arbitror. Erechtheo Athenis regnante, bovem sacerdos is, qui Buphonus est appellatus, ad Poliei Iovis aram occidit, statimque relicta bipenne e finibus excessit: bipennis iudicio absoluta est. Et eum quidem ritum quotannis servant. Dicuntur autem alia quoque inanima sua sponte hominibus iustam inflixisse ultionem: et Cambysis acinaces pulcherrimum ac nobilissimum perpatravit facinus. (12) In Piraeei maritima parte Phreattys est, ubi rei, si semel elapsi alio implicentur crimine, e navi iudicibus in littore consistentibus causam dicunt: ac Teucrum aiunt primum omnium

οὕτως ἀπολογήσασθαι, μηδὲν ἐς τὸν Αἴαντος θάνατον εἰργάσθαι. τάδε μὲν οὖν εἰρήσθω μοι τῶνδε εἵνεκα, γνῶναι ὁπόσοις μέτεστι σπουδῆς τὰ εἰς τὰ δικαστήρια.

## CAPUT XXIX.

De nave ad Panathenaeórum pompam ducendam constructa — Deliae navis magnitudine — templis et sepulcris extra urbem in pagis et viis — Academia et Dianae templo prope illam — sepulcris fortium et illustrium virorum in via ad Academiam.

Τοῦ δὲ Ἀρείου πάγου πλησίον δείκνυται ναῦς ποιηθεῖσα ἐς τὴν τῶν Παναθηναίων πομπήν· καὶ ταύτην μὲν ἤδη που τις ὑπερεβάλλετο. Τὸ δὲ ἐν Δήλῳ πλοῖον οὐδένα πω νικήσαντα οἶδα, καθῆκον ἐς ἐννέα ἐρέτας ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων.

(2) Ἀθηναίοις δὲ καὶ ἔξω πόλεως ἐν τοῖς δήμοις, καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς θεῶν ἐστιν ἱερὰ, καὶ ἡρώων καὶ ἀνδρῶν
71 τάφοι. Ἐγγυτάτω δὲ Ἀκαδημία, χωρίον ποτὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου, γυμνάσιον δὲ ἐπ' ἐμοῦ. κατιοῦσι δ' ἐς αὐτὴν, περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος, καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλ-

eo se modo Telamoni purgasse, quum de Aiacis caede culpa vacaret. Et haec quidem de iudiciis commemoravimus, ut, quantae ea curae Atheniensibus sint, intelligi possit.

Cap. XXIX. Non longe ab Areopago navis ostenditur ad Panathenaeorum pompam fabricata, qua fortasse maior alia facile inveniatur: ea vero, quae Deli est, omnes, quas ego norim, magnitudine superat. E foris enim eius novenis eminent remigibus transtra. (2) In curiis ipsis extra urbem, et in viis passim, deorum templa, heroumque et hominum sunt sepulcra. Non longe a muris Academia est, privati olim hominis ager, nunc gymnasium: in illam descendentibus septum quoddam est Dianae, et simulacra Optimae ac Pul-

λίστης· ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Σαπφοῦς, τῆς Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αὗται· λεγόμενον δὲ καὶ ἄλλον ἐς αὐτὰς λόγον εἰδὼς ὑπερβήσομαι. καὶ ναὸς οὐ μέγας ἐστὶν, ἐς ὃν τοῦ Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως τὸ ἄγαλμα ἀνὰ πᾶν ἔτος κομίζουσιν ἐν τεταγμέναις ἡμέραις. ἱερὰ μέν σφισι ταύτῃ τοσαῦτά ἐστι. (3) Τάφοι δὲ Θρασυβούλου μὲν πρῶτον τοῦ Λύκου, ἀνδρὸς τῶν τε ὕστερον καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ γεγόνασιν Ἀθηναίοις λόγιμοι τὰ πάντα ἀρίστου· παρέντι δέ μοι τὰ πλείω, τοσαῦτα ἐς πίστιν ἀρκέσει τοῦ λόγου. τυραννίδα γὰρ ἔπαυσε τῶν τριάκοντα καλουμένων σὺν ἀνδράσιν ἑξήκοντα τὸ καταρχὰς ὁρμηθεὶς ἐκ Θηβῶν· καὶ Ἀθηναίους στασιάζοντας διαλλαγῆναι καὶ συνθεμένους ἔπεισε μεῖναι. πρῶτος μέν ἐστιν οὗτος τάφος· ἐπὶ δὲ αὐτῷ Περικλέους τε καὶ Χαβρίου καὶ Φορμίωνος. (4) Ἔστι δὲ καὶ πᾶσι μνῆμα Ἀθηναίοις, ὁπόσοις ἀποθανεῖν συνέπεσεν ἔν τε ναυμαχίαις καὶ ἐν μάχαις πεζαῖς, πλὴν ὅσοι

cherrimae. Esse vero ea Dianae cognomina, et ipse coniicio, et Sapphus carmina testantur; de quibus nihil hoc loco attinet dicere, quum multa tamen tradita sint. Est etiam aedes non magna, in quam Bacchi Eleutherensis simulacrum quotannis statis diebus portant. Et tot quidem ipsis ea parte sunt aedes sacrae. (3) Iam vero inter sepulcra primum obtinet locum Thrasybuli Lyci filii, viri Atheniensium omnium, qui ante ipsum fuere, quique sunt eius aetatem consecuti, omni laudum genere praestantissimi: de quo, quum nihil nunc necesse sit omnia commemorare, unum tamen, ex quo sit eius virtus testata, non praetermittam. Is triginta tyrannorum dominatum initio cum sexaginta non amplius sociis, Thebis profectus, evertit, et Atheniensibus diuturnis seditionibus pene afflictis, compositionis et concordiae auctor fuit. Alii deinceps sunt tumuli, Periclis, Chabriae, et Phormionis. (4) Est etiam suum omnibus Atheniensibus, qui aut navalibus aut terrestribus praeliis *pro patria* mortem oppetiere, monumentum, iis exceptis,

Μαραθῶνι αὐτῶν ἠγωνίσαντο· τούτοις γὰρ κατὰ χώραν εἰσὶν οἱ τάφοι δι' ἀνδραγαθίαν· οἱ δὲ ἄλλοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν ἐς Ἀκαδημίαν, καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. πρῶτοι δὲ ἐτάφησαν, οὓς ἐν Θρᾴκῃ ποτὲ ἐπικρατοῦντας μέχρι Δραβήσκου τῆς χώρας Ἠδωνοὶ φονεύουσιν ἀνέλπιστοι ἐπιθέμενοι· λέγεται δὲ καὶ ὡς κεραυνοὶ πέσοιεν ἐπ' αὐτούς. στρατηγοὶ δὲ ἄλλοι τε ἦσαν καὶ Λέαγρος, ᾧ μάλιστα ἐπετέτραπτο ἡ δύναμις, καὶ Δεκελεὺς Σωφάνης, ὃς τὸν Ἀργεῖόν ποτε πένταθλον Νεμείων ἀνῃρημένον νίκην ἀπέκτεινεν Εὐρυβάτην, βοηθοῦντα Αἰγινήταις. στρατὸν δὲ ἔξω τῆς Ἑλλάδος Ἀθηναῖοι τρίτον
72 τοῦτον ἔστειλαν. Πριάμῳ μὲν γὰρ καὶ Τρωσὶ πάντες Ἕλληνες ἀπὸ κοινοῦ λόγου κατέστησαν ἐς πόλεμον· Ἀθηναῖοι δὲ ἰδίᾳ μετ' Ἰολάου τε ἐς Σαρδὼ, καὶ δεύτερον ἐς τὴν νῦν Ἰωνίαν ἐστράτευσαν, καὶ τρίτον δὴ τότε ἐς τὴν Θρᾴκην. (6) Ἔστι δὲ ἔμπροσθεν τοῦ μνήματος στήλη,

qui ad Marathonem ceciderunt. Illis enim eodem, quo occubuerunt, loco sepulcra ad virtutis memoriam erecta. Alii *omnes* in via sunt, quae ad Academiam ducit, sepulti, ac pilae tumulis impositae cum elogiis nomen cuiusque et curiam testantibus. In primis eorum sepulcra spectantur, quos, quum Thraciam iam omnem ad Drabescum usque occupassent, Edoni de improviso adorti interemerunt: quos ipsos etiam fulminibus ictos periisse dicunt. Duces *iis* et alii fuerunt, et Leagrus, cui copiae omnes fuerant commissae: et Decelensis Sophanes, qui Eurybaten Argivum de quinque in Nemea certaminibus victorem Aeginetis opem ferentem occidit. Et hunc quidem extra Graeciam tertium exercitum Athenienses misisse constat. Nam Priamo et Troianis Graeci omnes communi consensu bellum intulerunt: Athenienses vero privatim cum Iolao in Sardiniam primum, deinde in Ioniam, tertio in Thraciam arma promovere. (5) A fronte monumenti columna est, in qua pugnantes equites duo cer-

μαχομένους ἔχουσα ἱππεῖς· Μελάνωπός σφίσιν ἐστὶ καὶ Μακάρτατος ὀνόματα, οὓς κατέλαβεν ἀποθανεῖν ἐναντία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν τεταγμένους, ἔνθα τῆς Ἐλευσινίας εἰσὶ χώρας πρὸς Ταναγραίους ὅροι. καὶ Θεσσαλῶν τάφος ἐστὶν ἱππέων κατὰ παλαιὰν φιλίαν ἐλθόντων, ὅτε σὺν Ἀρχιδάμῳ Πελοποννήσιοι πρῶτον ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικὴν στρατιᾷ· καὶ πλησίον τοξόταις Κρησίν. αὖθις δέ ἐστιν Ἀθηναίων μνήματα, Κλεισθένους, ᾧ τὰ ἐς τὰς φυλὰς, αἳ νῦν καθεστᾶσιν, εὑρέθη· καὶ ἱππεῦσιν ἀποθανοῦσιν, ἡνίκα συνεπελάβοντο οἱ Θεσσαλοὶ τοῦ κινδύνου. ἐνταῦθα καὶ Κλεωναῖοι κεῖνται, μετὰ Ἀργείων ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντες· ἐφ' ὅτῳ δὲ, γράψω τοῦ λόγου μοι κατελθόντος ἐς τοὺς Ἀργείους. καὶ Ἀθηναίων δ' ἔστι τάφος, οἳ, πρὶν ἢ στρατεῦσαι τὸν Μῆδον, ἐπολέμησαν πρὸς Αἰγινήτας. (6) Ἦν δὲ ἄρα καὶ δήμου δίκαιον βούλευμα, εἰ δὴ καὶ Ἀθηναῖοι μετέδοσαν δούλοις δημοσίᾳ ταφῆναι, καὶ τὰ ὀνόματα ἐγγραφῆναι

nuntur, quorum uni Melanopo, alteri Macartato nomen: qui adversus Lacedaemonios et Boeotios dimicantes, in ipsis Eleusiniorum et Tanagraeorum finibus cecidere. Exstant et Thessalorum equitum tumuli, qui pro vetere amicitia Atheniensibus auxilio venerunt, quum in Atticam Peloponnesii, duce Archidamo, invasissent: ac secundum eos Cretensium sagittariorum: Atheniensium rursus, Clisthenis primum, qui eam tribuum rationem instituit, quae etiamnum observatur. Equitum deinde eorum, qui occubuerunt in eo proelio, in quo Thessali cum Atheniensibus periculum adiere. Eodem etiam in loco Cleonaei iacent, qui cum Argivis in Atticam venerant. Qua autem de causa venerint, tunc exponam, quum ad Argivorum res descenderit historia. Sunt et eorum Atheniensium ibi tumuli, qui ante Persicum bellum cum Aeginetis pugnarunt. (6) Aequitatis autem plenissimum illud plebiscitum fuit, quo publicae sepulturae honor est cum servis communicatus; eorumque nomina columnis

στήλῃ· δηλοῖ δὲ ἀγαθοὺς σφᾶς ἐν τῷ πολέμῳ γενέσθαι περὶ τοὺς δεσπότας. ἔστι δὲ καὶ ἀνδρῶν ὀνόματα ἄλλων, διάφορα δέ σφισι τὰ χωρία τῶν ἀγώνων· καὶ γὰρ τῶν ἐπ' Ὄλυνθον ἐλθόντων οἱ δοκιμώτατοι, καὶ Μελήσανδρος ἐς τὴν ἄνω Καρίαν ναυσὶν ἀναπλεύσας διὰ τοῦ Μαιάνδρου. (7) Ἐτάφησαν δὲ καὶ οἱ τελευτήσαντες πολεμοῦντος Κασσάνδρου, καὶ οἱ συμμαχήσαντές ποτε Ἀργείων· πραχθῆναι δὲ οὕτω σφίσι τὴν πρὸς Ἀργείους λέγουσι συμμαχίαν. Λακεδαιμονίοις, τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ σείσαντος, οἱ εἵλωτες ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν· ἀφεστηκότων
73 δὲ, οἱ Λακεδαιμόνιοι βοηθοὺς καὶ ἄλλους καὶ παρὰ Ἀθηναίων μετεπέμποντο· οἱ δέ σφισιν ἐπιλέκτους ἄνδρας ἀποστέλλουσι, καὶ στρατηγὸν Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου· τούτους ἀποπέμπουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς ὑποψίαν. Ἀθηναίοις δὲ οὐκ ἀνεκτὰ ἐφαίνετο περιυβρίσθαι, καὶ ὡς ἐκομίζοντο ὀπίσω, συμμαχίαν ἐποιήσαντο Ἀργείοις Λακεδαιμονίων ἐχθροῖς τὸν ἅπαντα οὖσι χρόνον. ὕστερον δὲ μελλούσης Ἀθηναίων ἐν Τανάγρᾳ γίνεσθαι πρὸς

incisa sunt, quod fideliter et strenue dominis in praelio operam suam navassent. Sunt et aliorum virorum monumenta, qui diversis in locis pugnantes ceciderunt: clarissimi vero omnium, qui ad Olynthum pugnarunt. Ibi videas et Melesandri monumentum, qui navibus adverso Maeandro in superiorem Cariam contendit. (7) Ibidem conditi sunt, qui Cassandri bello occubuerunt, et qui ex Argivis tum belli fuerunt socii. Huius vero societatis cum Argivis hanc fuisse causam tradunt. Sparta terrae motu concussa, Hilotes (*publicae scilicet operae, captivi Messenii*) in Ithomen secesserunt. Fecit ea defectio, ut Lacedaemonii et ab aliis, et ab Atheniensibus auxilia poscerent. Missi sunt itaque lectissimi viri cum Cimone Miltiadis filio: sed eos Lacedaemonii, quod suspectos haberent, remiserunt. Ubi igitur illi domum rediere, Athenienses ea contumelia graviter commoti, cum Argivis Lacedaemoniorum hostibus foedus fecerunt. Postea quum ad Tanagram cum Boeotiis et Lacedaemoniis

Βοιωτοὺς καὶ Λακεδαιμονίους μάχης, ἀφίκοντο Ἀθηναίοις Ἀργεῖοι βοηθοῦντες· καὶ παραυτίκα μὲν ἔχοντας πλέον τοὺς Ἀργείους νὺξ ἐπελθοῦσα ἀφείλετο τὸ σαφὲς τῆς νίκης· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ὑπῆρξε κρατῆσαι Λακεδαιμονίοις, Θεσσαλῶν προδόντων Ἀθηναίους. καταλέξαι δέ μοι καὶ τούσδε ἐπῆλθεν· Ἀπολλόδωρον ξένων ἡγεμόνα, ὃς Ἀθηναῖος μὲν ἦν, ἐκπεμφθεὶς δὲ ὑπὸ Ἀρσίτου σατράπου τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας, διεφύλαξε Περινθίοις τὴν πόλιν, ἐσβεβληκότος ἐς τὴν Περινθίαν Φιλίππου στρατῷ. οὗτός τε οὖν ἐνταῦθα τέθαπται, καὶ Εὔβουλος ὁ Σπινθάρου, καὶ ἄνδρες, οἷς ἀγαθοῖς οὖσιν οὐκ ἐπηκολούθησε τύχη χρηστή· τοῖς μὲν οὖν ἐπιθεμένοις τυραννοῦντι Λαχάρει, οἱ δὲ τοῦ Πειραιῶς κατάληψιν ἐβούλευσαν Μακεδόνων φρουρούντων, πρὶν δὲ εἰργάσθαι τὸ ἔργον, ὑπὸ τῶν συνειδότων μηνυθέντες ἀπώλοντο. (8) Κεῖνται δὲ καὶ οἱ περὶ Κόρινθον πεσόντες· ἐδήλωσε δὲ οὐχ ἥκιστα ὁ θεὸς ἐνταῦθα καὶ αὖθις ἐν Λεύκτροις,

essent Athenienses praelium commissuri, auxilia illis quidem Argivi miserunt: neque multum abfuit, quin ex acie superiores discederent. Verum nox, quo minus, utri vicissent, cerni posset, obstitit. Postero vero die Thessalorum equitum proditione a Lacedaemoniis Athenienses victi sunt. Sed eorum ducum, quorum in eo loco monumenta exstant, longe clarissimus Apollodorus mercenariorum dux, qui quum Atheniensis esset, ab Aristo (eius Phrygiae, quae ad Hellespontum est, satrapa) *cum auxiliis* missus, Perinthiorum civitatem, eius fines Philippo cum exercitu ingresso, servavit. Hic igitur illic sepultus est: item Eubulus Spinthari filius: alii etiam, quorum virtuti fortuna fuit iniquior. Eorum enim alii, quum in Lacharem tyrannum coniurassent, alii vero, quum de eiiciendo ex Piraeeo Macedonum praesidio consilia iniissent, priusquam negotium conficerent, consciorum indicio oppressi sunt. (8) Siti etiam ibi sunt, qui ad Corinthum ceciderunt: ubi facile declaravit Deus, quemadmodum et post in Leuctrica pugna, eos, qui a Graecis viri

τοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων καλουμένους ἀνδρείους τὸ μηδὲν
ἄνευ τύχης εἶναι· εἰ δὴ Λακεδαιμόνιοι, Κορινθίων τότε
καὶ Ἀθηναίων, ἔτι δὲ καὶ Ἀργείων καὶ Βοιωτῶν κρα-
τήσαντες, ὕστερον ὑπὸ Βοιωτῶν μόνων ἐν Λεύκτροις ἐς
τοσοῦτον ἐκακώθησαν. (9) Μετὰ δὲ τοὺς ἀποθανόντας
ἐν Κορίνθῳ, στήλην ἐπὶ τοῖσδε ἑστάναι τὴν αὐτὴν σημαί-
74 νει τὰ ἐλεγεῖα, τοῖς μὲν ἐν Εὐβοίᾳ τε καὶ Χίῳ τελευτήσα-
σι· τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἀσιανῆς ἠπείρου δια-
φθαρῆναι δηλοῖ, τοὺς δὲ ἐν Σικελίᾳ. γεγραμμένοι δέ
εἰσιν οἵ τε στρατηγοὶ πλὴν Νικίου, καὶ τῶν στρατιωτῶν
ὁμοῦ τοῖς ἀστοῖς Πλαταιεῖς. Νικίας δὲ ἐπὶ τῷδε παρείθη·
γράφω δὲ οὐδὲν διάφορα, ἢ Φίλιστος, ὃς ἔφη Δημοσθέ-
νην μὲν σπονδὰς ποιήσασθαι τοῖς ἄλλοις, πλὴν αὐτοῦ,
καὶ ὡς ἡλίσκετο, αὐτὸν ἐπιχειρεῖν ἀποκτεῖναι, Νικίᾳ δὲ
τὴν παράδοσιν ἐθελοντῇ γενέσθαι. τούτων εἵνεκα οὐκ
ἐνεγράφη Νικίας τῇ στήλῃ, καταγνωσθεὶς αἰχμάλωτος
ἐθελοντὴς εἶναι καὶ οὐκ ἀνὴρ πολέμῳ πρέπων. (10) Εἰσὶ

fortes appellantur, sine fortuna nihil esse. Nam Lacedaemonii, qui Corinthios ante, Athenienses, Argivos, et Boeotios armis domuerant, ad Leuctra tam ingenti clade a solis Boeotiis afflicti sunt. (9) Post eorum tumulos, qui ad Corinthum periere, columnam unam multis erectam esse, inscripti elegi testantur. Hos enim in Euboea, illos in Chio, quosdam in extremis continentis Asiae finibus, alios in Sicilia cecidisse indicant. Duces etiam adscripti sunt praeter Niciam; et Plataeenses milites una cum oppidanis. Niciam quidem praeteritum non aliam ob causam, quam Philistus prodidit, crediderim. Scribit enim ille, Demosthenem in deditione facienda se unum excepisse; ac quum in hostium potestatem veniret, sibi ipsi manus consciscere conatum. Niciam vero ultro deditionem fecisse; eamque ob rem nomen eius in columna inscriptum non esse, quod, se quum hostibus ultro dedidisset, quod imperatore ac forti viro dignum esset, non fecerat. (10) Sunt in alia columna inscri-

δὲ ἐπ' ἄλλῃ στήλῃ καὶ οἱ μαχεσάμενοι περὶ τὴν Θρᾴκην, καὶ ἐν Μεγάροις, καὶ ἡνίκα Ἀρκάδας τοὺς ἐν Μαντινείᾳ καὶ Ἠλείους ἔπεισεν Ἀλκιβιάδης Λακεδαιμονίων ἀποστῆναι καὶ οἱ, πρὶν ἐς Σικελίαν ἀφικέσθαι Δημοσθένην, Συρακουσίων κρατήσαντες. (11) Ἐτάφησαν δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον ναυμαχήσαντες, καὶ ὅσοι Μακεδόνων ἐναντία ἠγωνίσαντο ἐν Χαιρωνείᾳ, καὶ οἱ μετὰ Κλέωνος ἐς Ἀμφίπολιν στρατεύσαντες· οἵ τε ἐν Δηλίῳ τῷ Ταναγραίων τελευτήσαντες, καὶ ὅσους ἐς Θεσσαλίαν Λεωσθένης ἤγαγε, καὶ οἱ πλεύσαντες ἐς Κύπρον ὁμοῦ Κίμωνι, τῶν τε σὺν Ὀλυμπιοδώρῳ τὴν φρουρὰν ἐκβαλόντων τριῶν καὶ δέκα ἄνδρες οὐ πλείους. (12) Φασὶ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ Ῥωμαίοις ὅμορόν τινα πολεμοῦσι πόλεμον, στρατιὰν οὐ πολλὴν πέμψαι, καὶ ὕστερον ναυμαχίας Ῥωμαίων πρὸς Καρχηδονίους γιγνομένης, τριήρεις πέντε Ἀττικὰς παραγένοντο· ἔστιν οὖν καὶ τούτοις ἐνταῦθα τοῖς ἀνδράσιν ὁ τάφος. (13) Τολμίδου δὲ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δεδήλωται μὲν ἤδη μοι τὰ ἔργα, καὶ ὃν τρόπον ἐτε-

pti, qui in Thracia et ad Megaram pugnarunt; quique cum Alcibiade fuerunt, quum eius auctoritatem secuti Arcades, qui Mantineam tenent, et Elei, a Lacedaemoniis defecissent; et qui ante Demosthenis in Siciliam adventum Syracusanos vicerunt. (11) Sepulcra etiam eorum visuntur, qui ad Hellespontum navali praelio conflixerunt, et qui steterunt contra Macedonas in Chaeronea, quique sub Cleone ad Amphipolim meruerunt. Ad hos, qui ad Delium in Tanagraeorum finibus ceciderunt, et quos in Thessaliam Leosthenes duxit, et qui cum Cimone in Cyprum navigarunt: illi etiam, qui Olympiodorum secuti, tredecim non amplius viri, *Macedonum* praesidium eiecerunt. (12) Ferunt Athenienses, Romanis aliquando se finitimum quoddam bellum gerentibus auxilia non sane magna misisse; triremes etiam quinque Atticas navali praelio contra Carthaginienses interfuisse. Sua igitur iis etiam militibus sunt monumenta. (13) Tolmidae vero, et militum eius res gestas, quoque modo interierint, supe-

λεύτησαν. ἴστω δὲ ὅτῳ φίλον, κειμένους σφᾶς κατὰ τὴν ὁδὸν ταύτην. (14) Κεῖνται δὲ καὶ οἱ σὺν Κίμωνι τὸ μέγα ἔργον ἐπ' Εὐρυμέδοντι πεζῇ καὶ ναυσὶν αὐθημερὸν κρατήσαντες. τέθαπται δὲ καὶ Κόνων καὶ Τιμόθεος, δεύτεροι μετὰ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα οὗτοι πατὴρ καὶ παῖς ἔργα ἀποδειξάμενοι λαμπρά. (15) Κεῖται δὲ καὶ Ζήνων ἐνταῦθα ὁ Μνασέου, καὶ Χρύσιππος ὁ Σολεύς, Νικίας τε ὁ Νικομήδους ζῷα ἄριστος γράψαι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, οἱ τὸν Πεισιστράτου παῖδα Ἵππαρχον ἀποκτείναντες, ῥήτορές τε Ἐφιάλτης, ὃς τὰ νόμιμα τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ μάλιστα ἐλυμήνατο, καὶ Λυκοῦργος ὁ Λυκόφρονος. (16) Λυκούργῳ δὲ ἐπορίσθη μὲν τάλαντα ἐς τὸ δημόσιον πεντακοσίοις πλείονα καὶ ἑξακισχιλίοις, ἢ ὅσα Περικλῆς ὁ Ξανθίππου συνήγαγε· κατεσκεύασε δὲ πομπεῖα τῇ θεῷ, καὶ Νίκας χρυσᾶς, καὶ παρθένοις κόσμον ἑκατόν· ἐς δὲ πόλεμον ὅπλα καὶ βέλη, καὶ τετρακοσίας ναυμαχοῦσιν εἶναι τριήρεις· οἰκοδομή-

rius exposuimus: eorum etiam, si quis forte id nosse aveat, in eadem via sepulcra sunt. (14) Siti praeterea illic sunt, quorum magna exstitit Cimone duce bellicae virtutis et perillustris gloria. Eodem enim die hostes ad Eurymedontem terrestri praelio navalique superarunt. Conon exinde, et Timotheus ibidem sepulti: qui post Miltiadem et Cimonem primi, pater et filius, res magnas et praeclaras gesserunt. (15) Conditi ibi etiam sunt Zeno Mnaseae filius, Chrysippus Solensis, Nicias Nicomedis filius, in pingendis animalibus aetatis suae longe praestantissimus: Harmodius et Aristogiton, qui Pisistrati filium Hipparchum occiderunt. Oratores vero Ephialtes, qui Areopagi instituta, ut qui maxime, pervertit: Lycurgus Lycophronis filius, (16) qui in cogenda in publicum aerarium pecunia Periclem Xanthippi filium superavit talentis sexies mille et quingentis (?): idemque ad Minervae pompas ornamenta multa, et aureas Victorias comparavit, ac virginibus centum mundum dedit. Ad belli autem usus scutorum et iaculorum numerum auxit: *classem supplevit, ut* quadringentae triremes ad navales pugnas deduci possent·

ματα δὲ ἐπετέλεσε μὲν τὸ θέατρον ἑτέρων ὑπαρξαμένων· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, ἃ ᾠκοδόμησεν, ἐν Πειραιεῖ νεώς εἰσιν οἶκοι, καὶ πρὸς τῷ Λυκίῳ καλουμένῳ γυμνάσιον. ὅσα μὲν οὖν ἀργύρου πεποιημένα ἦν καὶ χρυσοῦ, Λαχάρης καὶ ταῦτα ἐσύλησε τυραννήσας· τὰ δὲ οἰκοδομήματα καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ἦν.

## CAPUT XXX.

**De daemonis Ἀντέρως dicti ara in urbe — cursu cum facibus ad aram Promethei — aliis aris in Academia — Platonis monumento — Cycno — turri Timonis — aliis memorandis in hac urbis regione.**

Πρὸ δὲ τῆς ἐσόδου τῆς ἐς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος ἔχων ἐπίγραμμα, ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀναθείη. τὸν δὲ ἐν πόλει βωμὸν καλούμενον Ἀντέρωτος ἀνάθημα εἶναι λέγουσι μετοίκων, ὅτι Μέλης Ἀθηναῖος μέτοικον ἄνδρα Τιμαγόραν ἐρασθέντα ἀτιμάζων, ἀφεῖναι κατὰ τῆς πέτρας αὑτὸν ἐκέλευσεν, ἐς τὸ ὑψηλότατον αὐτῆς ἀνελθόντα. Τιμαγόρας δὲ ἄρα καὶ ψυχῆς

Inter opera vero, quae exaedificavit, theatrum est, quod quum alii inchoatum reliquissent, ipse absolvit: ac dum reipublicae praeesset, navale in Piraeeo, et eo in loco, quod Lycium dicitur, gymnasium erexit. Ac opera quidem ex auro et argento, *quae ille dedicarat*, Lachares tyrannus sustulit: aedificia permanent.

Cap. XXX. In primo Academiae aditu Amoris est ara cum inscriptione, Charmum Atheniensium primum Amori dedicasse. Eam enim aram, quae intra urbem est, quam appellant Anterotis, inquilinorum donum fuisse dicunt, ac dedicationis huiusmodi causam exstitisse: Meles Atheniensis amatorem suum Timagoram inquilinum hominem fastidiens, *per contemtum*, ut de summo saxo se abiiceret, iussit. Timagoras, qui semper omnia, quae puer imperaret, fa-

εἶχεν ἀφειδῶς, καὶ πάντα ὁμοίως κελεύοντι ἤθελε χαρίζεσθαι τῷ μειρακίῳ, καὶ δὴ καὶ φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκε· Μέλητα δὲ, ὡς ἀποθανόντα εἶδε Τιμαγόραν, ἐς τοσοῦτον μετανοίας ἐλθεῖν, ὡς πεσεῖν τε ἀπὸ τῆς πέτρας τῆς αὐτῆς· καὶ οὕτως ἀφεὶς αὑτὸν ἐτελεύτησε· καὶ τὸ ἐντεῦθεν δαίμονα Ἀντέρωτα τὸν ἀλάστορα τὸν Τιμαγόρου κατέστη τοῖς μετοίκοις νομίζειν. (2) Ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν
76 ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν· ἀποσβεσθείσης δὲ, οὐδὲν ἔτι τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δὲ ἀντ᾽ αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν, ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη. ἔστι δὲ καὶ Μουσῶν βωμὸς, καὶ ἕτερος Ἑρμοῦ, καὶ ἔνδον Ἀθηνᾶς, τὸν δὲ Ἡρακλέους ἐποίησαν. καὶ φυτόν ἐστιν ἐλαίας, δεύτερον τοῦτο λεγόμενον φανῆναι. (3) Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόῤῥω Πλάτωνος μνῆμά ἐστιν, ᾧ προεσήμαινεν ὁ θεὸς ἄριστον

cienda putasset, animam etiam ipsam facile profudit: unde enim iussus erat, *impigre* se praecipitem dedit. Meletem vero re cognita *suae in illum acerbitatis* adeo poenituit, ut ex eodem seipsum etiam saxo deiecerit. Ex eo *tam atroci rei eventu* ab inquilinis, ut *in eo ipso loco* Anteros genius, Timagorae Amoris vindex, coleretur, institutum. (2) In Academia Promethei ara est; a qua homines in urbem accensas lampades praeferentes discurrunt. In eo enim certamen est, ut in cursu accensae conserventur. Cuius enim fax exstincta fuerit, is victoria successori cedit: eademque ratione ille tertio. Quod si nulli ardentem perferre licitum fuerit, palma in medio relinquitur. *In eadem Academia* Musarum sunt et Mercurii arae; interius Minervae, sua etiam Herculi. Olea inter haec spectatur, quae secunda fertur *e terra* prodiisse. (3) Non longe ab Academia Platonis est monumentum, cuius in philosophiae studio praestantiam

τὰ ἐς φιλοσοφίαν ἔσεσθαι· προεσήμαινε δὲ οὕτω. Σωκράτης τῇ προτεραίᾳ νυκτὶ, ᾗ Πλάτων ἔμελλεν ἔσεσθαί οἱ μαθητὴς, ἐσπτῆναί οἱ κύκνον ἐς τὸν κόλπον εἶδεν ὄνειρον· ἔστι δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα, ὅτι Λιγύων τῶν Ἠριδανοῦ πέραν ὑπὲρ γῆς τῆς Κελτικῆς Κύκνον ἄνδρα μουσικὸν γενέσθαι βασιλέα φασὶ, τελευτήσαντα δὲ Ἀπόλλωνος γνώμῃ μεταβαλεῖν λέγουσιν αὐτὸν ἐς τὸν ὄρνιθα. ἐγὼ δὲ βασιλεῦσαι μὲν πείθομαι Λίγυσιν ἄνδρα μουσικὸν, γενέσθαι δέ μοι ἄπιστον ὄρνιθα ἀπ' ἀνδρός. (4) Κατὰ τοῦτο τῆς χώρας φαίνεται πύργος Τίμωνος, ὃς μόνος οἶδε μηδένα τρόπον εὐδαίμονα εἶναι γενέσθαι, πλὴν τοὺς ἄλλους φεύγοντα ἀνθρώπους. δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος Κολωνὸς ἵππειος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα· διάφορα μὲν καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν. καὶ βωμὸς Ποσειδῶνος Ἱππείου, καὶ Ἀθηνᾶς Ἱππείας· ἡρῷον δὲ Πειρίθου καὶ Θησέως, Οἰδίποδός τε καὶ Ἀδράστου. τὸ δὲ ἄλσος τοῦ Ποσειδῶ-

divinitus significatam tradunt. Socratem enim ea nocte, quam dies ille est consecutus, quo se Plato in eius disciplinam tradidit, vidisse per quietem, cygnum sibi in sinum advolasse. Cygnum autem canoram maxime avem esse, vulgo creditur. Cygnum enim Ligurum (qui in Gallia Transpadana sunt) regem Musicae laude clarum fuisse memorant, eumque, quum decessisset, ab Apolline in sui nominis avem mutatum. Ego vero, apud Ligures regnasse in Musicis solertem hominem, ut credam, facile adduci possum: sed hominem in avem mutatum, minime fide dignum videri potest. (4) In hac agri parte Timonis eminet turris, illius nempe, qui solus novit, felicitatis compotem esse non posse, qui hominum aliorum consuetudinem non defugisset. Ostenditur etiam locus, quem Equestrem Collem appellant: in quam Atticae partem Oedipum primum venisse ferunt, qui de eo diversa ab Homeri carminibus memoriae prodiderunt. Ibi et equestris Neptuni, et equestris Minervae aras, ac Pirithoi, Thesei, Oedipi, Adrasti, videas heroica monu-

νος καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησεν Ἀντίγονος ἐσβαλὼν, καὶ ἄλλοτε στρατιᾷ κακώσας Ἀθηναίοις τὴν γῆν.

# CAPUT XXXI.

De memorandis in parvis Atticae pagis — Hyperboreorum primitiis — Diana, unde Colaenis et Amarysia dicta.

Δῆμοι δὲ οἱ μικροὶ τῆς Ἀττικῆς, ὡς ἔτυχεν ἕκαστος οἰκισθεὶς, τάδε εἰς μνήμην παρείχοντο· Ἀλιμουσίοις μὲν θεσμοφόρου Δήμητρος καὶ Κόρης ἐστὶν ἱερόν. ἐν Ζω-
77 στῆρι δὲ ἐπὶ θαλάσσης καὶ βωμὸς Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Λητοῦς. τεκεῖν μὲν οὖν Λητὼ τοὺς παῖδας ἐνταῦθα οὔ φασι, λύσασθαι δὲ τὸν ζωστῆρα ὡς τεξομένην, καὶ τῷ χωρίῳ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὸ ὄνομα. Προσπαλτίοις δέ ἐστι καὶ τούτοις Κόρης καὶ Δήμητρος ἱερόν. Ἀναγυρασίοις δὲ μητρὸς θεῶν ἱερόν. Κεφαλῆσι δὲ οἱ Διόσκουροι νομίζονται μάλιστα· μεγάλους γὰρ σφᾶς οἱ ταύτῃ θεοὺς ὀνομάζουσιν. (2) ἐν δὲ Πρασιεῦσιν

menta. Neptuni lucum ac templum Antigonus incendit, qui et alio tempore cum exercitu in Atticam invadens, alias etiam eius partes magnis affecit calamitatibus.

Cap. XXXI. Parvae Atticae curiae, quae passim, uti fors tulit, incoluntur, haec nobis, quae literis mandemus, praebent. Apud Halimusios Cereris Legiferae et Proserpinae fanum est. In Zostere prope mare Minervae, Apollinis, Dianae, et Latonae templa sunt: ac Latonam quidem hic peperisse negant. Sed quum non longe pariundi tempus abesset, zonam solvisse dicunt: inde loco nomen inditum. Prospaltii et ipsi Cereris et Proserpinae aedem habent: Anagyrasii Matris Deum delubrum. Apud Cephalenses Castores praecipua quadam coluntur religione: magni enim Dii ab iis appellantur. (2) In Prasiensibus Apollinis est tem-

Ἀπόλλωνός ἐστι ναός· ἐνταῦθα τὰς Ὑπερβορέων ἀπαρχὰς ἰέναι λέγεται· παραδιδόναι δὲ αὐτὰς Ὑπερβορέους μὲν Ἀριμασποῖς, Ἀριμασποὺς δ' Ἰσσηδόσι, παρὰ δὲ τούτων Σκύθας ἐς Σινώπην κομίζειν, ἐντεῦθεν δὲ φέρεσθαι διὰ Ἑλλήνων ἐς Πρασιὰς, Ἀθηναίους δὲ εἶναι τοὺς ἐς Δῆλον ἄγοντας· τὰς δὲ ἀπαρχὰς κεκρύφθαι μὲν ἐν καλάμῃ πυρῶν, γινώσκεσθαι δὲ ὑπ' οὐδένων. ἔστι δὲ μνῆμα ἐπὶ Πρασιαῖς Ἐρυσίχθονος, ὡς ἐκομίζετο ὀπίσω μετὰ τὴν θεωρίαν ἐκ Δήλου, γενομένης οἱ κατὰ τὸν πλοῦν τῆς τελευτῆς. Κραναὸν δὲ τὸν βασιλεύσαντα Ἀθηναίων, ὅτι μὲν ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων κηδεστὴν ὄντα, ἔτι πρότερον εἴρηταί μοι· φυγόντα δὲ αὐτὸν σὺν τοῖς στασιώταις ἐς τὸν δῆμον τὸν Λαμπρέα ἀποθανεῖν τε αὐτοῦ καὶ ταφῆναι λέγουσι· καὶ ἔστι καὶ ἐς ἐμὲ καὶ ἐν τοῖς Λαμπρεῦσι Κραναοῦ μνῆμα. Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου (καὶ γὰρ οὗτος ᾤκησε παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ Ἀθηνῶν ἐπὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἐλευσινίους ἐπολεμάρχησε) τάφος ἐν Ποταμοῖ ἐστι τῆς χώρας. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται. Φλυεῦσι δέ εἰσι καὶ

plum, quo Hyperboreorum primitias mitti tradunt: Eas enim Hyperborei Arimaspis committunt, Arimaspi Issedonibus: ab iis acceptas Scythae Sinopen, inde ad Prasienses Graeci deportant: eas deinde Delon Athenienses mittunt. Absconditae illae quidem in triticea stipula sunt, neque eas cuiquam fas est intueri. Apud eosdem Prasienses Erysichthonis monumentum est, qui quum e Delo, quo cum sacris iverat, domum reveheretur, in ipso navigationis cursu e vita decessit. Cranaum vero Atheniensium regem ab Amphictyone genero regno pulsum, ante diximus. Confugientem illum quidem cum suis copiis ad Lamprenses diem suum obiisse, et eodem in loco sepultum tradunt. Cranai certe monumentum in Lamprensibus etiamnum exstat. Ionis quoque Xuthi filii (in Attica enim is habitavit, et in bello adversus Eleusinios Atheniensium dux fuit) in ea Atticae curia, cui Potami nomen, tumulus est. Et haec quidem *apud*

Μυῤῥινουσίοις, τοῖς μὲν Ἀπόλλωνος Διονυσοδότου καὶ Ἀρτέμιδος Σελασφόρου βωμοὶ, Διονύσου τε Ἀνθίου, καὶ Νυμφῶν Ἰσμηνίδων, καὶ Γῆς, ἣν μεγάλην θεὸν ὀνομάζουσι· ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς Δήμητρος Ἀνησιδώρας, Διὸς Κτησίου, καὶ Τιθρωνῆς Ἀθηνᾶς, καὶ Κόρης πρωτογόνης, καὶ Σεμνῶν ὀνομαζομένων θεῶν. (8) Τὸ δὲ ἐν Μυῤῥινοῦντι ξόανόν ἐστι Κολαινίδος· Ἀθμονεῖς δὲ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν. πυνθανόμενος δὲ σαφὲς
78 οὐδὲν ἐς αὐτὰς ἐπισταμένους τοὺς ἐξηγητὰς εὗρον, αὐτὸς δὲ συμβάλλομαι τῇδε. ἔστιν Ἀμάρυνθος ἐν Εὐβοίᾳ· καὶ γὰρ οἱ ταύτῃ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν [Ἄρτεμιν]· ἑορτὴν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τῆς Ἀμαρυσίας αγουσιν, οὐδέν τι Εὐβοέων ἀφανέστερον· ταύτῃ μὲν γενέσθαι τὸ ὄνομα ἐπὶ τούτῳ παρὰ Ἀθμονεῦσιν ἡγοῦμαι· τὴν δὲ ἐν Μυῤῥινοῦντι Κολαινίδα ἀπὸ Κολαίνου καλεῖσθαι. γέγραπται δὲ δή μοι, τῶν ἐν τοῖς δήμοις φάναι πολλοὺς, ὡς καὶ πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐβασιλεύοντο τῆς Κέκροπος. ἔστι δὲ ὁ Κόλαινος ἀνδρὸς ὄνομα, πρότερον ἢ Κέκροψ ἐβασίλευσεν, ὡς οἱ

*incolae* vulgata. Phlyenses vero Apollinis Dionysodoti et Dianae Luciferae aras ostendunt, Bacchi Floridi, Ismenidum Nympharum, et Telluris, quam magnam deam appellant. In altero vero templo, Cereris Anesidorae, Iovis Ctesii, Minervae Tithrones, et Proserpinae Primigeniae, et dearum, quas nuncupant Severas. (8) Myrrhinunte Colaenidis est signum. Athmonenses Amarysiam Dianam colunt: de qua percunctatus, neminem nancisci potui, qui liquidam eius nominis causam explicaret. Quantum vero ipse coniectura assequor, Amarynthus Euboeae oppidum est: ibi Amarysia Diana colitur; et ipsi etiam Athenienses Amarysiae Dianae festum diem agitant nihilo quum Euboeenses minore celebritate. Inde igitur ad Athmonenses nomen manasse crediderim. Colaenidem vero, quae Myrrhinunte est, a Colaeno dictam existimo. Diximus autem et alibi, ex Atticae curiis multos esse, qui Athenis ante Cecropem regnatum affirment. Colaenus itaque, ut Myrrhinusii credi volunt, ante Cecro-

Μυῤῥινούσιοι λέγουσιν, ἄρξαντος. ἔστι δὲ Ἀχαρναίων δῆμος· οὗτοι θεῶν Ἀπόλλωνα τιμῶσιν Ἀγυιέα καὶ Ἡρακλέα. καὶ Ἀθηνᾶς βωμός ἐστιν Ὑγιείας· τὴν δὲ Ἱππίαν Ἀθηνᾶν ὀνομάζουσι, καὶ Διόνυσον Μελπόμενον, καὶ Κισσὸν τὸν αὐτὸν θεὸν, τὸν κισσὸν τὸ φυτὸν ἐνταῦθα πρῶτον φανῆναι λέγοντες.

# CAPUT XXXII.

De montibus Atticae ac signis arisque deorum in iis — Marathone pago et memorandis in eo — fonte ibi Macaria.

Ὄρη δὲ Ἀθηναίοις ἐστὶ Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομία· καὶ Πάρνης παρεχομένη θήραν συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων· καὶ Ὑμηττὸς, ὃς φύει νομὰς μελίτταις ἐπιτηδειοτάτας πλὴν τῆς Ἀλιζώνων. Ἀλιζῶσι γὰρ, συνήθεις ὁμοῦ τοῖς ἀνθρώποις εἰς νομὰς ἴουσιν, εἰσὶν ἄφετοι καὶ μέλισσαι, οὐδὲ σφᾶς ἐς σίμβλους καθείρξαντες ἔχουσιν· αἱ δὲ ἐργάζονταί τε ὡς ἔτυχον τῆς χώρας, καὶ συμφυὲς τὸ ἔργον αὐταῖς ἐστιν, ἰδίᾳ δὲ οὔτε κηρὸν, οὔτε μέλι ἀπ' αὐτοῦ

pem in Attica rex fuit. Est et Acharnae Atticae curia. Hi Agyieum Apollinem, et Herculem venerantur: et iidem Minervae Sospitae aram habent. Equestrem quoque Minervam, et Canentem cognomine Bacchum vocant: eundem etiam deum Hedereum. Eo enim primum in loco hederae plantam visam tradunt.

Cap. XXXII. Montes in Attica sunt, Pentelicus, ubi lapicidinae: Parnes, qui aprorum et ursorum *luculentam* venatoribus copiam praebet: Hymettus pastiones habet apibus omnium aptissimas, quaeque solis cedunt Halizonum pascuis. Apud Halizones certe adeo mansuetae sunt apes, ut cum hominibus una pabulatum exeant, ac libere vagentur, quippe quae alvearibus nullis contineantur: passim vero opus faciunt, illudque ita concretum, ut mel a cera nequeas seiun-

ποιήσεις· τοῦτο μὲν τοιοῦτόν ἐστιν. (2) Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη καὶ θεῶν ἀγάλματα ἔχει· Πεντέλησι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός· βωμοὶ δὲ καὶ Ὀμβρίου Διὸς καὶ Ἀπόλλωνός εἰσι Προοψίου. καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς χαλκοῦς ἐστι, καὶ βωμὸς Σημαλέου Διός. ἔστι δὲ ἐν τῇ Πάρνηθι καὶ ἄλλος βωμός, θύουσι δὲ ἐπ' αὐτοῦ, τοτὲ μὲν Ὄμβριον, τοτὲ δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες Δία. καὶ Ἀγχεσμὸς ὄρος ἐστὶν οὐ
79 μέγα, καὶ Διὸς ἄγαλμα Ἀγχεσμίου.

(3) Πρὶν δὲ ἢ τῶν νήσων ἐς ἀφήγησιν τραπέσθαι, τὰ ἐς τοὺς δήμους ἔχοντα αὖθις ἐπέξειμι. δῆμός ἐστι Μαραθὼν, ἴσον τῆς πόλεως τῶν Ἀθηναίων ἀπέχων καὶ Καρύστου τῆς ἐν Εὐβοίᾳ. ταύτῃ τῆς Ἀττικῆς ἔσχον οἱ βάρβαροι, καὶ μάχῃ τε ἐκρατήθησαν, καί τινας, ὡς ἀνήγοντο, ἀπώλεσαν τῶν νεῶν. τάφος δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Ἀθηναίων ἐστὶν, ἐπὶ δὲ αὐτῷ στῆλαι τὰ ὀνόματα τῶν ἀποθανόντων κατὰ φυλὰς ἑκάστων ἔχουσαι· καὶ ἕτερος Πλαταιεῦσι Βοιωτῶν, καὶ δούλοις· ἐμαχέσαντο γὰρ καὶ

gere. Haec quidem ita se habent. (2) Deorum vero signa in Atticae montibus haec sunt. In Pentelico Minervae: in Hymetto Hymettii Iovis statua est, Pluvii etiam Iovis, et Apollinis Praesagi arae: in Parnethe Parnethius Iupiter ex aere, et Semalei Iovis ara. Est item ara ibidem alia, ad quam Iovi, quem modo Pluvium, modo Innoxium appellant, rem divinam faciunt. Anchesmus etiam mons est non sane magnus, et *in eo* Iovis Anchesmii signum. (3) Sed antequam ad insulas stylum convertam, quae ad Atticae curias pertinent, accuratius persequar. Marathon curia pari spatio ab Athenis abest et Carysto Euboeae oppido. Ad hanc *olim* Atticae partem Persae primum appulerunt: ac praelio fusi, non paucas in ipsa fuga naves amiserunt. In *huius regionis* campis tumulus est Atheniensium, qui in pugna ceciderunt: et ex eo pilae eminent, in quibus caesorum nomina et tribus inscriptae sunt. Est et alter, Plataeensibus Boeotis *structus*, et servis. Tunc enim primum servi stipendia fe-

δοῦλοι τότε πρῶτον. καὶ ἀνδρός ἐστιν ἰδίᾳ μνῆμα Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος, συμβάσης ὕστερόν οἱ τῆς τελευτῆς, Πάρου τε ἁμαρτόντι, καὶ δι' αὐτὸ ἐς κρίσιν Ἀθηναίοις καταστάντι. ἐνταῦθα ἀνὰ πᾶσαν νύκτα καὶ ἵππων χρεμετιζόντων καὶ ἀνδρῶν μαχομένων ἔστιν αἰσθέσθαι· καταστῆναι δὲ ἐς ἐναργῆ θέαν ἐπίτηδες μὲν, οὐκ ἔστιν ὅτῳ συνήνεγκεν, ἀνηκόῳ δὲ ὄντι καὶ ἄλλως συμβὰν, οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν δαιμόνων ὀργή. (4) Σέβονται δὲ οἱ Μαραθώνιοι τούτους τε, οἳ παρὰ τὴν μάχην ἀπέθανον, ἥρωας ὀνομάζοντες, καὶ Μαραθῶνα, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῷ δήμῳ ἐστὶ, καὶ Ἡρακλέα, φάμενοι πρώτοις Ἑλλήνων σφίσιν Ἡρακλέα θεὸν νομισθῆναι. συνέβη δὲ, ὡς λέγουσιν, ἄνδρα ἐν τῇ μάχῃ παρεῖναι, τὸ εἶδος καὶ τὴν σκευὴν ἀγροῖκον· οὗτος τῶν βαρβάρων πολλοὺς καταφονεύσας ἀρότρῳ μετὰ τὸ ἔργον ἦν ἀφανής· ἐρομένοις δὲ Ἀθηναίοις ἄλλο μὲν ὁ θεὸς ἐς αὐτὸ ἔχρησεν οὐδὲν, τιμᾶν δὲ Ἐχετλαῖον

cerunt. Seorsum vero monumentum est Miltiadis Cimonis filii: cuius virtuti quum non satis secunda fortuna, dum Paron obsideret, respondisset, non ita multo post, quam populi invidia damnatus est, e vita decessit. In his campis audiuntur singulis noctibus equorum hinnitus, et pugnantium etiam virorum species cernuntur. Atque haec quidem qui de industria auditum spectatumve venerint, male mulctati abeunt: iis vero, qui fortuito id animadverterint, ex ira manium nihil omnino triste accidit. (4) Honorem Marathonii prae cunctis iis habent, qui in pugna occubuerunt, heroasque eos appellant: multo vero maximum Maratheni, a quo est curiae nomen: et post eum Herculi, cuius sacra se primos instituisse dictitant. Accidit autem, ut in ea pugna (ut illi memorant) vir quidam specie atque habitu agresti opem tulerit: qui quum ex barbaris quamplurimos aratro interemisset, repente evanuit: neque vero quaerentibus, quisnam ille fuisset, Atheniensibus aliud respondit oraculum, quam ut Echetlaeum heroa colerent. E candido vero lapide

ἐκέλευσεν ἥρωα. πεποίηται δὲ καὶ τρόπαιον λίθου λευκοῦ. τοὺς δὲ Μήδους Ἀθηναῖοι μὲν θάψαι λέγουσιν, ὡς πάντως ὅσιον ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι, τάφον δὲ οὐδένα εὑρεῖν ἐδυνάμην· οὔτε γὰρ χῶμα, οὔτε ἄλλο σημεῖον ἦν ἰδεῖν· ἐς ὄρυγμα δὲ φέροντες σφᾶς, ὡς τύχοιεν, ἐσέβαλον. (5) Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι πηγὴ καλουμένη Μακαρία, καὶ τοιάδε ἐς αὐτὴν λέγουσιν. Ἡρακλῆς ὡς ἐκ Τίρυνθος ἔφευγεν Εὐρυσθέα, παρὰ Κήϋκα φίλον ὄντα μετοικίζεται βασιλεύοντα Τραχῖνος. ἐπεὶ δὲ
80 ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐξῄτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεύς, ἐς Ἀθήνας πέμπει σφᾶς ὁ Τραχίνιος, ἀσθένειάν τε λέγων τὴν αὑτοῦ, καὶ Θησέα οὐκ ἀδύνατον εἶναι τιμωρεῖν. ἀφικόμενοι δὲ οἱ παῖδες ἱκέται, πρῶτον τότε Πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον πρὸς Ἀθηναίους, Θησέως σφᾶς οὐκ ἐκδόντος αἰτοῦντι Εὐρυσθεῖ. λέγουσι δὲ Ἀθηναίοις γενέσθαι χρησμόν, τῶν παίδων ἀποθανεῖν χρῆναι τῶν Ἡρακλέους τινὰ ἐθελοντήν, ἐπεὶ ἄλλως γε

eo in loco tropaeum erexerunt. Ac Persae quidem *in pugna caesi* ut humarentur, se curasse dicunt Athenienses: quod semper pium esse existimarint mortuos terrae mandare. Verum ego neque tumulum, neque aggerem ullum, nec aliud sepulturae vestigium offendi. Eos itaque auspicari possum in foveam quampiam, ut fors tulit, abiectos. (5) In Marathone Macaria fons est, de quo haec memoriae prodita sunt: Herculem, quum e Tirynthe Eurystheum fugeret, ad Ceycem Trachiniorum regem, amicum sibi hominem, venisse: quumque ex hominum consortio excessisset Hercules, Eurystheum *eius* sibi liberos tradi postulasse: Trachinium vero, *quum* propter opum tenuitatem *bellum sustinere se posse diffideret*, Athenas eos ad Theseum misisse, a quo pueros defendi posse speraret. Quum igitur ii supplicum habitu venissent, Peloponnesios ferunt, quod Theseus petenti Eurystheo pueros dedere *constantissime* recusasset, Atheniensibus tunc primum bellum intulisse: oraculum monuisse, victoriam in spe fore, si se unus ex Herculis liberis ultro devovisset: ibi

οὐκ εἶναι νίκην σφίσιν. ἐνταῦθα Μακαρία Δηϊανείρας καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ, ἀποσφάξασα ἑαυτὴν, ἔδωκεν Ἀθηναίοις τε κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα ἀφ' ἑαυτῆς. (6) Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι λίμνη τὰ πολλὰ ἑλώδης· ἐς ταύτην ἀπειρίᾳ τῶν ὁδῶν φεύγοντες ἐσπίπτουσιν οἱ βάρβαροι, καί σφισι τὸν φόνον τὸν πολὺν ἐπὶ τούτῳ συμβῆναι λέγουσιν· ὑπὲρ δὲ τὴν λίμνην φάτναι εἰσὶ λίθου τῶν ἵππων τῶν Ἀρταφέρνους, καὶ σημεῖα ἐν πέτραις σκηνῆς. ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐκ τῆς λίμνης, τὰ μὲν πρὸς αὐτῇ τῇ λίμνῃ βοσκήμασιν ὕδωρ ἐπιτήδειον παρεχόμενος, κατὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τὴν ἐς τὸ πέλαγος ἁλμυρὸς ἤδη γίνεται, καὶ ἰχθύων τῶν θαλασσίων πλήρης. ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω τοῦ πεδίου Πανός ἐστιν ὄρος, καὶ σπήλαιον θέας ἄξιον· ἔσοδος μὲν ἐς αὐτὸ στενὴ, παρελθοῦσι δέ εἰσιν οἶκοι, καὶ λουτρὰ, καὶ τὸ καλούμενον Πανὸς αἰπόλιον, πέτραι τὰ πολλὰ αἰξὶν εἰκασμέναι.

Macariam Herculis ex Deianira filiam, quum sibi mortem conscivisset, et victoriae compotes Athenienses fecisse, et fonti nomen dedisse. (6) Est etiam in Marathone lacus, magna ex parte coenosus: in quem per viarum errorem fugientes Persas irruisse, et quamplurimos in ipsa fugae trepidatione caesos dicunt. Supra eum lacum lapidea praesepia Artaphernis equorum sunt, et in saxo tabernaculi vestigia. E lacu amnis effluit; ad cuius caput aquae pecori aptissimae sunt: non longe vero a mari salsae et marinis piscibus refertissimae. Modico a *Marathoniis* campis intervallo mons est Panis: in quo haec sunt, quae spectentur, dignissima: specus, cuius est ingressus perangustus: ubi vero penetraris, et cellas videas, et lavacra: caprarum etiam stabulum, quod Panos appellant: tum saxa, caprarum propemodum forma.

# CAPUT XXXIII.

De pago Braurone et Dianae Tauricae signo — pago Rhamnunte et Nemesi Rhamnusia — Aethiopum variis gentibus et Atlante monte — Nemesis signo non alato et reliquis in ejus basi signis.

Μαραθῶνος δὲ ἀπέχει * Βραυρών, ἔνθα Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος ἐκ Ταύρων φεύγουσαν, τὸ ἄγαλμα ἀγομένην τὸ Ἀρτέμιδος, ἀποβῆναι λέγουσιν, καταλιποῦσαν δὲ τὸ ἄγαλμα ταύτῃ, καὶ εἰς Ἀθήνας, καὶ ὕστερον εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. ξόανον μὲν δὴ καὶ αὐτόθι ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἀρχαῖον. τὸ δὲ ἐκ τῶν βαρβάρων οἵτινες κατὰ γνώμην ἔχουσι τὴν ἐμήν, ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δηλώσω. (2) Μαραθῶνος δὲ σταδίους μάλιστα ἑξήκοντα ἀπέχει Ῥαμνοῦς τὴν
81 παρὰ θάλασσαν ἰοῦσιν ἐς Ὠρωπόν. καὶ αἱ μὲν οἰκήσεις ἐπὶ θαλάσσῃ τοῖς ἀνθρώποις εἰσί, μικρὸν δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Νεμέσεώς ἐστιν ἱερόν, ἣ θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἐστιν ἀπαραίτητος. δοκεῖ δὲ καὶ τοῖς ἀποβᾶσιν ἐς Μαραθῶνα τῶν βαρβάρων ἀπαντῆσαι μήνιμα ἐκ τῆς θεοῦ ταύτης· καταφρονήσαντες γάρ σφισιν ἐμποδὼν εἶναι, τὰς Ἀθήνας ἑλεῖν, λίθον Πάριον ὡς ἐπ' ἐξειργα-

Cap. XXXIII. A Marathone non multum abest Brauron: quo Iphigeniam Agamemnonis filiam cum Taurica Diana primum appulisse, eaque ibi relicta, Athenas, et deinde Argos venisse perhibent. Eo quidem in loco vetus est Dianae signum. Qui vero e barbaris populis Tauricae Dianae signum habeant, sententiam ea de re meam in alia historiae parte exponam. (2) A Marathone stadia LX Oropum versus per litus progressis Rhamnus occurrit: hominibus ibi domicilia sunt ad mare; paululum vero a mari adscendentibus occurrit fanum Nemesis. Haec se deorum una maxime insolentioribus hominibus implacabilem praebet: et eius in primis ira Barbaros ad Marathonem afflictos putant. Quum enim illi Atheniensium opes contemnerent, Parium marmor, ac si hostem iam vicissent, tropaei erigendi causa *in haec*

σμένοις ἦγον ἐς τροπαῖον ποίησιν. (3) τοῦτον Φειδίας τὸν λίθον εἰργάσατο, ἄγαλμα μὲν εἶναι Νεμέσεως· τῇ κεφαλῇ δὲ ἔπεστι τῆς θεοῦ στέφανος, ἐλάφους ἔχων καὶ Νίκης ἀγάλματα οὐ μεγάλα· ταῖς δὲ χερσὶν ἔχει, τῇ μὲν κλάδον μηλέας, τῇ δεξιᾷ δὲ φιάλην· Αἰθίοπες δὲ ἐπὶ τῇ φιάλῃ πεποίηνται. συμβαλέσθαι δὲ τὸ περὶ τοὺς Αἰθίοπας, οὔτε αὐτὸς εἶχον, οὔτε ἀπεδεχόμην τῶν συνιέναι πειθομένων, οἳ πεποιῆσθαι σφᾶς ἐπὶ τῇ φιάλῃ φασὶ διὰ ποταμὸν Ὠκεανόν· οἰκεῖν γὰρ Αἰθίοπας ἐπ' αὐτῷ, Νεμέσει δὲ εἶναι πατέρα Ὠκεανόν. (4) Ὠκεανῷ γὰρ οὐ ποταμῷ, θαλάττῃ δὲ ἐσχάτῃ τῆς ὑπὸ ἀνθρώπων πλεομένης, προσοικοῦσιν Ἴβηρες καὶ Κελτοί, καὶ νῆσον Ὠκεανὸς ἔχει τὴν Βρεττανῶν. Αἰθιόπων δὲ τῶν ὑπὲρ Συήνης ἐπὶ θάλασσαν ἔσχατοι τὴν ἐρυθρὰν κατοικοῦσιν Ἰχθυοφάγοι, καὶ ὁ κόλπος, ὃν περιοικοῦσιν, Ἰχθυοφάγων ὀνομάζεται· οἱ δὲ δικαιότατοι Μερόην πόλιν καὶ πεδίον Αἰθιοπικὸν καλούμενον οἰκοῦσιν· οὗτοι καὶ τὴν ἡλίου τράπεζάν εἰσιν οἱ δεικνύντες· οὐδέ σφίσιν ἐστιν οὐδὲ θάλασσα, οὐδὲ ποταμὸς ἄλλος γε ἢ Νεῖλος. εἰσὶ δὲ καὶ

*loca* deportandum curarant. (3) Ex eo Phidias Nemesis signum fecit: in cuius capite corona cervos habet, et Victoriae sigilla: ipsa laeva fraxini ramum, dextera phialam tenet. In phiala Aethiopes caelati sunt: de quibus neque, quid ipse coniiciam, habeo, neque eorum tamen, qui se rem intelligere profitentur, opinioni assentior: Aethiopes in phiala factos ad Oceanum amnem significandum: ad ipsum enim Aethiopas accolere, et eundem Nemesis patrem esse. (4) Nam ad Oceanum, non sane flumen, sed extremum mare, quo navibus scilicet pervadi possit, accolunt Hispani et Galli: et in eo Britannia insula est. Supra Syenem ad mare rubrum extremi habitant Ichthyophagi: a quibus sinus is, quem circumquaque tenent, Ichthyophagus appellatur. Hominum vero iustissimi Meroën, et campos, qui Aethiopici vocantur, incolunt. Mensam hi Solis ostentant. Sed neque mare, neque flumen omnino aliud quam Nilum habent.

ἄλλοι πρόσοικοι Μαύροις Αἰθίοπες, ἄχρι Νασαμώνων παρήκοντες. Νασαμῶνες γάρ, οὓς Ἄτλαντας Ἡρόδοτος οἶδεν, μέτρα φάμενοι γῆς εἰδέναι, Λιξίτας καλοῦσι Λιβύων, οἳ ἔσχατοι πρὸς Ἄτλαντι οἰκοῦσι, σπείροντες μὲν οὐδέν, ἀπὸ δὲ ἀμπέλων ζῶντες ἀγρίων. ποταμὸς δὲ οὐδὲ τούτοις τοῖς Αἰθίοψιν, οὐδὲ τοῖς Νασαμῶσίν ἐστιν οὐ-
82 δείς· τὸ γὰρ πρὸς τῷ Ἄτλαντι ὕδωρ, τρισὶ παρεχόμενον ἀρχὰς ῥεύμασιν, οὐδὲν τῶν ῥευμάτων ποιεῖ ποταμόν, ἀλλὰ πᾶν ὁμοίως αὐτίκα ἔχει συλλαβοῦσα ἡ ψάμμος. οὕτως Αἰθίοπες ποταμῷ γε οὐδενὶ προσοικοῦσιν, ἢ Ὠκεανῷ· τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἐκ τοῦ Ἄτλαντος θολερόν τέ ἐστι, καὶ πρὸς τῇ πηγῇ κροκόδειλοι πηχυαίων ἦσαν οὐκ ἐλάσσους, προσιόντων δὲ τῶν ἀνθρώπων κατεδύοντο ἐς τὴν πηγήν. παρίστατο δὲ οὐκ ὀλίγοις τὸ ὕδωρ τοῦτο ἀναφαινόμενον αὖθις ἐκ τῆς ψάμμου ποιεῖν τὸν Νεῖλον Αἰγυπτίοις. (5) Ὁ δὲ Ἄτλας ὑψηλὸν μέν ἐστιν οὕτως, ὥστε καὶ λέγεται ταῖς κορυφαῖς ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ, ἄβατον δὲ ὑπὸ τοῦ

Sunt et alii Mauris finitimi Aethiopes, ad Nasamonas usque pertinentes. Nasamones quidem ipsi, quos Atlantas Herodotus esse existimavit, qui orbis terrae spatia nosse profitentur, Loxitas appellant, qui in extremis Libyae finibus Atlantem accolunt: serunt autem omnino nihil, sed agrestium tantum vitium fructu aluntur. Verum neque hi Aethiopes, neque Nasamones ullos habent amnes: quae enim ab Atlante aqua defluit, etsi in alveos tres discedit, nullus tamen ex hisce in modum iusti fluminis crescit. Quicquid enim aquae exstitit, statim arena absorbet. Ex quo facile intelligi potest, non amnis, sed Oceani maris Aethiopes accolas esse. Et aqua quidem, quae ex Atlante descendit, turbulenta est, circaque eius fontes crocodili gignuntur nihilo cubitalibus minores: qui ubi propius homines accedere senserint, in fontem se demergunt. Quae res effecit, ut nonnulli suspicarentur, ab hac ipsa aqua e mediis arenis emergente Nilum Aegyptiis oriri. (5) Atlas mons adeo celsus est, ut vertice coelum tangere dicatur: inaccessus ille quidem, viam

ὕδατος καὶ δένδρων, ἃ διὰ παντὸς πέφυκε. τὰ μὲν δὴ
πρὸς τοὺς Νασαμῶνας αὐτοῦ γιγνώσκεται· τὰ δὲ ἐς τὸ
πέλαγος, οὐδένα πω παραπλεύσαντα ἴσμεν. τάδε μὲν ἐς
τοσοῦτον εἰρήσθω. (6) Πτερὰ δ' ἔχον οὐδὲ τοῦτο τὸ
ἄγαλμα Νεμέσεως, οὔτε ἄλλο πεποίηται τῶν ἀρχαίων.
ἐπειδὴ δὲ Σμυρναίοις τὰ ἁγιώτατα ξόανα ἔχειν πτερὰ
οἶδα ὕστερον, ἐπιφαίνεσθαι γὰρ τὴν θεὸν μάλιστα ἐπὶ
τοῖς ἐρᾶν ἐθέλουσιν, ἐπὶ τούτῳ Νεμέσει πτερὰ ὥσπερ
Ἔρωτι ποιοῦσι. (7) Νῦν δὲ ἤδη δίειμι, ὁπόσα ἐπὶ τῷ
βάθρῳ τοῦ ἀγάλματός ἐστιν εἰργασμένα, τοσόνδε ἐς τὸ
σαφὲς προδηλώσας. Ἑλένῃ Νέμεσιν μητέρα εἶναι λέγου-
σιν Ἕλληνες, Λήδαν δὲ μαστὸν ἐπισχεῖν αὐτῇ καὶ θρέψαι·
πατέρα δὲ καὶ οὗτοι καὶ πάντες κατὰ ταὐτὰ Ἑλένης Δία,
καὶ οὐ Τυνδάρεων εἶναι νομίζουσι. ταῦτα ἀκηκοὼς
Φειδίας πεποίηκεν Ἑλένην ὑπὸ Λήδας ἀγομένην παρὰ τὴν
Νέμεσιν· πεποίηκε δὲ Τυνδάρεών τε καὶ τοὺς παῖδας, 83
καὶ ἄνδρα σὺν ἵππῳ παρεστηκότα, Ἱππέα ὄνομα· ἔστι
δὲ Ἀγαμέμνων, καὶ Μενέλαος, καὶ Πύῤῥος ὁ Ἀχιλλέως,

undique aquis et arborum crebritate intercludente. Ab ea itaque duntaxat parte, quae Nasamonas spectat, cognoscitur. Ad maritimam enim eius oram neminem adhuc navibus accessisse, comperimus. (6) Sed ut, unde digressa est, redeat oratio, Nemesis neque hoc, neque aliud vetus signum alas habet. Apud Smyrnaeos, quae maxima cum religione coluntur *eius deae* signa, alas habere postea animadverti. Cuius rei eam esse causam suspicor, quod, quum eius numen ad amatores maxime pertineat, idcirco ei, ut Cupidini, alas addunt. (7) Sed ea iam, quae in signi basi sunt, exponam, si unum prius, quo res tota clarior fiat, explicavero. Helenae matrem fuisse Nemesim, Graeci dicunt, Ledam vero nutricem: nam patrem omnes Iovem, non Tyndarum perhibent. Quae quum Phidias nosset, Ledam ea specie fecit, ut Helenam ad Nemesim adducere videatur. Addidit Tyndarum et filios: hominem praeterea cum equo assistentem, quem Equitem appellant. Adsunt Agamemnon, Menelaus,

πρῶτος οὗτος Ἑρμιόνην τὴν Ἑλένης γυναῖκα λαβών. Ὀρέστης δὲ διὰ τὸ εἰς τὴν μητέρα τόλμημα παρείθη, παραμεινάσης τὸ ἐς ἅπαν Ἑρμιόνης αὐτῷ, καὶ τεκούσης παῖδα. ἑξῆς δὲ ἐπὶ τῷ βάθρῳ καὶ Ἔχοχος καλούμενος, καὶ νεανίας ἐστὶν ἕτερος. ἐς τοῦτο ἄλλο μὲν ἤκουσα οὐδὲν, ἀδελφοὺς δὲ εἶναι σφᾶς Οἰνόης, ἀφ' ἧς ἐστι τὸ ὄνομα τῷ δήμῳ.

# CAPUT XXXIV.

De Oropo urbe — Amphiarai templo, cultu et aliis ad eum pertinentibus.

Τὴν δὲ γῆν τὴν Ὠρωπίαν μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ Ταναγρικῆς, Βοιωτῶν τοεξαρχῆς οὖσαν, ἔχουσιν ἐφ' ἡμῶν Ἀθηναῖοι, πολεμήσαντες μὲν τὸν πάντα ὑπὲρ αὐτῆς χρόνον, κτησάμενοι δὲ οὐ πρότερον βεβαίως, πρὶν ἢ Φίλιππος Θήβας ἑλὼν ἔδωκέ σφισιν. Ἡ μὲν οὖν πόλις ἐστὶν ἐπὶ θαλάσσης μέγα οὐδὲν ἐς συγγραφὴν παρεχομένη· ἀπέχει

et Pyrrhus Achillis filius, quod ei primum Hermione Helenae filia desponsata fuit. Orestes vero ob impium in matrem facinus praeteritus est: quem tamen Hermione nunquam deseruit, quum filium etiam ei peperisset. In basi deinceps est, quem Epochum dicunt, et alter item adolescens: de quibus aliud accepi nihil, nisi eos Oenoes fratres fuisse, a qua est curiae nomen.

Cap. XXXIV. Oropium autem agrum, qui medius est inter Atticam et Tanagraeos, olim tenebant Boeoti: aetate nostra in Atheniensium potestate est. Nam quum diu Athenienses de eo dimicassent, non ante potiti sunt, quam eum a Philippo, quum Thebas ille expugnasset, acceperunt. Urbs quidem ipsa, cui Oropus nomen, ad mare sita est; nihil vero historia dignum prae se fert. Longe ab ea, cir-

δὲ δώδεκα τῆς πόλεως σταδίους μάλιστα ἱερὸν τοῦ Ἀμφια-
ράου. (2). Λέγεται δὲ Ἀμφιαράῳ φεύγοντι ἐκ Θηβῶν δια-
στῆναι τὴν γῆν, καὶ ὡς αὐτὸν ὁμοῦ καὶ τὸ ἅρμα ὑπεδέ-
ξατο. πλὴν οὐ ταύτῃ συμβῆναί φασιν, ἀλλά ἐστιν ἐκ
Θηβῶν ἰοῦσιν ἐς Χαλκίδα Ἅρμα καλούμενον. θεὸν δὲ
Ἀμφιάραον πρώτοις Ὠρωπίοις κατέστη νομίζειν· ὕστε-
ρον δὲ καὶ οἱ πάντες Ἕλληνες ἥγηνται. καταλέξαι δὲ καὶ
ἄλλους ἔχω γενομένους τότε ἀνθρώπους, οἳ θεῶν Ἕλλησι
τιμὰς ἔχουσι· τοῖς δὲ καὶ ἀνάκεινται πόλεις. Ἐλεοῦς ἐν
Χεῤῥονήσῳ Πρωτεσιλάῳ· Λεβάδεια Βοιωτῶν Τροφω-
νίῳ· καὶ Ὠρωπίοις ναός τέ ἐστιν Ἀμφιαράου, καὶ ἄγαλ-
μα λευκοῦ λίθου. παρέχεται δὲ ὁ βωμὸς μέρη· τὸ μὲν
Ἡρακλέους, καὶ Διὸς, καὶ Ἀπόλλωνός ἐστι Παίωνος· τὸ
δὲ ἥρωσι καὶ ἡρώων ἀνεῖται γυναιξί· τρίτον δὲ Ἑστίας,
καὶ Ἑρμοῦ, καὶ Ἀμφιαράου, καὶ τῶν παίδων Ἀμφιλόχου·
Ἀλκμαίων δὲ, διὰ τὸ ἐς Ἐριφύλην ἔργον, οὔτε ἐν Ἀμφια- 34
ράου τινὰ, οὐ μὴν οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀμφιλόχῳ τιμὴν ἔχει.
τετάρτη δέ ἐστι τοῦ βωμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης καὶ Πανα-

citer XII stadia, Amphiarai templum est, (2) quo scilicet loco Thebis fugientem cum curru absorptum terrae hiatu ferunt. Sunt, qui id accidisse dicant in via, qua Thebis Chalcidem iter est, qui locus Harma nunc etiam (*id est currus*) dicitur. In deorum vero numerum Amphiaraum primi omnium Oropii retulerunt, quos reliqui Graeci secuti sunt. Possum etiam alios recensere, quibus, quum homines ante fuissent, Graeci divinos honores *post mortem* habuerunt, quibusque etiam urbes dedicatae fuerunt: *ut* Eleus in Cherronneso Protesilao: in Boeotia Lebadea Trophonio: apud Oropios templum Amphiarao, et eidem e candido lapide signum. Ara quidem eius in partes distributa est *quinque*. Earum una Herculi, Iovi, Apollini Paeonio: altera heroibus, eorumque uxoribus: Vestae tertia, Mercurio, Amphiarao, et Amphilochi filiis: (nam Alcmaeon propter Eriphyles caedem in nullam aut Amphiarai, aut Amphilochi honorum partem receptus est:) at quarta arae pars Veneri, Panaceae,

κείας, ἔτι δὲ Ἰασοῦς, καὶ Ὑγιείας, καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας. πέμπτη δὲ πεποίηται Νύμφαις, καὶ Πανὶ, καὶ ποταμοῖς Ἀχελώῳ καὶ Κηφισσῷ. τῷ δὲ Ἀμφιλόχῳ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐν τῇ πόλει βωμὸς, καὶ Κιλικίας ἐν Μαλλῷ μαντεῖον ἀψευδέστατον τῶν ἐπ' ἐμοῦ. (3) Ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν, οὔτε θύοντες οὐδὲν ἐς αὐτὴν, οὐδ' ἐπὶ καθαρσίοις ἢ χέρνιβι χρῆσθαι νομίζοντες. νόσου δὲ ἀκεσθείσης ἀνδρὶ μαντεύματος γενομένου, καθέστηκεν ἄργυρον ἀφεῖναι καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν. ταύτῃ γὰρ ἀνελθεῖν τὸν Ἀμφιάραον λέγουσιν ἤδη θεόν. Ἰοφῶν δὲ Κνώσσιος τῶν ἐξηγητῶν χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο, Ἀμφιάραον χρῆσαι φάμενος τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείων ταῦτα τὰ ἔπη· τὸ ἐς τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγὸν ἀκρατῶς εἶχε. χωρὶς δὲ πλὴν ὅσους ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον, μάντεών γ' οὐδεὶς χρησμολόγος ἦν, ἀγαθοὶ δὲ ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι, καὶ διαγνῶναι πτή-

Iasoni, Hygiae, Minervae Paeoniae: quinta Nymphis, Pani, Acheloo et Cephiso amnibus sacra est. Amphilocho in ipsa urbe apud Athenienses ara sua est: in Ciliciae vero urbe Mallo eiusdem oraculum: quod omnium est, quae aetate mea exstant, minime fallax. (3) Est etiam apud Oropios fons templo proximus, quem Amphiarai nuncupant: ad quem neque divinam rem faciunt, neque aut ad lustrandum, aut ad manus lavandas, aqua ea uti fas putant: *solum*, qui morbo oraculi monitu levati fuerint, signatum aurum argentumve more maiorum in fontem abiiciunt. Hinc enim iam deum Amphiaraum ascendisse tradunt. Iophon autem Gnosius, qui vatum oracula heroicis versibus exposuit, Amphiaraum *consulentibus* Argivis, quum Thebas profecturi essent, his versibus respondisse, memoriae prodidit. (*Desunt hi versus.*) Sed nimirum quod vulgi opinione receptum est, pervicaciter defenditur. Praeter eos enim, quos Apollinis afflatu futura praedixisse antiquitas testata est, nemo omnino fatidicus fuit. Nam reliqui aut somniorum interpretes

σεις ὀρνίθων, καὶ σπλάγχνα ἱερῶν. δοκῶ δ' Ἀμφιάραον ὀνειράτων διακρίσει μάλιστα προσκεῖσθαι· δῆλον δὲ, ἡνίκα ἐνομίσθη θεὸς δι' ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος. καὶ πρῶτον μὲν καθήρασθαι νομίζουσιν, ὅστις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος· ἔστι δὲ καθάρσιον, τῷ θεῷ θύειν· θύουσι δὲ καὶ αὐτῷ καὶ πᾶσιν, ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ ταὐτὸ τὰ ὀνόματα· προεξειργασμένων δὲ τούτων, κριὸν θύσαντες αὐτῷ, καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι, καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος.

## CAPUT XXXV.

De insulis Atticae, Patrocli, Helena, Salamine — memorandis in Salamine — Ajace ejusque corporis magnitudine — aliis grandium corporum ossibus — Geryone et Hyllo.

Νῆσοι δὲ Ἀθηναίοις οὐ πόῤῥω τῆς χώρας εἰσίν· ἡ μὲν 85 Πατρόκλου καλουμένη· τὰ δὲ ἐς αὐτὴν ἤδη μοι δεδήλωται· ἄλλη δὲ ὑπὲρ Σουνίου, τὴν Ἀττικὴν ἐν ἀριστερᾷ πλέουσιν· ἐς ταύτην ἀποβῆναι λέγουσιν Ἑλένην μετὰ τὴν ἅλωσιν τὴν Ἰλίου, καὶ διὰ τοῦτο ὄνομά ἐστιν Ἑλένη

fuere, aut avium volatus et exta inspiciendi peritiam profitebantur. *Quo fit, ut* Amphiaraum coniectandis somniis in primis solertem fuisse suspicer. Constat enim, illum, somniorum divinatione tradita, tum demum in deorum numerum relatum. Consulendi quidem causa qui accedunt, lustrantur omnes. Pro piaculo res divina est: quam quum Amphiarao ipsi faciunt, tum ceteris, quorum in eadem ara inscripta sunt nomina. Deinde arietem ei immolant; cuius substrata pelle, dormientes nocturna visa exspectant.

Cap. XXXV. Insulae terrae Atticae non longe ab ipso litore distant. Earum una Patrocli dicitur: de qua, *quae historia digna visa fuerunt*, ante commemoravimus. Altera supra Sunium est, ad laevam in Atticam navigantibus: ad quam post Ilii eversionem Helenam appulisse ferunt,

τῇ νήσῳ. (2) Σαλαμὶς δὲ κατὰ Ἐλευσῖνα κειμένη παρήκει καὶ ἐς τὴν Μεγαρικήν. πρῶτον δὲ τῇ νήσῳ θέσθαι τοῦτο ἀπὸ τῆς μητρὸς Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ, καὶ ὕστερον Αἰγινήτας τοὺς σὺν Τελαμῶνι ἐποικῆσαι· Φίλαιον δὲ τὸν [Εὐρυσάκους τοῦ] Αἴαντος παραδοῦναι λέγουσιν Ἀθηναίοις τὴν νῆσον, γενόμενον ὑπ' αὐτῶν Ἀθηναῖον. Σαλαμινίους δὲ Ἀθηναῖοι τούτων ὕστερον πολλοῖς ἔτεσιν ἀναστάτους ἐποίησαν, καταγνόντες ἐθελοκακῆσαι σφᾶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Κάσσανδρον, καὶ τὴν πόλιν γνώμῃ τὸ πλέον Μακεδόσιν ἐνδοῦναι. καὶ Ἀσκητάδου τε κατέγνωσαν θάνατον, ὃς τότε ᾕρητο ἐς τὴν Σαλαμῖνα στρατηγός· καὶ ἐς τὸν πάντα ἐπώμοσαν χρόνον Σαλαμινίοις ἀπομνημονεύσειν προδοσίαν. ἔστι δὲ ἀγορᾶς τε ἔτι ἐρείπια, καὶ ναὸς Αἴαντος· ἄγαλμα δὲ ἐξ ἐβένου ξύλου. διαμένουσι δὲ καὶ ἐς τόδε τῷ Αἴαντι παρὰ Ἀθηναίοις τιμαί, αυτῷ τε καὶ Εὐρυσάκει· καὶ γὰρ Εὐρυσάκους βωμός ἐστιν ἐν Ἀθήναις. δείκνυται δὲ λίθος ἐν Σαλαμῖνι

et idcirco Helenen appellatam. (2) Salamis e regione Eleusinis sita, ad Megarici etiam agri fines pertinet. Huic a Salamine Asopi matre nomen inditum tradunt: Aeginetas postea in eam a Telamone deductos: traditam postea Atheniensibus a Phylaeo, Eurysacis filio, Aiacis nepote, quum ab ipsis fuisset civitate donatus. Salaminios vero multis post annis Athenienses eo nomine damnatos, quod dissimulanter male rem geri concupissent, dum bellum cum Cassandro gereretur, et in Cassandrum ac Macedonas propenso animo fuissent, urbe deleta, e suis sedibus eiecerunt. Ascetadem etiam, qui praetor insulam obtinuerat, capitis damnarunt, ac sibi iureiurando eius proditionis memoriam sempiternam sanxerunt. Spectantur hac etiamnum aetate fori ruinae, et *inter eas* Aiacis templum cum statua ex ebeno. Decreti quidem Aiaci et Eurysaci eius filio ab Atheniensibus honores adhuc manent: et Eurysacis etiam Athenis ara est. Ostenditur Salamine non longe a portu saxum, super quo

οὐ πόρρω τοῦ λιμένος· ἐπὶ τούτου καθήμενον Τελαμῶνα
ὁρᾶν λέγουσιν ἐς τὴν ναῦν ἀποπλεόντων οἱ τῶν παίδων
ἐς Αὐλίδα ἐπὶ τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων στόλον. (3) Λέ-
γουσι δὲ οἱ περὶ τὴν Σαλαμῖνα οἰκοῦντες, ἀποθανόντος
Αἴαντος, τὸ ἄνθος ἐν τῇ γῇ σφίσι τότε φανῆναι πρῶτον· 86
λευκόν ἐστιν, ὑπέρυθρον, κρίνου καὶ αὐτὸ ἔλασσον καὶ
τὰ φύλλα, γράμματα δὲ ἔπεστιν οἷα τοῖς ὑακίνθοις καὶ
τούτῳ. λόγον δὲ τῶν μὲν Αἰολέων τῶν ὕστερον οἰκη-
σάντων Ἴλιον ἐς τὴν κρίσιν τὴν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἤκουσα,
οἳ, τῆς ναυαγίας Ὀδυσσεῖ συμβάσης, ἐξενεχθῆναι κατὰ
τὸν τάφον τὸν Αἴαντος τὰ ὅπλα λέγουσιν. τὸ δὲ ἐς τὸ
μέγεθος αὐτοῦ Μυσὸς ἔλεγεν ἀνήρ. τοῦ γὰρ τάφου τὰ
πρὸς τὸν αἰγιαλὸν ἔφασκεν ἐπικλύσαι τὴν θάλασσαν, καὶ
τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμα οὐ χαλεπὴν ποιῆσαι, καί με
τοῦ νεκροῦ τὸ μέγεθος τεκμαίρεσθαι τῇδε ἐκέλευεν· πεν-
τάθλου γὰρ παιδὸς εἶναί οἱ κατὰ δίσκον μάλιστα τὰ ἐπὶ
τοῖς γόνασιν ὀστᾶ, καλουμένας δὲ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν μύλας.
ἐγὼ δὲ, ὁπόσοι μὲν οἰκοῦσιν ἔσχατοι Κελτῶν ἔχοντες

Telamonem consedisse aiunt, quum navem, qua Aulidem filii ad Graecorum classem vecti sunt, oculis prosequeretur. (3) Tradunt incolae, post Aiacis interitum apud se primum florem enatum, candidum, rubentem modice, lilio quum ceteris partibus tum foliis minorem, inscriptum vero iisdem, quibus hyacinthum, literis. Andivi quidem, quae Aeolenses, qui Ilium post *eius eversionem* tenuerunt, de armorum indicio produnt, *atque illud in primis*, post Ulyssis naufragium arma, *de quibus certamen fuerat*, ad Aiacis sepulcrum *tempestate* delata. De Aiacis vero magnitudine narravit mihi Mysus quidam, sepulcrum eius, qua parte ad litus conversum est, maris alluvione multo aditu facilius effectum. Inde vero, aiebat, de Aiacis magnitudine me coniecturam capere posse, quod genuum vertebrae, quas molas medici appellant, disci instar essent eius, quo athletae ii, qui sunt Quinquertiones appellati, utuntur. Equidem Gallorum, qui in extremis *orbis terrae* partibus habitant, finitimi desertis prae-

ὅμορον τῇ διὰ κρυμὸν ἐρήμῳ, οὓς καὶ Καρεῖς ὀνομάζουσι, τούτων μὲν οὐκ ἐθαύμασα τὸ μῆκος, οἳ νεκρῶν οὐδέν τι διαφόρως ἔχουσιν Αἰγυπτίων. (4) Ὁπόσα δὲ ἄξια ἐφαίνετο εἶναί μοι θέας, διηγήσομαι. *Μάγνησι* τοῖς ἐπὶ *Ληθαίῳ Πρωτοφάνης* τῶν ἀστῶν ἀνείλετο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας ἡμέρᾳ μιᾷ παγκρατίου καὶ πάλης. τούτου λῃσταὶ κερδανεῖν πού τι δοκοῦντες ἐσῆλθον ἐς τὸν τάφον· ἐπὶ
87 δὲ τοῖς λῃσταῖς ἐσῄεσαν ἤδη θεασόμενοι τὸν νεκρόν, τὰς πλευρὰς οὐκ ἔχοντα διεστώσας, ἀλλά οἱ συμφυὲς ἦν, ὅσον ἀπ' ὤμων ἐς τὰς ἐλαχίστας πλευράς, καλουμένας δὲ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν νόθας. (5) Ἔστι δὲ *Μιλησίοις* πρὸ τῆς πόλεως *Λάδη* νῆσος, ἀπερρώγασι δὲ ἀπ' αὐτῆς νησῖδες. Ἀστερίου τὴν ἑτέραν ὀνομάζουσι, καὶ τὸν *Ἀστέριον* ἐν αὐτῇ ταφῆναι λέγουσιν· εἶναι δὲ *Ἀστέριον* μὲν *Ἄνακτος*, *Ἄνακτα* δὲ *Γῆς* παῖδα. ἔχει δ' οὖν ὁ νεκρὸς οὐδέν τι μεῖον πηχῶν δέκα. (6) Τὸ δ' ἐμοὶ θαῦμα παρασχόν· *Λυδίας* τῆς ἄνω πόλις ἐστὶν οὐ μεγάλη *Τημένου θύραι*·

nimio frigore regionibus, quos Cebarenses nominant, nihil sum magnitudinem admiratus. Neque enim apud eos cadavera videas maiora iis, quae ostendunt Aegyptii. (4) Quae vero *in hoc genere maxime* admirationis digna mihi visa sunt, ea commemorare non gravabor. Apud Magnesios, qui ad Lethaeum sunt, quidam fuit Protophanes, qui de pancratio et lucta eadem die in Olympia victor est renunciatus. In huius sepulcrum aliquando latrones praedae spe ducti penetrarunt: post illos alii *multi*, ut cadaver duntaxat spectarent. Eius certe costae non *ita, ut caeterorum hominum,* discretae fuerunt: sed pro illis continens *os* habuit ab humeris ad eas costas, quas medici nothas nuncupant. (5) Apud Milesios vero ante ipsam urbem est Lade insula. Ea rursus in *duas* parvas scinditur insulas. Earum alteram Asterii dicunt, quod fuerit in ea sepultus Asterius Anactis filius: (Anactem Terrae filium fuisse tradunt:) cadaver eius nihilo est decem cubitis brevius. (6) Quod vero mihi *magnae* fuit admirationi, in superiori Lydia non magna urbs est, *quae*

ἐνταῦθα περιῤῥαγέντος λόφου διὰ χειμῶνα, ὀστᾶ ἐφάνη τὸ σχῆμα παρέχοντα ἐς πίστιν ὡς ἔστιν ἀνθρώπου· ἐπεὶ διὰ μέγεθος οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἔδοξεν. αὐτίκα δὲ λόγος ἦλθεν ἐς τοὺς πολλούς, Γηρυόνου τοῦ Χρυσάορος εἶναι μὲν τὸν νεκρόν, εἶναι δὲ καὶ τὸν θρόνον· καὶ γὰρ θρόνος ἀνδρός ἐστιν ἐνειργασμένος ὄρους λιθώδει προβολῇ· καὶ χειμαῤῥόν τε ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐκάλουν, καὶ βοῶν ἤδη κέρασιν ἔφασάν τινας ἐντυχεῖν ἀροῦντας, διότι ἔχει λόγος, βοῦς ἀρίστας θρέψαι τὸν Γηρυόνην. ἐπεὶ δέ σφισιν ἐναντιούμενος ἀπέφαινον ἐν Γαδείροις εἶναι Γηρυόνην, οὗ μνῆμα μὲν οὔ, δένδρον δὲ παρεχόμενον διαφόρους μορφάς, ἐνταῦθα οἱ τῶν Λυδῶν ἐξηγηταὶ τὸν ὄντα ἐδείκνυον λόγον, ὡς εἴη μὲν ὁ νεκρὸς Ὕλλου, παῖς δὲ Ὕλλος εἴη Γῆς, ἀπὸ τούτου δὲ ὁ ποταμὸς ὠνομάσθη. Ἡρακλέα δὲ διὰ τὴν παρ' Ὀμφάλῃ ποτὲ ἔφασαν δίαιταν Ὕλλον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καλέσαι τὸν παῖδα.

Temeni porta *dicitur*. Ibi, ambeso tempestatibus sepulcro, ossa detecta sunt, quae nisi humanorum ossium figuram retinuissent, propter magnitudinem nemo ea hominis fuisse, ut crederet, adduci facile potuisset. In vulgus repente sermo manavit, Geryonae illud cadaver esse Chrysaoris filii: soliumque eius fuisse, quod in montis fragmento excisum cernebatur. Torrentem vero, *qui proxime allabitur*, Oceanum appellari aiebant: addebant etiam, agricolas boum cornua saepe inter arandum eruisse, quod scilicet Geryonem eximia specie boves aluisse fama vulgasset. Quorum opinioni quum ego neutiquam assentirer, Gadibus habitasse Geryonem dicebam, neque ullum eius monumentum exstare, arborem tantum ostendi, cuius admodum esset varia species. Ibi e Lydis antiquitatis periti homines, quae vero propiora sunt, disseruerunt: Hylli cadaver illud esse: fuisse vero Hyllum Terrae filium, a quo regionis fluvius nomen acceperit: et Herculem propter Omphales consuetudinem filium de fluminis nomine appellasse.

# CAPUT XXXVI.

**De aliis in Salamine memorandis — insula Psyttalia — monumentis in via sacra versus Eleusina — Anthemocrito — Sciro vate — Cephisodoro — bello Atheniensium contra Philippum Demetrii filium.**

*Ἐν Σαλαμῖνι δὲ (ἐπάνειμι γὰρ ἐς τὸν προκείμενον λόγον) τοῦτο μὲν Ἀρτέμιδός ἐστιν ἱερὸν, τοῦτο δὲ τρόπαιον ἕστηκεν ἀπὸ τῆς νίκης, ἣν Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους αἴτιος ἐγένετο γενέσθαι τοῖς Ἕλλησι. καὶ Κυχρέως ἐστὶν*
88 *ἱερόν. ναυμαχούντων δὲ Ἀθηναίων πρὸς Μήδους, δράκοντα ἐν ταῖς ναυσὶ λέγεται φανῆναι· τοῦτον ὁ θεὸς ἔχρησεν Ἀθηναίοις Κυχρέα εἶναι τὸν ἥρωα. (2) Νῆσος δὲ πρὸ Σαλαμῖνός ἐστι καλουμένη Ψυττάλεια. ἐς ταύτην τῶν βαρβάρων ὅσον τετρακοσίους ἀποβῆναι λέγουσιν· ἡττωμένου δὲ τοῦ Ξέρξου ναυτικοῦ, καὶ τούτους ἀπολέσθαι φασὶν ἐπιδιαβάντων ἐς τὴν Ψυττάλειαν τῶν Ἑλλήνων. ἄγαλμα δὲ ἐν τῇ νήσῳ σὺν τέχνῃ μέν ἐστιν οὐδέν· Πανὸς δὲ ὡς ἕκαστον ἔτυχε ξόανα πεποιημένα.*

*(3) Ἰοῦσι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι*

Cap. XXXVI. Salamine (ut, unde fueram digressus, redeam) Dianae templum est, et tropaeum in memoriam eius victoriae, cuius Themistocles Neoclis filius Graecis omnibus auctor fuit. Erectum Cychreo etiam templum. Commisso enim cum Persis praelio, draconem inter naves conspectum memorant: de quo *sciscitantibus* Atheniensibus Cychreum fuisse heroa Apollinem respondisse. (2) Ante Salaminem insula est, cui Psyttalia nomen: in eam ex Persarum exercitu quadringentos descendisse, proditum est. Deleta vero Xerxis classe, quum eodem Graeci transmisissent, etiam hos ad internecionem caesos. Signum in insula nullum quidem exstat arte expolitum: Panos tantum quaedam rudia sunt. (3) Qua Eleusinem Athenis iter est, per

καλοῦσιν ὁδὸν ἱερὰν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. ἐς τοῦτον Μεγαρεῦσίν ἐστιν ἀνοσιώτατον ἔργον, οἳ κήρυκα ἐλθόντα, ὡς μὴ τοῦ λοιποῦ τὴν χώραν ἐπεργάζοιντο, κτείνουσιν Ἀνθεμόκριτον· καί σφισι ταῦτα δράσασι παραμένει καὶ ἐς τόδε μήνιμα ἐκ τοῖν θεοῖν, οἷς οὐδὲ Ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς, ὥστε καὶ ἐπαυξηθῆναι, μόνοις ἐπήρκεσεν Ἑλλήνων. μετὰ δὲ τοῦ Ἀνθεμοκρίτου τὴν στήλην Μολοττοῦ τάφος ἐστὶν ἀξιωθέντος Ἀθηναίων καὶ τούτου στρατηγεῖν, ὅτε Πλουτάρχῳ βοηθοῦντες διέβησαν εἰς Εὔβοιαν, καὶ χωρίον Σκῖρον ἐπὶ τοιῷδε καλούμενον. Ἐλευσινίοις πολεμοῦσι πρὸς Ἐρεχθέα ἀνὴρ μάντις ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, ὄνομα Σκῖρος, ὃς καὶ τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαλήρῳ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν· πεσόντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ μάχῃ θάπτουσιν Ἐλευσίνιοι πλησίον ποταμοῦ χειμάῤῥου· καὶ τῷ τε χωρίῳ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἥρωός ἐστι καὶ τῷ ποταμῷ. (4) Πλησίον δὲ πεποίηται Κηφισοδώρου μνῆμα δήμου προστάντος, καὶ Φιλίππῳ τῷ Δημητρίου Μακεδόσι βασιλεύοντι ἐς τὰ μάλιστα ἐναντιω-

eam viam, quam sacram appellant, Anthemocriti monumentum conspicitur: quem *violato iure gentium* per summum nefas Megarenses occidere, quum fetialis edictum missus fuisset, ne *sacram* illi terram colerent. Sed *inexpiabiles* in hunc usque diem laesi numinis poenas dederunt. Solos enim ex omnibus Graecis ne Adrianus quidem Imperator sublevavit. Post Anthemocriti cippum Molossi tumulus est: cui imperium Athenienses decrevere, quum in Euboeam Plutarcho auxilia mittenda censuerunt. Vicus prope est, cui Scirum nomen. Appellationis huiusmodi caussa prodita est. Dum Eleusinii bellum cum Erechtheo gererent, vate usi sunt Dodonaeo, cui Sciro nomen. Is Sciradis Minervae vetustum templum in Phalero dedicavit, quumque in pugna cecidisset, sepultus est non longe a torrenti amne. Locus itaque et amnis ab heroe nomen habent. (4) Prope visitur Cephisodori monumentum: qui quum populo praeesset, Philippo Demetrii filio Macedonum regi vehementer restitit: et cum

θέντος. συμμάχους δὲ ἐπήγετο Κηφισόδωρος Ἀθηναίοις γενέσθαι βασιλεῖς μὲν Ἄτταλον τὸν Μυσὸν καὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτιον, ἔθνη δὲ αὐτόνομα Αἰτωλοὺς, καὶ νησιωτῶν Ῥοδίους καὶ Κρῆτας. ὡς δὲ καὶ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ Μυσίας, καὶ παρὰ τῶν Κρητῶν τὰ πολλὰ ὑστέριζον αἱ βοήθειαι, Ῥόδιοι δὲ μόναις ναυσὶν ἰσχύοντες πρὸς ὁπλίτας τοὺς Μακεδόνας οὐ μεγάλα ὠφέλουν, ἐνταῦθα Κηφισόδωρος ἐς Ἰταλίαν σὺν ἄλλοις Ἀθηναίων πλεύσας
69 ἱκέτευεν ἀμῦναι Ῥωμαίους· οἱ δέ σφισι δύναμιν καὶ στρατηγὸν πέμπουσιν, οἳ τὰ Φιλίππου καὶ Μακεδόνων ἐς τοσοῦτο καθεῖλον, ὡς ὕστερον Περσέα τὸν Φιλίππου τήν τε ἀρχὴν ἀποβαλεῖν, καὶ αὐτὸν αἰχμάλωτον ἐς Ἰταλίαν ἀχθῆναι. Φίλιππος δὲ ἦν οὗτος ὁ Δημητρίου. πρῶτος γὰρ ταύτης τῆς οἰκίας ἔσχε Δημήτριος τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν, ἀποκτείνας Ἀλέξανδρον τὸν Κασσάνδρου παῖδα, ὡς τὰ πρότερον ἔχει μοι τοῦ λόγου.

Atheniensibus Mysorum regem Attalum, et Aegyptiorum Ptolemaeum, ex liberis vero gentibus Aetolos, ac insulatum incolas Rhodios et Cretenses amicitia et societate coniunxit. Verum quum e Mysia, Aegypto, et Creta plerumque serius auxilia mitterentur, ac Rhodii, qui alias quam navales copias non haberent, contra gravem Macedonum armaturam parvo omnino essent praesidio futuri, cum parva suorum manu in Italiam veniens, a Romanis auxilia impetravit. Ii vero exercitu et imperatore misso Macedonum vires adeo fregerunt, ut non multo post Perseum Philippi filium non regno tantum eiecerint, sed captivum etiam Romam pertraxerint. Fuit Philippus Demetrii filius: qui Demetrius primus ex hac familia, (quemadmodum ante exposuimus) Alexandro Cassandri filio interfecto, Macedoniae regnum obtinuit.

# CAPUT XXXVII.

**De aliis monumentis clarorum virorum ad viam sacram — Acestio — Phytalo — de memorandis trans Cephissum — templo Cyamitae — Harpalo — Apollinis templo — Cephalo ejusque posteris.**

Μετὰ δὲ τοῦ Κηφισοδώρου τὸ μνῆμα τέθαπται μὲν Ἡλιόδωρος Ἅλις· τούτου γραφὴν ἰδεῖν ἔστι καὶ ἐν τῷ ναῷ τῷ μεγάλῳ τῆς Ἀθηνᾶς. τέθαπται δὲ Θεμιστοκλῆς Πολιάρχου, τρίτος ἀπόγονος Θεμιστοκλέους τοῦ Ξέρξῃ καὶ Μήδοις ἐναντία ναυμαχήσαντος. Τοὺς δὲ κατωτέρω τοῦ γένους, πλὴν Ἀκεστίου, παρήσω τοὺς ἄλλους. Ἀκεστίῳ δὲ τῇ Ξενοκλέους τοῦ Σοφοκλέους τοῦ Λέοντος, τούτους δὲ ἐς τὸν τέταρτον πρόγονον Λέοντα, δᾳδούχους πάντας ὑπῆρξε γενέσθαι. Παρὰ τὸν βίον τὸν αὐτῆς πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν Σοφοκλέα εἶδε δᾳδουχοῦντα, ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸν ἄνδρα Θεμιστοκλέα, τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου, Θεόφραστον τὸν παῖδα. ταύτῃ μὲν τύχην τοιαύτην συμβῆναι λέγουσιν. Προελθοῦσι δὲ ὀλίγον, Λακίου τέμενός ἐστιν ἥρωος, καὶ δῆμος, ὃν Λακιάδας ὀνομάζουσιν ἀπὸ τούτου. καὶ Νικοκλέους Ταραντίνου

Cap. XXXVII. Secundum Cephisodori Heliodori Aliensis sepulcrum est: cuius pictam imaginem et in magno Minervae templo videas. Sepultus ibidem est Themistocles Poliarchi filius, Themistoclis eius pronepos, qui navale praelium cum Xerxe commisit. Huius quidem posteros, praeter Acestium, commemorare necesse nihil habeo. Haec Xenoclis, Sophoclis filii, Leontis nepotis, filia fuit, ac vivens suos omnes a Leonte proavo Daduchos vidit: *aequales* etiam eodem sacerdotio honestatos, Sophoclem fratrem, Themistoclem virum, et eo mortuo Theophrastum filium. Atque illa quidem eiusmodi fortuna usa est. Longius progressis Lacii herois lucus in conspectu est, et Lacidarum ab eo nominata curia. Nicoclis etiam Tarentini monumentum, cuius supra

ἐστὶ μνῆμα, ὃς ἐπὶ μέγιστον δόξης κιθαρῳδῶν ἁπάντων ἦλθεν. Ἔστι δὲ καὶ Ζεφύρου τε βωμὸς, καὶ Δήμητρος ἱερὸν καὶ τῆς παιδός· σὺν δέ σφισιν Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἔχουσι τιμάς. (2) Ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ Φύταλόν φασιν οἴκῳ Δήμητρα δέξασθαι, καὶ τὴν θεὸν ἀντὶ τούτων δοῦναί οἱ τὸ φυτὸν τῆς συκῆς. Μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τῷ Φυτάλου τάφῳ·

Ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως Φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν
Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
Ἣν ἱερὰν συκῆν θνητῶν γένος ἐξονομάζει·
Ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως.

90 πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Κηφισσὸν, Θεοδώρου μνῆμά ἐστι τραγῳδίαν ὑποκριναμένου τῶν καθ' αὑτὸν ἄριστα. ἀγάλματα δὲ ἐπὶ τῷ ποταμῷ, Μνησιμάχης, τὸ δὲ ἕτερον ἀνάθημα κειρομένου οἱ τὴν κόμην τοῦ παιδὸς ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ. καθεστάναι δὲ ἐκ παλαιοῦ καὶ τοῖς πᾶσι τοῦτο Ἕλλησι, τῇ Ὁμήρου τις ἂν τεκμαίροιτο ποιήσει, ὃς τὸν Πηλέα εὔξασθαί φησι τῷ Σπερχειῷ κερεῖν ἀνασωθέντος ἐκ Τροίας Ἀχιλλέως τὴν κόμην.

omnes fere citharoedos celebre nomen fuit. Est eodem in loco ara Zephyro erecta, Cereri et Proserpinae templa: quibus cum Minerva et Neptuno communes honores habentur. (2) In hac ipsa regione a Phytalo aiunt Cererem hospitio acceptam, eique fici stirpe donata gratiam relatam. Id versus testantur in Phytali sepulcro incisi:

Hic Cererem tectis Phytalus susceperat heros,
Cui primum sacri largita est semina pomi,
Quam mortale genus ficum vocat. Illius ergo
Muneris aeterno hic Phytali gens floret honore.

Priusquam Cephissum amnem transeas, Theodori monumentum est, cui de Tragoedis primas aetas sua detulit. Iuxta fluvium simulacra duo sunt: alterum Mnesimaches, alterum filii, Cephisso crinem suum detondentis. Fuisse vero patrium Graecis omnibus, crinem fluminibus tondere, ex iis Homeri versibus coniicias, in quibus est, Peleum Sperchio pro felici Achillis a Troia reditu crinem vovisse.

(3) Διαβᾶσι δὲ τὸν Κηφισσὸν, βωμός ἐστιν ἀρχαῖος Μειλιχίου Διός· ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν Φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε, λῃστὰς καὶ ἄλλους ἀποκτείνας, καὶ Σίνιν τὰ πρὸς Πιτθέως συγγενῆ. τάφος δέ ἐστιν αὐτόθι Θεοδέκτου τοῦ Φασηλίτου· ἔτι δὲ Μνησιθέου. τοῦτον λέγουσιν ἰατρόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἀναθεῖναι ἀγάλματα, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἴακχος πεποίηται. ᾠκοδόμηται δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ναὸς οὐ μέγας, καλούμενος Κυαμίτου· σαφὲς δὲ οὐδὲν ἔχω λέγειν, εἴτε πρῶτος κυάμους ἔσπειρεν οὗτος, εἴτε τινὰ ἐπεφήμισαν ἥρωα· ὅτι τῶν κυάμων ἀνενεγκεῖν οὐκ ἔστι σφίσιν ἐς Δήμητρα τὴν εὕρεσιν. ὅστις δὲ ἤδη τελετὴν Ἐλευσῖνι εἶδεν, ἢ τὰ καλούμενα Ὀρφικὰ ἐπελέξατο, οἶδεν, ὃ λέγω. (4) Μνημάτων δὲ, ἃ μάλιστα ἐς μέγεθος καὶ κόσμον ἥκει, τὸ μὲν ἀνδρός ἐστι Ῥοδίου μετοικήσαντος ἐς Ἀθήνας· τὸ δὲ Ἅρπαλος Μακεδὼν ἐποίησεν, ὃς Ἀλέξανδρον ἀποδρὰς ἐκ

(3) Trans Cephissum Placidi Iovis (*Milichium nuncupant*) vetus ara est: ad quam Theseus a Phytali posteris de caede purgatus dicitur, quum et alios latrones, et Sinin a Pittheo *materno avo* sibi propinquum occidisset. Sepulcra ibidem sunt Theodectis, Phaselitae, et Mnesithei, quem medendi arte claruisse accepimus, ac signa multa dedicasse, atque ex iis Iaccho unum. In ipsa via aedes non magna visitur: Cyamitae templum (*ac si Fabarii dixeris*) appellant. Compertum autem non habeo, fabarumne hic sationem primus docuerit, an vero heroum alicui sit id nominis tributum. Neque enim fabarum inventum Cereri adscribere possunt. Nam qui vel initiis, quae Eleusine fiunt, interfuerint, vel ea, quae Orphica appellantur, legerint, facile id, quod dico, intelligent. (4) Monumenta *eo quidem in loco duo* et magnitudine et operis magnificentia praestant: alterum est Rhodii cuiusdam viri, qui se Athenas contulit: alterum Harpalus Macedo excitavit, is nempe, qui Alexandrum fugiens ex

τῆς Ἀσίας διέβη ναυσὶν ἐς τὴν Εὐρώπην, ἀφικόμενος δὲ παρ' Ἀθηναίους ὑπ' αὐτῶν συνελήφθη, διαφθείρας δὲ χρήμασιν ἄλλους τε καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρου φίλους ἀπέδρα. πρότερον δέ γε Πυθιονίκην ἔγημε, γένος μὲν οὐκ οἶδα ὁπόθεν, ἑταιροῦσαν δὲ ἔν τε Ἀθήναις καὶ ἐν Κορίνθῳ. ταύτης ἐς τοσοῦτον ἔρωτος προῆλθεν, ὡς καὶ μνῆμα ἀποθανούσης ποιῆσαι, πάντων, ὁπόσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα,
91 θέας μάλιστα ἄξιον. Ἔστι δὲ ἱερὸν, ἐν ᾧ κεῖται Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς ἀγάλματα, καὶ Ἀθηνᾶς τε καὶ Ἀπόλλωνος· Ἀπόλλωνι δὲ ἐποιήθη μόνῳ τοεξαρχῆς. Κέφαλον γὰρ τὸν Δηΐονος συνεξελθόντα λέγουσιν Ἀμφιτρύωνι ἐπὶ Τηλεβόας τὴν νῆσον οἰκῆσαι πρῶτον, ἣ νῦν ἀπ' ἐκείνου Κεφαλληνία καλεῖται· μετοικεῖν δὲ αὐτὸν τέως ἐν Θήβαις φεύγοντα ἐξ Ἀθηνῶν διὰ τὸν Πρόκριδος τῆς γυναικὸς φόνον· δεκάτῃ δὲ ὕστερον γενεᾷ Χαλκῖνος καὶ Δαῖτος ἀπόγονοι Κεφάλου πλεύσαντες ἐς Δελφοὺς ᾔτουν τὸν θεὸν κάθοδον ἐς Ἀθήνας· ὁ δέ σφισι κελεύει θῦσαι πρῶτον Ἀπόλλωνι

Asia in Europam classe traiecit; quumque Athenas venisset, ab Atheniensibus captus, corruptis quum aliis, tum ipsius Alexandri amicis, periculum effugit. Sed is ante Pythionicen uxorem duxerat, cuius neque genus, neque patriam novi: tantum scio, Athenis eam et Corinthi corpus vulgasse. Eam vero tam perdite amavit Harpalus, ut mortuae monumentum posuerit, omnium, quae in Graecia sunt, veterum operum, quod spectetur, dignissimum. (5) Templum etiam ibi spectes, in quo Cereris, Proserpinae, Minervae, et Apollinis signa sunt. Ab initio fuit aedes uni Apollini dicata. Cephalum enim aiunt Deionei filium cum Amphitryone primum ad Teleboas, in eam insulam, quae de ipsius nomine Cephalenia dicta est, profectum: nam Thebas ante Athenis, ob Procridis uxoris caedem exul, migrarat. Eius Cephali posteros, decem iam exactis aetatibus, Chalcinum et Daetum, quum Delphos navigassent, ac deum de reditu in antiquam patriam consuluissent, responsum accepisse, ut in

ἐνταῦθα τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα ἂν ἴδωσιν ἐπὶ τῆς γῆς τριήρη θέουσαν· γενομένοις δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸ Ποικίλον καλούμενον ὄρος δράκων ἐφάνη σπουδῇ κατὰ τὸν φωλεὸν ἰών· καὶ Ἀπόλλωνί τε θύουσιν ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ, καὶ ὕστερον σφᾶς ἐλθόντας ἐς τὴν πόλιν ἀστοὺς ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι. μετὰ δὲ τοῦτο Ἀφροδίτης ναός ἐστι, καὶ πρὸ αὐτοῦ τεῖχος ἀργῶν λίθων θέας ἄξιον.

## CAPUT XXXVIII.

De Rhetis alveis — Crocone — Eumolpo — Celeo ejusque filiabus — Ceryce — Zarece — memorandis apud Eleusinios — Rhario campo — Eleusine heroë — Plataeensi agro et Eleutherensibus — Antiope ejusque liberis.

Οἱ δὲ Ῥειτοὶ καλούμενοι ῥεῦμα μόνον παρέχονται ποταμῶν· ἐπεὶ τό γε ὕδωρ θάλασσά ἐστιν, ὅ σφισι. πείθοιτο δὲ ἄν τις καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ Χαλκιδέων Εὐρίπου ῥέουσιν ὑπὸ τῆς γῆς ἐς θάλασσαν κοιλοτέραν ἐμπίπτοντες. λέγονται δὲ οἱ Ῥειτοὶ Κόρης ἱεροὶ καὶ Δήμητρος εἶναι·

Atticam reversi, quo in loco humi currentem triremem vidissent, ibi Apollini rem divinam facerent. Quum itaque ad montem, quem Poecilum appellant, appropinquassent, draconem offendisse celeri se lapsu in latebras demittentem: ibi eos rem divinam Apollini fecisse, ac mox ab Atheniensibus in civitatem receptos. Post hoc templum Veneris aedes est: cuius in fronte paries exstructus est e rudi lapide, opere tamen insigni.

Cap. XXXVIII. Iam alvei, qui Rheti appellantur, solo cursu fluminibus similes sunt: nam eorum aqua maris saporem refert. Quae res alicui fortasse persuaserit, e Chalcidico eos Euripo manantes e terra depressius mare delabi. Rhetos quidem Cereri ac Proserpinae sacros esse tradunt:

καὶ τοὺς ἰχθῦς ἐξ αὐτῶν τοῖς ἱερεῦσίν ἐστιν αἱρεῖν μόνοις.
οὗτοι δὲ τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, πρὸς Ἀθη-
ναίους τοὺς ἄλλους ὅροι τῆς γῆς Ἐλευσινίοις ἦσαν.
(2) Καὶ διαβᾶσι τοὺς Ῥείτους, πρῶτος ᾤκει Κρόκων, ἔνθα
καὶ νῦν ἔτι βασίλεια καλεῖται Κρόκωνος. τοῦτον Ἀθηναῖοι
92 τὸν Κρόκωνα Κελεοῦ θυγατρὶ συνοικῆσαι Σαισάρᾳ λέ-
γουσι· λέγουσι δὲ οὐ πάντες, ἀλλ' ὅσοι τοῦ δήμου τοῦ
Σκαμβωνιδῶν εἰσίν. ἐγὼ δὲ Κρόκωνος μὲν ἀνευρεῖν τά-
φον οὐχ οἷός τε ἐγενόμην, τὸ δὲ Εὐμόλπου μνῆμα κατὰ
ταὐτὰ Ἐλευσινίοις ἀπέφαινον καὶ Ἀθηναῖοι. (3) Τοῦτον
τὸν Εὔμολπον ἀφικέσθαι λέγουσιν ἐκ Θρᾴκης Ποσειδῶνος
παῖδα ὄντα καὶ Χιόνης· τὴν δὲ Χιόνην Βορέου θυγατέρα
τοῦ ἀνέμου καὶ Ὠρειθυίας φασὶν εἶναι. Ὁμήρῳ δὲ ἐς μὲν
τὸ γένος ἐστὶν οὐδὲν αὐτοῦ πεποιημένον, ἐπονομάζει δὲ
ἀγήνορα ἐν τοῖς ἔπεσι τὸν Εὔμολπον. γενομένης δὲ
Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρε-
χθεὺς Ἀθηναίων βασιλεύς, ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος ὁ
Εὐμόλπου· καταλύονται δὲ ἐπὶ τοῖσδε τὸν πόλεμον, ὡς

neque eos, qui in illis nascuntur pisces, cuiquam licet praeterquam sacerdotibus capere. Atque hi quidem veteres Eleusinii sunt et Attici agri fines, uti accepi. (2) Agrum vero, qui trans Rhetos est, tenuisse dicitur Crocon; et locus ille Croconis nunc etiam Regia appellatur. Cum hoc Crocone Celei filiam Saesaram nuptam fuisse, Athenienses memorant. Neque tamen haec omnium, sed eorum tantum, qui e Scambonidarum curia sunt, opinio est. Croconis certe sepulcrum invenire nunquam potui. Eumolpi vero tumulum et Eleusinii et Athenienses agnoscunt. (3) Venisse Eumolpum istum e Thracia, filiumque Neptuni et Chiones fuisse, traditum est: Chionen vero Boreae ex Orithyia genitam. De illius sane parentibus nihil omnino Homerus prodidit: in quadam tantum versuum suorum parte animi praestantem appellat Eumolpum. Enimvero commissa inter Eleusinios et Athenienses pugna, hinc Erechtheus rex, illinc Eumolpi filius Immaradus ceciderunt. Arma inde his conditionibus posita, ut

Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν. τὰ δὲ ἱερὰ τοῖν θεοῖν Εὔμολπος καὶ αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ Κελεοῦ. καλοῦσι δὲ σφᾶς Πάμφως τε κατὰ ταὐτὰ καὶ Ὅμηρος, Διογένειαν καὶ Παμμερόπην, καὶ τρίτην Σαισάραν. τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου, Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ Εὐμόλπου. (4) Ἔστι δὲ Ἱπποθόωντος ἡρῷον, ἀφ' οὗ τὴν φυλὴν ὀνομάζουσι, καὶ πλησίον Ζάρηκος. τοῦτον μαθεῖν παρὰ Ἀπόλλωνι μουσικήν φασιν· ἐγὼ δὲ ξένον μὲν ἀφικόμενον ἐς τὴν γῆν, Λακεδαιμόνιόν τε εἶναι δοκῶ, καὶ Ζάρακα ἐν τῇ Λακωνικῇ πόλιν ἀπὸ τούτου πρὸς θαλάσσῃ καλεῖσθαι· εἰ δέ τις Ζάρηξ ἐπιχώριος Ἀθηναίοις ἥρως, οὐδὲν ἐς αὐτὸν ἔχω λέγειν. (5) Ῥεῖ δὲ Κηφισσὸς πρὸς Ἐλευσῖνι βιαιότερον παρεχόμενος τοῦ προτέρου ῥεῦμα· καὶ παρ' αὐτῷ καλοῦσιν Ἐρινεὸν, λέγοντες τὸν Πλούτωνα, ὅτε ἥρπασε τὴν Κόρην,

Eleusinii se, suaque cetera omnia in Atheniensium potestatem traderent, initia ipsi tanquam propria retinerent; ac ut Cereri et Proserpinae Eumolpus et Celei filiae sacra facerent. Eas iisdem nominibus Pamphus et Homerus appellant, Diogeneam, Pammeropen, Saesaram. Ex Eumolpi vero filiis natu minimus Ceryx patri superstes fuit: quem tamen Praeconum natio, *qui suam ei originem referunt*, ex Aglauro Cecropis filia et Mercurio, non Eumolpo, procreatum dicunt. (4) Est *eodem in loco* heroicum Hippothoontis monumentum, a quo tribus nomen habet: atque illi proximum Zarecis, quem tradunt Musicam apud Apollinem didicisse: ego vero Atticae inquilinum fuisse, patria Lacedaemonium, et ab eo maritimam Laconiae urbem Zaraca appellatam existimo. Quod si quis fuit Atticae indigena Zarex, de eo quod dicam, plane nihil habeo. (5) Cephissus vero amnis per Eleusinium agrum cursu multo, quam quovis alio in loco, concitatiore defertur. Prope locus est, cui Caprifico nomen: unde Orcum rapta Proserpina descendisse, fama vulgavit.

*καταβῆναι ταύτῃ. πρὸς τούτῳ τῷ Κηφισσῷ ληστὴν Πολυπήμονα ὄνομα, Προκρούστην δὲ ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινεν.* (6) *Ἐλευσινίοις δέ ἐστι μὲν Τριπτολέμου ναὸς,*
93 *ἔστι δὲ Προπυλαίας Ἀρτέμιδος, καὶ Ποσειδῶνος πατρός· φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν. τὸ δὲ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς, καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι, καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. ἐνταῦθα ἅλως καλουμένη Τριπτολέμου, καὶ βωμὸς δείκνυται. Τὰ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους τοῦ ἱεροῦ τό τε ὄνειρον ἀπεῖπε γράφειν, καὶ τοῖς οὐ τελεσθεῖσιν, ὁπόσων θέας εἴργονται, δῆλα δήπου μηδὲ πυθέσθαι μετεῖναί σφισιν.* (7) *Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι καὶ Δαείρας Ὠκεανοῦ θυγατρὸς λέγουσι, τοῖς δέ ἐστι πεποιημένα Ὤγυγον εἶναι πατέρα. Ἐλευσίνιοι γὰρ ἀρχαῖοι, τῶν λόγων ἅτε οὐ προσ-*

Ad hunc Cephissi alveum Theseus latronem Polypemonem, Procrusten cognomine, occidit. (6) Apud Eleusinios Triptolemi aedes est, Propylaeae Dianae, et Neptuni patris: puteus, quem Callichorum appellant, ubi primum chorum Eleusiniorum foeminae instituerunt, et deam cantu veneratae sunt. In campis vero, quos Rharios vocant, frugum primum iacta semina adolevisse ferunt: in cuius rei memoriam hordeum ex eo ipso solo demessum in sacris ad molas et liba adhibent. Ostenditur ibidem area, quae Triptolemi dicitur, et ei dedicata ara. At quae intra sacrum parietem servantur, scribere somnio prohibemur. Iis enim, qui initiati non fuerint, non tantum eorum adspectu interdictum est, verum etiam ne percontari quidem aut audire fas quicquam est. (7) Eleusinem vero heroem, unde oppidum nomen habet, nonnulli Mercurio et Daira Oceani filia genitum putant. Alii Ogygi fuisse filium fabulati sunt. Nam prisci Eleusinii quum ad nullam fere aetatem hominum origines suas habeant

όντων σφίσι γενεῶν, ἄλλα τε πλάσασθαι δεδώκασι, καὶ μάλιστα ἐς τὰ γένη τῶν ἡρώων.

(8) Ἐκ δὲ Ἐλευσῖνος τραπομένοις ἐπὶ Βοιωτῶν ἐστιν ὅμορος Ἀθηναίοις ἡ Πλαταιΐς. πρότερον μὲν γὰρ Ἐλευθερεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἦσαν· προσχωρησάντων δὲ Ἀθηναίοις τούτων, οὕτως ἤδη Βοιωτίας ὁ Κιθαιρών ἐστιν ὅρος. προσεχώρησαν δὲ Ἐλευθερεῖς, οὐ πολέμῳ βιασθέντες, ἀλλὰ πολιτείας τε ἐπιθυμήσαντες παρὰ Ἀθηναίων, καὶ κατ' ἔχθος τὸ Θηβαίων. ἐν τούτῳ τῷ πεδίῳ ναός ἐστι Διονύσου, καὶ τὸ ξόανον ἐντεῦθεν Ἀθηναίοις ἐκομίσθη τὸ ἀρχαῖον· τὸ δὲ ἐν Ἐλευθεραῖς ἐφ' ἡμῶν ἐς μίμησιν ἐκείνου πεποίηται. (9) Ἀπωτέρω δὲ ὀλίγον σπήλαιόν ἐστιν οὐ μέγα, καὶ παρ' αὐτὸ ὕδατος πηγὴ ψυχροῦ. λέγεται δὲ ἐς μὲν τὸ σπήλαιον, ὡς Ἀντιόπη τεκοῦσα κατάθοιτο ἐς αὐτὸ τοὺς παῖδας, περὶ δὲ τῆς πηγῆς τὸν ποιμένα εὑρόντα τοὺς παῖδας, ἐνταῦθα σφᾶς λοῦσαι πρῶτον, ἀπολύσαντα τῶν σπαργάνων. Ἐλευθερῶν δὲ ἦν μὲν ἔτι τοῦ τείχους, ἦν δὲ καὶ οἰκιῶν ἐρείπια·

referre, multis quum alia fingendi, tum quae de heroum familiis prodita sunt, locum dedere. (8) Qua ab Eleusine in Boeotiam iter est, Atheniensibus Plataeensis ager finitimus est: Atticam tamen olim et Boeotiam Eleutherenses dirimebant. Sed posteaquam Eleutherenses in Atheniensium potestatem venerunt, Cithaeron mons finis utriusque regionis haberi coeptus est. Attico vero nomini non illi quidem bello subacti se adiunxerunt, sed quod eam in primis reipublicae formam, qua Athenienses utebantur, expetiverunt, quodque capitali in Thebanos odio semper laborarunt. In iisdem campis Liberi Patris templum est: atque inde est Athenas olim signum eius deportatum. Nam quod Eleutheris hac etiam aetate exstat, ad illius fuit similitudinem factum. (9) Non procul specus abest, modica quidem magnitudine: fons proximus frigidae aquae. In eo specu Antiopen narrant, quos pepererat geminos, exposuisse, pastoremque sublatos pueros fasciis exemtos illis aquis lavisse. Eleutherarum quum muri,

θήλη δὲ τούτοις ἐστὶ πόλις ὀλίγον ὑπὲρ τοῦ πεδίου πρὸς τῷ Κιθαιρῶνι οἰκισθεῖσα.

## CAPUT XXXIX.

De memorandis in via ex urbe Eleusine Megara versus — puteo Anthino — Meganirae (vel Metanirae) templo — sepulcris ad Thebas occisorum — Alope et Cercyone — Theseo luctandi artis inventore — de Megarici agri et urbis originibus ac fatis narratio.

94 Ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα ἄγει. ταύτην ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν, φρέαρ ἐστὶν Ἄνθιον καλούμενον. ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παιδὸς, γραῒ εἰκασμένην. ἐντεῦθεν δὲ αὐτὴν ἅτε γυναῖκα Ἀργείαν ὑπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Κελεοῦ κομισθῆναι παρὰ τὴν μητέρα, καί οἱ τὴν Μεγάνειραν οὕτω πιστεῦσαι τοῦ παιδὸς τὴν ἀνάτροφήν. (2) Ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος ἱερὸν Μεγανείρας ἐστὶ, καὶ μετ᾽ αὐτὸ τάφοι τῶν ἐς Θήβας. Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων

tum aedium etiam vestigia remanent. Ea res planum facit, oppidum ipsum non multum supra campos Cithaeronem versus fuisse.

Cap. XXXIX. Altera ab Eleusine via Megara ducit: per eam qui ingrediuntur, puteum offendunt, cui nomen Florido. Super eo Pamphus versibus mandavit Cererem post raptum Proserpinae, anus facie sumta, consedisse: atque inde illam Celei filias, quod nempe Argivam esse anum putassent, ad matrem deduxisse: Meganiram vero ei filium educandum tradidisse. (2) Non longe a puteo est Meganirae sacellum, et eorum, qui ad Thebas ceciderunt, tumuli. Quum enim Creon, qui Laodamantis (Eteoclis filii) tutela suscepta Thebis imperabat, non sineret caesorum cadavera

τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι· ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα, καὶ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτούς, Θησεύς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς ἐνταῦθα ἔθαψε. Θηβαῖοι δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν ἐθελονταὶ λέγουσι δοῦναι, καὶ συνάψαι μάχην οὔ φασι. (3) *Μετὰ δὲ τῶν Ἀργείων* τοὺς τάφους ἐστὶν *Ἀλόπης* μνῆμα, ἣν τεκοῦσαν Ἱπποθόωντα ἐκ Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν ἐνταῦθά φασιν ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κερκύονος. εἶναι δὲ ὁ Κερκύων λέγεται καὶ τὰ ἄλλα ἄδικος εἰς τοὺς ξένους, καὶ παλαίειν οὐ βουλομένους· καὶ ὁ τόπος οὗτος παλαίστρα καὶ ἐς ἐμὲ ἐκαλεῖτο Κερκύονος, ὀλίγον τοῦ τάφου τῆς Ἀλόπης ἀπέχων. λέγεται δὲ ὁ Κερκύων τοὺς καταστάντας ἐς πάλην διαφθεῖραι πλὴν Θησέως. Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ τὸ πλέον· παλαιστικὴν γὰρ εὗρε τέχνην Θησεὺς πρῶτος, καὶ πάλης κατέστη ὕστερον ἀπ' ἐκείνου διδασκαλεῖα· πρότερον δὲ ἐχρῶντο μεγέθει

humari, Thesei opem Adrastus imploravit. Commissa itaque inter Athenienses et Thebanos pugna, victor Theseus in Eleusinium agrum deportanda cadavera, atque ibi sepelienda curavit. Thebani tamen neque se, quin humarentur, prohibuisse, neque ullum sibi cum Atheniensibus *ob eam causam* certamen fuisse dicunt. (3) Post Argivorum sepulcra Alopes monumentum est: quam, quum Neptuno Hippothoontem peperisset, eo ipso in loco a Cercyone patre interfectam ferunt. Cercyonem ipsum traditum est in omnes hospites immanem fuisse, praecipue tamen in eos, qui in luctae certamen descendere recusassent. Ac aetate quidem mea locus quidam, qui ab Alopes tumulo non longe abest, Cercyonis palaestra appellatur, ubi dicitur Cercyon omnes, qui lucta secum certassent, occidisse, praeter Theseum tamen, a quo luctandi in primis arte est superatus. Palaestricen enim Theseus primus invenit: et ab eo profecta palaestritarum disciplina, ab eius rei magistris celebrari coepta,

μόνον καὶ ῥώμῃ πρὸς τὰς πάλας. τοσαῦτα κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν Ἀθηναίοις γνωριμώτατα ἦν, ἔν τε λόγοις καὶ θεωρήμασιν. ἀπέκρινε δὲ ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος μοι τὰ ἐς συγγραφὴν ἀνήκοντα.

(4) Ἐλευσῖνι δὲ ἤδη πλησιόχωρος καλουμένη Μεγαρὶς τῆς Ἀθηναίων ἦν καὶ αὕτη τὸ ἀρχαῖον, Πύλα τοῦ βασιλέως καταλιπόντος Πανδίονι. μαρτύρια δέ μοι τάφος τε Πανδίονος ἐν τῇ γῇ, καὶ Νῖσος Αἰγεῖ μὲν πρεσβυτάτῳ τοῦ παντὸς γένους παραχωρήσας Ἀθηναίων ἄρχειν, αὐτὸς δὲ Μεγάρων καὶ τῆς ἄχρι Κορινθίων βασιλεύειν ἀξιωθείς· Νίσαιά τε ἔτι καὶ νῦν Μεγαρεῦσιν ἐπίνειον ἀπ' αὐτοῦ καλεῖται. Κόδρου δὲ ὕστερον βασιλεύοντος, στρατεύουσιν ἐπ' Ἀθήνας Πελοποννήσιοι· καὶ ὡς οὐδὲν ἀποδειξάμενοι λαμπρὸν ἐκομίζοντο ὀπίσω, Μέγαρα Ἀθηναίων ἑλόντες, Κορινθίων καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων τοῖς ἐθέλουσιν ἔδωκαν οἰκῆσαι. Μεγαρεῖς μὲν οὕτως ἔθη καὶ φωνὴν μεταβα-

quum ante sola corporis magnitudine et robore in lucta certaretur. Haec sunt, quae apud Athenienses (uti ego sentio) aut praedicantur, aut cum admiratione spectantur, quum ea ab initio missa fecerim, quae leviora sunt, quam ut ullam institutae historiae possint dignitatem afferre. (4) Eleusini finitima est Megarica terra: cuius imperium Pylae regi a Pandione relictum Athenienses olim adepti sunt. *Eius rei haudquaquam dubia* testimonia sunt, quod in ipsis Megarensium finibus exstat Pandionis sepulcrum: quodque, quum Aegeo, qui in ea familia natu maximus erat, Atheniensium regno Nisus concessisset, Niso Megara obtigerunt, et quicquid agri ad fines usque Corinthiorum pertinet. Manet apud Megarenses adhuc navale, quae Nisaea ab ipso appellatur. Regnante vero Codro, quum Peloponnesii bellum Atheniensibus intulissent, ac nihil omnino insigne ad gloriam in eo aliud gessissent, dum se domum reciperent, Megara Atheniensibus ademerunt, Corinthiosque ac ceteros auxiliarios, qui nomina dedissent, illuc coloniam deduxerunt. Quae res effecit, ut Megarenses, lingua cum moribus mutata, *ex*

λόντες Δωριεῖς γεγόνασι. κληθῆναι δὲ οὕτω τὴν πόλιν φασὶν ἐπὶ Καρὸς τοῦ Φορωνέως ἐν τῇ γῇ ταύτῃ βασιλεύοντος: τότε πρῶτον λέγουσιν ἱερὰ γενέσθαι Δήμητρος αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὀνομάσαι Μέγαρα. οὕτω μὲν αὐτοὶ περὶ σφῶν Μεγαρεῖς λέγουσι. (5) Βοιωτοὶ δὲ, ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα, ἀφικέσθαι στρατιᾷ Βοιωτῶν φασι, Νίσῳ τὸν πρὸς Μίνω πόλεμον συνδιοίσοντα· πεσόντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ μάχῃ, ταφῆναί τε αὐτοῦ, καὶ τῇ πόλει Μέγαρα ὄνομα ἀπὸ τούτου γενέσθαι, πρότερον Νίσα καλουμένῃ. δωδεκάτῃ δὲ ὕστερον μετὰ Κᾶρα τὸν Φορωνέως γενεᾷ λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς Λέλεγα ἀφικόμενον ἐξ Αἰγύπτου βασιλεῦσαι· καὶ τοὺς ἀνθρώπους κληθῆναι Λέλεγας ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ· Κλήσωνος δὲ τοῦ Λέλεγος γενέσθαι Πύλαν· τοῦ Πύλα δὲ Σκίρωνα· τοῦτον συνοικῆσαι τῇ Πανδίονος θυγατρὶ, καὶ ὕστερον Νίσῳ τῷ Πανδίονος ἐς ἀμφισβήτησιν ἐλθεῖν περὶ τῆς ἀρχῆς Σκίρωνα, καί σφισιν Αἰακὸν δικάσαι, βασιλείαν μὲν διδόντα Νίσῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις, Σκίρωνι δὲ ἡγεμονίαν

*Atticis* Dorienses fierent. Urbem vero eo nominē appellatam putant, Care Phoronei filio regnante. Tunc enim primum Cereris templa apud se erecta, eaque Megara appellata, Megarenses ipsi commemorant in iis, quos de rebus suis habent, sermonibus. (5) At Boeotii Megareum dicunt Neptuni filium Onchesti sedem habuisse, *indeque* cum Boeotiorum manu Niso contra Minoem auxilio venisse: quumque in praelio cecidisset, eo ipso, in quo ceciderat, loco sepultum urbi, quae ante Nisa appellabatur, nomen dedisse. Ad haec addunt Megarenses, Lelegem, duodecim post Cara Phoronei filium aetatibus, ex Aegypto venisse: eoque regnante indigenas Lelegas appellatos. Clesone vero Lelegis filio Pylan ortum, Pyla Stironem, cum quo nupta Pandionis filia fuerit. Hunc Scironem et Nisum Pandionis filium de regno disceptantes iudicem Aeacum delegisse:, adiudicasse illum Niso regnum, eiusque posteris: Scironi vero exercitus, totiusque

96 εἶναι πολέμου· Μεγαρέα δὲ τὸν Ποσειδῶνος θυγατρὶ Νίσου συνοικήσαντα Ἰφινόῃ διαδέξασθαι τὴν τοῦ Νίσου φασὶν ἀρχήν· τὸν δὲ Κρητικὸν πόλεμον καὶ τὴν ἐπὶ Νίσου βασιλεύοντος ἅλωσιν τῆς πόλεως οὐκ ἐθέλουσιν εἰδέναι.

## CAPUT XL.

**De memorandis in urbe Megaris — Sithnidibus Nymphis — signis imperatorum Romanorum et Dianae Sospitae — signis XII deorum — Olympieo et templo Jovis — Megarensium certamine cum Atheniensibus de Salamine — memorandis in via ad Megarensium arcem Cariam dictam.**

Ἔστι δὲ ἐν τῇ πόλει κρήνη, καί σφισιν ᾠκοδόμησε Θεαγένης, οὗ καὶ πρότερον τούτων ἐπεμνήσθην, θυγατέρα αὐτὸν συνοικίσαι Κύλωνι Ἀθηναίῳ. οὗτος ὁ Θεαγένης τυραννήσας ᾠκοδόμησε τὴν κρήνην, μεγέθους εἵνεκα καὶ κόσμου καὶ ἐς τὸ πλῆθος τῶν κιόνων θέας ἀξίαν· καὶ ὕδωρ ἐς αὐτὴν ῥεῖ καλούμενον Σιθνίδων νυμφῶν. τὰς δὲ Σιθνίδας νύμφας λέγουσι Μεγαρεῖς εἶναι μέν σφισιν ἐπιχωρίας, μιᾷ δὲ αὐτῶν [θυγατρὶ] συγγενέσθαι Δία, Μέγαρόν τε παῖδα ὄντα Διὸς καὶ ταύτης δὴ τῆς νύμφης

rei bellicae imperium. Megareum deinde Neptuni filium, cui Nisus Iphinoen filiam nuptum dederat, socero in regnum successisse. Nam de Cretico bello et urbe regnante Niso capta omnia Megarenses dissimulant.

Cap. XL. In oppido aquae ductus est, quem Theagenes exaedificavit. Theagenis vero et ante mentionem fecimus, ubi filiam eius Cyloni Atheniensi nuptam fuisse diximus. Hic itaque Theagenes in tyrannide aquae ductum erexit, opus quum magnitudine, tum ornatu et columnarum numero valde praeclarum. Aquam influentem Sithnidum Nympharum appellant: ac eas quidem Nymphas indigenas esse dicunt suas, atque ex earum unius filia Iovi Megarum

ἐκφυγεῖν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνός ποτε ἐπομβρίαν, ἐκφυγεῖν δὲ πρὸς τὰ ἄκρα τῆς Γερανείας, οὐκ ἔχοντός πω τοῦ ὄρους τὸ ὄνομα τοῦτο, ἀλλὰ, νήχεσθαι γὰρ πετομένων γεράνων πρὸς τὴν βοὴν τῶν ὀρνίθων αὐτὸν, διὰ τοῦτο Γεράνειαν τὸ ὄρος ὀνομασθῆναι. (2) Τῆς δὲ κρήνης οὐ πόῤῥω ταύτης ἀρχαῖόν ἐστιν ἱερόν· εἰκόνες δὲ ἐφ' ἡμῶν ἑστᾶσιν ἐν αὐτῷ βασιλέων Ῥωμαίων, καὶ ἄγαλμά τε κεῖται χαλκοῦν Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Σωτείρας. φασὶ δὲ ἄνδρας τοῦ Μαρδονίου στρατοῦ καταδραμόντας τὴν Μεγαρίδα ἀποχωρεῖν ἐς Θήβας ὀπίσω παρὰ Μαρδόνιον ἐθέλειν. γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος νύκτα τε ὁδοιποροῦσιν ἐπιγενέσθαι, καὶ τῆς ὁδοῦ σφᾶς ἁμαρτόντας ἐς τὴν ὀρεινὴν τραπέσθαι τῆς χώρας· οἰομένους δὲ στράτευμα ἐγγὺς εἶναι πολέμιον ἀφιέναι τῶν βελῶν, καὶ τὴν πλησίον πέτραν στένειν βαλλομένην, τοὺς δὲ αὖθις τοξεύειν προθυμίᾳ πλέονι· τέλος δὲ αὐτοῖς ἀναλωθῆναι τοὺς οἰστοὺς ἐς ἄνδρας πολεμίους νομίζουσιν, ἡμέρα τε ἐπεφαίνετο, καὶ οἱ Μεγαρεῖς ἐπῄεσαν· μαχόμενοι δὲ ὁπλῖται πρὸς ἀνόπλους, καὶ

natum: ac Megarum quidem Deucalionis diluvium in Geraniae verticem effugisse, quum nondum mons ille id nominis haberet. Nam quod Megarus gruum praetervolantium vocem secutus illuc natando evasisset, inde monti inditum nomen tradunt. (2) Non longe ab aquae ductu vetus est quaedam aedes: in qua exstant aetate etiam nostra Imperatorum Romanorum imagines, et signum ex aere, quod Dianae Sospitas appellant. Hanc esse cognominis causam dicunt. Quum Persae, vexato excursionibus Megarico agro, se Thebas ad Mardonium ducem suum reciperent, obortis *repente* Dianae numine tenebris, per errorem viarum ad montanam eos regionis partem deflexisse; ibi obiecta hostilis agminis specie, sagittas misisse; ad quarum ictus quum proxima saxa tanquam gemitus imaginem redderent, homines esse, qui ex vulneribus gemerent, opinantes, non ante iaculari desiisse, quam sagittas omnes profudissent. Quum vero illuxisset, Megarenses armatos, contra inermes impetu facto,

οὐδὲ βελῶν εὐποροῦντας ἔτι φονεύουσιν αὐτῶν τοὺς πολλούς· καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτείρας ἄγαλμα ἐποιήσαντο Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα καὶ τῶν δώδεκα ὀνομαζομένων θεῶν ἐστιν ἀγάλματα, ἔργα εἶναι λεγόμενα Πραξιτέλους· τὴν
97 δὲ Ἄρτεμιν αὐτὴν Στρογγυλίων ἐποίησε. (3) Μετὰ ταῦτα ἐς τὸ τοῦ Διὸς τέμενος ἐσελθοῦσι καλούμενον Ὀλυμπιεῖον, ναός ἐστι θέας ἄξιος· τὸ δὲ ἄγαλμα οὐκ ἐξειργάσθη τοῦ Διός, ἐπιλαβόντος τοῦ Πελοποννησίων πολέμου πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ᾧ καὶ ναυσὶν ἀνὰ πᾶν ἔτος καὶ στρατῷ φθείροντες Μεγαρεῦσιν Ἀθηναῖοι τὴν χώραν τά τε κοινὰ ἐκάκωσαν, καὶ ἰδίᾳ τοὺς οἴκους ἤγαγον ἐς τὸ ἔσχατον ἀσθενείας. τῷ δὲ ἀγάλματι τοῦ Διὸς πρόσωπον ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ, τὰ δὲ λοιπὰ πηλοῦ τέ ἐστι καὶ γύψου· ποιῆσαι δὲ αὐτὸ Θεόκοσμον λέγουσιν ἐπιχώριον, συνεργάσασθαι δέ οἱ Φειδίαν. ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός εἰσιν Ὧραι καὶ Μοῖραι· δῆλα δὲ πᾶσι, τὴν Πεπρωμένην μόνῳ οἱ πείθεσθαι, καὶ τὰς ὥρας τὸν θεὸν τοῦτον νέμειν εἰς τὸ δέον. ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ κεῖται ξύλα ἡμίεργα· ταῦτα ἔμελλεν ὁ Θεόκοσμος ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ

magnam eius agminis partem trucidasse, atque ex eo *rei eventu* Dianae Sospitae signum dedicasse. In eodem templo XII deorum signa sunt, Praxitelis, ut ferunt, opus. Nam Dianam Strongylion fecit. (3) Iam vero Iovis lucum ingressus, quem Olympieum dicunt, templum videas plane insigne, etsi Iovis signum expolitum non est. Opus enim Peloponnesiacum bellum interpellavit: per quae sane tempora Athenienses terrestribus maritimisque copiis quotannis fere Megarensium publicas et privatas opes vehementer attriverunt. Ipsius quidem Iovis os auro et ebore constat: reliquum vero corpus e gypso et fictili est materia. Opus hoc fecisse dicunt Theocosmum civem suum, adiuvante Phidia. In Iovis capite Horae et Parcae insistunt. Fata enim Iovi parere, et eius nutu temporum vicissitudines describi, nemo est, qui nesciat. In templi postica parte ligna quaedam sunt duntaxat informata: quae Theocosmus auro et ebore fuisset or-

κοσμήσας τὸ ἄγαλμα ἐκτελέσειν τοῦ Διός. (4) Ἐνταῦθα τῷ ναῷ τριήρους ἀνάκειται χαλκοῦν ἔμβολον· ταύτην τὴν ναῦν φασι λαβεῖν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχήσαντες πρὸς Ἀθηναίους. ὁμολογοῦσι δὲ καὶ Ἀθηναῖοι χρόνον τινὰ Μεγαρεῦσιν ἀποστῆναι τῆς νήσου, Σόλωνα δέ φασιν ὕστερον ἐλεγεῖα ποιήσαντα προτρέψαι σφᾶς, καταστῆναι δὲ ἐπὶ τούτοις ἀμφισβήτησιν Ἀθηναίοις, κρατήσαντες δὲ πολέμῳ Σαλαμῖνα αὖθις ἔχειν. Μεγαρεῖς δὲ παρὰ σφῶν λέγουσιν ἄνδρας φυγάδας, οὓς Δορυκλείους ὀνομάζουσιν, ἀφικομένους παρὰ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι κληρούχους, προδοῦναι Σαλαμῖνα Ἀθηναίοις. (5) Μετὰ δὲ τοῦ Διὸς τὸ τέμενος ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνελθοῦσι καλουμένην ἀπὸ Καρὸς τοῦ Φορωνέως καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Καρίαν ἐστὶ μὲν Διονύσου ναὸς Νυκτελίου· πεποίηται δὲ Ἀφροδίτης Ἐπιστροφίας ἱερὸν, καὶ Νυκτὸς καλούμενόν ἐστι μαντεῖον· καὶ Διὸς Κονίου ναὸς οὐκ ἔχων ὄροφον. τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα Βρύαξις καὶ αὐτὸ καὶ τὴν Ὑγίειαν

naturus ad signum Iovis absolvendum. (4) In eadem templi parte triremis aeneum rostrum positum est. Eam vero se triremem cepisse Megarenses dicunt in praelio navali, quod cum Atheniensibus de Salamine certantes fecerunt. Neque Athenienses inficiantur, defecisse aliquando a se ad Megarenses Salaminem: Solonis vero elegis excitatos de insula prius disceptasse, deinde eam se bello recepisse. At Megarenses dicunt viros quosdam profugos, quos Dorycleos nominant, a se ad colonos, qui sorte ducta in Salaminem ante missi fuerant, abiisse, ac Salaminem Atheniensibus prodidisse. (5) A Iovis luco quum in arcem adscenderis, quam a Care Phoronei filio aetate etiam nostra Cariam nominant, Bacchi Nyctelii aedem videas, et Veneris Epistrophiae (*quasi procuratricis dicas*) sacellum. Noctis praeterea oraculum, et Iovis Pulverei delubrum sine tecto. Aesculapii vero et Hygiae signa Bryaxis fecit. Eodem in loco est Cereris *nobile*

ἐποίησεν. ἐνταῦθα καὶ τῆς Δήμητρος τὸ καλούμενον Μέγαρον· ποιῆσαι δὲ αὐτὸ βασιλεύοντα Κᾶρα ἔλεγον.

# CAPUT XLI.

De Alcmenae sepulcro — loco Rhun dicto — aliis sepulcris et templis — Alcathoo et leone Cithaeronio — Pandionis heroo — Hippolyte Amazone — Tereo, Procne et Philomela.

93 Ἐκ δὲ τῆς ἀκροπόλεως κατιοῦσιν, ᾗ πρὸς ἄρκτον τέτραπται τὸ χωρίον, μνῆμά ἐστιν Ἀλκμήνης πλησίον τοῦ Ὀλυμπιείου. βαδίζουσαν γὰρ ἐς Θήβας ἐξ Ἄργους τελευτῆσαι καθ' ὁδὸν λέγουσιν αὐτὴν ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς· καὶ τοὺς Ἡρακλείδας ἐς ἀμφισβήτησιν ἐλθεῖν, τοὺς μὲν ἐς Ἄργος ἐθέλοντας ὀπίσω κομίσαι τὸν νεκρὸν τῆς Ἀλκμήνης, τοὺς δ' αὐτῶν ἐς Θήβας· καὶ γὰρ τοῖς Ἡρακλέους παισὶ τοῖς ἐκ Μεγάρας τάφον εἶναι καὶ Ἀμφιτρύωνος ἐν Θήβαις. ὁ δὲ ἐν Δελφοῖς θεὸς ἔχρησε, θάψαι Ἀλκμήνην ἐν τοῖς Μεγάροις ἄμεινον εἶναί σφισιν. (2) Ἐντεῦθεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἡμῖν ἐξηγητὴς ἡγεῖτο ἐς χωρίον, Ῥοῦν (ὡς ἔφασκεν) ὀνομαζόμενον· ταύτῃ γὰρ ὕδωρ ποτὲ

*templum*: Megaron *appellant*: quod aedificasse Cara, dum regnaret, memorant.

Cap. XLI. Ab ea arcis parte, quae ad septentriones est, descendentibus Alcmenes se ostendit monumentum, proxime ad Olympii Iovis aedem. Proficiscentem enim eam Argis Thebas in Megarensium finibus in ipsa via mortuam ferunt: inter Herculis vero filios disceptatum, eius cadaver Argosne reportandum, an vero Thebis esset sepeliendum, quum Herculis ex Megara filiorum et Amphitryonis Thebis essent sepulcra: respondisse Delphicum Apollinem de ea re consulentibus, eam in Megarico agro sepeliri satius *multo* esse. (2) Hinc me rerum patriae suae peritus interpres in vicum deduxit, quem Rhun appellari dixit, ob eam videlicet

ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τὴν πόλιν ῥυῆναι· Θεαγένη δὲ, ὃς τότε ἐτυράννει, τὸ ὕδωρ ἑτέρωσε τρέψαντα, βωμὸν ἐνταῦθα Ἀχελώῳ ποιῆσαι. (3) Καὶ Ὕλλου πλησίον τοῦ Ἡρακλέους μνῆμά ἐστιν, ἀνδρὶ Ἀρκάδι Ἐχέμῳ τῷ Ἀερόπου μονομαχήσαντος. καὶ ὅστις μὲν Ἔχεμος ὢν ἀπέκτεινεν Ὕλλον, ἑτέρωθι τοῦ λόγου δηλώσω. τέθαπται δὲ καὶ Ὕλλος ἐν τοῖς Μεγάροις. αὕτη καλοῖτο ἂν ὀρθῶς στρατεία τῶν Ἡρακλειδῶν ἐς Πελοπόννησον ἐπὶ Ὀρέστου βασιλεύοντος. (4) Οὐ πόῤῥω δὲ τοῦ Ὕλλου μνήματος Ἴσιδος ναὸς καὶ παρ᾽ αὐτὸν Ἀπόλλωνός ἐστι καὶ Ἀρτέμιδος. Ἀλκάθουν δέ φασι ποιῆσαι, ἀποκτείναντα λέοντα τὸν καλούμενον Κιθαιρώνιον· ὑπὸ τούτου τοῦ λέοντος διαφθαρῆναι καὶ ἄλλους καὶ Μεγαρέως φασὶ τοῦ σφετέρου βασιλέως παῖδα Εὔϊππον· τὸν δὲ πρεσβύτερον τῶν παίδων αὐτῷ Τίμαλκον ἔτι πρότερον ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως, στρατεύοντα εἰς Ἄφιδναν σὺν τοῖς Διοσκούροις· Μεγαρέα δὲ γάμον τε ὑποσχέσθαι θυγατρὸς καὶ ὡς διά-

causam, quod ex imminentibus oppido montibus quondam in eum aqua defluebat: eam vero aquam alio Theagenem tyrannum derivasse, sed in eo ipso, unde aquam deduxerat, loco Acheloo aram dedicasse. (3) Prope est Hylli Herculis filii monumentum, qui cum Echemo Arcade Aeropi filio singulari certamine depugnavit. Quis vero hic Echemus fuerit, qui Hyllum occidit, in alia historiae parte exponam. Hyllus ipse Megaris sepultus est: ut recte quidem haec Heraclidarum expeditio appellari possit, in Peloponnesum suscepta, Oreste regnante. (4) Non longe ab Hylli monumento est Isidis aedes, et secundum eam Apollinis ac Dianae. Hanc dedicasse Alcathoum, leone, quem Cithaeronium appellarunt, confecto: et ab eo sane leone quum alios, tum Megarei regis sui filium Euippum laniatum fuisse tradunt. Quum enim e duobus *Megarei filiis* natu maior, cui Timalco nomen, cum Castore et Polluce Aphidnam oppugnatum venisset, fuissetque a Theseo interfectus, Megareum aiunt orbatum filiis, et filiae

M 2

δοχον ἕξει τῆς ἀρχῆς, ὅστις τὸν Κιθαιρώνιον λέοντα ἀποκτείναι· διὰ ταῦτα Ἀλκάθουν τὸν Πέλοπος ἐπιχειρήσαντα τῷ θηρίῳ κρατῆσαί τε, καὶ ὡς ἐβασίλευσε, τὸ
99 ἱερὸν ποιῆσαι τοῦτο, Ἀγροτέραν Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα Ἀγραῖον ἐπονομάσαντα. (5) Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω γενέσθαι λέγουσιν. ἐγὼ δὲ γράφειν μὲν ἐθέλω Μεγαρεῦσιν ὁμολογοῦντα, οὐκ ἔχω δὲ, ὅπως εὕρωμαι πάντα σφίσιν, ἀλλὰ ἀποθανεῖν μὲν λέοντα ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὑπὸ Ἀλκάθου πείθομαι· Μεγαρέως δὲ Τίμαλκον παῖδα τίς μὲν ἐς Ἄφιδναν ἐλθεῖν μετὰ τῶν Διοσκούρων ἔγραψε; πῶς δ' ἂν ἀφικόμενος ἀναιρεθῆναι νομίζοιτο ὑπὸ Θησέως; ὅπου καὶ Ἀλκμὰν ποιήσας ᾆσμα ἐς τοὺς Διοσκούρους, ὡς Ἀθήνας ἕλοιεν, καὶ τὴν Θησέως ἀγάγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον, ὅμως Θησέα φησὶν αὐτὸν ἀπεῖναι. Πίνδαρος δὲ τούτοις τε κατὰ ταὐτὰ ἐποίησε, καὶ γαμβρὸν τοῖς Διοσκούροις Θησέα εἶναι βουλόμενον· ἐς ὃ ἀπελθεῖν αὐτὸν Πειρίθῳ

nuptias et regnum ei spopondisse, qui Cithaeronium leonem confecisset. Alcathoum igitur Pelopis filium, ausum cum bellua congredi, ex eo certamine victorem discessisse. Regno itaque potitum, Agroterae (*id est venatricis*) Dianae, et Agraei Apollinis templum dedicasse. (5) Et haec quidem ad hunc modum *a multis* commemorantur. Ego vero etsi hercule nolim ea scribere, quae a Megarensium sermonibus discrepent, id tamen qui fieri potuerit, non reperio. Nam leonem Cithaeronium ab Alcathoo confectum ut credam, facile adducor: Timalcum vero Megarei filium quis unquam literis prodidit cum Castore et Polluce Aphidnam venisse? Sed ut maxime venerit, qui potuit a Theseo interfici, quum Alcman carmine, quod in Castoras fecit, scriptum reliquerit, eo tempore, quo illi expugnatis Athenis Thesei matrem captivam abduxerint, Theseum ipsum domi non fuisse? Neque vero, quae Pindarus scripsit, magnopere diversa sunt: Theseum, quum affinitatem Castorum sibi expetisset, domo profectum, ut Pirithoum prius, celebres illas fama nuptias affectantem,

τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξοντα. ὅστις δὲ ἐγενεαλόγησε, δῆλον ὡς πολλὴν τοῖς Μεγαρεῦσι σύνοιδεν εὐήθειαν· εἴγε Θησεὺς μὲν ἀπόγονος Πέλοπος. ἀλλὰ γὰρ τὸν ὄντα λόγον οἱ Μεγαρεῖς εἰδότες ἐπικρύπτουσιν, οὐ βουλόμενοι δοκεῖν ἁλῶναί σφισιν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Νίσου τὴν πόλιν· διαδέξασθαι δὲ τὴν βασιλείαν γαμβρὸν Νίσου τε Μεγαρέα, καὶ αὖθις Ἀλκάθουν Μεγαρέως. φαίνεται δὲ, τελευτήσαντος Νίσου καὶ τῶν πραγμάτων Μεγαρεῦσιν ἐφθαρμένων, ὑπὸ τοῦτον Ἀλκάθους ἀφικόμενος τὸν καιρὸν ἐξ Ἤλιδος. μαρτύριον δέ μοι· τὸ γὰρ τεῖχος ᾠκοδόμησεν ἐξαρχῆς, ἅτε τοῦ περιβόλου τοῦ ἀρχαίου καθαιρεθέντος ὑπὸ τῶν Κρητῶν. Ἀλκάθου μὲν οὖν καὶ τοῦ λέοντος, εἴτε ἐν τῷ Κιθαιρῶνι αὐτὸν εἴτε καὶ ἑτέρωθι ἀποκτείνας ναὸν Ἀγροτέρας Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος ἐποίησεν Ἀγραίου, ἐς τοσόνδε ἔστω μνήμη. (6 Ἐκ τούτου δὲ τοῦ ἱεροῦ κατιοῦσι Πανδίονός ἐστιν ἡρῷον. καὶ ὅτι μὲν ἐτάφη Πανδίων ἐν Αἰθυίας Ἀθηνᾶς καλουμένῳ σκοπέλῳ, δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι. τιμὰς

adiuvaret. Sed quicumque ille fuerit, qui Gentilitates persecutus est, eadem nimirum fuit, qua Megarenses, inscitia, si utique Theseus a Pelope genus duxit. Sed Megarenses de industria veritatem non tam ignorant, quam ambagibus involvunt. Quod enim fateri prorsus nolunt, Niso regnante urbem captam, successisse ei Megareum generum, Megareo Alcathoum comminiscuntur. Nam Niso iam mortuo, et eversis Megaris, constat ab Elide Alcathoum venisse. Testimonio mihi fuerit, quod muros ipse de integro erexit, quorum fuerant veterem ambitum Cretenses demoliti. Sed de Alcathoo ac leone, sive is eum in Cithaerone, sive quo alio in loco occiderit, deque Dianae Agroterae et Apollinis Agraei dedicatione haec hactenus. (6) Iam vero ex hoc templo descendentibus in conspectu est Pandionis heroicum monumentum. Sepultum quidem Pandionem eo loco, qui *Mergi* scopulus sive Aethyiae Minervae appellatur, ante diximus. Sed eidem

100 δὲ καὶ ἐν τῇ πόλει παρὰ Μεγαρέων ἔχει. (7) Πλησίον δέ ἐστι τοῦ Πανδίονος ἡρῴου μνῆμα Ἱππολύτης. γράψω δὲ καὶ τὰ ἐς αὐτὴν, ὁποῖα Μεγαρεῖς λέγουσιν. ὅτε Ἀμαζόνες ἐπ' Ἀθηναίους στρατεύσασαι δι' Ἀντιόπην, ἐκρατήθησαν ὑπὸ Θησέως, τὰς μὲν πολλὰς συνέβη μαχομένας αὐτῶν ἀποθανεῖν, Ἱππολύτην δὲ ἀδελφὴν οὖσαν Ἀντιόπης, καὶ τότε ἡγουμένην τῶν γυναικῶν, ἀποφυγεῖν σὺν ὀλίγαις ἐς Μέγαρα. ἅτε δὲ κακῶς οὕτω πράξασαν τῷ στρατῷ τοῖς τε παροῦσιν ἀθύμως ἔχουσαν, καὶ περὶ τῆς οἴκαδε ἐς τὴν Θεμίσκυραν σωτηρίας μᾶλλον ἔτι ἀποροῦσαν, ὑπὸ λύπης τελευτῆσαι· καὶ θάψαι αὐτὴν ἀποθανοῦσαν ἐνταῦθα· καί οἱ τοῦ μνήματος σχῆμά ἐστιν Ἀμαζονικῇ ἀσπίδι ἐμφερές. (8) Τούτου δέ ἐστιν οὐ πόῤῥω τάφος Τηρέως τοῦ Πρόκνην γήμαντος τὴν Πανδίονος. ἐβασίλευσε δὲ ὁ Τηρεὺς, ὡς μὲν λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς, περὶ τὰς Πηγὰς τὰς καλουμένας τῆς Μεγαρίδος· ὡς δὲ ἐγώ τε δοκῶ, καὶ τεκμήρια ἐς τόδε λείπεται, Δαυλίδος ἦρχε τῆς ὑπὲρ Χαιρωνείας. πάλαι γὰρ τῆς νῦν καλουμέ-

parentant intra urbem etiam Megarenses. (7) Prope est Hippolytae monumentum, de qua quae Megarenses dicunt, non praetermittam. Quum Amazones ob captam Antiopen bello Athenienses lacessissent, a Theseo superatae sunt. Quumque earum multae in praelio cecidissent, Hippolyten tradunt, Antiopes sororem, cui foeminarum ille parebat exercitus, Megara cum paucis aufugisse: ibi quum re male gesta animum despondisset, praesertim quod se Themiscyram in patriam suam redire posse desperasset, prae animi angore e vita excessisse: sepultam vero eo, quo diximus, loco, et eius sane monumentum Amazonici clypei formam prae se fert. (8) Ab eo non longe abest Terei sepulcrum, eius nempe, qui Prognen Pandionis filiam uxorem duxit. Regnavit autem Tereus, ut Megarenses dicunt, circa fontes, qui Megaridis appellantur: uti vero ego existimo, atque indicant, quae adhuc exstant *eius regni* vestigia, Daulide supra Chaeroneam.

νης Ἑλλάδος βάρβαροι τὰ πολλὰ ᾤκησαν. ἐπεὶ δὲ ἦν καὶ Τηρεῖ τὰ ἐς Φιλομήλαν ἐξειργασμένα, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἴτυν ὑπὸ τῶν γυναικῶν, ἑλεῖν σφᾶς ὁ Τηρεὺς οὐκ ἐδύνατο· καὶ ὁ μὲν ἐτελεύτησεν ἐν τοῖς Μεγάροις αὐτοχειρίᾳ, καί οἱ τάφον αὐτίκα ἔχωσαν, καὶ θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, ψηφῖσιν ἐν τῇ θυσίᾳ ἀντὶ οὐλῶν χρώμενοι. καὶ τὸν ἔποπα τὸν ὄρνιθα ἐνταῦθα φανῆναι πρῶτον λέγουσιν. αἱ δὲ γυναῖκες ἐς μὲν Ἀθήνας ἀφίκοντο, θρηνοῦσαι δὲ, οἷα ἔπαθον, καὶ οἷα ἀντέδρασαν, ὑπὸ δακρύων διαφθείρονται· καί σφισι τὴν ἐς ἀηδόνα καὶ χελιδόνα μεταβολὴν ἐπεφήμισαν, ὅτι οἶμαι καὶ αὗται αἱ ὄρνιθες ἐλεεινὸν καὶ θρήνῳ ὅμοιον ᾄδουσιν.

Eius enim Graeciae, quae nunc Hellas appellatur, multas olim partes barbari tenuerunt, quas post allatam Philomelae vim, et interemptum a mulieribus Ityn, Tereus in potestatem redigere non potuit. Atque ille quidem sibi ipsi Megaris manum conscivit, quo in loco ei statim tumulum struxerunt, ad quem annuum faciunt sacrum, et in eo calculis pro farre utuntur: atque eo quidem primum in loco upupam avem visam memorant. Mulieres quum Athenas confugissent, prae luctu et moerore ob ea, quae et passae fuerant, et fecerant, contabuerunt. Vulgatam certe de eis fabulam, earum alteram in lusciniam, in hirundinem alteram mutatam, ex eo existimo, quod avis utraque miserabiles et luctuosos cantus edunt.

# CAPUT XLII.

De altera Megarensium arce et de memorandis prope illam — Apolline in muris exstruendis Alcathoo operam praestante — lapide citharae instar sonante — simili in Aegypto Memnonis simulacro sonante — templis Minervae in vertice arcis, inprimis Minervae Aeantidis — Apollinis templo et signis — ebeni ligni natura — Alcathoi filiorum occasu — heroo Inus, et quae de ea referunt Megarenses.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Μεγαρεῦσιν ἀκρόπολις ἀπὸ Ἀλκάθου
τὸ ὄνομα ἔχουσα. ἐς αὐτὴν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἀνιοῦσίν
ἐστιν ἐν δεξιᾷ Μεγαρέως μνῆμα, ὃς κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν
τῶν Κρητῶν ξύμμαχός σφισιν ἦλθεν ἐξ Ὀγχηστοῦ. δεί-
101 κνυται δὲ καὶ ἑστία θεῶν Προδομέων καλουμένων· θῦσαι
δέ σφισιν [λέγουσιν] Ἀλκάθουν πρῶτον, ὅτε τῆς οἰκο-
δομίας τοῦ τείχους ἔμελλεν ἄρχεσθαι. τῆς δὲ ἑστίας
ἐγγὺς ταύτης ἐστὶ λίθος, ἐφ' οὗ καταθεῖναι λέγουσιν
Ἀπόλλωνα τὴν κιθάραν, Ἀλκάθῳ τὸ τεῖχος συνεργαζό-
μενον. Δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε, ὡς συνετέλουν ἐς Ἀθη-
ναίους Μεγαρεῖς· φαίνεται γὰρ τὴν θυγατέρα Ἀλκά-
θους Περίβοιαν ἅμα Θησεῖ πέμψαι κατὰ τὸν δασμὸν ἐς

Cap. XLII. Habent Megarenses et arcem alteram, cui ab Alcathoo nomen est: ad quam qui ascenderint, ad dexteram Megarei monumentum videant. Is enim Cretico bello ab Onchesto Megarensibus auxilio venit. Ostenditur etiam deorum focus, quos Prodomeos vocant, *quod est quasi praestructores dicas:* quibus rem divinam fecisse tradunt Alcathoum, quum esset murorum fundamenta iacturus. Iuxta eum focum lapis exstat, super quo citharam deposuisse Apollinem tradunt, quum muros facienti Alcathoo operam esset suam navaturus. Ac censu olim Atheniensium comprehensos fuisse Megarenses, id mihi argumento est, quod satis constat, ab Alcathoo filiam Periboean una cum Theseo in Cretam tributi

Κρήτην: τότε δὲ αὐτῷ τειχίζοντι, ὥς φασιν οἱ Μεγαρεῖς, συνεργάζεταί τε Ἀπόλλων, καὶ τὴν κιθάραν κατέθηκεν ἐπὶ τὸν λίθον· ἢν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταὐτὰ οὗτός τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. (2) Ἐμοὶ δὲ παρέσχε μὲν καὶ τοῦτο θαυμάσαι· παρέσχε δὲ πολλῷ μάλιστα Αἰγυπτίων ὁ κολοσσὸς ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις διαβᾶσι τὸν Νεῖλον πρὸς τὰς Σύριγγας καλουμένας. εἶδον ἔτι καθήμενον ἄγαλμα Ἡλίου, Μέμνονα ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. τοῦτον γάρ φασιν ἐξ Αἰθιοπίας ὁρμηθῆναι ἐς Αἴγυπτον, καὶ τὴν ἄχρι Σούσων. ἀλλὰ γὰρ οὐ Μέμνονα οἱ Θηβαῖοι λέγουσι, Φαμένωφα δὲ εἶναι τῶν ἐγχωρίων, οὗ τοῦτο ἄγαλμα ἦν· ἤκουσα δὲ ἤδη καὶ Σέσωστριν φαμένων εἶναι τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ Καμβύσης διέκοψε· καὶ νῦν ὁπόσον ἐκ κεφαλῆς ἐς μέσον σῶμά ἐστιν ἀπεῤῥιμμένον, τὸ δὲ λοιπὸν κάθηταί τε καὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἀνίσχοντος ἡλίου βοᾷ, καὶ τὸν ἦχον μάλιστ᾽ ἂν εἰκάσειέ τις κιθάρας ἢ λύρας ῥαγείσης χορδῆς. (3) Μεγαρεῦσι

nomine missam. Eum certe in fabricandis muris ab Apolline adiutum, Megarenses affirmant, atque eum, de quo dixi, lapidem, ubi citharam deposuit, pro testimonio habent: reddit enim, calculo si quis eum percusserit, eundem, quem pulsae fides, sonum. (2) Quae mihi res plane admirabilis visa est: quanquam colossum, qui Thebis Aegyptiis est trans Nilum, non longe ab eo loco, quae Syringes (*id est fistulae*) appellantur, maiore utique cum admiratione spectavi. Statua ibi est sedentis hominis. Eam multi Memnonis nominant: quem ex Aethiopia in Aegyptum venisse, ac Susa etiam usque penetrasse tradunt. At ipsi Thebani Memnonem esse negant. Nam Phamenophem fuisse indigenam hominem dicunt. Audivi etiam, qui Sesostris illam statuam esse dicerent. Eam Cambyses diffidit: et nunc etiam superior pars a vertice ad medium truncum humi neglecta iacet: reliquum adhuc sedere videtur ac quotidie sub ipsum solis ortum sonum edit, qualem vel citharae vel lyrae nervi, si forte, *dum tenduntur*, rumpantur. (3) Apud Megarenses curia est, *ubi* fuit olim

δέ ἐστι μὲν βουλευτήριον, Τιμάλκου δὲ ἦν ποτε, ὡς λέ-
γουσι, τάφος, ὃν πρότερον ὀλίγον τούτων οὐκ ἔφην ὑπὸ
Θησέως ἀποθανεῖν. (4) ᾨκοδόμηται δὲ ἐπὶ τῇ κορυφῇ
τῆς ἀκροπόλεως ναὸς Ἀθηνᾶς, ἄγαλμα δέ ἐστιν ἐπίχρυ-
σον πλὴν χειρῶν καὶ ἄκρων ποδῶν· ταῦτα δὲ καὶ τὸ
πρόσωπόν ἐστιν ἐλέφαντος. καὶ ἕτερον ἐνταῦθα ἱερὸν
Ἀθηνᾶς πεποίηται, καλουμένης Νίκης, καὶ ἄλλο Αἰαν-
102 τίδος. τὰ δὲ ἐς αὐτὸ Μεγαρέων μὲν παρεῖται τοῖς ἐξη-
γηταῖς, ἐγὼ δὲ, ὁποῖα νομίζω γενέσθαι, γράψω. Τελα-
μὼν ὁ Αἰακοῦ θυγατρὶ Ἀλκάθου Περιβοίᾳ συνῴκησεν.
Αἴαντα οὖν τὴν ἀρχὴν τὴν Ἀλκάθου διαδεξάμενον ποιῆ-
σαι τὸ ἄγαλμα ἡγοῦμαι τῆς Ἀθηνᾶς. (5) Τοῦ δὲ Ἀπόλ-
λωνος πλίνθου μὲν ἦν ὁ ἀρχαῖος ναός· ὕστερον δὲ βα-
σιλεὺς ᾠκοδόμησεν Ἀδριανὸς λίθου λευκοῦ. ὁ μὲν δὴ
Πύθιος καλούμενος καὶ ὁ Δεκατηφόρος τοῖς Αἰγυπτίοις
μάλιστα ἐοίκασι ξοάνοις· ὃν δὲ Ἀρχηγέτην ἐπονομάζου-
σιν, Αἰγινητικοῖς ἔργοις ἐστὶν ὅμοιος· ἐβένου δὲ πάντα
ὁμοίως πεποίηται. (6) Ἤκουσα δὲ ἀνδρὸς Κυπρίου δια-

Timalci sepulcrum, quem ante dixi non videri mihi a Theseo interfectum fuisse. (4) In ipso arcis iugo Minervae templum est, et in eo Deae signum *totum* inauratum, praeter manus tamen et imos pedes; quae, uti ipsum os, ex ebore sunt. Alterum ibidem est delubrum Minervae, cui Victoriae cognomentum: aliud etiam Aeantidis, de quo quum nihil a scriptoribus Megarensium monumentis mandatum sit, ego ex opinione mea pauca adscribam. Telamon Aeaci filius Alcathoi filiam Periboeam uxorem duxit. Eius filium Aiacem, quum Alcathoo in regnum successisset, signum Minervae dedicasse existimo. (5) Apollinis vero aedes prisca fuit laterculis exstructa: quam Adrianus princeps e candido lapide restituit. Apollinis vero Pythii et Decumani simulacra nihil fere ab Aegyptiorum ligneis signis differunt. Eius vero, quem Archegeten (*id est Gentilitatis auctorem*) nuncupant, Aegineticis operibus persimile est, totumque ebeno constat. (6) Audivi autem Cyprium hominem oppido quam peritum in herbarum

κρῖναι πόας ἐς ἀνθρώπων ἴασιν εἰδότος, ὃς τὴν ἔβενον φύλλα οὐκ ἔφη φύειν, οὐδὲ εἶναι καρπὸν οὐδένα ἀπ' αὐτῆς, οὐδὲ ὁρᾶσθαι τὸ παράπαν αὐτὴν ὑπὸ ἡλίου· ῥίζας δὲ ὑπογαίους εἶναι, ταύτας δὲ ὀρύσσειν τοὺς Αἰθίοπας, καὶ ἄνδρας εἶναί σφισιν, οἳ τὴν ἔβενον ἴσασιν εὑρίσκειν. (7) Ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν θεσμοφόρου. κατιοῦσι δὲ ἐντεῦθεν, Καλλιπόλιδος μνῆμά ἐστιν Ἀλκάθου παιδός. ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος Ἀλκάθῳ πρεσβύτερος υἱὸς Ἐχέπολις, ὃν ἀπέστειλεν ὁ πατὴρ Μελεάγρῳ το ἐν Αἰτωλίᾳ θηρίον συνεξαιρήσοντα. ἀποθανόντος δὲ ἐνταῦθα πρῶτος τεθνεῶτα ἐπύθετο ὁ Καλλίπολις· ἀναδραμὼν δὲ ἐς τὴν ἀκρόπολιν, (τηνικαῦτα δὲ ὁ πατὴρ οἱ τῷ Ἀπόλλωνι ἐνέκαεν) ἀποῤῥίπτει τὰ ξύλα ἀπὸ τοῦ βωμοῦ. Ἀλκάθους δὲ ἀνήκοος ὢν ἔτι τῆς Ἐχεπόλιδος τελευτῆς, κατεδίκαζεν οὐ ποιεῖν ὅσια τὸν Καλλίπολιν, καὶ εὐθέως, ὡς εἶχεν ὀργῆς, ἀπέκτεινε παῖδας ἐς τὴν κεφαλὴν τῶν ἀποῤῥιφθέντων ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ξύλῳ. (8) Κατὰ δὲ τὴν ἐς τὸ πρυτανεῖον ὁδὸν Ἰνοῦς ἐστιν ἡρῷον, περὶ

generibus ad medendi usum notandis, quum diceret, ebenum nulla folia, nullumque omnino fructum ferre: nec stirpem esse soli expositam: radices tantum terra occultari, quas eruant Aethiopes, atque ii in primis, qui, quo maxime loco reperiantur, norunt. (7) Est non procul Legiferae Cereris fanum; unde qui descenderint, Callipolidis Alcathoi filii monumentum videant. Sed et alterum habuit natu maiorem filium Alcathous, Echepolidem: quem in auxilium Meleagro misit in *Aetoliam* contra aprum *Calydonium*. Quum vero a fera fuisset adolescens interemptus, atque id primus rescisset Callipolis, ad patrem, qui sacrum Apollini tunc forte faciebat, in arcem accurrit ac ligna e sacris focis disturbavit. Quem quum piaculum commisisse Alcathous, qui filium periisse ignoraret, iudicasset, ira incitatus, stipite ex iis ipsis, quae ille disiecerat, lignis capiti impacto, filium interfecit. (8) In via vero, quae ad Prytaneum ducit, Inus monumentum exstat.

δὲ αὐτὸ θριγγὸς λίθων· πεφύκασι δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐλαῖαι. μόνοι δέ εἰσιν Ἑλλήνων Μεγαρεῖς οἱ λέγοντες τὸν νεκρὸν τῆς Ἰνοῦς ἐπὶ τὰ παραθαλάσσιά σφισιν ἐκπεσεῖν τῆς χώρας, Κλησὼ δὲ καὶ Ταυρόπολιν εὑρεῖν τε καὶ θάψαι· θυγατέρας δὲ αὐτὰς εἶναι Κλήσωνος τοῦ Λέλεγος· καὶ Λευκοθέαν τε ὀνομασθῆναι παρά σφισι πρώτοις φασὶν αὐτὴν, καὶ θυσίαν ἄγειν ἀνὰ πᾶν ἔτος.

## CAPUT XLIII.

**De Iphigenia — Adrasto — sepulcris in prytaneo Megar. et petra prope illud Anaclethra dicta — sepulcris in urbe — Aesymnio — Iphinoës cultu — sepulcris ad Bacchi templum — Bacchi templo et signis — Veneris templo et signis in eo — Fortunae templo et aliis signis — Coroebo ejusque sepulcro in foro Megarensium.**

103 Λέγουσι δὲ εἶναι καὶ Ἰφιγενείας ἡρῷον· ἀποθανεῖν γὰρ καὶ ταύτην ἐν Μεγάροις. ἐγὼ δὲ ἤκουσα μὲν καὶ ἄλλον ἐς Ἰφιγένειαν λόγον ὑπὸ Ἀρκάδων λεγόμενον· οἶδα δὲ Ἡσίοδον ποιήσαντα ἐν καταλόγῳ γυναικῶν, Ἰφιγένειαν οὐκ ἀποθανεῖν, γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος Ἑκάτην

Id lapidum maceria incingitur, et sponte natis oleis convestitur. Soli enim ex omnibus Graecis Megarenses Inus cadaver in maritimam agri sui oram eiectum ferunt; ac illud Cleso et Tauropolim, Clesonis filias, Lelegis neptes, sublatum sepulturae mandasse: ipsamque Ino primum apud se Leucotheam appellatam. Ei quidem quotannis rem divinam faciunt.

Cap. XLIII. Sed iidem Iphigeniae *etiam* heroicum monumentum monstrant, atque eam Megaris mortuam aiunt. Ego vero etiam, quae longe secus de Iphigenia Arcades narrant, audivi. Neque ignoro, Hesiodum eo poëmate, quo illustres foeminas recenset, scripsisse, non esse caesam Iphigeniam, sed Dianae numine Hecaten factam. A quibus nihil

εἶναι. τούτοις δὲ Ἡρόδοτος ὁμολογοῦντα ἔγραψε, Ταύρους τοὺς πρὸς τῇ Σκυθικῇ θύειν παρθένῳ τοὺς ναυαγούς, φάναι δὲ αὐτοὺς τὴν παρθένον Ἰφιγένειαν εἶναι τὴν Ἀγαμέμνονος. ἔχει δὲ παρὰ Μεγαρεῦσι καὶ Ἄδραστος τιμάς· φασὶ δὲ ἀποθανεῖν παρὰ σφίσι καὶ τοῦτον, ὅτε ἑλὼν Θήβας ἀπῆγεν ὀπίσω τὸν στρατόν· αἰτίαν δέ οἱ τοῦ θανάτου γῆρας καὶ τὴν Αἰγιαλέως γενέσθαι τελευτήν. καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν, ὃ Ἀγαμέμνων ἐποίησεν, ἡνίκα ἦλθε Κάλχαντα οἰκοῦντα ἐν Μεγάροις ἐς Ἴλιον ἕπεσθαι πείσων. (2) Ἐν δὲ πρυτανείῳ τεθάφθαι μὲν Μένιππον Μεγαρέως παῖδα, τεθάφθαι δὲ τὸν Ἀλκάθου λέγουσιν Ἐχέπολιν. ἔστι δὲ τοῦ πρυτανείου πέτρα πλησίον, Ἀνακλήθραν τὴν πέτραν ὀνομάζουσιν, ὡς Δημήτηρ (εἴ τῳ πιστὰ), ὅτε τὴν παῖδα ἐπλανᾶτο ζητοῦσα, καὶ ἐνταῦθα ἀνεκάλεσεν αὐτήν. εἰκότα δὲ τῷ λόγῳ δρῶσιν ἐς ἡμᾶς ἔτι αἱ Μεγαρέων γυναῖκες. εἰσὶ δὲ τάφοι Μεγαρεῦσιν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν μὲν τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐποιή-

discrepant, quae scripsit Herodotus, Tauros in Scythia naufragos virgini immolare: virginem vero apud ipsos nuncupari Iphigeniam Agamemnonis filiam. Habent Adrasto etiam Megarenses honorem: quem, dum exercitum a Thebarum expugnatione domum reduceret, mortuum apud se tradunt. Mortis vero ei causam fuisse senectutem, et animi angorem ob Aegialei filii interitum. Exstat et Dianae templum, quod Agamemnonem erexisse dicunt, quum ad Calchantem, qui Megaris habitabat, venit, ei, ut se ad bellum Troianum sequeretur, persuasurus. (2) In Prytaneo Menippum Megarei filium, et Alcathoi Echepolin sepultos dicunt. Est ad Prytaneum saxum: Anaclethra appellant, quod ibi Ceres post longos errores (id si fide hominum cuiquam dignum videri potest) filiam evocarit. Nostra quidem etiamnum aetate Megarensium foeminae anniversario caeremoniarum ritu fabulam confirmant. Sunt intra oppidum sepulcra: et unum quidem eorum, qui cum Persis pugnantes mortem oppetie-

σαν κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδου· τὸ δὲ Αἰσύμνιον καλούμενον μνῆμα ἦν καὶ τοῦτο ἡρώων. (3) Ὑπερίονος δὲ τοῦ Ἀγαμέμνονος, (οὗτος γὰρ Μεγαρέων ἐβασίλευσεν ὕστατος) τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανόντος ὑπὸ Σανδίονος διὰ πλεονεξίαν καὶ ὕβριν, βασιλεύεσθαι μὲν οὐκέτι ὑπὸ ἑνὸς ἐδόκει σφίσιν, εἶναι δὲ ἄρχοντας αἱρετοὺς, καὶ ἀνὰ μέρος ἀκούειν ἀλλήλων. ἐνταῦθα Αἴσυμνος οὐδενὸς τὰ ἐς δόξαν Μεγαρέων δεύτερος παρὰ τὸν
104 θεὸν ἦλθεν ἐς Δελφοὺς, ἐλθὼν δὲ ἠρώτα τρόπον τίνα εὐδαιμονήσουσι· καί οἱ καὶ ἄλλα ὁ θεὸς ἔχρησε, καὶ Μεγαρέας εὖ πράξειν, ἢν μετὰ τῶν πλειόνων βουλεύσωνται. τοῦτο τὸ ἔπος ἐς τοὺς τεθνεῶτας ἔχειν νομίζοντες, βουλευτήριον ἐνταῦθα ᾠκοδόμησαν, ἵνα σφίσιν ὁ τάφος τῶν ἡρώων ἐντὸς τοῦ βουλευτηρίου γένηται. (4) Ἐντεῦθεν πρὸς τὸ Ἀλκάθου βαδίζουσιν ἡρῷον, ᾧ Μεγαρεῖς ἐς γραμμάτων φυλακὴν ἐχρῶντο ἐπ' ἐμοῦ, μνῆμα ἔλεγον τὸ μὲν Πυργοῦς εἶναι γυναικὸς Ἀλκάθου, πρὶν

runt. Aesymnium vero quod appellant, heroum et ipsum est monumentum. (3) Nam quum Hyperion Agamemnonis filius, qui postremus Megaris regnavit, propter avaritiam et insolentiam a Sandione occisus fuisset, non esse amplius uni parendum censuerunt, sed *annuos* magistratus, qui vicissim summae rerum praeessent, creandos. Quo tempore quum Aesymnus, auctoritate nemini inter Megarenses secundus, Delphos veniens oraculum consuluisset, qui fieri posset, ut patria secundis rebus uteretur: et alia accepit responsa, et illud in primis, bene eventurum, si plurium consilio civitas usa fuisset. Quare quum ad mortuos oraculum pertinere interpretati essent, curiam ibi aedificandam, intraque eius parietes heroum sepulcrum includendum curarunt. (4) Hinc ad Alcathoi heroicum monumentum progredientibus, quo Megarenses meo tempore ad publicas tabulas asservandas utebantur. occurrunt duo monumenta; alterum dicebant esse Pyrgus,

ἢ τὴν Μεγαρέως αὐτὸν λαβεῖν Εὐαίχμην, τὸ δὲ Ἰφινόης
Ἀλκάθου θυγατρός· ἀποθανεῖν δέ φασιν αὐτὴν ἔτι παρ-
θένον. καθέστηκε δὲ ταῖς κόραις, χοὰς πρὸς τὸ τῆς Ἰφι-
νόης μνῆμα προσφέρειν πρὸ γάμου, καὶ ἀπάρχεσθαι τῶν
τριχῶν, καθὰ καὶ τῇ Ἑκαέργῃ καὶ Ὦπιδι αἱ θυγατέρες
ποτὲ ἀπεκείροντο αἱ Δηλίων. (5) Παρὰ δὲ τὴν ἔσοδον
τὴν ἐς τὸ Διονύσιον τάφος ἐστὶν Ἀστυκρατείας καὶ Μαν-
τοῦς· θυγατέρες δὲ ἦσαν Πολυείδου τοῦ Κοιράνου τοῦ
Ἄβαντος τοῦ Μελάμποδος, ἐς Μέγαρα δ' ἐλθόντος Ἀλ-
κάθουν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῷ Καλλιπόλιδος καθῆραι τοῦ παι-
δός. ᾠκοδόμησε δὴ καὶ τῷ Διονύσῳ τὸ ἱερὸν ὁ Πολύει-
δος, καὶ ξόανον ἀνέθηκεν ἀποκεκρυμμένον ἐφ' ἡμῶν,
πλὴν τοῦ προσώπου· τοῦτο δέ ἐστι τὸ φανερόν· Σά-
τυρος δὲ παρέστηκεν αὐτῷ Πραξιτέλους ἔργον, Παρίου
λίθου· τοῦτον μὲν δὴ Πατρῷον καλοῦσιν· ἕτερον δὲ
Διονύσιον Δασύλλιον ἐπονομάζοντες, Εὐχήνορα τὸν
Κοιράνου τοῦ Πολυείδου τὸ ἄγαλμα ἀναθεῖναι λέγουσι. 105
(6) Μετὰ δὲ τοῦ Διονύσου τὸ ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης

quae uxor Alcathoi fuerat, antequam Euaechmen Megarei filiam duxisset; alterum Iphinoes, quam Alcathoi filiam dicebant fuisse ac mortuam, quum esset adhuc virgo. Ad eius tumulum patrio ritu puellae ante nuptias inferias mittunt, criuisque primitias detondent, non aliter quam Hecaergae et Opidi Deliorum filiae. (5) In primo aditu ad Liberi Patris fanum, (*quod Dionysion appellant*) sepulcrum est Astycrateae et Mantus filiarum Polyidi, Coerani filii, Abantis nepotis, Melampodis pronepotis. Polyidus quidem ipse venisse dicitur Megara, ut Alcathoum de caede Callipolidis filii lustraret: et Liberi templum aedificasse, cum simulacro, quod *totum* aetate nostra praeter os occultatur. Id enim unum est in conspectu. Adsistit Satyrus e Pario lapide, Praxitelis opus. Atque hunc quidem Patrium Liberum appellant: alterum vero, Dasyllium cognomento, Euchenorem Coerani filium, Polyidi nepotem, dedicasse ferunt. (6) Secundum Liberi

ναός· ἄγαλμα δὲ ἐλέφαντος Ἀφροδίτης πεποιημένον, Πρᾶξις ἐπίκλησιν. τοῦτό ἐστιν ἀρχαιότατον ἐν τῷ ναῷ. Πειθὼ δὲ καὶ ἑτέρα θεὸς, ἣν Παρήγορον ὀνομάζουσιν, ἔργα Πραξιτέλους. Σκόπα δὲ Ἔρως, καὶ Ἵμερος, καὶ Πόθος· εἴδη διάφορά ἐστι κατὰ ταὐτὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὰ ἔργα σφίσι. πλησίον δὲ τοῦ τῆς Ἀφροδίτης ναοῦ Τύχης ἐστὶν ἱερὸν, Πραξιτέλους καὶ αὕτη τέχνη. καὶ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Μούσας καὶ χαλκοῦν Δία ἐποίησε Λύσιππος. (7) Ἔστι δὲ Μεγαρεῦσι καὶ Κοροίβου τάφος· τὰ δὲ ἐς αὐτὸν ἔπη, κοινὰ ὅμως ὄντα τοῖς Ἀργείων ἐνταῦθα δηλώσω. ἐπὶ Κροτώπου λέγουσιν ἐν Ἄργει βασιλεύοντος Ψαμάθην τὴν Κροτώπου τεκεῖν παῖδα ἐξ Ἀπόλλωνος· ἐχομένην δὲ ἰσχυρῶς τοῦ πατρὸς δείματι τὸν παῖδα ἐκθεῖναι· καὶ τὸν μὲν διαφθείρουσιν ἐπιτυχόντες ἐκ τῆς ποίμνης κύνες τῆς Κροτώπου. Ἀπόλλων δὲ Ἀργείοις ἐς τὴν πόλιν πέμπει Ποινήν· ταύτην τοὺς παῖδας ἀπὸ τῶν μητέρων φασὶν ἁρπάζειν, ἐς ὃ Κόροιβος ἐς χάριν

Veneris delubrum est, cuius signum ex ebore: deae cognomen Praxis: atque eius signum *omnium est, quae* in eo delubro *spectentur*, vetustissimum. *In eodem* Pithus deae (*id est, Suadelae*) est simulacrum: et eius item deae, quam Paregoron (*hoc est, consolatricem*) nuncupant: operis auctor Praxiteles. Visuntur ibidem et Scopae Amor, Appetitus, Cupido, tam diverso inter se habitu ac facie, quam diversa sunt nomina ex ipsis numinum potestatibus indita. Iuxta Veneris Fortunae aedes est: ipsa dea a Praxitele elaborata. In proximo delubro Musas et aeneum Iovem fecit Lysippus. (7) Est etiam apud Megarenses Coroebi sepulcrum: de quo quae versibus mandata sunt, exponam, etsi eadem ab Argivis celebrantur. Regnante Argis Crotopo, eius filiam Psamathen tradunt puerum, quem ex Apolline pepererat, ut patrem, a quo sibi plurimum metuebat, celaret, exposuisse: quumque ita accidisset, ut a canibus regii pecoris custodibus dilaceraretur, Apollinem Argivis *diram quandam belluam* immisisse: Poenam *ipsi appellarunt*: quae e matrum gremiis infantes rapie-

Ἀργείων φονεύει τὴν Ποινήν. φονεύσας δὲ (οὐ γὰρ ἀνίει σφᾶς δευτέρα ἐπιπεσοῦσα νόσος λοιμώδης) Κόροιβος ἑκὼν ἦλθεν ἐς Δελφούς, ὑφέξων δίκας τῷ θεῷ τοῦ φόνου τῆς Ποινῆς. ἐς μὲν δὴ τὸ Ἄργος ἀναστρέφειν οὐκ εἴα Κόροιβον ἡ Πυθία, τρίποδα δὲ ἀράμενον φέρειν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἔνθα ἂν ἐκπέσῃ οἱ φέροντι ὁ τρίπους, ἐνταῦθα Ἀπόλλωνος οἰκοδομῆσαι ναόν, καὶ αὐτὸν οἰκῆσαι. καὶ ὁ τρίπους κατὰ τὸ ὄρος τὴν Γεράνειαν ἀπολισθὼν, ἔλαθεν αὐτοῦ ἐκπεσών· καὶ Τριποδίσκους κώμην ἐνταῦθα οἰκίσαι. Κοροίβῳ δέ ἐστι τάφος ἐν τῇ Μεγαρέων ἀγορᾷ· γέγραπται δὲ ἐλεγεῖα τὰ ἐς Ψαμάθην, καὶ τὰ 106
ἐς αὐτὸν ἔχοντα Κόροιβον· καὶ δὴ καὶ ἐπίθημά ἐστι τῷ τάφῳ Κόροιβος φονεύων τὴν Ποινήν. τούτων ἀγάλματα παλαιότατα, ὁπόσα λίθου πεποιημένα ἐστὶν Ἕλλησιν, ἰδὼν οἶδα.

bat: *monstrum* vero illud Coroebum Argivorum miseria adductum confecisse. Verum quum *dei ira* nihil remisisset, et pestilenti morbo civitas vexaretur, venisse Delphos Coroebum ultro, ut de Poenae caede Apollini satisfaceret: Pythiam, quum illi in patriam redeundum negasset, ut e templo tripodem tolleret, imperasse, quoque loco excidisset, ibi templo Apollini aedificato consideret. Quum itaque tripos illo imprudente lapsus ad Geraniam montem excidisset, *in mentem ei continuo oraculi venisse,* eumque ibi vicum, cui Tripodisco nomen est, condidisse. Coroebi vero sepulcrum Megaris est in foro; in quo inscripti elegi rem totam de Psamathe et Coroebo testantur. Tumuli insigne est Coroebus Poenam conficiens: quae signa omnium, quae in Graecia e lapide facta viderim, antiquissima esse indico.

# CAPUT XLIV.

De Orsippo — Apollinis Prostaterii templo et signis in eo — memorandis in gymnasio Megarens. — memorandis in navali Megarens. dicto Nisaea — arce Nisaea — urbe Pegis et memorandis in ea — Aegialei sepulcro — Melampodis cultu — Autonoës sepulcro in vico Erinea — sepulcro Telephanis tibicinis — lapide conchite — via Scirone et petra Moluride — Ino et Melicerte — Scirone latrone a Theseo in mare deiecto — templo Iovis Aphesii et aliis signis — Eurysthei sepulcro — templo Apollinis Latoi.

Κοροίβου δὲ τέθαπται πλησίον Ὄρσιππος, ὃς, περιεζωσμένων ἐν τοῖς ἀγῶσι κατὰ δὴ παλαιὸν ἔθος τῶν ἀθλητῶν, Ὀλύμπια ἐνίκα στάδιον δραμὼν γυμνός. φασὶ δὲ καὶ στρατηγοῦντα ὕστερον τὸν Ὄρσιππον ἀποτεμέσθαι χώραν τῶν προσοίκων. δοκῶ δέ οἱ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἑκόντι περιῤῥυῆναι, γνόντι, ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾷον ἐστιν ἀνὴρ γυμνός. (2) Ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς κατιοῦσι τῆς ὁδοῦ τῆς Εὐθείας καλουμένης, Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Προστατηρίου· τοῦτο ὀλίγον ἐκτραπέντα ἔστιν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἀνευρεῖν. Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ κεῖται θέας ἄξιος, καὶ Ἄρτεμις, καὶ Λητὼ,

Cap. XLIV. Non longe a Coroebi monumento sepultus est Orsippus, is, qui, quum veteri athletarum more cum subligaculo *gymnicos* ludos obire consuesset, in Olympico tamen curriculo nudus vicit: idemque postea, quum exercitus imperator esset, finitimis agri partem *bello* ademit. Non invito crediderim Olympiae subligaculum delapsum, nempe qui nosset, sine eo multo quemvis esse ad cursum expeditiorem. (2) E foro quum redeas in viam, quae Recta dicitur, si paululum diverteris ad dextram, ad Apollinis Praestitis accedas. Ibi est Apollinis nobile signum, Dianae, et Lato-

καὶ ἄλλα ἀγάλματα. ἔστι Πραξιτέλους ποιήσαντος Λητὼ καὶ οἱ παῖδες. (3) Ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ ἀρχαίῳ πλησίον πυλῶν καλουμένων Νυμφάδων λίθος παρεχόμενος πυραμίδος σχῆμα οὐ μεγάλης· τοῦτον Ἀπόλλωνα ὀνομάζουσι Καρινὸν, καὶ Εἰλειθυιῶν ἐστιν ἐνταῦθα ἱερόν. τοσαῦτά σφισιν ἐς ἐπίδειξιν παρείχετο ἡ πόλις. (4) Ἐς δὲ τὸ ἐπίνειον, καλούμενον καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Νίσαιαν, ἐς τοῦτο κατελθοῦσιν, ἱερὸν Δήμητρός ἐστι Μαλοφόρου· λέγεται δὲ καὶ ἄλλα ἐς τὴν ἐπίκλησιν, καὶ τοὺς πρώτους πρόβατα ἐν τῇ γῇ θρέψαντας Δήμητρα ὀνομάσαι Μαλοφόρον. καταῤῥυῆναι δὲ τῷ ἱερῷ τὸν ὄροφον τεκμαίροιτο ἄν τις ἀπὸ τοῦ χρόνου. (5) Καὶ ἀκρόπολίς ἐστιν ἐνταῦθα, ὀνομαζομένη καὶ αὐτὴ Νίσαια. καταβᾶσι δὲ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως, μνῆμά ἐστι πρὸς θαλάσσῃ Λέλεγος, ὃν ἀφικόμενον βασιλεῦσαι λέγουσιν ἐξ Αἰγύπτου, παῖδα δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Λιβύης τῆς Ἐπάφου. παρήκει δὲ παρὰ τὴν Νίσαιαν νῆσος οὐ μεγάλη· Μίνως ἐνταῦθα ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Νῖσον παρώρμει τὸ ναυτικὸν τῶν

nae, et alia item signa, quae fecit Praxiteles: Latona est cum liberis. (3) Ad portam, quam Nymphadem appellant, in veteri Gymnasio lapis est, qui non magnae pyramidis formam prae se fert. *Lapidem* eum Apollinem Carinum nominant. Est ibidem Lucinae aedes. Atque haec quidem, quae ostentare possit, Megara habent. (4) Ad navale vero, quam aetate etiam mea Nisaeam vocant, si descendas, Cereris Oviferae templum videas. Cognomen vero deae, praeter alia multa, quae de re prodita sunt, ab iis inditum censent, qui primi oves in ea regione aluerunt. Fastigium quidem templi vetustate collapsum quivis coniiciat. (5) Eadem fere in parte arx consurgit, quae et ipsa Nisaea dicitur. In imo arcis clivo ad maritimam *oppidi* partem Lelegis monumentum est. Hunc ex Aegypto appulsum regnasse aiunt: filium vero fuisse Neptuni et Libyes Epaphi filiae. Finitima est Nisaeae insula non magna, quo Creticam classem appulisse Minoëm ferunt,

107 Κρητῶν. (6) Ἡ δὲ ὀρεινὴ τῆς Μεγαρίδος τῆς Βοιωτῶν ἐστιν ὅμορος, ἐν ᾗ Μεγαρεῦσι Πηγαὶ πόλις, ἑτέρα δὲ Αἰγόσθενα ᾤκισται. ἰοῦσι δὲ ἐς τὰς Πηγὰς ἐκτραπομένοις ὀλίγον τῆς λεωφόρου, πέτρα δείκνυται διὰ πάσης ἔχουσα ἐμπεπηγότας ὀϊστοὺς, ἐς ἣν οἱ Μῆδοί ποτε ἐτόξευον ἐν τῇ νυκτί. (7) Ἐν δὲ ταῖς Πηγαῖς θέας ὑπελείπετο ἄξιον Ἀρτέμιδος Σωτείρας ἐπίκλησιν χαλκοῦν ἄγαλμα, μεγέθει τῷ παρὰ Μεγαρεῦσιν ἴσον, καὶ σχῆμα οὐδὲν διαφόρως ἔχον. καὶ Αἰγιαλέως ἐνταῦθά ἐστιν ἡρῷον τοῦ Ἀδράστου. τοῦτον γὰρ, ὅτε Ἀργεῖοι τὸ δεύτερον ἐς Θήβας ἐστράτευσαν, ὑπὸ τὴν πρώτην μάχην πρὸς Γλισᾶντι ἀποθανόντα οἱ προσήκοντες ἐς Πηγὰς τῆς Μεγαρίδος κομίσαντες θάπτουσι, καὶ Αἰγιάλειον ἔτι καλεῖται τὸ ἡρῷον. (8) Ἐν Αἰγοσθένοις δὲ Μελάμποδος τοῦ Ἀμυθάονός ἐστιν ἱερὸν, καὶ ἀνὴρ οὐ μέγας ἐπειργασμένος ἐν στήλῃ· καὶ θύουσι τῷ Μελάμποδι, καὶ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἑορτὴν ἄγουσι. μαντεύεσθαι δὲ οὔτε δι' ὀνειράτων αὐτὸν, οὔτε ἄλλως λέγουσι. καὶ τόδε ἄλλο ἤκουσα

quum bellum Niso intulisset. (6) Montana Megarici agri pars Boeotis finitima est. In ea habitantur oppida Pagae et Aegisthaena. In viae militaris, quae Pagas ducit, ipso diverticulo saxum est sagittis confixum. Eas per noctem Persas eiaculatos quondam tradunt. (7) Pagis Dianae cognomento Sospitae signum est aeneum, magnitudine ei par, quod Megaris est, neque ipsa figura dissimile. Est etiam Aegialei Adrasti filii heroicum monumentum: qui quum eo praelio, quod commissum est, quum Argivi iterum ad Thebas venissent, in primo conflictu ad Glisantem occidisset, propinqui eum sublatum Pagas in Megaricum agrum deportarunt: ac illius quidem monumentum Aegialeum appellatur. (8) Aegisthaenis Melampodis Amythaonis filii templum est, et in eo non magni utique viri signum columnae insistit. Melampodi sacrum faciunt, et festum diem quotannis celebrant. Futura vero praedicendi, neque e somniis, neque ex alia ulla ratione,

ἐν Ἐρενείᾳ τῇ Μεγαρέων κώμῃ, Αὐτονόην τὴν Κάδμου τῷ τε Ἀκταίωνος θανάτῳ, συμβάντι, ὡς λέγεται, καὶ τῇ πάσῃ τοῦ οἴκου τοῦ πατρῴου τύχῃ περισσότερον ἀλγοῦσαν ἐνταῦθα ἐκ Θηβῶν μετοικῆσαι· καὶ Αὐτονόης μνῆμά ἐστιν ἐν τῇ κώμῃ ταύτῃ. (9) Ἰοῦσι δὲ ἐκ Μεγάρων εἰς Κόρινθον, ἄλλοι τέ εἰσι τάφοι, καὶ αὐλητοῦ Σαμίου Τηλεφάνους· ποιῆσαι δὲ τὸν τάφον Κλεοπάτραν τὴν Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου λέγουσι. καὶ Καρὸς τοῦ Φορωνέως μνῆμά ἐστι, τὸ μὲν ἐξαρχῆς χῶμα γῆς, ὕστερον δὲ, τοῦ θεοῦ χρήσαντος, ἐκοσμήθη λίθῳ κογχίτῃ. μόνοις δὲ Ἑλλήνων Μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης οὗτός ἐστι, καὶ σφισι καὶ ἐν τῇ πόλει πεποίηται πολλὰ ἐξ αὐτοῦ. Ἔστι δὲ ἄγαν λευκὸς, καὶ ἄλλου λίθου μαλακώτερος· κόγχοι δὲ αἱ θαλάσσιαι διὰ παντὸς ἐνεισίν οἱ. αὐτὸς μὲν τοιοῦτός ἐστιν ὁ λίθος. (10) Τὴν δὲ ὀνομαζομένην ἀπὸ Σκίρωνος καὶ ἐς τόδε, Σκίρων, ἡνίκα Μεγαρεῦσιν ἐπολεμάρχει, πρῶτος, ὡς λέγουσιν, ἐποίησεν ἀνδράσιν εὐζώνοις ὁδεύειν. 108
Ἀδριανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ οὕτως, ὡς καὶ ἅρματα ἐναν-

ei scientiam tribuunt. Audivi etiam, *quum* in Erenea Megarici agri vico *essem*, Autonoën Cadmi filiam ex Actaeonis casu, et reliquis paternae domus calamitatibus, moerore et luctu confectam, huc Thebis transmigrasse. Autonoës quidem in eo vico monumentum ostenditur. (9) In via, quae Megaris Corinthum ducit, et alii tumuli sunt, et Telephanis Samii tibicinis: quem faciundum curasse dicitur Cleopatra, Philippi eius, quem Amyntas genuit, filia. Visitur et Caris Phoronei filii monumentum. Id quum initio terrae tantum agger esset, post ex oraculo conchite lapide exornatum est. Et is quidem lapis apud solos e Graecis omnibus Megarenses caeditur. Ex eo multa sunt in ipsa etiam urbe opera. Est ille quidem insigni candore, et alio quovis lapide mollior. Marinae in eo conchae undique cernuntur. Talis quidem hic lapis est. (10) *Viam* vero, quam Scironem appellant, primus, quum Megarensium copiis praeesset, munisse dicitur Sciron, ita ut expeditis hominibus aequa esset. Adrianus vero imperator

τία ἐλαύνεσθαι, κατέστησεν εὐρυχωρῆ τε καὶ ἐπιτηδείαν εἶναι. (11) Λόγοι δέ εἰσιν ἐς τὰς πέτρας, αἳ κατὰ τὸ στενὸν τῆς ὁδοῦ μάλιστα ἀνέχουσιν, ἐς μὲν τὴν Μολουρίδα, ὡς ἀπὸ ταύτης αὑτὴν ἐς θάλασσαν Ἰνὼ ῥίψαι, Μελικέρτην ἔχουσα τῶν παίδων νεώτερον· τὸν γὰρ δὴ πρεσβύτερον αὐτῶν Λέαρχον ἀπέκτεινεν ὁ πατήρ. λέγεται μὲν δὴ καὶ μανέντα δρᾶσαι ταῦτα Ἀθάμαντα· λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐς τὴν Ἰνὼ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας χρήσαιτο ἐκρατεῖ τῷ θυμῷ, τὸν συμβάντα Ὀρχομενίοις λιμὸν καὶ τὸν δοκοῦντα Φρίξου θάνατον αἰσθόμενος, οὐ τὸ θεῖον αἴτιον ὂν γενέσθαι, βουλεῦσαι δὲ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν Ἰνὼ μητρυιὰν οὖσαν. τότε δὲ φεύγουσα ἐς θάλασσαν αὑτὴν καὶ τὸν παῖδα ἀπὸ τῆς πέτρας τῆς Μολουρίδος ἀφίησιν. ἐξενεχθέντος δὲ ἐς τὸν Κορινθίων Ἰσθμὸν ὑπὸ δελφῖνος, ὡς λέγεται, τοῦ παιδὸς, τιμαὶ καὶ ἄλλαι τῷ Μελικέρτῃ δίδονται μετονομασθέντι Παλαίμονι, καὶ τῶν Ἰσθμίων ἐπ' αὐτῷ τὸν ἀγῶνα ἄγουσι. (12) Τὴν μὲν δὴ Μολουρίδα πέτραν Λευκοθέας καὶ Παλαίμονος ἱερὰν ἤγηντο· τὰς

eandem eousque dilatavit, ut per eam agi possent duo obvii currus. (11) De saxis vero, quae in viae angustiis eminent, fabula prodita est huiusmodi. Ino se cum Melicerte, natu minore filio, de saxo, quam Moluridem petram appellant, in mare praecipitem dedisse, quum natu maiorem Learchum pater occidisset: ac Athamantem quidem in uxorem et liberos furore impulsum sunt qui dicant ita saevisse; alii vero ira vehementer incensum, quod uxoris nefario facinore immissam rescisset Orchomeniis famem, ac simul ab illa de medio sublatum Phrixum putaret: atque omnino accidisse omnia non divinitus, sed novercae dolo, interpretaretur. Illam igitur tunc aiunt arrepta fuga se cum filio in mare de Moluride petra abiecisse: puerum quidem a delphine exceptum, quum in Corinthiorum Isthmum fuisset expositus, mutato nomine, ex Melicerte Palaemonem appellatum: eique quum alios habitos honores, tum vero Isthmicos ludos decretos. (12) Moluridem certe petram Leucotheae et Palaemoni sacrarunt. Nam

δὲ μετὰ ταύτην νομίζουσιν ἐναγεῖς, ὅτι παροικῶν σφίσιν ὁ Σκίρων, ὁπόσοις τῶν ξένων ἐπετύγχανεν, ἠφίει σφᾶς ἐς τὴν θάλασσαν. χελώνη δὲ ὑπενήχετο ταῖς πέτραις, τοὺς ἐσβληθέντας ἁρπάζειν· εἰσὶ δὲ αἱ θαλάσσιαι, πλὴν μεγέθους καὶ ποδῶν, ὅμοιαι ταῖς χερσαίαις, πόδας δὲ ἐοικότας ἔχουσι ταῖς φώκαις. τούτων περιῆλθεν ἡ δίκη Σκίρωνα, ἀφεθέντα ἐς θάλασσαν τὴν αὐτὴν ὑπὸ Θησέως. (13) Ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους τῇ ἄκρᾳ Διός ἐστιν Ἀφεσίου καλουμένου ναός· φασὶ δὲ ἐπὶ τοῦ συμβάντος ποτὲ τοῖς Ἕλλησιν αὐχμοῦ, θύσαντος Αἰακοῦ κατά τι δὴ λόγιον τῷ Πανελληνίῳ Διῒ ἐν Αἰγίνῃ· κομίσαντα δὲ ἀφεῖναι καὶ διὰ τοῦτο Ἀφέσιον καλεῖσθαι τὸν Δία. ἐνταῦθα καὶ Ἀφροδίτης ἄγαλμα καὶ Ἀπόλλωνός ἐστι καὶ Πανός. 109
(14) Προελθοῦσι δὲ ἐς τὸ πρόσω, μνῆμά ἐστιν Εὐρυσθέως. φεύγοντα δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς μετὰ τὴν πρὸς Ἡρακλείδας μάχην ἐνταῦθα ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὸ Ἰολάου λέγουσιν. ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ καταβᾶσιν Ἀπόλλωνος ἱερὸν

alia saxa, quae Moluridi adiacent, infamia et conscelerata putant, quod, quum ea accoleret Sciron, inde, quoscunque nactus esset hospites, in mare detruderet. Eos vero adnatans marina testudo conficere dicebatur. Sunt autem marinae testudines magnitudine tantum et pedibus terrestribus dissimiles: pedes enim habent, quales vituli marini. Sed eodem postea Sciron mortis genere scelus luit, a Theseo in idem abiectus mare. (13) In montis iugo Iovis Aphesii cognomento fanum est. Esse vero ita appellatum tradunt, quod, quum ad deprecandam squalidam agri siccitatem Aeacus in Aegina divinam rem, ex quodam oraculo, Panellenio Iovi faceret, quum esset perlitatum, deus calamitatem removisset. Ibidem Veneris, Apollinis et Panos signa sunt. (14) Qui longius processerint, Eurysthei monumentum offendent: quem ab Herculis liberis praelio superatum, quum ex Attica fugeret, quo loco sepultus est, fuisse ab Iolao occisum dicunt. Iam vero ab hac via descendentibus, in conspectu est Latoi

ἐστι Λατῴου. καὶ μετὰ αὐτὸ Μεγαρεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Κορινθίαν, ἔνθα Ὕλλον τὸν Ἡρακλέους μονομαχῆσαι πρὸς τὸν Ἀρκάδα Ἔχεμον λέγουσιν.

Apollinis aedes, et cum ea fere coniuncti Megarensium et Corinthiorum fines, ad ques Hyllum Herculis filium singulari certamine cum Arcade Echemo congressum, hominum sermone percrebuit.

---

# ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

# ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

## ΚΟΡΙΝΘΙΑΚΑ.

---

# ΚΟΡΙΝΘΙΑΚΑ SEU LIB. II.

## CAPUT I.

De terrae Corinthiacae appellatione et originibus — incolis Corinthi — Achaeorum bello contra Romanos — Corintho a Mummio eversa et a Caesare restituta — Cromyone vico et memorandis in eo — Isthmo — Sini Pityocampte et Periphete — Isthmi perfodiendi conaminibus factis — certamine Neptuni cum Sole de Corintho — memorandis in Isthmo — templo Neptuni et signis in eo.

Ἡ δὲ Κορινθία χώρα, μοῖρα οὖσα τῆς Ἀργείας, ἀπὸ 110
Κορίνθου τὸ ὄνομα ἔσχηκε. Διὸς δὲ εἶναι Κόρινθον οὐδένα οἶδα εἰπόντα πω σπουδῇ, πλὴν Κορινθίων τῶν πολλῶν. Εὔμηλος δὲ ὁ Ἀμφιλύτου τῶν Βακχιαδῶν καλουμένων, ὃς καὶ ἔπη λέγεται ποιῆσαι, φησὶν ἐν τῇ Κορινθίᾳ συγγραφῇ, (εἰ δὴ Εὐμήλου γε ἡ συγγραφὴ) Ἐφύραν Ὠκεανοῦ θυγατέρα οἰκῆσαι πρῶτον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ· Μαραθῶνα δὲ ὕστερον τὸν Ἐπωπέως τοῦ Ἀλωέως τοῦ Ἡλίου, φεύγοντα ἀνομίαν καὶ ὕβριν τοῦ πατρὸς, ἐς τὰ

Cap. I. Corinthiaca quidem regio ad Argivorum fines pertinet: a Corintho vero nomen accepit, quem Iovis fuisse filium, quum studiose quaesierim, nondum inveni, qui tradiderit, praeter Corinthiorum multitudinem. Nam Eumelus Amphilyti filius e gente Bacchiadarum, qui carmina dicitur fecisse, in Corinthiaca historia scriptum reliquit, (si modo Eumeli illud opus est) Ephyren Oceani filiam primam in iis finibus consedisse: Marathonem deinde Epopei filium, Aloei Solis filii nepotem, patris iniquitatem et contumeliam fugi-

παραθαλάσσια μετοικῆσαι τῆς Ἀττικῆς· ἀποθανόντος δὲ Ἐπωπέως, ἀφικόμενον ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν ἀρχὴν διανείμαντα τοῖς παισὶν, αὐτὸν ἐς τὴν Ἀττικὴν αὖθις ἀναχωρῆσαι· καὶ ἀπὸ μὲν Σικυῶνος τὴν Ἀσωπίαν, ἀπὸ
111 δὲ Κορίνθου τὴν Ἐφυραίαν μετονομασθῆναι. (2) Κόρινθον δὲ οἰκοῦσι Κορινθίων μὲν οὐδεὶς ἔτι τῶν ἀρχαίων, ἔποικοι δὲ ἀποσταλέντες ὑπὸ Ῥωμαίων· αἴτιον δὲ τὸ συνέδριον τὸ Ἀχαιῶν. συντελοῦντες γὰρ ἐς αὐτὸ καὶ οἱ Κορίνθιοι μετέσχον τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ῥωμαίους, ὃν Κριτόλαος στρατηγεῖν Ἀχαιῶν ἀποδειχθεὶς παρεσκεύασε γενέσθαι, τούς τε Ἀχαιοὺς ἀναπείσας ἀποστῆναι καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου τοὺς πολλούς· Ῥωμαῖοι δὲ ὡς ἐκράτησαν τῷ πολέμῳ, παρείλοντο μὲν καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τὰ ὅπλα, καὶ τείχη περιεῖλον, ὅσαι τετειχισμέναι πόλεις ἦσαν. Κόρινθον δὲ ἀνάστατον Μομμίου ποιήσαντος, τοῦ τότε ἡγουμένου τῶν ἐπὶ στρατοπέδου Ῥωμαίων, ὕστερον λέγουσιν ἀνοικίσαι Καίσαρα, ὃς πολιτείαν ἐν Ῥώμῃ πρῶτος τὴν ἐφ' ἡμῶν κατεστήσατο· ἀνοι-

entem, in maritimam Atticae partem coloniam deduxisse: audita vero Epopei patris morte, in Peloponnesum reversum, ac mox inter filios regno distributo, in Atticam redisse. Ab *eius* quidem *filio* Sicyone Asopian; a Corintho vero Ephyraean nomen accepisse. (2) Corinthi in praesentia nulli iam sunt indigenae: est enim penes eos civitas, quos in coloniam Romani misere. Huius rei causa fuit Achaeorum concilium: in quo quum Corinthii censerentur, et ipsi una cum ceteris bellum Romanis intulerunt, Critolai auctoritatem secuti. Is enim, quum belli dux ab Achaeis esset designatus, et Achaeos et ex iis, qui sunt extra Peloponnesum, multos ad defectionem sollicitavit. Romani vero rerum potiti, et ceterae Graeciae arma eripuerunt, et munitarum omnium urbium muros demoliti sunt. Deletam quidem a Mummio consul Corinthum, a Caesare (a quo Romana respublica eam, quam nunc etiam retinet, formam accepit) restitutam ferunt. Nam

κίσαι δὲ καὶ Καρχηδόνα ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ. (3) Τῆς δὲ Κορινθίας ἐστὶ γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρομυών, ἀπὸ Κρόμου τοῦ Ποσειδῶνος. ἐνταῦθα τραφῆναί φασι Φαιάν, κατὰ τὰ ἔπη, ὗν· καὶ Θησέως ἐς αὐτήν ἐστιν ἔργον· προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς ἄχρι τε ἐμοῦ ἐπεφύκει παρὰ τὸν αἰγιαλόν, καὶ Μελικέρτου βωμὸς ἦν. ἐς τοῦτον τὸν τόπον ἐκκομισθῆναι τὸν παῖδα ὑπὸ δελφῖνος λέγουσι. κειμένῳ δὲ ἐπιτυχόντα Σίσυφον θάψαι τε ἐν τῷ Ἰσθμῷ, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ ποιῆσαι τῶν Ἰσθμίων. (4) Ἔστι δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰσθμοῦ τῆς ἀρχῆς, ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις λαμβανόμενος πιτύων ἦγεν ἐς τὸ κάτω σφᾶς· ὁπόσων δὲ μάχῃ κρατήσειεν, ἀπ' αὐτῶν δήσας ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι· ἐνταῦθα ἑκατέρα τῶν πιτύων τὸν δεθέντα ἐπ' αὐτῇ εἷλκε, καὶ τοῦ δεσμοῦ μηδ' ἑτέρωσε εἴκοντος, ἀλλ' ἀμφοτέρωθεν ἐπίσης βιαζομένου διεσπᾶτο ὁ δεδεμένος. τοιούτῳ διεφθάρη τρόπῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Θησέως 112
ὁ Σίνις· ἐκάθηρε γὰρ Θησεὺς τῶν κακούργων τὴν ὁδὸν τὴν ἐς Ἀθήνας ἐκ Τροιζῆνος, οὕς τε πρότερον κατηρίθμησα, ἀνελών, καὶ ἐν Ἐπιδαύρῳ τῷ ἱερῷ Περιφήτην

et Carthaginem etiam idem restituisse dicitur. (3) In Corinthiaco agro *vicus* est, cui Crommyon nomen, a Cromo Neptuni filio. In eo educatum ferunt Pityocampten, *cui suus est inter* Thesei *aerumnas locus*. Operis index est pinus, quae in ipso adhuc litore se progredientibus ostendit. Fuit *hoc ipso in loco* et Melicertae ara. Eo enim a delphine evectum puerum memorant: quem quum offendisset expositum Sisyphus, et humarit in Isthmo, et Isthmicos in eius honorem ludos instituerit. (4) In prima Isthmi fronte *locus* est, ubi Sinis latro, curvatis ad terram diversarum pinorum ramis, ad eos, quos pugnando vicisset, arctis utrinque vinculis alligabat, ut, quum in suam naturam arbores redissent, *miserabilem* illi *in modum* distraherentur: quo *ipse* postea supplicii genere a Theseo affectus est. *Totam* enim eam viam, quae Athenas a Troezene ducit, Theseus a latrociniis perpurgavit, et iis, quos ante nominavi, interemptis, et Epidauri Periphete, quem

Ἡφαίστου νομιζόμενον, κορύνῃ χαλκῇ χρώμενον εἰς τὰς μάχας. (5) Καθήκει δὲ ὁ τῶν Κορινθίων ἰσθμὸς τῇ μὲν ἐς τὴν ἐπὶ Κεγχρέαις, τῇ δὲ ἐς τὴν ἐπὶ Λεχαίῳ θάλασσαν· τοῦτο γὰρ ἤπειρον ποιεῖ τὴν ἐντὸς χώραν. ὃς δὲ ἐπεχείρησε Πελοπόννησον ἐργάσασθαι νῆσον, προαπέλιπε διορύσσων τὸν Ἰσθμόν· καὶ ὅθεν μὲν διορύσσειν ἤρξαντο, δῆλόν ἐστιν, ἐς δὲ τὸ πετρῶδες οὐ προεχώρησεν ἀρχήν· μένει δὲ, ὡς ἐπεφύκει, καὶ νῦν ἤπειρος ὤν. Ἀλεξάνδρῳ τε τῷ Φιλίππου, διασκάψαι Μίμαντα ἐθελήσαντι, μόνον τοῦτο οὐ προεχώρησε τῶν ἔργων· Κνιδίους δὲ ἡ Πυθία τὸν ἰσθμὸν ὀρύσσοντας ἔπαυσεν. οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ, τὰ θεῖα βιάσασθαι. (6) Τὸ δὲ οὐ Κορινθίοις μόνον περὶ τῆς χώρας ἐστὶν εἰρημένον, ἀλλὰ, ἐμοὶ δοκεῖ, Ἀθηναῖοι πρῶτοι περὶ τῆς Ἀττικῆς ἐσεμνολόγησαν. λέγουσι δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι, Ποσειδῶνα ἐλθεῖν Ἡλίῳ περὶ τῆς γῆς ἐς ἀμφισβήτησιν· Βριάρεων δὲ διαλλακτὴν γενέσθαι

Vulcano natum putabant, quique in pugna aenea clava utebatur. (5) Isthmus autem ipse Corinthiacus mari utrinque alluitur. Duobus eius latera promontoriis terminantur, Cenchreis et Lechaeo. Ea res interiorem regionem continentem facit. Nam quicunque Peloponnesum insulam facere conatus est, morte oppressus, opus imperfectum reliquit. Qua sane Isthmus fodi coeptus fuerit, operis exstant vestigia. Saxosa eius pars omnino tentata non fuit. Quare situs adhuc sui naturam servat. Alexandro quidem Philippi filio id unum ex animi sententia non cessit, quod Mimantem fodere non potuit. Gnidios vero ad Isthmum fodiendum aggressos oraculum Pythii Apollinis deterruit. Tam scilicet difficile est, divinitus attributam certis rebus naturam humana arte superare. (6) Quod vero Corinthii de terra sua praedicant, non ipsi, opinor, primi commenti sunt. Nam ante eos Athenienses ad Atticam ornandam deorum contentionem memoriae prodiderunt. Ipsi quidem Corinthii Neptunum narrant in certamen cum Sole de regione descendisse: disceptatorem inter eos Briareum fuisse; qui quum Isthmum

σφίσι, Ἰσθμὸν μὲν καὶ ὅσα ταύτῃ διαιτάσαντά εἶναι Ποσειδῶνος, τὴν δὲ ἄκραν Ἡλίῳ δόντα τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἀπὸ μὲν τούτου λέγουσιν εἶναι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος. (7) Θέας δὲ αὐτόθι ἄξια ἔστι μὲν θέατρον, ἔστι δὲ στάδιον λίθου λευκοῦ. ἐλθόντι δὲ ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, τοῦτο μὲν ἀθλητῶν νικησάντων τὰ Ἴσθμια ἑστήκασιν εἰκόνες, τοῦτο δὲ πιτύων δένδρα ἐστὶ πεφυτευμένα ἐπὶ στοῖχον, τὰ πολλὰ ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἀνήκοντα. τῷ ναῷ δὲ ὄντι μέγεθος οὐ μείζονι ἐφεστήκασι Τρίτωνες χαλκοῖ. καὶ ἀγάλματά ἐστιν ἐν τῷ προνάῳ, δύο μὲν Ποσειδῶνος, τρίτον δὲ Ἀμφιτρίτης, καὶ Θάλασσα καὶ αὕτη χαλκῆ. τὰ δὲ ἔνδον ἐφ' ἡμῶν ἀνέθηκεν Ἡρώδης Ἀθηναῖος, ἵππους 113
τέσσαρας ἐπιχρύσους πλὴν τῶν ὁπλῶν· ὁπλαὶ δέ σφισιν εἰσὶν ἐλέφαντος. καὶ Τρίτωνες δύο παρὰ τοὺς ἵππους εἰσὶ χρυσοῖ, τὰ μετ' ἰξὺν καὶ οὗτοι ἐλέφαντος· τῷ δὲ ἅρματι Ἀμφιτρίτη καὶ Ποσειδῶν ἐφεστήκασι. καὶ παῖς ὀρθός ἐστιν ἐπὶ δελφῖνος ὁ Παλαίμων· ἐλέφαντος δὲ καὶ χρυσοῦ καὶ οὗτοι πεποίηνται. τῷ βάθρῳ δὲ, ἐφ' οὗ τὸ ἅρμα, μέση μὲν ἐπείργασται Θάλασσα, ἀνέχουσα Ἀφρο-

Neptuno, Solis vero promontorium, quod urbi imminet, adiudicasset, ex eo Isthmum Neptuni fuisse. (7) Insignia vero illic opera theatrum et stadium e candido lapide. Qua ad ipsum dei fanum aditus est, una in parte athletarum positae sunt statuae, qui victores in Isthmiis renunciati fuere: in altera pinus consitae, et earum multae quasi ad rectam lineam. In templo, quod modica sane magnitudine est, aenei stant Tritones: et in antica eius parte (*Pronaon appellant*) Neptuni signa duo, Amphitrites unum, ipsum etiam mare aeneum. Quae intus sunt, dedicavit aetate nostra Herodes Atheniensis, equos quatuor inauratos, praeter ungulas tamen, quae ex ebore sunt: et iuxta equos Tritones duos aureos ad pubem usque. Nam reliqua eburna sunt. In curru stant Amphitrite et Neptunus: et rectus delphini insistit Palaemon puer: ebore et auro haec etiam expolita. In media basi, quae currum sustinet, mire expressum, et ex eo

δίνην παῖδα· ἑκατέρωθεν δέ εἰσιν αἱ Νηρηΐδες καλούμεναι. ταύταις καὶ ἑτέρωθι τῆς Ἑλλάδος βωμοὺς οἶδα ὄντας. τοὺς δὲ, καὶ τεμένη σφίσιν ἀναθέντας * ποιμαίνεσιν, ἔνθα καὶ Ἀχιλλεῖ τιμαί. Δωτοῦς δὲ ἐν Γαβάλοις ἱερόν ἐστιν ἅγιον, ἔνθα πέπλος ἔτι ἐλείπετο, ὃν Ἕλληνες Ἐριφύλην λέγουσιν ἐπὶ τῷ παιδὶ λαβεῖν Ἀλκμαίωνι. (8) Τοῦ Ποσειδῶνος δέ εἰσιν ἐπειργασμένοι τῷ βάθρῳ καὶ οἱ Τυνδάρεω παῖδες, ὅτι δὴ σωτῆρες καὶ οὗτοι νεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ ναυτιλλομένων. τὰ δὲ ἄλλα, ἀνάκειται Γαλήνης ἀγάλματα καὶ Θαλάσσης, καὶ ἵππος εἰκασμένος κήτει τὰ μετὰ τὸ στέρνον, Ἰνώ τε καὶ Βελλεροφόντης, καὶ ὁ ἵππος ὁ Πήγασος.

## CAPUT II.

De templo Palaemonis — ara Cyclopum — sepulcris Sisyphi et Nelei — Isthmicis ludis — Cenchreis et Lechaeo, navalibus Corinthiorum — Helenae balneo — sepulcris prope viam — Craneo et memorandis in eo — Laïde — memorandis in urbe Corintho — Pantheo.

Τοῦ περιβόλου δέ ἐστιν ἐντὸς Παλαίμονος ἐν ἀριστερᾷ ναός. ἀγάλματα δὲ ἐν αὐτῷ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ

emergens Venus. Adsistunt utrinque Nymphae, quae Nereides appellantur: quibus et in aliis Graeciae locis aras dedicatas novi, quum lucos illis Poemenei consecrarint; ubi et Achilli honores habentur. Apud Dotos in Gabalis sanctissimum est templum. Exstat in eo peplus, quem ob filium Alcmaeonem accepisse Eriphylen Graeci dicunt. (8) In eadem basi Neptuni insculpti sunt etiam Tyndari filii, quod ipsi quoque salutaria creduntur navibus et vectoribus numina. Tranquillitatis praeterea *illic* et maris simulacrum: et equus *deinde*, cuius quae sunt infra pectus partes, ceti figuram praeferunt. Ino ad haec, Bellerophontes, et equus Pegasus.

Cap. II. Intra templi septum ad sinistram est Portuni aedes, in qua signa sunt Neptunus, Matuta, et ipse Portunus.

αὐτὸς ὁ Παλαίμων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο Ἄδυτον καλούμενον, κάθοδος δὲ ἐς αὐτὸ ὑπόγεως, ἔνθα δὴ τὸν Παλαί- 114
μονα κεκρύφθαι φασίν. ὃς δ' ἂν ἐνταῦθα ἢ Κορινθίων ἢ ξένος ἐπίορκα ὀμόσῃ, οὐδεμία ἐστὶ μηχανὴ διαφυγεῖν τοῦ ὅρκου. (2) Καὶ δὴ ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, Κυκλώπων καλούμενος βωμὸς, καὶ θύουσιν ἐπ' αὐτῷ Κύκλωψι. τάφους δὲ Σισύφου καὶ Νηλέως (καὶ γὰρ Νηλέα ἀφικόμενον ἐς Κόρινθον νόσῳ τελευτῆσαί φασι, καὶ περὶ τὸν Ἰσθμὸν ταφῆναι) οὐκ ἂν εὕροι, οὐδ' εἰ ζητοίη τις ἐπιλεξάμενος τὰ Εὐμήλου. Νηλέως μὲν γὰρ οὐδὲ Νέστορι ἐπιδειχθῆναι τὸ μνῆμα ὑπὸ Σισύφου φασί· χρῆναι γὰρ ἄγνωστον τοῖς πᾶσιν ὁμοίως εἶναι· Σίσυφον δὲ ταφῆναι μὲν ἐν τῷ Ἰσθμῷ, τὸν δέ οἱ τάφον καὶ τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ Κορινθίων ὀλίγους εἶναι τοὺς εἰδότας. ὁ δὲ Ἰσθμικὸς ἀγὼν οὐδὲ ἀναστάντων ὑπὸ Μομμίου Κορινθίων ἐξέλιπεν, ἀλλ' ὅσον μὲν χρόνον ἠρήμωτο ἡ πόλις, Σικυωνίοις ἄγειν ἐπετέτραπτο τὰ Ἴσθμια· οἰκισθείσης δὲ αὖθις, εἰς

Est et cella, quod penetrale appellant: aditus est ad eam subterraneus. Ibi vero Portunum latere aiunt: ac si quis vel civis, vel hospes eo in loco peierarit, quin periurii poenas det, effugere nulla ratione queat. (2) Est etiam vetus, quam Cyclopum appellant aram, ad quam Cyclopibus divinam rem faciunt. Sepulcra vero aut Sisyphi, aut Nelei, ubinam sint, ut maxime Eumeli carmina perlegas, non possis deprehendere. Nam etsi Neleum sint qui tradant, quum Corinthum venisset, morbo vitae extremum diem clausisse, et circa Isthmum sepultum, eius tamen monumentum ne Nestori quidem ipsi a Sisypho monstratum ferunt: ac plane ignotum esse omnibus expedire. Sisyphum ipsum sepultum quidem in Isthmo, sed eius sepulcrum paucis omnino, qui aequales eius fuere, notum fuisse. Isthmici ludi, ne excisa quidem a Mummio Corintho, intermissi sunt: sed etiam in ipsa urbis vastitate, ut eos faciundos curarent, datum negotium fuit Sicyoniis. Restituta Corintho, ad eos, qui nunc

τοὺς νῦν οἰκήτορας περιῆλθεν ἡ τιμή. (3) Κορινθίοις δὲ τοῖς ἐπινείοις τὰ ὀνόματα Λέχης καὶ Κεγχρείας ἔδοσαν, Ποσειδῶνος εἶναι καὶ Πειρήνης τῆς Ἀχελώου λεγόμενοι· πεποίηται δὲ ἐν Ἠοίαις μεγάλαις, Οἰβάλου θυγατέρα εἶναι Πειρήνην. ἔστι δὲ ἐν Λεχαίῳ μὲν Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν· τὴν δὲ ἐς Κεγχρείας ἰόντων ἐξ Ἰσθμοῦ, ναὸς Ἀρτέμιδος καὶ ξόανον ἀρχαῖον. ἐν δὲ Κεγχρείαις Ἀφροδίτης τέ ἐστι ναὸς καὶ ἄγαλμα λίθου· μετὰ δὲ αὐτὸ ἐπὶ τῷ ῥεύματι τῷ διὰ τῆς θαλάσσης Ποσειδῶνος χαλκοῦν. κατὰ δὲ τὸ ἕτερον πέρας τοῦ λιμένος Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἴσιδος ἱερά. Κεγχρειῶν δὲ ἀπαντικρὺ
115 τὸ Ἑλένης ἐστὶ λουτρόν. ὕδωρ ἐς θάλασσαν ἐκ πέτρας ῥεῖ πολὺ καὶ ἁλμυρὸν, ὕδατι ὅμοιον ἀρχομένῳ θερμαίνεσθαι. (4) Ἀνιοῦσι δὲ ἐς Κόρινθον, καὶ ἄλλα ἐστὶ κατὰ τὴν ὁδὸν μνήματα, καὶ πρὸς τῇ πύλῃ Διογένης τέθαπται ὁ Σινωπεὺς, ὃν κύνα ἐπίκλησιν καλοῦσιν Ἕλληνες. πρὸ δὲ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος ὀνομαζόμενον Κράνειον. ἐνταῦθα Βελλεροφόντου τέ ἐστι τέμενος, καὶ

sunt, inquilinos *pristinus* honos rediit. (3) Corinthiorum navalibus Leches et Cenchrias nomina dedere: quos Neptuno ex Pirene Acheloi filia genitos credunt: quanquam iis carminibus, quae Magnae Eoeae sunt appellatae, Oebali fuisse filiam Pirenen proditum est. In Lechaeo Neptuni templum est cum signo aeneo. In via, quae ab Isthmo Cenchreas ducit, Dianae templum est, et signum pervetus ligneum. In ipsis Cenchreis Veneris delubrum, et marmoreum signum. In maris fere alluvie Neptuni ex aere. In altero vero portus cornu Aesculapii et Isidis fana. Cenchreis e regione sunt Helenae balneae. Aqua e saxo in mare defluit, multa illa quidem et salsa, nihilo calidior, quam quae igni primum intepuerit. (4) Qua vero adverso clivo ad Corinthum acceditur, et alii sunt in via tumuli, et ad ipsam portam Diogenis Sinopensis, quem cognomento Graeci Canem appellarunt. Maxime suburbanus est cupressorum lucus, cui Craneo nomen. In eo Bellerophontis fanum est, et Veneris Melani-

'Αφροδίτης ναὸς Μελαινίδος, καὶ τάφος Λαΐδος, ᾧ δὴ λέαινα ἐπίθημά ἐστι κριὸν ἔχουσα ἐν τοῖς προτέροις ποσίν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἐν Θεσσαλίᾳ Λαΐδος φάμενον μνῆμα εἶναι· παρεγένετο γὰρ καὶ ἐς Θεσσαλίαν ἐρασθεῖσα Ἱπποστράτου. τὸ δὲ ἐξαρχῆς ἐξ Ὑκκάρων αὐτὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ λέγεται παῖδα οὖσαν ὑπὸ Νικίου καὶ Ἀθηναίων ἁλῶναι· πραθεῖσαν δὲ ἐς Κόρινθον ὑπερβαλέσθαι κάλλει τὰς τότε ἑταίρας, θαυμασθῆναί τε οὕτω παρὰ Κορινθίοις, ὡς ἀμφισβητεῖν σφᾶς καὶ νῦν ἔτι Λαΐδος.

(5) Λόγου δὲ ἄξια ἐν τῇ πόλει τὰ μὲν λειπόμενα ἔτι τῶν ἀρχαίων ἐστίν· τὰ δὲ πολλὰ αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἀκμῆς ἐποιήθη τῆς ὕστερον. ἔστιν οὖν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς (ἐνταῦθα γὰρ πλεῖστά ἐστι τῶν ἱερῶν) Ἄρτεμίς τε ἐπίκλησιν Ἐφεσία, καὶ Διονύσου ξόανα ἐπίχρυσα πλὴν τῶν προσώπων· τὰ δὲ πρόσωπα ἀλοιφῇ σφισιν ἐρυθρᾷ κεκόσμηται· Λύσιον δὲ, τὸν δὲ Βάκχειον ὀνομάζουσι. (6) Τὰ δὲ λεγό- 116
μενα ἐς τὰ ξόανα καὶ ἐγὼ γράφω. Πενθέα ὑβρίζοντα ἐς

dis delubrum: Laidis etiam sepulcrum, cui leaena insculpta est, prioribus pedibus arietem tenens. Ostenditur etiam in Thessalia Laidis monumentum. Venisse enim et in Thessaliam dicitur, Hippostratum amatorem suum secuta. Primum quidem Hyccaris (Siciliae id oppidum est) a Niciae militibus captam, quum adhuc puella esset; Corinthum deinde ab eo, cui vendita est, adductam, meretrices aiunt aetatis suae omnes corporis forma longe anteisse. Tantae vero fuit Corinthiis admirationi, ut nunc etiam de Laide certent. (5) Multa in urbe praeclara opera, quae partim reliquiae sunt antiquitatis, partim vero florente posterioribus aetatibus Corinthiorum civitate facta sunt. In foro, ubi plurima sunt templa, Diana est Ephesia cognomento, et Liberi Patris signa *duo* lignea, inaurata, praeter ora tamen, quae minio oblita sunt: Lysium alterum, alterum Baccheum nominant. (6) Quae de iis signis pervagata sunt vulgi sermonibus, et ipse scribam. Pentheum aiunt, quum Liberum Patrem multis

*Διόνυσον καὶ ἄλλα τολμᾶν λέγουσι, καὶ τέλος ἐς τὸν Κιθαιρῶνα ἐλθεῖν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν γυναικῶν· ἀναβάντα δὲ ἐς δένδρον θεάσασθαι τὰ ποιούμενα· τὰς δὲ, ὡς ἐφώρασαν, καθελκῦσαί τε αὐτίκα Πενθέα, καὶ ζῶντος ἀποσπᾶν ἄλλο ἄλλην τοῦ σώματος. ὕστερον δὲ, ὡς Κορίνθιοι λέγουσιν, ἡ Πυθία χρᾷ σφισιν ἀνευρόντας τὸ δένδρον ἐκεῖνο ἴσα τῷ θεῷ σέβειν· καὶ ἀπ' αὐτοῦ διὰ τόδε τὰς εἰκόνας πεποίηνται ταύτας. (7) Ἔστι δὲ καὶ Τύχης ναός· ἄγαλμα ὀρθὸν Παρίου λίθου. παρὰ δὲ αὐτὸν θεοῖς πᾶσίν ἐστιν ἱερόν. πλησίον δὲ ᾠκοδόμηται κρήνη καὶ Ποσειδῶν ἐπ' αὐτῇ χαλκοῦς, καὶ δελφὶς ὑπὸ τοῖς ποσίν ἐστι τοῦ Ποσειδῶνος ἀφιεὶς ὕδωρ. καὶ Ἀπόλλων ἐπίκλησιν Κλάριος χαλκοῦς. ἔστι καὶ ἄγαλμα Ἀφροδίτης, Ἑρμογένους Κυθηρίου ποιήσαντος. Ἑρμοῦ τέ ἐστιν ἀγάλματα χαλκοῦ μὲν καὶ ὀρθὰ ἀμφότερα, τῷ δὲ ἑτέρῳ καὶ ναὸς πεποίηται. τὰ δὲ τοῦ Διὸς καὶ ταῦτα ὄντα ἐν ὑπαίθρῳ, τὸ μὲν ἐπίκλησιν οὐκ εἶχε, τὸν δὲ αὐτῶν Χθόνιον, καὶ τὸν τρίτον καλοῦσιν Ὕψιστον.*

contumeliis vexaret, et alia insolenter facere ausum, et postremo, ut foeminarum *operta* sacra specularetur, ad Cithaeronem profectum, in arborem ascendisse, atque inde omnia conspicatum. Quod quum Bacchae animadvertissent, impetu facto viventem eum lacerasse, ac membratim discerpsisse. Corinthii redditum sibi postea oraculum narrant, ut eam arborem quaererent, et inventae divinos honores haberent. Illius igitur oraculi monitu se imagines illas faciundas curasse. (7) Est praeterea Fortunae aedes, cuius signum recto statu, e Pario lapide. Templum adiunctum est Dis omnibus dicatum. Proxime erectus est aquae ductus, cui insistit Neptunus ex aere, sub cuius pedibus delphinus aquam profundit. Est etiam ex aere Apollo cognomento Clarius: et Venus, Hermogenis Cytherii opus. Sunt et Mercurii signa *duo*, et ipsa ex aere, et recto statu: sed eorum alterum cellam suam habet. Iovis vero sub divo posita signa tria: quorum unum cognomen non habet, alterum Terrestrem, tertium Celsissimum nuncupant.

# CAPUT III.

**De memorandis in urbe Corintho continuatio — Octaviae templo — Pirene fonte — aere Corinthio — balneis Corinthiorum et fontibus — Medeae liberorum sepulcro — Medea et Iasone, et primis Corinthi regibus.**

Ἐν μέσῳ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν Ἀθηνᾶ χαλκῆ· τῷ βάθρῳ δὲ αὐτῆς ἐστι Μουσῶν ἀγάλματα ἐπειργασμένα. ὑπὲρ δὲ τὴν ἀγοράν ἐστιν Ὀκταβίας ναὸς ἀδελφῆς Αὐγούστου βασιλεύσαντος Ῥωμαίων μετὰ Καίσαρα τὸν οἰκιστὴν Κορίνθου τῆς νῦν. (2) Ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐξιόντων τὴν ἐπὶ Λεχαίου προπύλαιά ἐστι, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἅρματα ἐπίχρυσα, τὸ μὲν Φαέθοντα Ἡλίου παῖδα, τὸ δὲ Ἥλιον αὐτὸν φέρον. ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω τῶν προπυ- 117
λαίων εἰσιοῦσιν ἐν δεξιᾷ ἐστιν Ἡρακλῆς χαλκοῦς. (3) Μετὰ δὲ αὐτὸν ἔσοδός ἐστι τῆς Πειρήνης ἐς τὸ ὕδωρ. ἐπὶ δὲ αὐτῇ λέγουσιν, ὡς ἡ Πειρήνη γένοιτο ὑπὸ δακρύων ἐξ ἀνθρώπου πηγή, τὸν παῖδα ὀδυρομένη Κεγχρίαν ὑπὸ Ἀρτέμιδος ἀκούσης ἀποθανόντα. κεκόσμηται δὲ ἡ πηγὴ λίθῳ λευκῷ, καὶ πεποιημένα ἐστὶν οἰκήματα σπηλαίοις κατὰ ταὐτά, ἐξ ὧν τὸ ὕδωρ ἐς κρήνην ὕπαιθρον ῥεῖ,

Cap. III. In medio foro est Minerva ex aere: in cuius basi Musae insculptae sunt. Ultra forum Octaviae aedes est Augusti sororis, qui Caesari in imperium Romanum successit, ei nempe, a quo est Corinthus restituta. (2) Quum e foro exieris Lechaeum versus, vestibula videas, ac super ipsis inauratos currus *duos*: quorum altero Phaethon Solis filius, altero Sol ipse vehi videtur. Ultra propylaea ingressis, ad dexteram est Hercules aeneus. (3) Ab eo aditus est ad Pirenen fontem: de quo fabulis vulgatum, Pirenen nympham, quum filium Cenchriam lugeret, quem Diana per imprudentiam occiderat, tantam profudisse lacrymarum vim, ut in fontem *sui nominis* conversa fuerit. Ornatus fons est candido marmore: in eo cellulae ad speluncarum similitudinem factae, e quibus aqua in subdialem fontem profluit gustatu suavis,

κιεῖν τε ἡδὺ, καὶ τὸν Κορίνθιον χαλκὸν διάπυρον καὶ θερμὸν ὄντα ὑπὸ ὕδατος τούτου βάπτεσθαι λέγουσιν· ἐπεὶ χαλκός οὐκ ἔστι Κορινθίοις. ἔτι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα πρὸς τῇ Πειρήνῃ, καὶ περίβολός ἐστιν· ἐν δὲ αὐτῷ γραφὴ τὸ Ὀδυσσέως ἐς τοὺς μνηστῆρας ἔχουσα τόλμημα. (4) Αὖθις δ' ἰοῦσιν ἐπὶ Λεχαίου τὴν εὐθεῖαν, χαλκοῦς καθήμενός ἐστιν Ἑρμῆς, παρέστηκε δέ οἱ κριός· ὅτι Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἐφορᾷν καὶ αὔξειν ποίμνας, καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν·

Υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα
Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν ὄπασσε.

τὸν δὲ ἐν τελετῇ Μητρὸς ἐπὶ Ἑρμῇ λεγόμενον καὶ τῷ κριῷ λόγον ἐπιστάμενος, οὐ λέγω. μετὰ δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ ἐπὶ δελφῖνός ἐστιν ὁ Παλαίμων. (5) Λουτρὰ δὲ ἔστι μὲν πολλαχοῦ Κορινθίοις καὶ ἄλλα, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, τὸ δὲ βασιλέως Ἀδριανοῦ κατασκευάσαντος· τὸ δὲ ὀνομαστότατον αὐτῶν πλησίον τοῦ Ποσειδῶνος. τοῦτο δὲ Εὐρυκλῆς ἐποίησεν ἀνὴρ

et qua aes Corinthium candens immergi autumant, quum *alioqui* nullum habeant aes Corinthii. Est autem et Apollinis ad Pirenen signum, et septum, in quo pictum Ulyssis in procos facinus. (4) Rursus in via, qua ad Lechaeum recta iter est, Mercurius ex aere sedens visitur: cui adsistit aries, quod *unus* prae ceteris Mercurius greges tueri et augere existimatur: ut Homerus in Iliade significat:

Hic tibi natus erat, pecoris ditissime Phorba,
Quem sibi prae cunctis charum Cyllenia proles
Ditarat Teucrûm.

Quae cognita in Magnae Matris initiis mihi sunt de Mercurio et ariete, consulto reticeo. Post Mercurii signum Neptunus est, et Matuta, et delphino insistens Portunus. (5) Balneae vero passim Corinthiis, et aliae e publica pecunia exstructae, et quas *impensa sua* Adrianus Imperator exaedificavit. Quae vero omnium sunt nobilissimae prope Neptuni, eas Eurycles

Σπαρτιάτης, λίθοις κοσμήσας καὶ ἄλλοις, καὶ ὃν ἐν Κροκέαις χώρας τῆς Λακωνικῆς ὀρύσσουσιν. ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς εἰσόδου Ποσειδῶν, καὶ μετ' αὐτὸν Ἄρτεμις θηρεύουσα ἕστηκε. Κρῆναι δὲ πολλαὶ μὲν ἀνὰ τὴν πόλιν πεποίηνται πᾶσαν, ἅτε ἀφθόνου ῥέοντός σφισιν ὕδατος, καὶ ὃ δὴ βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐσήγαγεν ἐκ Στυμφήλου· θέας δὲ μάλιστα ἀξία ἡ παρὰ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Ἀρτέμιδος, καί οἱ Βελλεροφόντης ἔπεστι, καὶ τὸ ὕδωρ οἱ δι' ὁπλῆς ἵππου ῥεῖ τοῦ Πηγάσου. Ἑτέραν δὲ ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὴν ἐπὶ Σικυῶνα ἐρχομένοις ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν Ἀπόλλωνος, καὶ ὀλίγον ἀπωτέρω κρήνη καλουμένη Γλαύκης· ἐς γὰρ ταύτην ἔῤῥιψεν αὐτὴν (ὡς λέγουσι) τῶν Μηδείας ἔσεσθαι φαρμάκων τὸ ὕδωρ νομίζουσα ἴαμα. (6) Ὑπὲρ ταύτην πεποίηται τὴν κρήνην καὶ τὸ καλούμενον Ὠιδεῖον. παρὰ δὲ αὐτὸ μνῆμά ἐστι τοῖς Μηδείας παισὶν, ὧν ὀνόματα μὲν σφισι Μέρμερος καὶ Φέρης, καταλιθωθῆναι δὲ ὑπὸ Κορινθίων λέγονται τῶν δώρων εἵνεκα, ὧν τῇ Γλαύκῃ κομίσαι φασὶν αὐτούς· 118

Spartanus condidit, et quum aliis lapidibus, tum vero eo, qui in Croceis Laconici agri vico exciditur, exornavit. Ad laevam aditus Neptunus; secundum eum venatricis habitu Diana stat. Aquae ductus multi in diversis urbis regionibus, (luculenta enim Corinthiis perennium aquarum copia suppeditat) et is, quem ducta e Stymphelo aqua erigendum curavit Adrianus. Spectatu dignissima sunt, ubi a Dianae signo discesseris, Bellerophontes, et ex ipsa Pegasi equi ungula manans aqua. Alteram vero qui viam tenuerint a foro Sicyoniam versus, a dextra Apollinis aedem cum aeneo signo videant: et modico hinc intervallo fontem, qui Glauces dicitur, quod in illum se Glauce abiecit, salutarem sibi aquam fore sperans contra Medeae veneficia. (6) Supra fontem hunc *aedes* est, quod Odeum appellant. Proximum ei Medeae filiorum sepulcrum, quorum nomina Mermerus, et Pheres. Lapidibus vero a Corinthiis obrutos memorant, propter ea, quae *a matre* Glaucae munera attulerunt. Sed enim quod

ὅτε δὲ τοῦ θανάτου βιαίου καὶ οὐ σὺν τῷ δικαίῳ γενομένου, τὰ τέκνα Κορινθίων τὰ νήπια ὑπ' αὐτῶν ἐφθείρετο, πρὶν ἤ, χρήσαντος τοῦ θεοῦ, θυσίαι τε αὐτοῖς ἐπέτειοι κατέστησαν, καὶ Δεῖμα ἐπεστάθη. τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι λείπεται γυναικὸς ἐς τὸ φοβερώτερον εἰκὼν πεποιημένη. Κορίνθου δὲ ἀναστάτου γενομένης ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ Κορινθίων τῶν ἀρχαίων ἀπολομένων, οὐκέτι ἐκεῖναι καθεστήκασιν αὐτοῖς αἱ θυσίαι παρὰ τῶν ἐποίκων, οὐδὲ ἀποκείρονταί σφισιν οἱ παῖδες, οὐδὲ μέλαιναν φοροῦσιν ἐσθῆτα. (7) Μήδεια δὲ τότε μὲν ἐλθοῦσα ἐς Ἀθήνας συνῴκησεν Αἰγεῖ· χρόνῳ δὲ ὕστερον φωραθεῖσα ἐπιβουλεύειν Θησεῖ καὶ ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγε. παραγενομένη δὲ ἐς τὴν λεγομένην τότε Ἀρίαν τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκε τὸ ὄνομα, καλεῖσθαι Μήδους ἀπ' αὐτῆς. τὸν δὲ παῖδα, ὃν ἐπήγετο φεύγουσα ἐς τοὺς Ἀρίους, γενέσθαι λέγουσιν ἐξ Αἰγέως, ὄνομα δέ οἱ Μῆδον εἶναι. Ἑλλάνικος δὲ αὐτὸν Πολύξενον καλεῖ, καὶ πατρὸς Ἰάσονός φησιν εἶναι. Ἔπη δέ ἐστιν ἐν Ἕλλησι Ναυπάκτια ὀνομαζόμενα· πεποίηται δὲ ἐν αὐτοῖς, Ἰάσονα ἐξ Ἰωλκοῦ

per vim oppressi innocentes fuere, nece sua illis Corinthiorum liberi poenas dederunt ex oraculo, et annua illis sacra fieri coepta, Pavorisque imago dedicata. Exstat illa hac etiam aetate, muliebri habitu ad terrorem quammaxime efficta. Deleta vero a Romanis Corintho, et indigenis exstinctis, pristinum sacrificandi morem coloni non retinuerunt: neque amplius illis pueri aut crinem tondent, aut atram vestem induunt. (7) Medeam quidem ipsam, quum Athenas venisset, Aegeus in matrimonio habuit: sed insidiis, quas Theseo fecerat, detectis, in Asiae eam partem, quae tunc Aria vocabatur, profugit; ubi de se Medis nomen dedit. Iam filium, quem secum in Arios abduxit, Aegeo genitum tradunt, Medoque ei nomen fuisse: Hellanicus tamen Polyxenum nuncupat, et patrem ei Iasonem fuisse scribit. Carmina Graeci habent, quae Naupactia nominant. In illis

μετὰ τὸν Πελίου θάνατον ἐς Κόρκυραν μετοικῆσαι, καὶ
οἱ Μέρμερον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῶν παίδων ὑπὸ λεαί-
νης διαφθαρῆναι, θηρεύοντα ἐν τῇ πέραν ἠπείρῳ· Φέ- 119
ρητι δὲ οὐδέν ἐστιν ἐς μνήμην προσκείμενον. Κιναίθων
δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος (ἐγενεαλόγησε γὰρ καὶ οὗτος ἔπεσι)
Μῆδον καὶ θυγατέρα Ἐριῶπιν Ἰάσονι εἶπεν ἐκ Μηδείας
γενέσθαι· πέρα δὲ ἐς τοὺς παῖδας οὐδὲ τούτῳ πεποιη-
μένα ἐστίν. (8) Εὔμηλος δὲ Ἥλιον ἔφη δοῦναι τὴν χώ-
ραν Ἀλωεῖ μὲν τὴν Ἀσωπίαν, Αἰήτῃ δὲ τὴν Ἐφυραίαν·
καὶ Αἰήτην ἀπιόντα ἐς Κόλχους παρακαταθέσθαι Βούνῳ
τὴν γῆν· Βοῦνον δὲ Ἑρμοῦ καὶ Ἀλκιδαμείας εἶναι, καὶ
ἐπεὶ Βοῦνος ἐτελεύτησεν, οὕτως Ἐπωπέα τὸν Ἀλωέως
καὶ τὴν Ἐφυραίων σχεῖν ἀρχήν· Κορίνθου δὲ ὕστερον
τοῦ Μαραθῶνος οὐδένα ὑπολιπομένου παῖδα, τοὺς Κο-
ρινθίους Μήδειαν μεταπεμψαμένους ἐξ Ἰωλκοῦ παραδοῦ-
ναί οἱ τὴν ἀρχήν· βασιλεύειν μὲν δὴ δι᾽ αὐτὴν Ἰάσονα
ἐν Κορίνθῳ, Μηδείᾳ δὲ παῖδας μὲν γίγνεσθαι, τὸ δὲ ἀεὶ
τικτόμενον κατακρύπτειν αὐτὸ εἰς τὸ ἱερὸν φέρουσαν τῆς

scriptum exstat, Iasonem post Peliae mortem Corcyram migrasse: ibique Mermerum eius filium natu maiorem, in continenti ea, quae e regione est, venantem, a leaena interfectum: de Pherete autem nihil *in eis* est memoriae proditum. Cinaethon Lacedaemonius (nam et is Gentilitates versibus mandavit) Medum et Eriopin filiam suscepisse Iasonem ex Medea scriptum reliquit, neque amplius quicquam, quod ad pueros pertineat. (8) At Eumelus Solem dicit Aloeo Asopiam terram, Ephyraeam Aeetae tradidisse: Aeeten deinde Colchos profectum Buno regnum suum commendasse: Bunum ipsum Mercurio ex Alcidamea genitum: qui quum e vita decessisset, Epopeum Aloei filium Ephyraeorum imperium obtinuisse: deinde vero quum Corinthus Marathonis filius nullos reliquisset liberos, Corinthios ex Iolco Medeam in regnum vocasse: eam vero Iasonem regni compotem fecisse, ac filios quidem peperisse, sed in lucem quicquid edidisset, in Iunonis fano occultare solitam, quod nempe immortales futuros sibi

Ἥρας· κατακρύπτειν δὲ ἀθανάτους ἔσεσθαι νομίζουσαν· τέλος δὲ αὐτήν τε μαθεῖν, ὡς ἡμαρτήκοι τῆς ἐλπίδος, καὶ ἅμα ὑπὸ τοῦ Ἰάσονος φωραθεῖσαν, (οὐ γὰρ αὐτὸν ἔχειν δεομένῃ συγγνώμην, ἀποπλέοντα δ' ἐς Ἰωλκὸν οἴχεσθαι) τούτων δὲ εἵνεκα ἀπελθεῖν καὶ Μήδειαν παραδοῦσαν Σισύφῳ τὴν ἀρχήν. τάδε μὲν οὕτως ἔχοντα ἐπεξελεξάμην.

## CAPUT IV.

De templo Minervae Chalinitidis — Bellerophonte — Sisyphi posteris Corinthi regibus — Bacchiadis Corinthi regnum obtinentibus et a Cypselo expulsis — Cypseli stirpe — Daedali artis operibus — templo Iovis Capitolini seu Coryphaei — fonte Lerna ac templis et signis prope illum — templis et signis in via ad Corinthi arcem.

Τοῦ μνήματος δέ ἐστιν οὐ πόῤῥω Χαλινίτιδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. Ἀθηνᾶν γὰρ θεῶν μάλιστα συγκατεργάσασθαι τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασὶ, καὶ ὡς τὸν Πήγασόν οἱ καραδοίη, χειρωσαμένη τε καὶ ἐνθεῖσα αὐτὴ τῷ ἵππῳ χαλινόν. Τὸ δὲ ἄγαλμά οἱ τοῦτο ξόανόν ἐστι, πρόσωπόν τε καὶ χεῖρες καὶ ἄκροι πόδες εἰσὶ λευκοῦ λίθου. (2) Βελλεροφόντην δὲ οὐκ αὐτοκράτορα ὄντα βασιλεύειν, εἶναι

persuaserat. Verum quum neque id ex voto evenisset, et, re comperta, Iason non modo deprecanti veniam non dedisset, sed ea relicta Iolcon revertisset, et ipsam Corintho profectam Sisypho imperium tradidisse. Haec perinde, ut mihi comperta sunt, exposui.

Cap. IV. A sepulcro non multum distat Fraenatricis Minervae (*Chalinitida appellant*) fanum. Minervam etenim aiunt prae ceteris Dis Bellerophonti quum aliis in rebus opitulatam, tum vero a se domitum, fraeno iam imposito, Pegasum dedisse. Ligneum est deae signum: os tamen, manus et imi pedes e candido lapide sunt. (2) Neque vero Bellerophontem regnum Corinthiorum unquam possedisse,

δὲ ἐπὶ *Προίτῳ* καὶ *Ἀργείοις* ἐγώ τε πείθομαι, καὶ ὅστις τὰ *Ὁμήρου* μὴ πάρεργον ἐπελέξατο. φαίνονται δὲ καὶ *Βελλεροφόντου* μετοικήσαντος ἐς *Λυκίαν* οὐδὲν ἧσσον οἱ *Κορίνθιοι* τῶν ἐν *Ἄργει* δυναστῶν ἢ *Μυκήναις* ὑπακούοντες· ἰδίᾳ τε οὐδένα παρέσχοντο ἄρχοντα τῆς ἐπὶ 120
*Τροίαν* στρατιᾶς, συντεταγμένοι δὲ *Μυκηναίοις* καὶ ὅσων ἄλλων *Ἀγαμέμνων* ἡγεῖτο, μετέσχον τοῦ στόλου. (3) *Σισύφῳ* δὲ οὗτοι *Γλαῦκος* μόνον ὁ *Βελλεροφόντου* πατήρ, ἀλλὰ καὶ ἕτερος υἱὸς ἐγένετο *Ὀρνυτίων*, ἐπὶ δὲ αὐτῷ *Θέρσανδρός* τε καὶ *Ἅλμος*. *Ὀρνυτίωνος* δὲ ἦν *Φῶκος*, *Ποσειδῶνος* δὲ ἐπίκλησιν. καὶ ὁ μὲν ἀπῴκησεν ἐς *Τιθορέαν* τῆς νῦν καλουμένης *Φωκίδος*, *Θόας* δὲ *Ὀρνυτίωνος* υἱὸς νεώτερος κατέμεινεν ἐν τῇ *Κορίνθῳ*. *Θόαντος* δὲ *Δαμοφῶν*· *Δαμοφῶντος* δὲ ἦν *Προπόδας*· *Προπόδα* δὲ *Δωρίδας* καὶ *Ὑανθίδας*. τούτων βασιλευόντων, *Δωριεῖς* στρατεύουσιν ἐπὶ *Κόρινθον*· ἡγεῖτο δὲ *Ἀλήτης* *Ἱππότου* τοῦ *Φύλαντος* τοῦ *Ἀντιόχου* τοῦ *Ἡρακλέους*.

sed in Proeti Argivorum regis potestate fuisse, et ipse, ut credam, facile adduci possum, ac nihilo minus, qui Homeri carmina non indiligenter legerit. Satis etiam constat, tenente iam Lyciam Bellerophonte, Corinthios perpetuo iis, qui aut Argis aut Mycenis rerum summae praeessent, paruisse: quando privatim ipsi nullum ad Troiam ducem miserunt, sed Agamemnonis signa et auspicia secuti, eius expeditionis participes fuere. (3) Sisyphus quidem non Glaucum duntaxat Bellerophontis patrem genuit, sed praeter eum Ornytionem etiam, et post hunc Thersandrum, et Almum suscepit. Ornytione Phocus natus, Neptuni tamen creditus. Is Thyraeam in ea regione, quae nunc Phocis dicitur, coloniam deduxit: Thoas eius frater natu minor Corinthi mansit: eo Demophon, Demophonta Propodas, Propoda Doridas et Hyanthidas geniti sunt. His regnantibus Dorienses exercitum duce Alete Hippotae filio, Phylantis nepote, Antiochi pronepote, et Herculis abnepote, contra Corinthum duxerunt.

Δωρίδας μὲν οὖν καὶ Ὑανθίδας παραδόντες τὴν βασιλείαν Ἀλήτῃ καταμένουσιν αὐτοῦ· τῶν δὲ Κορινθίων ὁ δῆμος ἐξέπεσεν, ὑπὸ Δωριέων κρατηθεὶς μάχῃ. Ἀλήτης δὲ αὐτός τε καὶ οἱ ἀπόγονοι βασιλεύουσιν ἐς μὲν Βάκχιν τὸν Προύμνιδος ἐπὶ γενεὰς πέντε. (4) Ἀπὸ τούτου δὲ οἱ Βακχιάδαι καλούμενοι πέντε ἄλλας γενεὰς ἐς Τελέστην τὸν Ἀριστοδήμου. καὶ Τελέστην μὲν κατὰ ἔχθος Ἀριεὺς καὶ Περάντας κτείνουσι· βασιλεὺς δὲ οὐδεὶς ἔτι ἐγένετο, πρυτάνεις δὲ ἐκ Βακχιαδῶν ἐνιαυτὸν ἄρχοντες, ἐς ὃ Κύψελος τυραννήσας ὁ Ἠετίωνος ἐξέβαλε τοὺς Βακχιάδας· ἀπόγονος δὲ ἦν ὁ Κύψελος Μέλανος τοῦ Ἀντάσου. Μέλανα δὲ ἐκ Γονούσης τῆς ὑπὲρ Σικυῶνος στρατεύοντα σὺν Δωριεῦσιν ἐπὶ Κόρινθον Ἀλήτης τὸ μὲν παραυτίκα, ἀπειπόντος τοῦ θεοῦ, παρ' ἄλλους τῶν Ἑλλήνων ἐκέλευσεν ἀποχωρεῖν, ὕστερον δὲ ἁμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ δέχεται σύνοικον. τοιαῦτα μὲν ἐς τοὺς Κορινθίων βασιλέας
121 συμβάντα εὕρισκον. (5) Τὸ δὲ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλινίτιδος πρὸς τῷ θεάτρῳ σφίσιν ἐστίν. Καὶ πλησίον

Ibi Doridas et Hyanthidas, regno Aletae tradito, ipsi Corinthi manserunt: at plebs praelio victa sedibus suis pulsa est. Aletes ipse et eius posteritas aetates quinque usque ad Bacchin Prumnidis filium regnum tenuit: (4) aetates totidem Bacchiadae, usque ad Telesten Aristodemi filium: quo ab Arieo et Peranta de medio sublato, regno finis impositus. Prytanes enim deinceps ex Bacchiadarum gente annuum imperium tenuerunt. Hos, tyrannide occupata, Cypselus Eetionis filius expulit. Nepos Cypselus fuit Melanis, Antasi filii. Melana quondam ex Gonussa *oppido*, quod supra Sicyonem est, Dorienses ad oppugnandam Corinthum sequutum, Aletes primum ex quodam oraculo in aliam Graeciae partem dimisit: deinde vero *mutata sententia et* oraculo neglecto, eum sibi socium et contubernalem adscivit. Atque hac casuum varietate Corinthiorum reges iactatos comperi. (5) Templum vero Minervae Frenatricis iuxta theatrum est: et ei proxi-

ξόανον γυμνὸν Ἡρακλέους· Δαιδάλου δὲ αὐτό φασιν εἶναι τέχνην. Δαίδαλος δὲ ὁπόσα εἰργάσατο, ἀτοπώτερα μέν ἐστι τὴν ὄψιν, ἐπιπρέπει δὲ ὅμως τι καὶ ἔνθεον τούτοις. ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρόν ἐστιν ἱερὸν Διὸς Καπετωλίου φωνῇ τῇ Ῥωμαίων· κατὰ ἑλλάδα δὲ γλῶσσαν Κορυφαῖος ὀνομάζοιτ᾽ ἄν. (6) Τοῦ θεάτρου δέ ἐστι τοῦδε πόῤῥω γυμνάσιον τὸ ἀρχαῖον, καὶ πηγὴ καλουμένη Λέρνα· κίονες δὲ ἑστήκασι περὶ αὐτὴν, καὶ καθέδραι πεποίηνται τοὺς εἰσελθόντας ἀναψύχειν ὥρᾳ θέρους. πρὸς τούτῳ τῷ γυμνασίῳ ναοὶ θεῶν εἰσιν, ὁ μὲν Διὸς, ὁ δὲ Ἀσκληπιοῦ. τὰ δὲ ἀγάλματα, Ἀσκληπιὸς μὲν καὶ Ὑγίεια λευκοῦ λίθου, τὸ δὲ τοῦ Διὸς χαλκοῦν ἐστιν.

(7) Ἀνιοῦσι δὲ εἰς τὸν Ἀκροκόρινθον (ἡ δέ ἐστιν ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν κορυφὴ, Βριάρεω μὲν Ἡλίῳ δόντος αὐτὴν, ὅτε ἐδίκαζεν, Ἡλίου δὲ, ὥς οἱ Κορίνθιοί φασιν, Ἀφροδίτῃ παρέντος) ἐς δὴ τὸν Ἀκροκόρινθον τοῦτον ἀνιοῦσίν ἐστιν Ἴσιδος τεμένη· ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐπονομάζουσιν. καὶ δύο Σαρά-

mum Herculis nudo corpore ligneum signum, quod a Daedalo factum tradunt. Ac Daedali quidem opera rudia sunt, neque aspectu decora, attamen numen veluti quoddam prae se ferunt. Supra theatrum templum est Iovis, quem Capitolinum Romanorum voce, Graeca lingua Coryphaeum recte appellaris. (6) Ab hoc theatro satis multum distat priscum gymnasium, et fons, quam Lernam vocant. Incingitur is columnis, atque item sedilibus *plane* appositis ad eos excipiendos, qui aestate frigus captatum veniant. Coniuncta sunt cum ipso fere gymnasio deorum delubra *duo*, Iovis alterum, alterum Aesculapii. Aesculapius ipse et Hygia e candido lapide sunt: at Iupiter aeneus est. (7) Iam qui in Acrocorinthum ascendant, (montis id iugum est urbi imminens, quod Soli in disceptatione Briareum dedisse, Solem Veneri concessisse narrant Corinthii) fana duo Isidis videant, alterum Pelagiae, alterum vero Aegyptiae cognomento: to-

κιδος, ἐν Κανώβῳ καλουμένου τὸ ἕτερον. Μετὰ δὲ αὐτὰ Ἡλίῳ πεποίηνται βωμοὶ, καὶ Ἀνάγκης καὶ Βίας ἐστὶν ἱερόν· ἐσιέναι δὲ ἐς αὐτὸ οὐ νομίζουσιν. ὑπὲρ τούτο Μητρὸς θεῶν ναός ἐστι, καὶ στήλη καὶ θρόνος· λίθου καὶ αὐτὴ καὶ ὁ θρόνος. Ὁ δὲ τῶν Μοιρῶν καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης οὐ φανερὰ ἔχουσι τὰ ἀγάλματα. Ταύτῃ καὶ τὸ τῆς Βουναίας ἐστὶν Ἥρας ἱερὸν, ἱδρυσαμένου Βούνου τοῦ Ἑρμοῦ· καὶ δι' αὐτὸ ἡ θεὸς καλεῖται Βουναία. Ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον, ναός ἐστιν Ἀφροδίτης· ἀγάλματα δὲ αὐτή τε ὡπλισμένη, καὶ Ἥλιος, καὶ Ἔρως ἔχων τόξον.

## CAPUT V.

De Sisyphi indicio de Aegina a Jove rapta et illius poena apud inferos — Asopo fluvio ejusque progenie — Maeandro, Inopo, Nilo fluviis — Tenea urbe — templo Apollinis inceneo — Sicyonia terra — Aegialeo ejusque posteris, Aegialeae imperium obtinentibus.

Τὴν δὲ πηγὴν, ἥ ἐστιν ὄπισθεν τοῦ ναοῦ, δῶρον μὲν Ἀσωποῦ λέγουσιν εἶναι, δοθῆναι δὲ Σισύφῳ· τοῦτον γὰρ εἰδότα, ὡς εἴη Ζεὺς ἡρπακὼς Αἴγιναν θυγατέρα Ἀσω-

tidem Sarapidis, quorum alterum Canopitani appellant. Sunt deinceps Solis arae, Necessitatis et Violentiae aedes, in quam ingredi fas esse negant. Supra eam Matris deum delubrum: columna item et solium, utrumque lapideum. In Parcarum vero, Cereris, et Proserpinae aede signa aperta non sunt. Eadem in parte est Bunaeae Iunonis templum, a Buno Mercurii filio dedicatum, a quo et dea cognomen accepit. Iam in ipso ad Acrocorinthum aditu delubrum est Veneris: signa *in eo* ipsa *dea* armata, Sol et Amor arcum tenens.

Cap. V. Fontem vero eum, qui a tergo delubri est, aiunt ab Asopo concessum Sisypho, quod, quum raptam a Iove sciret Aeginam Asopi filiam, tum demum indicaturum

*κοῦ, μὴ πρότερον φάναι ζητοῦντι μηνύσειν, πρὶν ἢ οἱ*
*καὶ ἐν Ἀκροκορίνθῳ γένοιτο ὕδωρ. δόντος δὲ Ἀσωποῦ,* 122
*μηνύει τε οὗτος, καὶ ἀντὶ τοῦ μηνύματος δίκην (ὅτῳ*
*πιστὰ) ἐν ᾅδου δίδωσιν. ἤκουσα δὲ ἤδη τὴν Πειρήνην*
*φαμένων εἶναι ταύτην, καὶ τὸ ὕδωρ αὐτόθεν ὑποῤῥεῖν τὸ*
*ἐν τῇ πόλει. (2) Ὁ δὲ Ἀσωπὸς οὗτος ἄρχεται μὲν ἀπὸ*
*τῆς Φλιασίας, ῥέων δὲ διὰ τῆς Σικυωνίας, ἐκδίδωσιν ἐς*
*τὴν ταύτῃ θάλασσαν. θυγατέρας δὲ αὐτοῦ γενέσθαι*
*Φλιάσιοί φασι Κόρκυραν, καὶ Αἴγιναν, καὶ Θήβην·*
*ἀπὸ μὲν δὴ Κορκύρας καὶ Αἰγίνης τὰς νήσους, Σχερίαν*
*καὶ Οἰνώνην καλουμένας, μετονομασθῆναι· ἀπὸ δὲ Θή-*
*βης τὴν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ κληθῆναι. Θηβαῖοι δὲ οὐχ*
*ὁμολογοῦσι, φάμενοι τοῦ Βοιωτίου τὴν Θήβην Ἀσωποῦ,*
*καὶ οὐ τοῦ παρὰ Φλιασίοις εἶναι. τὰ δὲ ἄλλα ἐς τὸν*
*ποταμὸν Φλιάσιοι καὶ Σικυώνιοι λέγουσι, τὸ ὕδωρ ἔπηλυ,*
*καὶ οὐκ ἐγχώριον εἶναί οἱ· Μαίανδρον γὰρ κατιόντα ἐκ*
*Κελαινῶν διὰ Φρυγίας καὶ Καρίας, καὶ ἐκδιδόντα ἐς τὴν*

dixerit, quum in ipsa Acrocorintho perennem aquam haberet. Quare quum Asopus, *ne recusare amplius posset, fontem* dedisset, indicavit *scilicet* ille: et eius indicii, si satis id credi potest, poenas aiunt apud inferos dare. Audivi etiam, qui dicerent, eum fontem Pirenen esse, et aquam ex eo in oppidum defluere. (2) Nam Asopus *amnis* suos habet in Phliasiorum finibus ortus; atque inde per Sicyonium agrum lapsus, in mare iuxta Corinthum exit. Filias vero Asopo Phliasii fuisse dicunt, Corcyram, Aeginam, Theben: et a prioribus duabus insulas eas, quarum altera ante Scheria, Oenone altera sit appellata, novum nomen accepisse: a tertia Theben, quae sub Cadmea est, nominatam. Thebani tamen id minime confitentur. Eam enim Theben Boeotii fuisse, non Phliasii Asopi, contendunt. De flumine vero Asopo eadem a Phliasiis et Sicyoniis traduntur, esse non indigenam, sed advenam amnem: Maeandrum etenim a Celaenis per Phrygiam et Cariam delapsum, in mare ad Miletum erumpere, inde in

πρὸς Μιλήτῳ θάλασσαν, ἐς Πελοπόννησον ἔρχεσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν Ἀσωπόν. οἶδα δὲ καὶ Δηλίων τοιοῦτο ἀκούσας ἕτερον, ὕδωρ, ὃ καλοῦσιν Ἰνωπὸν, εἶναί σφισιν ἐκ τοῦ Νείλου. καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἔχει τὸν Νεῖλον λόγος Εὐφράτην ὄντα ἔς τε ἕλος ἀφανίζεσθαι, καὶ αὖθις ἀνιόντα ὑπὲρ Αἰθιοπίας Νεῖλον γίνεσθαι. Ἀσωποῦ μὲν πέρι τοιαῦτα ἤκουσα. (3) Ἐκ δὲ τοῦ Ἀκροκορίνθου τραπεῖσι τὴν ὀρεινὴν, πύλη τέ ἐστιν ἡ Τενεατικὴ, καὶ Εἰληθυίας ἱερόν· ἑξήκοντα δὲ ἀπέχει μάλιστα στάδια ἡ καλουμένη Τενέα. Οἱ δὲ ἄνθρωποί φασιν οἱ ταύτῃ, Τρῶες εἶναι, αἰχμάλωτοι δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκ Τενέδου γενόμενοι ἐνταῦθα, Ἀγαμέμνονος δόντος, οἰκῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο θεῶν μάλιστα Ἀπόλλωνα τιμῶσιν.

(4) Ἐκ Κορίνθου δὲ οὐκ ἐς μεσόγαιαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ Σικυῶνα ἰοῦσι, ναὸς ἐμπεπρησμένος ἐστὶν οὐ πόῤῥω
123 τῆς πόλεως, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς ὁδοῦ. γεγόνασι μὲν δὴ καὶ ἄλλοι πόλεμοι περὶ τὴν Κορινθίαν, καὶ πῦρ ἐπέλαβεν (ὡς τὸ εἰκὸς) καὶ οἰκίας, καὶ ἱερὰ τὰ ἔξω τείχους, ἀλλὰ

Peloponnesum subterfluere, atque illic Asopum fieri. Neque vero ab hac opinione dissident, quae a Deliis me audisse memoria teneo: Inopum amnem e Nilo *occulto meatu* ad se pervenire. Quin et ipsum Nilum fama est Euphraten esse, qui, ubi paludi immersus *diu* latuerit, supra Aethiopas Nilus evadat. Haec de Asopo mihi audita sunt. (3) Ab Acrocorintho, qua in montanam partem divertitur, est porta Teneatica, et Lucinae fanum. *Oppidum*, quae Tenea dicitur, stadia ferme LX *hinc* distat. Oppidani se Troianos fuisse affirmant, qui captivi e Tenedo a Graecis abducti, eum locum ab Agamemnone acceptum teneant: et illi quidem Apollinem in primis venerantur. (4) A Corintho vero qui, mediterranea parte relicta, *recta* Sicyonem versus contendant, non longe ab urbe templum ad viae laevam incensum videant. Fuerunt Corinthiorum fines multis aliis bellis infesti; per quae vero potest videri simile, quum sacra, tum profana aedificia in suburbanis igni fuisse consumta. Hoc certe tem-

τοῦτόν γε τὸν ναὸν Ἀπόλλωνος εἶναι λέγουσι, καὶ ὅτι Πύῤῥος κατακαύσειεν ὁ Ἀχιλλέως αὐτόν. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἤκουσα καὶ ἄλλο τοιόνδε, ὡς οἱ Κορίνθιοι Διῒ ποιήσαιντο Ὀλυμπίῳ τὸν ναὸν, καὶ ὡς ἐξαίφνης πῦρ ποθεν ἐμπεσὸν διαφθείρειεν αὐτόν.

(5) Σικυώνιοι δὲ (οὗτοι γὰρ ταύτῃ Κορινθίοις εἰσὶν ὅμοροι) περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο· καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αἰγιαλὸς, ἀπ' ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι, καὶ Αἰγιάλειαν αὐτὸν οἰκίσαι πρῶτον ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν· οὗ δέ ἐστι νῦν σφισι τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς, ἀκρόπολιν τοῦτο εἶναι. Αἰγιαλέως δὲ Εὔρωπα γενέσθαι φασὶν, Εὔρωπος δὲ Τελχῖνα, Τελχῖνος δὲ Ἄπιν. οὗτος ὁ Ἄπις ἐς τοσόνδε ηὐξήθη δυνάμεως, πρὶν ἢ Πέλοπα ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Ἄπιδος δὲ ἦν Θελξίων, Θελξίονος δὲ Αἴγυρος· τοῦ δὲ Θουρίμαχος· Θουριμάχου δὲ Λεύκιππος· Λευκίππῳ δὲ ἄῤ-

plum Apollinis esse, et a Pyrrho Achillis filio exustum ferunt. Audivi autem et aliud de eo quiddam huiusmodi: aedem hanc Iovi Olympio Corinthios erexisse, eamque subito incendio, incertum unde igni immisso, conflagrasse. (5) Sicyonii (sunt enim in hac parte Corinthiis finitimi) haec de originibus suis commemorant: exstitisse primum in ea regione Aegialeum indigenam: atque eo regnante, eam Peloponnesi partem, quae Aegialus hoc etiam tempore nuncupatur, nomen sumsisse: ac illum quidem plano loco oppidum, cui Aegialea nomen, condidisse: fuisse vero ibi arcem, quo loco eis nunc Minervae templum est: Aegialeo patre Europem natum, Europe Telchinem: huic filium Apin fuisse: cuius ante Pelopis in Olympiam adventum eousque opes creverint, ut ea tota regio, quae intra Isthmum est, ab eo fuerit Apia nuncupata. Iam vero Apis Thelxionem suscepit: Thelxione ortus Aegyrus, Aegyro Thurimachus, Thurimacho Leucippus: Leucippo virilis proles non fuit, filia unica Calchinia:

ϱενες παῖδες οὐκ ἐγένοντο, θυγάτηρ δὲ Καλχινία. ταύτῃ τῇ Καλχινίᾳ Ποσειδῶνα συγγενέσθαι φασὶ, καὶ τὸν τεχθέντα ὑπ' αὐτῆς ἔθρεψεν ὁ Λεύκιππος, καὶ τελευτῶν παρέδωκέν οἱ τὴν ἀρχήν· ὄνομα δὲ ἦν Πέρατος τῷ παιδί. τὰ δὲ ἐς Πλημναῖον τὸν Περάτου μάλιστα ἐφαίνετό μοι θαύματος ἄξια. τὰ γάρ οἱ τικτόμενα ὑπὸ τῆς γυναικὸς, αὐτίκα ὁπότε πρῶτον κλαύσειεν, ἠφίει τὴν ψυχὴν, ἐς ὃ Δημήτηρ ἔλεον ἴσχει Πλημναίου· παραγενομένη δὲ ἐς τὴν Αἰγιάλειαν ὡς δὴ γυνὴ ξένη Πλημναίῳ παῖδα ἀνέθρεψεν Ὀρθόπολιν. Ὀρθοπόλιδι δὲ θυγάτηρ γίνεται Χρυσόρθη. ταύτην τεκεῖν νομίζουσιν ἐξ Ἀπόλλωνος, καὶ ὁ παῖς ὠνομάσθη Κόρωνος· Κορώνου δὲ γίνονται Κόραξ, καὶ νεώτερος Λαμέδων.

## CAPUT VI.

De Epopei adventu e Thessalia — Antiopes raptu et Epopei bello cum Nycteo gesto — Lamedonte — Sicyone ejusque natalibus et posteris — reliquis Sicyoniorum regibus et rebus.

124 Κόρακος δὲ ἀποθανόντος ἄπαιδος, ὑπὸ τοῦτον τὸν καιρὸν Ἐπωπεὺς ἀφικόμενος ἐκ Θεσσαλίας ἔσχε τὴν ἀρχήν.

eam e Neptuno puerum peperisse, quem Leucippus sublatum eductumque regni successorem moriens reliquerit: nomen huic Perato fuisse: de cuius filio Plemnaeo quae memoriae prodita sunt, plane miraculo mihi adscribenda videntur. Nam quum omnes, qui ei nascebantur, filii in primo vagitu animam agerent, postremo Plemnaei vicem miseratam Cererem *ad eius uxorem* peregrinae ornatu Aegialeam venisse memorant, Plemnaeoque Orthopolin recens natum educasse. Orthopolidi filia fuit Chrysorthe: quam ex Apolline peperisse Coronum pro certo habent. Corono ortus Corax, et eo natu minor Lamedon.

Cap. VI. Corace vero sine liberis mortuo, Epopeus, qui id temporis e Thessalia venerat, imperium sibi vindicavit.

ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος στρατὸν σφισι πολέμιον λέγουσιν ἐς τὴν χώραν τότε ἐλθεῖν πρῶτον, τὰ πρὸ τοῦ πάντα τὸν χρόνον διατελέσασιν ἐν εἰρήνῃ. (2) Αἰτία δὲ ἥδε. Ἀντιόπης ἐν Ἕλλησι τῆς Νυκτέως ὄνομα ἦν ἐπὶ κάλλει· καί οἱ καὶ φήμη προσῆν, Ἀσωποῦ θυγατέρα, ὃς τὴν Θηβαΐδα καὶ Πλαταιΐδα ὁρίζει, καὶ οὐ Νυκτέως εἶναι. ταύτην οὐκ οἶδα εἴτε γυναῖκα αἰτήσας, εἴτε θρασύτερα ἐξ ἀρχῆς βουλευσάμενος, Ἐπωπεὺς ἁρπάζει. ὡς δὲ οἱ Θηβαῖοι σὺν ὅπλοις ἦλθον, ἐνταῦθα τιτρώσκεται μὲν Νυκτεὺς, ἐτρώθη δὲ κρατῶν τῇ μάχῃ καὶ Ἐπωπεύς. Νυκτέα μὲν δὴ κάμνοντα ὀπίσω κομίζουσιν ἐς Θήβας· καὶ ὡς ἔμελλε τελευτᾶν, Λύκον ἀδελφὸν ὄντα παραδίδωσι Θηβαίων ἐν τῷ παρόντι ἄρχειν. Λάβδακον γὰρ τοῦ Πολυδώρου τοῦ Κάδμου παῖδα ἔτι αὐτός τε ἐπετρόπευεν ὁ Νυκτεὺς, καὶ τότε ἀπέλιπεν ἐπιτροπεύειν ἐκείνῳ. τοῦτον οὖν τὸν Λύκον ἱκέτευσε στρατῷ μείζονι ἐπὶ τὴν Αἰγιάλειαν ἐλάσαντα τιμωρήσασθαι μὲν Ἐπωπέα, κακοῦν δὲ,

Hoc primum regnante hostilem exercitum tradunt in fines suos invasisse, quum ante perpetua pace usi fuissent. (2) *Eius* vero *belli* huiuscemodi causa *perhibetur*. Antiopes Nyctei filiae celebre fuit ob formae excellentiam apud Graecos nomen: quam fama proditum etiam est non Nycteo, sed Asopo amne, qui Thebani et Plataeensis agri fines intersecat, genitam. Eam Epopeus, sive uxorem sibi ante petiverit, sive audacia consultrice impulsus initio fuerit (incertum enim est), rapit. Hanc iniuriam quum armis Thebani persequerentur, commisso proelio, Nycteus vulnus accepit. Ipse etiam Epopeus saucius ex acie, victoria tamen potitus, discessit. Nycteus, quum sui eum Thebas aegrum reportassent, non ita multo post moriens regni administrationem Lyco fratri ad tempus reliquit, Labdaco Polydori filio, Cadmi nepote, cuius ipse ante tutor fuerat, in eius tutelam tradito: a quo multis precibus contendit, ut maiore exercitu in Aegialeam ducto Epopeum ulcisceretur, atque ipsam etiam

εἰ λάβοι, καὶ αὐτὴν Ἀντιόπην. Ἐπωπεὺς δὲ τὸ μὲν παραυτίκα ἐπινίκια ἔθυε, καὶ Ἀθηνᾶς ᾠκοδόμει ναόν· ἐπ' ἐξειργασμένῳ δὲ εὔξατο ἐνδείξασθαι τὴν θεὸν, εἴ οἱ τετελεσμένος ἐστὶν ὁ ναὸς κατὰ γνώμην. μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν ἔλαιον λέγουσι ῥυῆναι πρὸ τοῦ ναοῦ. ὕστερον δὲ καὶ Ἐπωπέα κατέλαβεν ἀποθανεῖν ὑπὸ τοῦ τραύματος ἀμεληθέντος καταρχὰς, ὡς μηδὲν ἔτι Λύκῳ δεῆσαι πολέμου. Λαμέδων γὰρ ὁ Κορώνου βασιλεύσας μετὰ Ἐπωπέα ἐξέδωκεν Ἀντιόπην. ἡ δὲ ὡς ἐς Θήβας ἤγετο τὴν ἐπ' Ἐλευθερῶν, ἐνταῦθα καθ' ὁδὸν τίκτει καὶ ἐπὶ τούτῳ πεποίηκεν Ἄσιος ὁ Ἀμφιπτολέμου·

Ἀντιόπη δ' ἔτεκε Ζῆθον, καὶ Ἀμφίονα δῖον,
Ἀσωποῦ κούρη ποταμοῦ βαθυδινήεντος,
Ζηνί τε κυσαμένη, καὶ Ἐπωπέϊ ποιμένι λαῶν.

Ὅμηρος δὲ σφᾶς ἀνήγαγεν ἐπὶ τὸ σεμνότερον τοῦ γένους, καὶ Θήβας φησὶν οἰκίσαι πρώτους, ἀποκρίνων τὴν κάτω πόλιν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἀπὸ τῆς Καδμείας. Λαμέδων δὲ βα-

Antiopen, si capere posset, male mulctaret. Epopeus interea pro victoria *dis gratulatus*, ludisque et sacris *eo nomine* peractis, Minervae templum erexit: ac opere iam absoluto deam est precatus, sibi signum aliquod ut daret, num ei accepta fuisset fani dedicatio. Statim itaque oleum tradunt ante templum *divinitus* fluxisse. Verum et ipse Epopeus paulo post ex vulnere negligentius curato diem suum obiit. Quo factum est, ut belli causa remota fuerit: siquidem Lamedon, qui in regnum ei successit, *ultro* Antiopen Lyco dedidit. Quae quum Thebas reduceretur, in ipsa, quae Eleutheras ducit, via partu levata est. Qua de re versus hosce fecit Agis Amphiptolemei filius:

Antiope peperit Zethum, atque Amphiona dium,
Asopo celeri currenti vortice nata:
Iupiter hos genuitque simul regnator Epopeus.

Sed hos ad augustiores multo natales retulit Homerus, quum Thebas ab illis primum conditas dixerit, quippe qui, uti mihi videtur, inferiorem urbem a Cadmea distinguat. Porro

σιλεύσας ἔγημεν ἐξ Ἀθηνῶν γυναῖκα Φηνὼ Κλυτίου· καὶ ὕστερον γενομένου οἱ πολέμου πρὸς Ἄρχανδρον καὶ Ἀρχιτέλη τοὺς Ἀχαιοῦ, συμμαχήσοντα ἐπηγάγετο Σικυῶνα ἐκ τῆς Ἀττικῆς· καὶ θυγατέρα τε συνῴκισεν αὐτῷ Ζευξίππην· καὶ ἀπὸ τούτου βασιλεύσαντος ἡ γῆ Σικυωνία καὶ Σικυὼν ἀντὶ Αἰγιάλης ἡ πόλις ὠνομάσθη. (3) Σικυῶνα δὲ οὐ Μαραθῶνος τοῦ Ἐπωπέως, Μητίωνος δὲ εἶναι τοῦ Ἐρεχθέως φασίν. ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ Ἄσιος. ἐπεὶ Ἡσίοδός τε καὶ Ἴβυκος, ὁ μὲν ἐποίησεν, ὡς Ἐρεχθέως εἴη Σικυών· Ἴβυκος δὲ εἶναι Πέλοπός φησιν αὐτόν. Σικυῶνος δὲ γίνεται Χθονοφύλη· Χθονοφύλης δὲ καὶ Ἑρμοῦ Πόλυβον γενέσθαι λέγουσιν· ὕστερον δὲ αὐτὴν Φλίας ὁ Διονύσου γαμεῖ, καί οἱ παῖς Ἀνδροδάμας γίνεται. Πόλυβος δὲ Ταλαῷ τῷ Βίαντος βασιλεύοντι Ἀργείων Λυσιάνασσαν τὴν θυγατέρα ἔδωκε· καὶ ὅτε Ἄδραστος ἔφυγεν ἐξ Ἄργους, παρὰ Πόλυβον ἦλθεν ἐς Σικυῶνα· καὶ ὕστερον ἀποθανόντος Πολύβου, τὴν ἐν Σικυῶνι ἀρχὴν ἔσχεν. Ἀδράστου δὲ ἐς Ἄργος κατελθόντος, Ἰανίσκος ἀπόγονος Κλυτίου τοῦ Λαμέδοντι κηδεύ-

Lamedon regno inito uxorem Atheniensem duxit Pheno Clytii filiam. Bello mox contra Achaeos Archandrum et Architelem suscepto, ex Attica belli gerendi sibi socium Sicyonem adscivit, data ei in matrimonium Zeuxippe filia: a quo postea iam regnum adepto et regio tota Sicyonia, et urbs, quae ante Aegiale fuit, Sicyon nuncupata est. (3) Ac Sicyonem quidem ipsum non Marathone Epopei filio, sed Metione Erechthei genitum ferunt: quibus Asius assentitur. Nam Hesiodus Erechtheo Sicyonem, Ibycus Pelopi attribuit. E Sicyone vero Chthonophyle gignitur: quae Mercurio Polybum peperit: ex eademque et Phliante Liberi Patris filio, qui habuit eam in matrimonio, Androdamas nascitur. At Polybus Lysianassam filiam Talao Biantis filio Argivorum regi locavit. Ad Polybum Adrastus Argis eiectus Sicyonem confugit: eoque mortuo regnum ipse adiit. Post Adrasti deinde in patriam reditum Ianiscus Clytii eius nepos, cuius filia cum Lame-

σαντος ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσεν. Ἀποθανόντος δὲ Ἰανίσκου, Φαῖστος τῶν Ἡρακλέους λεγόμενος παίδων καὶ οὗτος εἶναι. Φαίστου δὲ κατὰ μαντείαν μετοικήσαντος ἐς Κρήτην, βασιλεῦσαι λέγεται Ζεύξιππος Ἀπόλλωνος υἱὸς καὶ νύμφης Συλλίδος. (4) Μετὰ δὲ Ζεύξιππον τελευτήσαντα, Ἀγαμέμνων στρατὸν ἤγαγεν ἐπὶ Σικυῶνα καὶ τὸν βασιλέα Ἱππόλυτον Ῥοπάλου παῖδα τοῦ Φαίστου. δείσας δὲ τὸν στρατὸν ἐπιόντα Ἱππόλυτος συν-
126 εχώρησεν Ἀγαμέμνονος κατήκοος καὶ Μυκηναίων εἶναι· Ἱππολύτου δὲ ἦν τούτου Λακεστάδης. Φάλκης δὲ ὁ Τημένου καταλαβὼν νύκτωρ Σικυῶνα σὺν Δωριεῦσι κακὸν μὲν ἅτε Ἡρακλείδην καὶ αὐτὸν ἐποίησεν οὐδὲν, κοινωνὸν δὲ ἔσχε τῆς ἀρχῆς. καὶ Δωριεῖς μὲν Σικυώνιοι γεγόνασιν ἀπὸ τούτου καὶ μοῖρα τῆς Ἀργείας.

donte nupta fuerat, ex Attica veniens regnum iniit: a cuius obitu Phaestus e filiis Herculis unus (ut vulgo ferebatur) regnat. Sed quum is ex oraculi responso in Cretam migrasset, Zeuxippus Apollinis e Syllide nympha filius regnum dicitur obtinuisse. (4) Qui quum decessisset, Agamemnon Sicyoniis, et ipsi regi Hippolyto Rhopali filio, Phaesti nepoti, bellum intulit. Is opibus diffisus suis Agamemnonis et Mycenaeorum se imperata facturum spopondit. Hippolyto Lacestades filius fuit. *Quo regnante*, Phalces Temeni filius cum Doriensibus Sicyonem nocturno impetu occupavit: in eum tamen, quod ex Herculis nepotibus esset, nihil acerbe aut crudeliter commisit, quinimo imperium cum eo communicavit. Ex eo Sicyonii Dorienses facti, et inter Argivos censeri coepti.

# CAPUT VII.

De Demetrio Sicyonis arci urbem adstruente — terrae motu Sicyonem vastante — Sicyoniorum sepulcris et mortuos humandi more — Eupolidis, comici poëtae, et aliorum sepulcris — memorandis in arce Sicyon. — theatro sub arce — templo Bacchi ejusque signis Baccheo et Lysio — templo Dianae Limnaeae — templo Suadae ejusque cultus origine — templo Apollinis et Marsyae tibiis ibi conditis.

Τὴν δὲ τοῦ Αἰγιαλέως ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν Δημήτριος καθελὼν ὁ Ἀντιγόνου τῇ πάλαι ποτὲ ἀκροπόλει προσῴκισε τὴν νῦν πόλιν. ἐχόντων δὲ ἀσθενῶς ἤδη τῶν Σικυωνίων (αἰτίαν δὲ οὐκ ὀρθῶς ποιοῖ τις ἂν ζητῶν, ἀποχρῷτο δὲ τῷ Ὁμήρῳ λελεγμένῳ περὶ Διός·

Ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα,)

διακειμένοις οὖν ἀδυνάτως, ἐπιγενόμενος σεισμὸς ὀλίγου τὴν πόλιν ἐποίησεν ἀνδρῶν ἔρημον, πολλὰ δὲ σφᾶς καὶ τῶν ἐς ἐπίδειξιν ἀφείλετο· ἐκάκωσε δὲ καὶ περὶ Καρίαν καὶ Λυκίαν τὰς πόλεις, καὶ Ῥοδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος· ὥστε καὶ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ τὸ ἐς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν.

Cap. VII. Aegialei vero urbem in campis sitam quum Demetrius Antigoni filius evertisset, velustae arci urbem, quae nunc permanet, adiunxit. Et causam quidem, quamobrem tantopere Sicyoniorum opes attritae fuerint, si quis exquirere velit, haud recte fecerit: sed eo contentus sit, quod ab Homero dictum est de Iove:

Urbes qui multas a celso culmine vertit.

Iam vero magnis quum cladibus Sicyonii afflicti essent, ipsam urbem terrae mortus ferme ad solitudinem et vastitatem redegit: ac tunc multa, quae admirationi fuerant, opera interierunt. Eodem vero casu Cariae et Lyciae urbes magnis calamitatibus affectae: et Rhodus in primis insula tam vehementer concussa est, ut Sibyllae vaticinatio Rhodi sit exitio

(2) Ἐκ δὲ τῆς Κορινθίας ἐλθοῦσιν ἐς τὴν Σικυωνίαν,
Λύκου Μεσσηνίου μνῆμά ἐστιν, ὅστις δὴ οὗτος ὁ Λύκος·
οὐ γάρ τινα Λύκον εὑρίσκω Μεσσήνιον ἀσκήσαντα πέν-
ταθλον, οὐδὲ Ὀλυμπικὴν ἀνῃρημένον νίκην· τοῦτο μὲν
δὴ χῶμά ἐστι γῆς. (3) Αὐτοὶ δὲ Σικυώνιοι τὰ πολλὰ
ἐοικότι τρόπῳ θάπτουσι. τὸ μὲν σῶμα γῇ κρύπτουσιν,
λίθου δὲ ἐποικοδομήσαντες κρηπῖδα κίονας ἐφιστᾶσι,
καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἐπίθημα ποιοῦσι κατὰ τοὺς ἀετοὺς μάλιστα
127 τοὺς ἐν τοῖς ναοῖς· ἐπίγραμμα δὲ ἄλλο μὲν ἐπιγράφουσιν
οὐδὲν, τὸ δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ οὐ πατρόθεν ὑπει-
πόντες κελεύουσι τὸν νεκρὸν χαίρειν. (4) Μετὰ δὲ τὸ
μνῆμα τοῦ Λύκου διαβεβηκόσιν ἤδη τὸν Ἀσωπόν ἐστιν
ἐν δεξιᾷ τὸ Ὀλύμπιον· ὀλίγον δὲ ἔμπροσθεν ἐν ἀριστερᾷ
τῆς ὁδοῦ τάφος Εὐπόλιδι Ἀθηναίῳ ποιήσαντι κωμῳ-
δίαν. προελθοῦσι δὲ καὶ ἐπιστρέψασιν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν,
Ξενοδίκης μνῆμά ἐστιν ἀποθανούσης ἐν ὠδῖσι· πεποίη-
ται δὲ οὐ κατὰ τὸν ἐπιχώριον τρόπον, ἀλλ' ὡς ἂν τῇ

comprobata. (2) Qua ex Corinthiaco agro in Sicyonium iter est, Lyci Messenii monumentum exstat, quicunque Lycus ille fuerit. Neque enim Lycum ego ullum Messenium comperio, qui vel in quinquertio se exercuerit, vel in Olympicis ludis palmam tulerit. Est hoc quidem *monumentum* terrae tumulus. (3) Ad hunc enim ferme modum suorum cadavera condunt Sicyonii: corpus terra contegunt, deinde lapidea basi exstructa columnas erigunt, iisque fastigium imponunt, eo fere modo quo aquilas in templis. Inscribunt vero sepulcris plane nihil: sed defunctum suo tantum nomine, omissa patris mentione, appellatum valere iubent. (4) Iam vero post Lyci monumentum trans Asopum ad dexteram Olympium est. Ad viae laevam modico intervallo sepulcrum Eupolidis Atheniensis, comoediarum scriptoris. Hinc qui progressi fuerint, ad ipsam quasi urbem a diverticulo redituri, Xenodices, quae e partu mortua est, monumentum videant. Illud quidem non eadem est forma, qua sepulcra faciunt Sicyonii. In eo enim, in quo pingi posset, locus relictus est:

γραφῇ μάλιστα ἁρμόζοι· γραφὴ δὲ, εἴπερ ἄλλη τις, καὶ αὕτη ἐστὶ θέας ἀξία. προελθοῦσιν ἐντεῦθεν τάφος Σικυωνίοις ἐστὶν, ὅσοι περὶ Πελλήνην καὶ Δύμην τὴν Ἀχαιῶν, καὶ ἐν Μεγάλῃ πόλει, καὶ περὶ Σελλασίαν ἐτελεύτησαν· τὰ δὲ ἐς αὐτοὺς σαφέστερον ἐν τοῖς ἐφεξῆς δηλώσω. πρὸς δὲ τῇ πύλῃ πηγή ἐστι σφίσιν ἐν σπηλαίῳ, ἧς τὸ ὕδωρ οὐκ ἄνεισιν ἐκ γῆς, ἐπιῤῥεῖ δὲ ἐκ τοῦ ὀρόφου τοῦ σπηλαίου· καὶ καλεῖται διʼ αὐτὸ στάζουσα ἡ πηγή. (5) Ἐν δὲ τῇ νῦν ἀκροπόλει Τύχης ἱερόν ἐστιν Ἀκραίας, μετὰ δὲ αὐτὸ Διοσκούρων· ξόανά τε οὗτοι καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς Τύχης ἐστί. τοῦ θεάτρου δὲ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν ᾠκοδομημένου τὸν ἐν τῇ σκηνῇ πεποιημένον ἄνδρα ἀσπίδα ἔχοντα Ἄρατόν φασιν εἶναι τὸν Κλεινίου. (6) Μετὰ δὲ τὸ θέατρον Διονύσου ναός ἐστι· χρυσοῦ μὲν καὶ ἐλέφαντος ὁ θεὸς, παρὰ δὲ αὐτὸν Βάκχαι λίθου λευκοῦ. ταύτας τὰς γυναῖκας ἱερὰς εἶναι, καὶ Διονύσῳ μαίνεσθαι λέγουσιν. ἄλλα δὲ ἀγάλματα ἐν ἀποῤῥήτῳ Σικυωνίοις ἐστί· ταῦτα μιᾷ καθʼ ἕκαστον ἔτος νυκτὶ ἐς τὸ Διονύ-

et pictura sane, uti alia quaevis, est, quae spectetur, dignissima. Porro hinc qui processerint, sepulcrum invenient Sicyoniis exstructum iis, qui ad Pellenen, ad Dymen Achaeorum, ad Megalopolim, et ad Selasiam mortem oppetierunt: de quibus posterius omnia exponentur plenissime. Ad portam fons est in specu; cuius aqua non e terra scaturit, sed e specus fastigio manat: qua de re Stazusan nuncupant. (5) In arce, quae nunc exstat, Fortunae Acraeae aedes; et secundum eam Castorum: numinum ipsorum e ligno utrobique signa sunt. In theatri, quod infra arcem aedificatum est, scena viri scutum tenentis statua visitur: quam Arati (Cliniae filii) esse dicunt. (6) Non longe a theatro Liberi Patris templum est. Dei signum ex auro et ebore; iuxta adstant ei Bacchae e candido lapide. Has quidem sacras foeminas esse dicunt, Liberi Patris instinctu afflatas. Alia signa Sicyonii in sacrario condita habent. Haec quotannis stata nocte in Bacchi templum deportant, ex eo loco, quod

θιον ἐκ τοῦ καλουμένου Κοσμητηρίου κομίζουσι· κομίζουσι δὲ μετὰ δᾴδων τε ἡμμένων καὶ ὕμνων ἐπιχωρίων. ἡγεῖται μὲν οὖν, ὃν Βάκχειον ὀνομάζουσιν, (Ἀνδροδάμας σφίσιν ὁ Φλίαντος τοῦτον ἱδρύσατο) ἕπεται δὲ ὁ καλούμενος Λύσιος, ὃν Θηβαῖος Φάνης, εἰπούσης τῆς Πυθίας, ἐκόμισεν ἐκ Θηβῶν. ἐς δὲ Σικυῶνα ἦλθεν ὁ Φάνης, ὅτε Ἀριστόμαχος ὁ Κλεοδαίου, τῆς οἱ γενομένης μαντείας
128 ἁμαρτὼν, δι' αὐτὸ καὶ καθόδου τῆς ἐς Πελοπόννησον ἥμαρτεν. ἐκ δὲ τοῦ Διονυσίου βαδίζουσιν ἐς τὴν ἀγορὰν ἔστι ναὸς Ἀρτέμιδος ἐν δεξιᾷ Λιμναίας. καὶ ὅτι μὲν κατεῤῥύηκεν ὁ ὄροφος, δῆλά ἐστιν ἰδόντι· περὶ δὲ τοῦ ἀγάλματος, οὔτε ὡς κομισθέντος ἑτέρωσε, οὔτε ὅντινα αὐτοῦ διεφθάρη τρόπον, εἰπεῖν ἔχουσιν. (7) Ἐς δὲ τὴν ἀγορὰν ἐσελθοῦσι, Πειθοῦς ἐστιν ἱερὸν, οὐδὲ τοῦτο ἄγαλμα ἔχον. Πειθὼ δὲ ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε αὐτοῖς κατέστη σέβεσθαι. Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις ἀποκτείναντες Πύθωνα παρεγένοντο ἐς τὴν Αἰγιάλειαν καθαρσίων εἵνεκα. γενομένου δέ σφισι δείματος, ἔνθα καὶ νῦν Φόβον ὀνομάζουσι

Cosmeterium (*id est*, *cellam ornatoriam*) nuncupant His faces accensas praeferunt, et patriis cantibus pompam prosequuntur. Pompae veluti dux est, quem Baccheum nominant, ab Androdamante (ut ipsi dicunt) Phliantis filio dicatus. Portatur post eum Lysius, quem Thebis Pythiae monitu Phanes huc dicitur transtulisse. Venit quidem Phanes Sicyonem eodem tempore, quo Aristomachus Cleodami filius. Ab oraculo enim ipsi edito quum aberrasset, a reditus itidem in Peloponnesum praestituto tempore aberravit. Qua a Liberi Patris in forum descenditur, ad dexteram Dianae templum Limnaeae est, cuius tectum vetustate collapsum esse, facile est aspicienti cognoscere. De signo vero deae neque, fueritne aliunde deportatum, neque, quo casu perierit, quicquam afferunt. (7) In foro Pithus (*Suadelae*) aedes est. Suadelam vero hac de causa colere instituerunt: Apollinem et Dianam, Pythone caeso, ut se expiarent, Aegialeam venisse tradunt: sed incusso terrore, eo ipso in loco, qui nunc Phobus dicitur,

τὸ χωρίον, οἱ μὲν ἐς Κρήτην παρὰ Καρμάνορα ἀπετράποντο, τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐν τῇ Αἰγιαλείᾳ νόσος ἐπέλαβε· καὶ σφᾶς ἐκέλευον οἱ μάντεις Ἀπόλλωνα ἱλάσασθαι καὶ Ἄρτεμιν. οἱ δὲ παῖδας ἑπτὰ καὶ ἴσας παρθένους ἐπὶ τὸν Σύθαν ποταμὸν ἀποστέλλουσιν ἱκετεύοντας· ὑπὸ τούτων δὲ πεισθέντας τοὺς θεούς φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἐλθεῖν· καὶ ὁ τόπος, ἔνθα πρῶτον ἀφίκοντο, Πειθοῦς ἐστιν ἱερόν. τούτοις δὲ ἐοικότα καὶ νῦν ἔτι ποιεῖται. καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν Σύθαν ἴασιν οἱ παῖδες τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἀγαγόντες δὴ τοὺς θεοὺς ἐς τὸ τῆς Πειθοῦς ἱερὸν αὖθις ἀπάγειν ἐς τὸν ναόν φασι τοῦ Ἀπόλλωνος. ὁ δὲ ναὸς ἔστι μὲν ἐν τῇ νῦν ἀγορᾷ· τὸ δὲ ἐξ ἀρχῆς λέγουσιν αὐτὸν ὑπὸ Προίτου ποιηθῆναι· τὰς γάρ οἱ θυγατέρας ἐνταῦθα τῆς μανίας παύσασθαι. (8) Λέγουσι δὲ καὶ τάδε· ὡς Μελέαγρος ἐς τοῦτον τὸν ναὸν ἀνέθηκε τὴν λόγχην, ᾗ τὸν ὗν κατειργάσατο. καὶ αὐλοὺς ἀνατεθῆναί φασιν ἐνταῦθα τοὺς Μαρσύου. γενομένης γὰρ τῆς συμφορᾶς τῷ Σιληνῷ, τὸν ποταμὸν τὸν Μαρσύαν κατενεγκεῖν αὐτοὺς ἐς τὸν Μαίανδρον· ἀναφανέν-

in Cretam ad Carmanorem divertisse: ac statim pestilentem morbum Aegialensibus immissum: quem depelli non posse, vates monuerunt, ni Apollo et Diana placarentur. Missos itaque pueros septem ac totidem virgines ad Sythan amnem supplicum ornatu: quorum precatione persuasos deos in arcem venisse. Eo itaque in loco, quo primum venere, Suadelae aedem dicatam. Idem vero ritus hoc etiam tempore servatur. Pueri enim festo Apollinis die ad Sythan veniunt, ac deorum signa in aedem Suadelae deportant, deinde in templo Apollinis ea reponunt. Templum vero istud in eo quod nunc est foro cernitur: initio autem a Proeto conditum dicitur, q uod eius filiae eo in loco furore fuerant liberatae. (8) Addunt, Meleagrum in hoc ipso templo hastam posuisse, qua aprum *Calydonium* confecerat. In eodem etiam templo dedicatas fuisse Marsyae tibias. Post adversum enim Sileni casum eas Marsyan amnem in Maeandrum, deinde in Asopum

τας δὲ ἐν τῷ Ἀσωπῷ, καὶ κατὰ τὴν Σικυωνίαν ἐκπεσόντας, ὑπὸ ποιμένος τοῦ εὑρόντος δοθῆναι τῷ Ἀπόλλωνι. τούτων τῶν ἀναθημάτων οὐδὲν ἔτι ἐλείπετο· συγκατεκαύθη γὰρ ἐμπιπραμένῳ τῷ ναῷ. τὸν δὲ ἐπ' ἐμοῦ ναὸν καὶ τὸ ἄγαλμα Πυθοκλῆς ἀνέθηκε.

## CAPUT VIII.

De templo imperatoribus Romanis consecrato, antea Cleonis domo — Sicyoniorum tyrannis et republica ab Arato restituta — Arato Achaeorum duce ejusque magnis rebus gestis.

129 Τῷ δὲ τῆς Πειθοῦς ἱερῷ τὸ ἐγγὺς τέμενος ἀνειμένον βασιλεῦσι Ῥωμαίων οἰκία ποτὲ ἦν Κλέωνος τυράννου. Κλεισθένης μὲν γὰρ ὁ Ἀριστωνύμου τοῦ Μύρωνος ἐχόντων ἔτι τὴν κάτω πόλιν Σικυωνίων ἐτυράννησε· Κλέων δὲ ἐν τῇ νῦν πόλει. (2) Πρὸ ταύτης τῆς οἰκίας ἡρῷόν ἐστιν Ἀράτου μέγιστα Ἑλλήνων ἐργασαμένου τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ· ἔχει δὲ ὧδε τὰ ἐς αὐτόν. μετὰ Κλέωνα μοναρχήσαντα ἐνέπεσε τῶν ἐν τέλει πολλοῖς ἐπιθυμία τυραν-

detulisse: eiectas inde in agrum Sicyonium pastorem quendam sustulisse, et Apollini dicasse. Ex iis donariis nullum sane incendium illud, quo templum conflagravit, relliquum fecit. Nam quae exstant aetate mea, quum templum, tum signum, Pythocles dedicavit.

Cap. VIII. Quod vero fanum iuxta Suadelae aedem Romanis imperatoribus consecratum est, fuit olim Cleonis tyranni domus. Nam Clisthenes Aristonymi filius, Pyrrhonis nepos, tyrannidem tenuit, quum inferiorem urbem Sicyonii incolerent: Cleonis vero in ea, quae nunc manet, urbe dominatus fuit. (2) Ante Cleonis domum heroicum est Arati monumentum, qui rerum gestarum gloria in Graecia aequales omnes vicit suos: de quo haec potissimum commemorari possunt. Post Cleonis mortem tam effraenata civitatis principes incessit

νίδος οὕτω δή τι ἀπάθεκτος, ὡς καὶ ἄνδρας δύο Εὐθύδημον καὶ Τιμοκλείδαν ὁμοῦ τυραννῆσαι. τούτους μὲν οὖν ἐξέβαλεν ὁ δῆμος, Κλεινίαν τὸν πατέρα Ἀράτου προστησάμενος· ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς ἐτυράννησεν Ἀβαντίδας. Κλεινίᾳ μὲν οὖν συνεβεβήκει πρότερον ἔτι ἡ τελευτή· Ἄρατον δὲ Ἀβαντίδας φυγάδα ἐποίησεν, ἢ καὶ αὐτὸς ἀπεχώρησεν Ἄρατος ἐθελοντής. Ἀβαντίδαν μὲν οὖν κτείνουσιν ἄνδρες τῶν ἐπιχωρίων· τύραννος δὲ αὐτίκα ἐγεγόνει ὁ Ἀβαντίδου πατὴρ Πασέας. Νικοκλῆς δὲ ἐκεῖνον ἀνελὼν ἐτυράννησεν αὐτός. ἐπὶ τοῦτον τὸν Νικοκλέα Ἄρατος ἀφικόμενος Σικυωνίων φυγάσι καὶ Ἀργείοις μισθωτοῖς, τοὺς μὲν ἔλαθεν ἅτε ἐν σκότῳ, (νύκτωρ γὰρ δὴ τὴν ἐπιχείρησιν ἐποιεῖτο) τοὺς δὲ καὶ βιασάμενος τῶν φυλασσόντων ἐγένετο ἐντὸς τείχους· καὶ (ὑπέφαινε γὰρ ἕως ἤδη) προσλαβὼν τὸν δῆμον ἐπὶ τὴν οἰκίαν σπουδῇ τὴν τυραννικὴν τρέπεται. καὶ ταύτην μὲν εἷλεν οὐ χαλεπῶς, ὁ δὲ Νικοκλῆς αὐτὸς ἔλαθεν ἀποδράς. (3) Σικυωνίοις δὲ ἀπέδωκεν Ἄρατος ἐξίσου πολιτεύεσθαι

dominandi cupiditas, ut eorum duo eodem tempore tyrannidem invaserint, Euthydemus, et Timoclidas: quibus eiectis, populus summae rerum Clinian Arati partem praefecit. Verum non multis post annis, quum Clinias e vita iam excessisset, ad tyrannidem accessit Abantidas. *Quo dominante* Aratus, vel quod ab eo eiectus fuerit, vel quod voluntate sua cesserit, in exilium abiit. Ipsum certe Abantidan cives trucidarunt. Dominatum tamen eius pater Paseas occupavit: quem mox quum Nicocles sustulisset, ipse sibi tyrannidem vindicavit. Hunc Aratus, comparata exulum et Argivorum conductitiorum militum manu, pellere adortus, quum ad muros nocte accessisset, praesidium partim fefellit, partim vi superavit: atque ita oppido potitus, quum iam illucesceret, assumta plebe, summa cum celeritate ad tyranni domum accurrit: quam non magno utique negotio cepit: sed Nicocles furtim est elapsus. (3) Tum Aratus civitatis liberam admi-

διαλλάξας τοῖς φεύγουσιν· οἰκίας μὲν φυγάσι καὶ ὅσα τῶν κτημάτων ἄλλα, ἃ ἐπέπρατο, ἀποδούς· τιμὴν δὲ τοῖς πριαμένοις διέλυσεν. αὐτὸς δὲ (ἦν γὰρ δέος τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι Μακεδόνων καὶ Ἀντιγόνου Φίλιππον ἐπιτροπεύοντος τὸν Δημητρίου) τοῦδε εἵνεκα τοὺς Σικυω-
130 νίους ἐς τὸ Ἀχαιῶν συνέδριον ἐσήγαγε Δωριεῖς ὄντας, αὐτίκα δὲ στρατηγὸς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ᾕρητο· καὶ σφᾶς ἐπὶ Λοκροὺς τοὺς Ἀμφισσέας ἀγαγὼν, καὶ ἐς τὴν Αἰτωλῶν πολεμίων ὄντων, τὴν γῆν ἐπόρθησε. (4) Κόρινθον δὲ ἔχοντος Ἀντιγόνου, καὶ φρουρᾶς Μακεδόνων ἐνούσης, τοὺς Μακεδόνας τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἐπιθέσεως κατέπληξε, καὶ ἄλλους τε κρατήσας μάχῃ διέφθειρε καὶ Περσαῖον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ τεταγμένον, ὃς παρὰ Ζήνωνα τὸν Μνασέα κατὰ μάθησιν σοφίας ἐφοίτησεν. ἐλευθερώσαντος δὲ Ἀράτου Κόρινθον, προσεχώρησαν μὲν ἐς τὸ συνέδριον Ἐπιδαύριοι καὶ Τροιζήνιοι, οἱ τὴν Ἀργολίδα Ἀκτὴν οἰκοῦντες, καὶ τὴν ἐκτὸς Ἰσθμοῦ Μεγαρεῖς· συμμαχίαν δὲ πρὸς Ἀχαιοὺς Πτολεμαῖος ἐποιήσατο. Λακεδαιμόνιοι

nistrationem Sicyoniis tradidit. Domos et praedia, quae divendita fuerant, emptoribus pretio dissoluto, exulibus quum reddidisset, dissidiorum et controversiarum causas concordia constituta sustulit. Idemque, quum Macedones, Antigono Philippi acceptam a Demetrio eius patre tutelam gerente, Graecis omnibus formidolosi essent, Sicyonios, tametsi Dores erant, cum Achaeorum concilio coniunxit. Imperator vero ab Achaeis declaratus, exercitum contra Amphissenses Locros duxit: et Aetolorum fines ingressus, agrum populatus est. (4) Quumque Corinthum Antigonus imposito Macedonum praesidio teneret, subito impetu Macedonum animos perculit; et pugna commissa, quum alios *multos*, tum ipsum praesidii ducem Persaeum, Zenonis (Mnaseae filii) philosophi auditorem, occidit. Corinthum itaque quum Aratus liberasset, addiderunt se ad *Achaeorum* concilium Epidaurii, ac Troezenii, qui Argolicum litus incolunt, quique extra Isthmum sunt Megarenses. Quare cum Achaeis Ptolemaeus societatem

δὲ καὶ Ἆγις ὁ Εὐδαμίδου βασιλεὺς ἔφθησαν μὲν Πελλήνην ἑλόντες ἐξ ἐπιδρομῆς, ἥκοντι δὲ Ἀράτῳ καὶ τῇ στρατιᾷ συμβαλόντι ἐκρατήθησαν, καὶ τὴν Πελλήνην ἐκλιπόντες ἀναχωροῦσιν οἴκαδε ὑπόσπονδοι. (5) Ἄρατος δὲ, ὥς οἱ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ προεκεχωρήκει, δεινὸν ἡγεῖτο Πειραιᾶ καὶ Μουνυχίαν, ἔτι δὲ Σαλαμῖνα καὶ Σούνιον ἐχόμενα ὑπὸ Μακεδόνων περιοφθῆναι, καὶ (οὐ γὰρ ἤλπιζε δύνασθαι πρὸς βίαν αὐτὰ ἐξελεῖν) Διογένην πείθει τὸν ἐν τοῖς φρουροῖς ἄρχοντα, ἀφεῖναι τὰ χωρία ἐπὶ ταλάντοις πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ τῶν χρημάτων συνετέλεσεν αὐτὸς Ἀθηναίοις ἕκτον μέρος. ἔπεισε δὲ καὶ Ἀριστόμαχον τυραννοῦντα ἐν Ἄργει, δημοκρατίαν ἀποδόντα Ἀργείοις ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συντελεῖν, Μαντίνειάν τε, Λακεδαιμονίων ἐχόντων, εἷλεν. ἀλλὰ γὰρ οὐ πάντα ἀνθρώπῳ τελεῖται κατὰ γνώμην, εἰ δὴ καὶ Ἄρατον κατέλαβεν ἀνάγκη γενέσθαι Μακεδόνων καὶ Ἀντιγόνου σύμμαχον· ἐγένετο δὲ οὕτως.

coiit. Lacedaemonii vero Agidem Eudamidae filium regem suum secuti, subita incursione Pellenen occuparunt: verum Arato superveniente, praelio victi, relicta Pellene domum se certis conditionibus receperunt. (5) Ibi Aratus, quum Peloponnesiacae res prosperos habuissent successus, indignum ratus negligenter ferre, Piraeeum, Munychiam, Salaminem et Sunium a Macedonibus teneri, quia spes non erat, per vim inde eos eiici posse, Diogenem praesidiorum praefectum adduxit, ut, talentis CL acceptis, ea loca dederet: ipseque eius pecuniae sextantem Atheniensibus dedit. Persuasit etiam Aristomacho Argis dominanti, ut popularem rempublicam Argivis redderet, eamque cum Achaeorum concilio coniungeret. Idem Mantineam a Macedonibus occupatam cepit. Sed enim hominibus haudquaquam ex animi sententia cuncta eveniunt: quandoquidem Aratum necessitas impulit, ut se ad Antigoni Macedonum regis societatem adiungeret. Res ita gesta est.

## CAPUT IX.

De Cleomene Lacedaemoniorum rege Achaeis bellum inferente — Arato cum Antigono societatem ineunte — Cleomenis fuga et morte — Arati caede a Philippo facta — Philippi morte — de memorandis in foro Sicyoniorum continuatio — Apolline Lycaeo.

131 Κλεομένης ὁ Λεωνίδου τοῦ Κλεωνύμου, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν ἐν Σπάρτῃ, Παυσανίαν ἐμιμεῖτο, τυραννίδος τε ἐπιθυμῶν, καὶ νόμοις τοῖς καθεστηκόσιν οὐκ ἀρεσκόμενος. ἅτε δὲ ὄντι αὐτῷ Παυσανίου θερμοτέρῳ καὶ οὐ φιλοψύχῳ, ταχὺ τὰ πάντα ὑπὸ φρονήματος καὶ τόλμης κατείργαστο· καὶ βασιλέα τε οἰκίας τῆς ἑτέρας Εὐρυδαμίδαν παῖδα ἔτι ἀνελὼν φαρμάκῳ, διὰ τῶν ἐφορευόντων ἐς Εὐκλείδαν τὸν ἀδελφὸν μετέστησε τὴν ἀρχήν· καὶ τὸ κράτος τῆς γερουσίας καταλύσας Πατρονόμους τῷ λόγῳ κατέστησεν ἀντ' αὐτῶν. ἐπιθυμῶν δὲ πραγμάτων μειζόνων καὶ ἀρχῆς, τῶν Ἑλλήνων ἐπέθετο Ἀχαιοῖς πρώτοις, συμμάχους ἐλπίζων ἕξειν, ἢν κρατήσῃ, καὶ μάλιστα ἐμποδὼν οὐκ ἐθέλων εἶναί οἱ τοῖς δρωμένοις.

Cap. IX. Cleomenes Leonidae filius, Cleonymi nepos, Spartae regnum adeptus, Pausaniam sibi imitandum proposuit, nempe qui et tyrannidem appetiit, et legibus ante sancitis sibi standum non putavit. Verum quum Pausania esset fervidior, vitaeque retinendae minus cupidus, per animi elationem et audaciam celeriter omnia confecit. Nam et ex altera familia Eurydamidam regem adhuc impuberem per Ephoros veneno de medio sustulit, ad fratremque *suum* Epiclidam imperium transtulit: et senatus auctoritate eversa, Patronomos (*quasi dixeris paterno animo in reipublicae administratione affectos*) pro eo ordine, quoad ipsum duntaxat nomen, instituit. Mox rerum utique maiorum, et *toti* Graeciae imperandi cupiditate incitatus, Achaeis primum bellum intulit, vel quod victos fore sibi auxilio sperabat, vel quod suis eos conatibus impedimento esse nolebat: atque Achaeos,

Συμβαλὼν δὲ περὶ Δύμην τὴν ὑπὲρ Πατρῶν, Ἀράτου καὶ τότε ἡγουμένου τῶν Ἀχαιῶν, νικᾷ τῇ μάχῃ· (2) τοῦτο Ἄρατον ἠνάγκασεν ὑπέρ τε Ἀχαιῶν καὶ αὐτῆς Σικυῶνος δείσαντα, Ἀντίγονον ἐπάγεσθαι. Κλεομένους δὲ παραβάντος, ἣν πρὸς Ἀντίγονον συνέθετο εἰρήνην, καὶ παράσπονδα ἐκ τοῦ φανεροῦ καὶ ἄλλα δράσαντος, καὶ Μεγαλοπολίτας ποιήσαντος ἀναστάτους· οὕτω δὴ διαβάντος ἐς Πελοπόννησον Ἀντιγόνου, συμβάλλουσιν Ἀχαιοὶ Κλεομένει περὶ Σελλασίαν. νικησάντων δὲ τῶν Ἀχαιῶν, Σελλασία τε ἠνδραποδίσθη, καὶ αὐτὴ Λακεδαίμων ἑάλω. Λακεδαιμονίοις μὲν οὖν ἀπέδωκεν Ἀντίγονος καὶ Ἀχαιοὶ πολιτείαν τὴν πάτριον· (3) τῶν δὲ Λεωνίδου παίδων 132
Εὐκλείδας μὲν ἀπέθανεν ἐν τῇ μάχῃ, Κλεομένην δὲ φεύγοντα ἐς Αἴγυπτον, καὶ τιμῆς παρὰ Πτολεμαίῳ πρῶτα ἔχοντα, συνέβη δεθῆναι καταγνωσθέντα Αἰγυπτίων ἄνδρας ἐπὶ τὸν βασιλέα συνιστάναι. καὶ ἀπέδρα μὲν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν ἀρχὴν θορύβου παρέσχε· τέλος δὲ, ὡς ἡλίσκετο, ἀπέσφαξεν ἑαυτόν.

quibus tum quoque Aratus dux praeerat, ad Dymen supra Patras praelio vicit. (2) Aratum itaque coëgit, Achivis et Sicyoni ipsi metuentem, Antigonum in auxilium accersere. Cleomenes enim, pace Antigoni violata, quum alia multa aperte praeter foederis conditiones fecerat, tum vero Megalopolitanos sedibus expulerat. Quare quum Antigonus in Peloponnesum transisset, Achaei ad Selasian cum Cleomene signa contulerunt. Quo victo, et Selasian diripuerunt, et ipsam etiam Lacedaemonem expugnarunt. Lcaedaemoniis vero Antigonus et Achaeis pristinam reipublicae formam reddidit. De Leonidae vero liberis Epiclidas in pugna cecidit: (3) Cleomenes vero, quum in Aegyptum fugisset, honorificentissime primum est a Ptolemaeo tractatus: at deinde in vincula coniectus, eo crimine damnatus, quod adversus regem Aegyptios concitasset. Et is sane tunc effugit: sed mox quum Alexandrinis novi tumultus auctor extitisset,

Λακεδαιμόνιοι δὲ ἄσμενοι Κλεομένους ἀπαλλαγέντες βασιλεύεσθαι μὲν οὐκέτι ἠξίωσαν, τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἐς τόδε διαμένει σφίσιν ἐκείνης τῆς πολιτείας. Ἀράτῳ δὲ Ἀντίγονος, ἅτε ἀνδρὶ εὐεργέτῃ καὶ συγκατειργασμένῳ λαμπρά, οὕτω διέμεινεν εὔνους. (4) Φίλιππος δὲ ὡς παρέλαβε τὴν ἀρχὴν (οὐ γὰρ αὐτὸν Ἄρατος θυμῷ πολλὰ ἐς τοὺς ἀρχομένους χρώμενον ἐπῄνει, τὰ δὲ καὶ ὡρμημένον ἐπεῖχε μὴ ποιεῖν) τούτων εἵνεκεν ἀπέκτεινεν Ἄρατον, οὐδὲν προϊδομένῳ δούς οἱ φάρμακον. καὶ τὸν μὲν ἐξ Αἰγίου (ταύτῃ γὰρ τὸ χρεὼν ἐπέλαβεν αὐτὸν) ἐς Σικυῶνα κομίσαντες θάπτουσι, καὶ τὸ ἡρῷον Ἀράτειον ἔτι ὀνομάζεται. Φιλίππῳ δὲ καὶ ἐς Εὐρυκλείδην καὶ Μίκωνα Ἀθηναίους ὅμοια εἰργάσθη· καὶ γὰρ τούςδε ὄντας ῥήτορας καὶ οὐκ ἀπιθάνους τῷ δήμῳ φαρμάκοις ἔκτεινεν. (5) Ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ αὐτῷ Φιλίππῳ τὸ ἀνδροφόνον φάρμακον ἔσεσθαι συμφορά· τὸν γάρ οἱ παῖδα Δημή-

iterum comprehensus, mortem sibi conscivit. Quo Lacedaemonii non inviti sane liberati regium quidem imperium abdicarunt: reliqua tamen eius reipublicae, quae tum constituta fuerat, forma in hoc usque tempus permanet. Arato Antigonus, ut de se bene merito viro, et rerum gestarum gloria insigni, perpetuam praestitit benevolentiam. (4) At eum Philippus, quum iam regnare coepisset, quod multa, quae ille in eos, quibus praeerat, agebat iracundius, Aratus non probabat, ac saepe etiam animi impetu vehementius concitatum coërcebat, nihil tale timentem veneno dato necavit. Eius quidem cadaver Aegio, ubi supremum diem clauserat, Sicyonem relatum, *magnifice* sepultum est: et hac ipsa etiam aetate heroicum eius monumentum Arateum nuncupant. Idem vero Philippus eodem necis genere oratores duos Athenienses, Euryclidem et Miconem, qui apud populum dicendo non parum valebant, tollendos curavit. (5) Sed ipsi etiam Philippo mortiferum poculum perniciem fuerat allaturum. Nam quum alterum ex eius filiis, Demetrium, natu minor

τριον ὁ νεώτερος τῶν Φιλίππου παίδων Περσεὺς φαρμάκῳ διέφθειρε, καὶ δι' αὐτὸ καὶ τῷ πατρὶ ἀθυμήσαντι παρέσχεν αἰτίαν ἀποθανεῖν. παρεδήλωσα δὲ τάδε ἀπιδὼν ἐς τὸ Ἡσιόδου σὺν θεῷ πεποιημένον, τὸν ἐπ' ἄλλον βουλεύοντα ἄδικα ἐς αὐτὸν πρῶτον τρέπειν.

(6) Μετὰ δὲ τὸ Ἀράτου ἡρῷόν ἐστι μὲν Ποσειδῶνι Ἰσθμίῳ βωμὸς, ἔστι δὲ Ζεὺς Μειλίχιος, καὶ Ἄρτεμις ὀνομαζομένη Πατρῴα, σὺν τέχνῃ πεποιημένα οὐδεμιᾷ· πυραμίδι δὲ ὁ Μειλίχιος, ἡ δὲ κίονί ἐστιν εἰκασμένη. ἐνταῦθα 133 καὶ βουλευτήριόν σφισι πεποίηται, καὶ στοὰ καλουμένη Κλεισθένειος ἀπὸ τοῦ οἰκοδομήσαντος· ᾠκοδόμησε δὲ ἀπὸ λαφύρων ὁ Κλεισθένης αὐτὴν, τὸν πρὸς Κίῤῥαν πόλεμον συμπολεμήσας Ἀμφικτύοσι. τῆς δὲ ἀγορᾶς ἐστιν ἐν τῷ ὑπαίθρῳ Ζεὺς χαλκοῦς, τέχνη Λυσίππου, παρὰ δὲ αὐτὸν Ἄρτεμις ἐπίχρυσος. (7) Πλησίον δὲ Ἀπόλλωνός ἐστιν ἱερὸν Λυκίου, κατεῤῥυηκός τε ἤδη καὶ ἥκιστα θέας ἄξιον· φοιτώντων γὰρ λύκων σφίσιν ἐπὶ τὰς ποίμνας, ὡς μηδένα εἶναι καρπὸν ἔτι ἀπ' αὐτῶν, ὁ θεὸς τόπον

Perseus veneno peremisset, ipse animi aegritudine consumtus est. Quod obiter exposui ad sententiam illam divinitus ab Hesiodo versu prolatam, animum referens malum consilium in ipsummet primum auctorem vertere. (6) Post Arati monumentum ara est Isthmio Neptuno dicata. Sunt item Milichii Iovis, et Dianae, cui Patroae cognomentum, *rudia et* sine ulla arte facta signa. Milichius pyramidis, Patroa columnae figuram habet. Eodem in loco curiam aedificarunt, et porticum, cui a conditore nomen Clistheniae. Eam enim de manubiis exstruxit Clisthenes, quum belli contra Scironem gesti socius Amphictyonibus fuisset. In subdiali fori parte Iupiter aeneus spectatur Lysippi: proxime Diana inaurata. (7) Nec longe abest Apollinis sacellum, Lycaei cognomento: quod vetustate iam collapsum, nihil omnino spectandum praebet. Cognominis huiusmodi causa fuit: quum lupi ovilia tantopere vexarent, ut nullus iam ex illis capi fructus

ὄντινα εἰπὼν, ἔνθα ἔκειτο αὖον ξύλον, τούτου φλοιὸν ἔχρησε τοῦ ξύλου καὶ κρέας ὁμοῦ προθεῖναι τοῖς θηρίοις· καὶ τοὺς μὲν αὐτίκα, ὡς ἐγεύσαντο, διέφθειρεν ὁ φλοιός· τὸ ξύλον δὲ ἐκεῖνο ἔκειτο μὲν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Λυκίου· ὅ τι δὲ ἦν δένδρον, οὐδὲ οἱ τῶν Σικυωνίων ἐξηγηταὶ συνῄδεσαν. τούτου δέ εἰσιν εἰκόνες ἐφεξῆς χαλκαῖ· τὰς Προίτου θυγατέρας λέγουσιν εἶναι σφᾶς, τὸ δὲ ἐπίγραμμα ἐς γυναῖκας ἄλλας εἶχεν. ἐνταῦθα Ἡρακλῆς χαλκοῦς ἐστι· Λύσιππος ἐποίησέν αὐτὸν Σικυώνιος. καὶ πλησίον Ἑρμῆς ἕστηκεν ἀγοραῖος.

## CAPUT X.

De templo Herculis ejusque sacrorum ratione — templo Aesculapii cum duplici aede et signis in iis Somni et Somnii — signis in Aesculapii delubro — templo Veneris, signis in eo, mulieribus sacerdotibus et sacris — herba Paederote — gymnasio Sicyoniorum.

Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῆς ἀγορᾶς ὄντι οὐ μακρὰν Ἡρακλῆς ἀνάκειται λίθου, Σκόπα ποίημα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρωθι ἱερὸν Ἡρακλέους. τὸν μὲν πάντα ἐνταῦθα περίβολον Παιδιζὴν ὀνομάζουσιν· ἐν μέσῳ δέ ἐστι τοῦ περι-

posset, indicavit Apollo, quo loco aridum quoddam lignum iaceret: cuius corticem carnibus permistum quum ex eodem oraculo lupis apposuissent, illi, simulatque gustaverunt, interempti sunt. Lignum quidem ipsum in aede Lycaei Apollinis positum est: sed qua sit ex arbore, ne ipsi quidem norunt civitatis *antiquitatum* interpretes. Continenter posita sunt aenea signa: filias esse Proeti dicunt: verum inscriptio alias foeminas nominat. Ibidem Hercules ex aere, a Lysippo Sicyonio factus. Proxime Mercurius Forensis.

Cap. X. In gymnasio, quod a foro non longe abest, Hercules e marmore, Scopae opus. Est et alibi Herculis aedes. Huius vero loci conseptum ambitum omnem Paedizen

βόλου τὸ ἱερὸν, ἐν δὲ αὐτῷ ξόανον ἀρχαῖον, τέχνη Φλιασίου Λαφάους. ἐπὶ δὲ τῇ θυσίᾳ τοιάδε δρᾷν νομίζουσι· Φαῖστον ἐν Σικυωνίᾳ λέγουσιν ἐλθόντα καταλαβεῖν Ἡρακλεῖ σφᾶς ὡς ἥρωϊ ἐναγίζοντας· οὔκουν ἠξίου δρᾷν οὐδὲν ὁ Φαῖστος τῶν αὐτῶν, ἀλλ' ὡς θεῷ θύειν. καὶ νῦν ἔτι ἄρνα οἱ Σικυώνιοι σφάξαντες, καὶ τοὺς μηροὺς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καύσαντες, τὰ μὲν ἐσθίουσιν ὡς ἀπὸ ἱερείου, τὰ δὲ ὡς ἥρωϊ τῶν κρεῶν ἐναγίζουσι. τῆς ἑορτῆς δὲ, ἣν ἄγουσι τῷ Ἡρακλεῖ, τὴν προτέραν τῶν ἡμε- 134
ρῶν Ὀνομάταν ὀνομάζοντες, Ἡράκλειαν δὲ καλοῦσι τὴν ὑστέραν. (2) Ἐντεῦθέν ἐστιν ὁδὸς ἐς ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ. παρελθοῦσι δὲ ἐς τὸν περίβολον ἐν ἀριστερᾷ, διπλοῦν ἐστιν οἴκημα· κεῖται δὲ Ὕπνος ἐν τῷ προτέρῳ, καί οἱ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἄλλο οὐδὲν ἔτι λείπεται. τὸ ἐνδοτέρω Ἀπόλλωνι ἀνεῖται Καρνείῳ, καὶ ἐς αὐτὸ οὐκ ἔστι πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ἔσοδος. κεῖται δὲ ἐν τῇ στοᾷ κήτους ὀστοῦν θαλασσίου μεγέθει μέγα, καὶ μετ' αὐτὸ ἄγαλμα Ὀνείρου, καὶ Ὕπνος κατακοιμίζων λέοντα, Ἐπιδώτης δὲ ἐπίκλησιν.

nominant: in cuius medio templum: et in eo ligneum signum prisci operis Laphaes Phliasius fecit. In Herculis quidem sacro traditum a Phaesto morem retinent. Is enim quum in Sicyoniam venisset, animadvertit, Herculi tanquam heroi parentari: indigne vero ferens, divinos illi honores non haberi, instituit, quod adhuc a Sicyoniis servatur, ut iugulati agni ad aram pernas adurerent: carnium vero parte una, non aliter quam victimarum soliti essent, vescerentur, altera Herculi tanquam heroi parentarent. Festorum vero dierum, quos in Herculis honorem agitant, priorem Onomatan, Herculeum alterum vocant. (2) Hinc via ad Aesculapii ducit. Accedentibus ad septum, duplex se laeva in parte cella ostendit. In antica Somni signum positum, cuius praeter caput nihil est reliquum: posticum est Apollini Carneo dicatum, quo nulli praeterquam sacerdotibus fas est penetrare. In porticu balaenae os ingenti magnitudine locatum est. Prope Somnii signum est, et leonem sopiens

ἐς δὲ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἰοῦσι καθ' ἕτερον τῆς ἐσόδου, τῇ μὲν Πανὸς καθήμενον ἄγαλμά ἐστι, τῇ δὲ Ἄρτεμις ἕστηκεν. (3) Ἐσελθοῦσι δὲ ὁ θεός ἐστιν οὐκ ἔχων γένεια, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, Καλάμιδος δὲ ἔργον· ἔχει δὲ καὶ σκῆπτρον, καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας χειρὸς πίτυος καρπὸν τῆς ἡμέρου. φασὶ δέ σφισιν ἐξ Ἐπιδαύρου κομισθῆναι τὸν θεὸν ἐπὶ ζεύγους ἡμιόνων, δράκοντι εἰκασμένον, τὴν δὲ ἀγαγοῦσαν Νικαγόραν εἶναι Σικυωνίαν, Ἀγασικλέους μητέρα, γυναῖκα δὲ Ἐχετίμου. ἐνταῦθα ἀγάλματά ἐστιν οὐ μεγάλα ἀπηρτημένα τοῦ ὀρόφου. τὴν δὲ ἐπὶ τῷ δράκοντι Ἀριστοδάμαν Ἀράτου μητέρα εἶναι λέγουσι, καὶ Ἄρατον Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι νομίζουσιν. οὗτος μὲν δὴ παρείχετο ὁ περίβολος τοσάδε ἐς μνήμην. (4) Δι' αὐτοῦ δὲ ἄλλο ἐστὶν Ἀφροδίτης ἱερόν· ἐν δὲ αὐτῷ πρῶτον ἄγαλμά ἐστιν Ἀντιόπης· εἶναι γάρ οἱ τοὺς παῖδας Σικυωνίους, καὶ δι' ἐκείνους, ἐλθοῦσαν καὶ αὐτὴν, Ἀντιόπην προσήκειν σφίσι· μετὰ τοῦτο ἤδη τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἐστίν. ἱερὸν ἐσίασι μὲν δὴ ἐς αὐτὸ γυνή τε νεω-

Somnus, Epidotes cognomento. Qua patet ad Aesculapii accessus, in altera Panos, Dianae in altera parte signa visuntur: illud sedentis, hoc stantis habitu. (3) Ingressus ipsum videas Aesculapium imberbem, ex auro et ebore a Calamide factum, altera sceptrum, altera vero sativae pinus fructum tenentem. Deum ipsum aiunt, draconis induta specie, Nicagorae (Sicyoniae mulieris, Agasiclis matris, Echetimi uxoris) opera Epidauro ad se mulorum bigis deportatum. De templi lacunari signa quaedam non magna pendent: e quibus, quae draconi insidet, Aristodamam esse dicunt Arati matrem. Aratum enim ipsum Aesculapii filium autumant. Atque ille quidem ambitus nihil habet aliud memoratu dignum. (4) Ex eo vero ad aliud Veneris templum transeas, in quo primum se Antiopes signum offert: eius enim filios perhibent Sicyonios fuisse, et eorum causa Antiopen ad se venisse, sibique cum ea affinitatem intercessisse. In Veneris illud templum *solae* ingrediuntur aeditua mulier, cui viri

κόρος, ἢ μηκέτι θέμις παρ' ἄνδρα φοιτῆσαι, καὶ παρθένος ἱερωσύνην ἐπέτειον ἔχουσα (λουτροφόρον τὴν παρθένον ὀνομάζουσι)· τοῖς δὲ ἄλλοις κατὰ ταὐτὰ καὶ ὁρᾷν ἀπὸ τῆς ἐσόδου τὴν θεὸν, καὶ αὐτόθεν προσεύχεσθαι. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα καθήμενον Κάναχος Σικυώνιος ἐποίησεν, ὃς καὶ τὸν ἐν Διδύμοις τοῖς Μιλησίων καὶ Θηβαίοις τὸν Ἰσμήνιον εἰργάσατο Ἀπόλλωνα· πεποίηται δὲ ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος φέρουσα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πόλον, τῶν χειρῶν δὲ ἔχει τῇ μὲν μήκωνα, τῇ δὲ ἑτέρᾳ μῆλον. τῶν 135
δὲ ἱερείων τοὺς μηροὺς θύουσι πλὴν ὑῶν, τἄλλα δὲ ἀρκεύθου ξύλοις καθαγίζουσι, καιομένοις δὲ ὁμοῦ τοῖς μηροῖς φύλλον τοῦ παιδέρωτος συγκαθαγίζουσιν. (5) Ἔνεστι δὲ ὁ παιδέρως ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ περιβόλου πόα, φύεται δὲ ἀλλαχόθι οὐδαμοῦ γῆς, οὔτε ἄλλης, οὔτε τῆς Σικυωνίας. τὰ δέ οἱ φύλλα ἐλάσσονα ἢ φηγοῦ, μείζονα δέ ἐστιν ἢ πρίνου, σχῆμα δέ σφισιν οἷον τοῖς τῆς δρυὸς, καὶ τὸ μὲν ὑπομελαίνει, τὸ δὲ ἕτερον λευκόν ἐστι· φύλλοις δὲ ἂν λεύκης μάλιστα εἰκάζοις τὴν χροιάν. (6) Ἀπὸ

consuetudine est interdictum, et virgo, quae annuo fungitur sacerdotio: Lutrophoron eam *a lavacro, quod portat,* appellant. Ceteris ab ipso *duntaxat* vestibulo *omnibus* deam aspicere pariter atque adorare fas est. Eius effigiem sedentem fecit Canachus Sicyonius, is nempe qui et Didymaeum Milesiis, et Thebanis Ismenium Apollinem fecit. Venus ipsa ex auro et ebore facta, capite apicem, *qui Polus dicitur,* gestat: manu altera papaver, altera malum tenet. Victimarum *illi omnium* femora, praeterquam suum, consecrant: ceteras *partes* iuniperi lignis adolent. Verum et dum femora torrentur, cum illis una paederotis folia incendunt. (5) Nascitur paederos herba ibi intra septum sub dio: neque alibi uspiam provenit, ne in ipsa quidem Sicyonia. Folia ei minora fagi, ilicis maiora. Forma eadem fere cum quercus folio. Altera pars subnigra, alba altera: neque omnino dissimilis color ei, qui in albae populi foliis cernitur. (6) Hinc ad gymnasium

τούτων δὲ ἀνιοῦσιν ἐς τὸ γυμνάσιόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Φεραίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος· κομισθῆναι δὲ τὸ ξόανον λέγουσιν ἐκ Φερῶν. τὸ δέ σφισι γυμνάσιον τοῦτο Κλεινίας ᾠκοδόμησε· καὶ παιδεύουσιν ἐνταῦθα ἔτι τοὺς ἐφήβους. κεῖται δὲ λίθου λευκοῦ καὶ Ἄρτεμις, τὰ ἐς ἰξὺν μόνον εἰργασμένη, καὶ Ἡρακλῆς τὰ κάτω τοῖς Ἑρμαῖς τοῖς τετραγώνοις εἰκασμένος.

# CAPUT XI.

De memorandis ad portam sacram — templo Minervae — diis Apotropaeis — aliis templis — templis ad viam versus Phliuntem et Titanen — templo Eumenidum earumque festo annuo — Titane — Aesculapii templo in Titane ejusque et Hygiae signo — Alexanore et Euamerione — reliquis signis in templo Aesculapii — Minervae templo.

Ἐντεῦθεν δὲ ἀποτραπεῖσιν ἐπὶ πύλην καλουμένην ἱεράν, οὐ πόῤῥω τῆς πύλης ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς, ὃν Ἐπωπεύς ποτε ἀνέθηκε, μεγέθει καὶ κόσμῳ τοὺς τότε ὑπερβεβλημένον. ἔδει δὲ ἄρα χρόνῳ καὶ τοῦδε ἀφανισθῆναι τὴν μνήμην· κεραυνοῖς θεὸς αὐτὸν κατέκαυσε. βωμὸς δὲ ἐκεῖνος (οὐ γάρ τι ἐς αὐτὸν κατέσκηψε) μένει καὶ ἐς τόδε,

adeuntibus, ad dexteram Pheraeae Dianae se aedes ostendit. Deae ligneum signum Pheris huc deportatum dicunt. Gymnasium id Clinias Sicyoniis exaedificavit: in quo puberes hac ipsa etiam aetate erudiuntur. In eo Dianae signum e candido marmore pube tenus expolitum: et Hercules inferiore trunci parte quadratis Mercurii signis persimilis.

Cap. XI. Iam qui hinc ad portam, quae Sacra dicitur, diverterint, templum Minervae non longe ab ipsa porta videant; Epopeus olim dedicavit: id magnitudine et ornamentis omnibus eius temporis *operibus* praestitit. Verum et huius famam vetustas oblivione obruit: de coelo tactum conflagravit: ara tantum, quod illi uni fulmen pepercit, qualem

καὶ οἷον Ἐπωπεὺς ἐποίησε. (2) πρὸ τοῦ βωμοῦ δὲ αὐτῷ μνῆμα Ἐπωπεῖ κέχωσται, καὶ τοῦ τάφου πλησίον εἰσὶν Ἀποτρόπαιοι θεοί. παρὰ τούτοις δρῶσιν, ὅσα Ἕλληνες ἐς ἀποτροπὴν κακῶν νομίζουσιν. Ἐπωπέα δὲ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι τὸ πλησίον ἱερὸν ποιῆσαι λέγουσι, τὰ δὲ μετ' αὐτὸ Ἥρας, Ἄδραστον· ἀγάλματα δὲ ὑπελείπετο οὐδετέρῳ. βωμοὺς δὲ ὄπισθεν τοῦ Ἡραίου, τὸν μὲν Πανὶ ᾠκοδόμησεν, Ἡλίῳ δὲ λίθου λευκοῦ. Καταβαίνουσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πεδίον, ἱερόν ἐστιν ἐνταῦθα Δήμητρος· ἱδρύσαι δέ φασιν αὐτὸ Πλημναῖον, ἀποδιδόντα χάριν τῇ θεῷ τοῦ παιδὸς τῆς τροφῆς. τοῦ δὲ ἱεροῦ τῆς Ἥρας, ἣν ἱδρύσατο Ἄδραστος, ὀλίγον ἀπωτέρω Καρνείου ναός 136 ἐστιν Ἀπόλλωνος· κίονες δὲ ἑστήκασιν ἐν αὐτῷ μόνοι, τοίχους δὲ οὐκέτι οὐδὲ ὄροφον οὔτε ἐνταῦθα εὑρήσεις, οὔτε ἐν τῷ τῆς Προδομίας Ἥρας. τοῦτον γὰρ δὴ Φάλκης ἱδρύσατο ὁ Τημένου, τῆς ὁδοῦ οἱ τῆς ἐς Σικυῶνα Ἥραν φάμενος ὁδηγὸν ἔσεσθαι.

(3) Ἐκ Σικυῶνος δὲ τὴν κατ' εὐθὺ ἐς Φλιοῦντα

Epopeus fecit, adhuc manet. (2) Ante aram Epopeo monumentum, aggesta in tumulum terra, exstructum. Prope sepulcrum Di visuntur Averrunci, quibus eodem ritu, quo Graeci solent mala deprecari, rem divinam faciunt. Epopeum e proximis templis unum Dianae et Apollini aedificasse dicunt, alterum Iunoni Adrastum: in eorum neutro signum ullum reliquum. In Iunonis recessu aram alteram Pani, alteram e candido lapide Soli *Adrastus idem* statuit. Iam vero qua in campos fere descenditur, Cereris templum est: quod Plemnaeum dedicasse ferunt, quo gratiam deae pro filii nutricatione referret. A templo, quod Iunoni dedicavit Adrastus, paululum abest Carnei Apollinis aedes, cuius solae stant columnae: parietes vero, tectum etiam nullum omnino invenias. Neque plus quicquam de Prodomiae Iunonis aede exstat. Hanc Phalces dedicarat Temeni filius, ducem sibi deam Sicyonem proficiscenti futuram sperans. (3) A Sicyone recta Phliuntem contendentibus, in diverticulo, quod a via

ἐρχομένοις, καὶ ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ δέκα μάλιστα ἐκτραπεῖσι στάδια, Πυραία καλούμενόν ἐστιν ἄλσος, ἱερὸν δὲ ἐν αὐτῷ Προστασίας Δήμητρος καὶ Κόρης· ἐνταῦθα ἐφ' ἑαυτῶν οἱ ἄνδρες ἑορτὴν ἄγουσι· τὸν δὲ νυμφῶνα καλούμενον ταῖς γυναιξὶν ἑορτάζειν παρείκασι. καὶ ἀγάλματα Διονύσου καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης τὰ πρόσωπα φαίνοντα ἐν τῷ νυμφῶνί ἐστιν. ἡ δὲ ἐς Τιτάνην ὁδὸς σταδίων μέν ἐστιν ἑξήκοντα, καὶ ζεύγεσιν ἄβατος διὰ στενότητα. (4) σταδίους δὲ προελθοῦσιν (ἐμοὶ δοκεῖν) εἴκοσι καὶ ἐν ἀριστερᾷ διαβᾶσι τὸν Ἀσωπόν ἐστιν ἄλσος πρίνων, καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνὰς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι· κατὰ δὲ ἔτος ἕκαστον ἑορτὴν ἡμέρᾳ μιᾷ σφισιν ἄγουσι θύοντες πρόβατα ἐγκύμονα, μελικράτῳ δὲ σπονδῇ καὶ ἄνθεσιν ἀντὶ στεφάνων χρῆσθαι νομίζουσιν. ἐοικότα δὲ καὶ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῶν Μοιρῶν δρῶσιν· ὁ δὲ σφισιν ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους ἐστίν. (5) Ἀναστρέψασι δὲ ἐς τὴν ὁδὸν, διαβᾶσί τε αὖθις τὸν Ἀσωπὸν, καὶ ἐς

stadia ad summum decem abest ad sinistram, lucus occurrit, cui Pyraeae nomen: sacrum id Praestiti Cereri, et Proserpinae, una cum templo. Ibi viri seorsum a *foeminis* festos *illis* dies agitant. Nam aedem Nympharum (*Nymphonem ipsi appellant*) foeminis, ubi sacra facerent, concesserunt: suntque in eo Nymphone Liberi Patris, Cereris, et Proserpinae signa, os *tantum* ostendentia. Iam quae Titanen ducit via, stadia ferme sexaginta procedit, ob angustias vehiculis invia. (4) At qui per eam stadia, opinor, XX promoverint, et ad laevam Asopum *amnem* transmiserint, ad lucum accedant ilicibus condensum: ubi fanum dearum, quas Athenienses Severas, Sicyonii Eumenidas nominant. Iis die stato quotannis sacrum facientes, praegnantes oves mactant, ac mulso pro libamine, pro corollis floribus uti solenne habent. Eodemque propemodum ritu ad Parcarum aras, quae in subdiali *eiusdem* luci parte sunt, sacra faciunt. (5) Hinc in viam reversus, cum rursum Asopum traieceris, mox in montis

κορυφὴν ὄρους ἥξασιν, ἐνταῦθα λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι
Τιτᾶνα οἰκῆσαι πρῶτον· εἶναι δὲ αὐτὸν ἀδελφὸν Ἡλίου,
καὶ ἀπὸ τούτου κληθῆναι Τιτάνην τὸ χωρίον. δοκεῖν δὲ
ἐμοὶ, δεινὸς ἐγένετο ὁ Τιτὰν τὰς ὥρας τοῦ ἔτους φυλά-
ξαι, καὶ ὁπότε ἥλιος σπέρματα καὶ δένδρων αὔξει καὶ
πεπαίνει καρποὺς, καὶ ἐπὶ τῷδε ἀδελφὸς ἐνομίσθη τοῦ
Ἡλίου. (6) ὕστερον δὲ Ἀλεξάνωρ ὁ Μαχάονος τοῦ Ἀσκλη-
πιοῦ, παραγενόμενος ἐς Σικυωνίαν, ἐν Τιτάνῃ τὸ Ἀσκλη-
πιεῖον ἐποίησε. περιοικοῦσι μὲν δὴ καὶ ἄλλοι, καὶ τὸ
πολὺ οἱ ἱκέται τοῦ θεοῦ, καὶ κυπαρίσσων ἐστὶν ἐντὸς τοῦ
περιβόλου δένδρα ἀρχαῖα. τὸ δὲ ἄγαλμα οὔτε ὁποίου
ξύλου γέγονεν ἢ μετάλλου μαθεῖν ἔστιν, οὔτε τὸν ποιή-
σαντα ἴσασιν, πλὴν εἰ μή τις ἄρα ἐς αὐτὸν τὸν Ἀλεξά- 137
νορα ἀναφέροι. φαίνεται δὲ τοῦ ἀγάλματος πρόσωπον
μόνον, καὶ ἄκραι χεῖρες καὶ πόδες· χιτὼν γάρ οἱ λευκὸς
ἐρεοῦς καὶ ἱμάτιον ἐπιβέβληται. καὶ Ὑγιείας δ' ἔστι
κατὰ ταὐτὸν ἄγαλμα· οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο ἴδοις ῥᾳδίως,

verticem pervenias, quem Titana incoluisse indigenae ferunt: fuisse vero eum Solis fratrem, a quo regiunculae nomen inditum. Fuit autem Titan hic (nisi mea me coniectura fallit) in observandis anni temporibus admodum solers, *unusque optime omnium norat,* quibus quae semina, quasque stirpes temporibus, quos item fructus sol *facile* augeret et coqueret. Quocirca Solis illum fuisse fratrem commenti homines sunt. (6) Post *quem* Alexanor Machaone Aesculapii filio genitus, in Sicyoniam profectus, in Titane Aesculapii fanum erexit. Id et alii accolunt, maximam vero partem dei ipsius servi tenent. Intra septum cupressetum est, ex vetustis admodum arboribus. Signum e quo sit vel ligno, vel metallo, neque quis eius fuerit artifex, quisquam omnino possit cognoscere: nisi quis forte ad ipsum Alexanora opus referat. Signi ipsius sola se facies, manus, et imi pedes ostendunt; partes ceterae lanea tunica alba et pallio velantur. Eodem ferme habitu est Hygiae signum: nam et hoc non facile conspicias. Velatum enim undecumque est, partim

οὕτω περιέχουσιν αὐτὸ κόμαι τε γυναικῶν, αἳ κείρονται τῇ θεῷ, καὶ ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τελαμῶνες. ᾧ δ' ἂν ἐνταῦθα τούτων ἱλάσασθαι θελήσῃ τις, ἀποδέδεικταί οἱ τὸ αὐτὸ σέβεσθαι τοῦτο, ὃ δὴ καὶ Ὑγίειαν καλοῦσι. (7) Τῷ δὲ Ἀλεξάνορι καὶ Εὐαμερίωνι (καὶ γὰρ τούτοις ἀγάλματά ἐστι) τῷ μὲν ὡς ἥρωϊ μετὰ ἥλιον δύναντα ἐναγίζουσιν· Εὐαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύουσιν. εἰ δὲ ὀρθῶς εἰκάζω, τὸν Εὐαμερίωνα τοῦτον Περγαμηνοὶ Τελεσφόρον ἐκ μαντεύματος, Ἐπιδαύριοι δὲ Ἀκέσιον ὀνομάζουσι. τῆς δὲ Κορωνίδος, ἔστι μὲν καὶ ταύτης ξόανον, καθίδρυται δὲ οὐδαμοῦ τοῦ ναοῦ. θυομένων δὲ τῷ θεῷ ταύρου καὶ ἀρνὸς καὶ ὑὸς, ἐς Ἀθηνᾶς ἱερὸν τὴν Κορωνίδα μετενεγκόντες, ἐνταῦθα τιμῶσιν. ὁπόσα δὲ τῶν θυομένων, καθαγίζουσιν, οὐδὲ ἀποχρᾷ σφισιν ἐκτέμνειν τοὺς μηροὺς, χαμαὶ δὲ καίουσι πλὴν τοὺς ὄρνιθας, τούτους δὲ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. (8) Τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀετοῖς, Ἡρακλῆς καὶ Νῖκαι πρὸς τοῖς πέρασίν εἰσιν. ἀνάκειται δὲ ἀγάλματα ἐν τῇ στοᾷ, Διονύσου καὶ Ἑκάτης, Ἀφροδίτη τε καὶ Δη-

comis, quas deae mulieres detonderunt, partim vero Babyloniae vestis laciniis. Qua vero cunque re litare quis voluerit, eadem traditum est illud etiam numen placari, cui est Hygiae nomen. *Valetudinem bonam nos appellamus.* (7) Alexanori vero, et Euamerioni, (sua enim et ipsis signa sunt) alteri tanquam heroi post solis occasum parentant, Euamerioni autem divinos honores habent. Atque hunc quidem Euamerionem, si recte coniicio, Pergameni ex quodam oraculo Telesphorum, Acesium Epidaurii nominant. At Coronidis quod exstat ligneum signum, nulla est in aedis parte constitutum: verum ubi deo ipsi tauro, agno, sue fecerunt, Coronidem ipsam in Minervae transportant, ibique eam colunt. Neque vero victimarum femora succidere satis habent, sed *totas* humi *pecudes* adurunt, praeter aves; eas enim aris imponunt. (8) In iis fastigii partibus, quas aquilas vocant, Hercules insistit: in extremis Victoriae signa. In porticu signa posita Liberi Patris, et Hecates; Venus adhaec,

μήτηρ καὶ θεῶν Τύχη· ταῦτα μὲν ξόανα, λίθου δὲ Ἀσκληπιὸς ἐπίκλησιν Γορτύνιος. παρὰ δὲ τοὺς δράκοντας εἰσιέναι τοὺς ἱεροὺς οὐκ ἐθέλουσιν ὑπὸ δείματος· καταθέντες δέ σφισιν πρὸ τῆς ἐσόδου τροφήν, οὐκ ἔτι πολυπραγμονοῦσι. Κεῖται δὲ χαλκοῦς ἀνὴρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου Γρανιανὸς Σικυώνιος, ὃς νίκας ἀνείλετο Ὀλυμπίασι, δύο μὲν πεντάθλου, καὶ σταδίου τὴν τρίτην, διαύλου δὲ ἀμφότερα, καὶ γυμνὸς καὶ μετὰ τῆς ἀσπίδος. (9) Ἐν 138
Τιτάνῃ καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν, ἐς ὃ τὴν Κορωνίδα ἀνάγουσιν· ἐν δὲ αὐτῷ ξόανον Ἀθηνᾶς ἐστιν ἀρχαῖον· κεραυνωθῆναι δὲ καὶ τοῦτο ἐλέγετο.

## CAPUT XII.

**De ventorum ara eorumque sacris — Elissone et Sytha fluminibus — Phliasia — Arante, urbis Arantiae conditore — Asopo — Araethyrea — Phliante.**

Ἐκ τούτου τοῦ λόφου καταβᾶσιν (ᾠκοδόμηται γὰρ ἐπὶ λόφῳ τὸ ἱερὸν) βωμός ἐστιν ἀνέμων, ἐφ' οὗ τοῖς ἀνέμοις ὁ ἱερεὺς μιᾷ νυκτὶ ανὰ πᾶν ἔτος θύει. δρᾷ δὲ καὶ

Ceres, et deorum fortuna, lignea omnia: e marmore vero Aesculapius, cognomento Gortynius. Ad angues quidem deo sacros quo minus accedant homines, terror obstat. Cibum illis in primo aditu apponunt, neque amplius quicquam eorum causa satagunt. Intra septum statua posita est Graniani Sicyonii, qui in Olympicis palmas tulit de quinquertio duas, de stadio unam, de iterato stadio *(diaulon dicunt)* duplicem, quod et nudus et cum scuto cucurrisset. (9) In Titane Minervae quoque aedes visitur, quo Coronidis signum deportant: et in ea Minervae ligneum signum vetustum, quod ipsum etiam de coelo tactum ferunt.

Cap. XII. E vertice descendentibus (in vertice enim templum situm est) ara se ventorum ostendit: ad quam nocte una quotannis sacerdos sacrum facit. Facit etiam ad foveas

ἄλλα ἀπόῤῥητα ἐς βόθρους τέσσαρας, ἡμερούμενος τῶν πνευμάτων τὸ ἄγριον, καὶ δὴ καὶ Μηδείας, ὡς λέγουσιν, ἐπῳδὰς ἐπᾴδει. ἐκ δὲ Τιτάνης ἐς Σικυῶνα ἀφικομένοις καὶ καταβαίνουσιν ἐς θάλασσαν, ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς Ἥρας, οὐκ ἔχων ἔτι οὔτε ἄγαλμα, οὔτε ὄροφον. τὸν δὲ ἀναθέντα Προῖτον εἶναι τὸν Ἄβαντός φασι. (2) Καταβᾶσι δὲ ἐς τὸν Σικυωνίων καλούμενον λιμένα, καὶ τραπεῖσιν ἐπ' Ἀριστοναύτας, τὸ ἐπίνειον τὸ Πελληναίων, ἐστὶν ὀλίγον ὑπὲρ τὴν ὁδὸν ἐν ἀριστερᾷ Ποσειδῶνος ἱερόν· προελθοῦσι δὲ κατὰ τὴν λεωφόρον Ἐλισσών τε καλούμενος ποταμὸς, καὶ μετ' αὐτὸν Σύθας ἐστὶν, ἐκδιδόντες ἐς θάλασσαν.

(3) Ἡ δὲ Φλιασία τῆς Σικυωνίων ἐστὶν ὅμορος, καὶ Τιτάνης μὲν τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχει μάλιστα ἡ πόλις, ἐκ Σικυῶνος δὲ ἐς αὐτὴν ὁδός ἐστιν εὐθεῖα. καὶ ὅτι μὲν Ἀρκάσι Φλιάσιοι προσήκουσιν οὐδὲν, δηλοῖ τὰ ἐς τὸν Ἀρκάδων κατάλογον τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, ὅτι οὐκ εἰσὶν Ἀρκάσι καὶ οὗτοι συγκατειλεγμένοι· ὡς δὲ Ἀργεῖοί τε ἦσαν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὕστερον Δωριεῖς γεγόνασιν,

quatuor arcana nescio quae, apposita ad ventorum saevitiam placandam. Accinit praeterea, uti narrant, magica quaedam Medeae carmina. A Titane qua iter est Sicyonem, qui ad mare descendant, Iunonis templum videant ad laevam: quod neque signum amplius, neque lacunar habet: dedicasse ferunt Proetum Abantis filium. (2) Iam qua descenditur ad portum, qui Sicyoniorum dicitur, si ad Pelleneorum navale, quod Aristonautas appellant, flexeris, paulum supra viam Neptuni delubrum videas ad laevam. At secundum ipsam viam militarem Elisson, et post eum Sythas amnes in mare decurrunt. (3) *Hoc loco* Phliasius ager Sicyoniis finitimus. Urbs ipsa XL potissimum stadia distat a Titane: a Sicyone Phliuntem recta via ducit. Phliasios quidem non esse Arcadici nominis, *satis* declarant Homeri versus, quibus Arcades enumerantur: neque enim ipsi eo delectu comprehenduntur. Argivos vero

Ἡρακλειδῶν κατελθόντων ἐς Πελοπόννησον, φανεῖται προϊόντι ὁμοῦ τῷ λόγῳ. διάφορα δὲ ἐς τοὺς Φλιασίους τὰ πολλὰ εἰδὼς εἰρημένα, τοῖς μάλιστα αὐτῶν ὡμολογημένοις χρήσομαι. (4) Ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γενέσθαι πρῶτον Ἄραντά φασιν ἄνδρα αὐτόχθονα· καὶ πόλιν τε ᾤκισε περὶ τὸν βουνὸν τοῦτον, ὃς Ἀραντῖνος ἔτι καλεῖται καὶ ἐς ἡμᾶς, οὐ πολὺ ἑτέρου λόφου διεστηκώς, ἐφ' οὗ Φλιασίοις ἥ τε ἀκρόπολις καὶ τῆς Ἥβης ἐστὶ τὸ ἱερόν. ἐνταῦθά τε δὴ πόλιν ᾤκισε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἀρχαῖον ἡ γῆ καὶ ἡ πόλις Ἀραντία ἐκλήθησαν. (5) Τούτῳ βασιλεύοντι, Ἀσωπὸς Κηγλούσης εἶναι λεγόμενος καὶ Ποσειδῶνος, ἐξεῦρε τοῦ ποταμοῦ τὸ ὕδωρ, ὅντινα οἱ νῦν ἀπὸ 139
τοῦ εὑρόντος καλοῦσιν Ἀσωπόν. τὸ δὲ μνῆμα τοῦ Ἄραντός ἐστιν ἐν χωρίῳ Κελεαῖς, ἔνθα δὴ καὶ Δυσαύλην ἄνδρα Ἐλευσίνιον τεθάφθαι λέγουσιν. Ἄραντος δὲ υἱὸς Ἄορις καὶ θυγάτηρ ἐγένετο Ἀραιθυρέα. τούτους φασὶ Φλιάσιοι θηρᾶσαί τε ἐμπείρους γενέσθαι, καὶ τὰ ἐς πόλεμον

ab initio fuisse, tum Dorienses factos post Herculis liberorum in Peloponnesum reditum, ipse historiae progressus declarabit. Ac de Phliasiis quum pleraque inter se discrepantia memoriae prodita non ignorem, ea duntaxat persequar, in quae maxime consensum est. (4) Primum omnium in his finibus Arantem exstitisse tradunt indigenam hominem, qui oppidum condiderit in eo colle, qui nostra etiamnum aetate Arantinus dicitur: neque ita longe abest ab altero vertice, in quo Phliasiorum arx est, et Iuventae aedes. Hic igitur *Aras* urbem condidit: ab eoque olim et urbs et regio Arantia est appellata. (5) Eo regnante Asopus Ceglusae et Neptuni (sic enim creditum est) filius amnem eum adinvenit, quem ab ipso inventore Asopum vocant. Arantis vero sepulcrum est in vico, quae Celaenae nominantur: quo etiam in loco Dysaulen hominem Eleusinium sepultum dicunt. Aras filium Aorin, et filiam Araethyrean habuit. Hos Phliasii et venandi peritia, et bellica virtute praestitisse memorant. Mortua

ἀνδρείους. προαποθανούσης δὲ Ἀραιθυρέας, Ἄορις ἐς μνήμην τῆς ἀδελφῆς μετωνόμασεν Ἀραιθυρέαν τὴν χώραν. καὶ ἐπὶ τῷδε Ὅμηρος τοὺς Ἀγαμέμνονος ὑπηκόους καταλέγων τὸ ἔπος ἐποίησεν·

Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινήν.

τάφους δὲ τῶν Ἄραντος παίδων οὐχ ἑτέρωθι ἡγοῦμαι τῆς χώρας, ἐπὶ τῷ λόφῳ δὲ εἶναι τῷ Ἀραντίνῳ· καί σφισιν ἐπίθημα στῆλαι περιφερεῖς εἰσι, καὶ πρὸ τῆς τελετῆς, ἣν τῇ Δήμητρι ἄγουσιν, Ἄραντα καὶ τοὺς παῖδας καλοῦσιν ἐπὶ τὰς σπονδὰς, ἐς ταῦτα βλέποντες τὰ μνήματα. (6) Φλίαντα δὲ, ὃς τρίτον τοῦτο ἐποίησεν ὄνομα ἀφ' αὑτοῦ τῇ γῇ, Κείσου μὲν παῖδα εἶναι τοῦ Τημένου, κατὰ δὴ τὸν Ἀργείων λόγον, οὐδὲ ἀρχὴν ἔγωγε προσίεμαι. Διονύσου δὲ οἶδα καλούμενον, καὶ τῶν πλευσάντων ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς καὶ τοῦτον γενέσθαι λεγόμενον. ὁμολογεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Ῥοδίου ποιητοῦ τὰ ἔπη·

Φλίας αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρέηθεν ἵκανεν,
Ἔνθ' ἀφνειὸς ἔναιε Διωνύσοιο ἕκητι
Πατρὸς ἑοῦ πηγῇσιν ἐφέστιος Ἀσωποῖο.

autem Araethyrea, Aoris, quo testatam sororis memoriam relinqueret, regionem totam Araethyrean nominavit, quam Homerus inter eos populos numeravit, qui Agamemnonis imperio continebantur:

Orneasque colunt, et Araethyrean peramoenam.

Arantis quidem filiorum sepulcra non in alia regionis parte quam in Arantino colle esse coniicio. Stant enim illis ad Cereris insignes pilae, et ante deae initia eodem in templo Arantem cantu celebrant, et ad libamina eius filios evocant, ad ipsa monumenta conversi. (6) Phliantem ipsum, a quo tertium accessit regioni nomen, Caso Temeni filio natum, quod est in Argivorum historiis, neutiquam, ut credam, adduci possum; quippe qui eum Liberi Patris filium habitum norim, et ex iis unum, qui navem Argo conscenderunt: cui rei Rhodii poëtae versus testimonio sunt:

Venit Araethyrea Phlias Bacchi inclyta proles,
Dives opum, stabili tenuit dum sede penates,
Arvaque, quae vitreis Asopus perfluit undis.

τοῦ δὲ Φλίαντος Ἀραιθυρέαν εἶναι μητέρα, ἀλλ' οὐ Χθονοφύλην, Χθονοφύλην δέ οἱ συνοικῆσαι, καὶ Ἀνδροδάμαν γενέσθαι Φλίαντι ἐξ αὐτῆς.

## CAPUT XIII.

De Phliuntis statu Heraclidarum adventu turbato — Pythagorae majoribus — Ganymedis vel Hebes luco et cultu — templis et signis in arce Phlias. — caprae sacrae cultu — Aristia et Pratina, dramatum satyricorum scriptoribus — domo fatidica Amphiarai — umbilico Peloponnesi — de Hercule et Cyatho narratio.

Ἡρακλειδῶν δὲ κατελθόντων, Πελοπόννησος ἐταράχθη 140
πᾶσα πλὴν Ἀρκάδων, ὡς πολλὰς μὲν τῶν πόλεων συνοίκους ἐκ τοῦ Δωρικοῦ προσλαβεῖν, πλείονας δὲ ἔτι γενέσθαι τὰς μεταβολὰς τοῖς οἰκήτορσι. τὰ δὲ κατὰ Φλιοῦντα οὕτως ἔχει. Ῥηγνίδας ἐπ' αὐτὴν ὁ Φάλκου τοῦ Τημένου Δωριεὺς ἔκ τε Ἄργους στρατεύει καὶ ἐκ τῆς Σικυωνίας. τῶν δὲ Φλιασίων τοῖς μὲν, ἃ προεκαλεῖτο Ῥηγνίδας, ἐφαίνετο ἀρεστὰ, μένοντας ἐπὶ τοῖς αὐτῶν βασιλέα Ῥηγνίδαν καὶ τοὺς σὺν ἐκείνῳ Δωριεῖς ἐπὶ ἀναδασμῷ γῆς δέχεσθαι· Ἵππασος δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διε-

Phliantis vero matrem fuisse Araethyrean, non Chthonophylen: quum Chthonophyle uxor eius fuerit, ex qua Androdaman suscepit.

Cap. XIII. Herculis autem liberis redeuntibus tota Peloponnesus praeter Arcadas est turbata, ita ut multae urbes Dorici nominis homines in civitatem recipere cogerentur, pluresque insuper mutationes incolis acciderent. Quae vero ad Phliuntem pertinent, ita se habent: Rhegnidas Doriensis, Phalce Temeni filio genitus, ab Argis et Sicyonia cum exercitu Phliuntem venit: ac ceteri quidem non recusabant, quod ille postulabat, ut sedes quique suas retinerent, ipsi regnum deferrent, sociis agrum assignarent: at Hippasus, totaque

κελεύοντο ἀμύνεσθαι, μηδὲ πολλῶν ἀγαθῶν ἀμαχεὶ τοῖς Δωριεῦσιν ἀφίστασθαι. προσεμένου δὲ τοῦ δήμου τὴν ἐναντίαν ταύτῃ γνώμην, οὕτως Ἵππασος σὺν τοῖς θέλουσιν ἐς Σάμον φεύγει. (2) Ἱππάσου δὲ τούτου τέταρτος ἦν ἀπόγονος Πυθαγόρας ὁ λεγόμενος γενέσθαι σοφός. Μνησάρχου γὰρ Πυθαγόρας ἦν τοῦ Εὔφρονος τοῦ Ἱππάσου. ταῦτα μὲν Φλιάσιοι λέγουσι περὶ αὐτῶν, ὁμολογοῦσι δέ σφισι τὰ πολλὰ καὶ Σικυώνιοι.

(3) Προσέσται δὲ ἤδη καὶ τῶν ἐς ἐπίδειξιν ἡκόντων τὰ ἀξιολογώτατα. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Φλιασίων ἀκροπόλει κυπαρίσσων ἄλσος, καὶ ἱερὸν ἁγιώτατον ἐκ παλαιοῦ· τὴν δὲ θεὸν, ἧς ἐστι τὸ ἱερὸν, οἱ μὲν ἀρχαιότατοι Φλιασίων Γανυμήδαν, οἱ δὲ ὕστερον Ἥβην ὀνομάζουσιν· ἧς καὶ Ὅμηρος μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῇ Μενελάου πρὸς Ἀλέξανδρον μονομαχίᾳ, φάμενος οἰνοχόον τῶν θεῶν εἶναι· καὶ αὖθις Ὀδυσσέως ἐς ᾅδου καθόδῳ γυναῖκα Ἡρακλέους εἶπεν εἶναι. Ὠλῆνι δὲ ἐν Ἥρας ἐστὶν ὕμνῳ

eius factio, obsistendum censebant, neque omnino sine pugna tam multa ac praeclara bona Doriensibus concedenda. Sed enim quum eius sententiam populus repudiasset, Hippasus cum iis, qui sequi voluerunt, Samum exilii causa concessit. (2) Hippasi huius pronepos fuit Pythagoras, cui sapientiae laus attributa est, e Mnesarcho Euphronis filio Hippasi nepote procreatus. Haec de rebus suis Phliasii, quibus Sicyonii in plerisque assentiuntur. (3) Addentur iam, quae *apud Phliasios* in primis ostenduntur, quaeque memoratu dignissima videri possint. In arce cupressetum est, in quo templum exstat antiqua religione sacrosanctum. Deam, cui id est dedicatum, prisci Ganymedam, recentiores Heben nominant, cuius et Homerus mentionem fecit, ubi Alexandri et Menelai singulare certamen exponit: eam quidem Oenochoon (*id est, vini ministram*) appellans. Idem quo in loco descendentem facit ad inferos Ulyssem, uxorem eam Herculis esse dixit. At Olen poëta eo carmine, quo Iunonem exornat, ab

πεποιημένα, τραφῆναι τὴν Ἥραν ὑπὸ Ὡρῶν, εἶναι δέ οἱ
παῖδας Ἄρην τε καὶ Ἥβην. παρὰ δὲ Φλιασίοις τῇ θεῷ
ταύτῃ καὶ ἄλλαι τιμαί, καὶ μέγιστον τὸ ἐς τοὺς ἱκέτας 141
ἐστί· δεδώκασι γὰρ δὴ ἄδειαν ἐνταῦθα ἱκετεύουσι·
λυθέντες δὲ οἱ δεσμῶται τὰς πέδας πρὸς τὰ ἐν τῷ ἄλσει
δένδρα ἀνατιθέασιν. ἄγεται δὲ καὶ ἑορτή σφισιν ἐπέ-
τειος, ἣν καλοῦσι κισσοτόμους. ἄγαλμα δὲ οὔτε ἐν ἀποῤ-
ῥήτῳ φυλάσσουσιν οὐδὲν, οὔτε ἐστὶν ἐν φανερῷ δεικνύ-
μενον· ἐφ' ὅτῳ δὲ οὕτω νομίζουσιν, ἱερός ἐστιν αὐτοῖς
λόγος. Ἔπειτα τῆς Ἥρας ἐστὶν ἐξιόντων ἐν ἀριστερᾷ
ναὸς, ἄγαλμα ἔχων Παρίου λίθου. ἐν δὲ τῇ ἀκροπόλει
καὶ ἄλλος περίβολός ἐστιν ἱερὸς Δήμητρος, ἐν δὲ αὐτῷ
ναός τε καὶ ἄγαλμα Δήμητρος καὶ τῆς παιδός. τὸ δὲ τῆς
Ἀρτέμιδος (ἔστι γὰρ καὶ Ἀρτέμιδος ἐνταῦθα χαλκοῦν
ἄγαλμα) ἐφαίνετο ἀρχαῖον εἶναί μοι. κατιόντων δὲ ἐκ
τῆς ἀκροπόλεώς ἐστιν Ἀσκληπιοῦ ναὸς ἐν δεξιᾷ, καὶ
ἄγαλμα οὐκ ἔχον πω γένεια. ὑπὸ τοῦτον τὸν ναὸν θέα-
τρον πεποίηται. τούτου δὲ οὐ πόῤῥω Δήμητρός ἐστιν

Horis educatam Iunonem scriptum reliquit: filios vero eam habuisse Martem et Heben. Habent huic deae Phliasii honores multos, summum vero omnium, quod, qui supplices huc confugerint, cuiusvis criminis impunitatem consequuntur. Quin et, qui vincti ante fuerunt, ad eas arbores, quae in luco sunt, compedes suspendunt. Dies etiam festos quotannis celebrant, quos cissotomos (*hoc est ac si hederisecos dicas*) appellant. Signum quidem neque in operto custodiunt, neque in aperto ullum ostendunt: atque eius rei religione sancitam rationem quandam referunt. Exeuntibus e foro ad laevam delubrum est cum signo e marmore Pario. In arce septum aliud, Cereri sacrum. In eo templum cum Cereris et Proserpinae signis. At Dianae (exstat enim et Dianae ex aere eodem in loco signum) per mihi antiquum esse videbatur. Qua ex arce descenditur, Aesculapii aedes ad dexteram est, in qua signum imberbe. Infra aedem theatrum: a quo non longe

ἱερὸν, καὶ καθήμενα ἀγάλματα ἀρχαῖα. (4) Ἀνάκειται δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς αἶξ χαλκῆ, τὰ πολλὰ ἐπίχρυσος· παρὰ δὲ Φλιασίοις τιμὰς ἐπὶ τῷδε εἴληφε. τὸ ἄστρον ἣν ὀνομάζουσιν αἶγα, ἀνατέλλουσα τὰς ἀμπέλους λυμαίνεται συνεχῶς. ἵνα δὲ ἄχαρι μηδὲν ἀπ' αὐτῆς γένηται, οἵδε τὴν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς χαλκῆν αἶγα ἄλλοις τε τιμῶσι καὶ χρυσῷ τὸ ἄγαλμα ἐπικοσμοῦντες. (5) Ἐνταῦθά ἐστι καὶ Ἀριστίου μνῆμα τοῦ Πρατίνου. τούτῳ τῷ Ἀριστίᾳ σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ τῷ πατρί εἰσι πεποιημένοι πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατα. (6) Ὄπισθεν δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν οἶκος ὀνομαζόμενος ὑπὸ Φλιασίων μαντικός. ἐς τοῦτον Ἀμφιάραος ἐλθὼν καὶ τὴν νύκτα ἐγκατακοιμηθεὶς μαντεύεσθαι τότε πρῶτον, ὡς οἱ Φλιάσιοί φασιν, ἤρξατο· τέως δὲ ἦν Ἀμφιάραος τῷ ἐκείνων λόγῳ ἰδιώτης τε καὶ οὐ μάντις· καὶ τὸ οἴκημα ἀπὸ τούτου συγκέκλεισται τὸν πάντα ἤδη χρόνον. (7) Οὐ πόῤῥω δέ ἐστιν ὁ καλούμενος Ὀμφαλὸς, Πελοποννήσου δὲ πάσης μέσον, εἰ δὴ τὰ ὄντα εἰρήκασιν. ἀπὸ δὲ τοῦ Ὀμφαλοῦ προελθοῦσι,

Cereris templum, et prisca in eo signa sedentia. (4) In ipso foro capra ex aere, magna sui parte inaurata, cui ob eam causam honos est a Phliasiis habitus, quod sidus, quam Capram vocant, ortu suo vitibus perniciem afferre consuevit. Ne itaque coelestis Capra vinetis noceat, forensem illam ex aere quum aliis afficiunt honoribus, tum vero auro eam exornant. (5) Est eodem in loco Aristiae Pratinae filii monumentum: uterque Satyris faciundis omnibus, praeterquam Aeschylo, praestiterunt. (6) In postica fori parte domus est, quam Phliasii Fatidicam nuncupant. In eam enim ingressus Amphiaraus (quemadmodum ipsi narrant Phliasii) quum noctem unam obdormisset, statim divinare coepit, quum ante indoctus plane fuisset. Id quum ita evenisset, in reliquum omne tempus occlusae illae aedes fuerunt. (7) Non longe locus est, qui Umbilicus dicitur, meditullium totius Peloponnesi, si modo ita se habet res, uti ipsi dicunt. Ab Umbilico

Διονύσου σφίσιν ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλ-
λωνος, καὶ ἄλλο Ἴσιδος. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα τοῦ Διονύ- 142
σου δῆλον πᾶσιν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος·
τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος τοῖς ἱερεῦσι θεάσασθαι μόνον ἔστι.
(8) Λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὑπὸ Φλιασίων λόγος, Ἡρακλέα, ὅτ' ἐκ Λιβύης ἀνεσώθη κομίζων τὰ μῆλα τὰ Ἑσπερίδων καλούμενα, ἐς Φλιοῦντα ἐλθεῖν κατά δή τι ἴδιον, διαιτωμένου δὲ ἐνταῦθα, Οἰνέα ἐξ Αἰτωλίας ἀφικέσθαι παρ' αὐτόν· ἐγεγόνει δὲ τῷ Ἡρακλεῖ πρότερον ἔτι κηδεστής, τότε δὲ ἀφιγμένος εἱστία τὸν Ἡρακλέα, ἢ αὐτὸς εἱστιᾶτο ὑπὸ ἐκείνου· Κύαθον δ' οὖν παῖδα οἰνοχόον Οἰνέως, οὐκ ἀρεσθεὶς τῷ δοθέντι πώματι, παίει τῶν δακτύλων ἑνὶ ἐς τὴν κεφαλήν· ἀποθανόντος δὲ αὐτίκα ὑπὸ τῆς πληγῆς, Φλιασίοις ἐστὶν οἴκημα ἐς μνήμην. τοῦτο ᾠκοδόμηται μὲν παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἀγάλματα δὲ λίθου πεποιημένα ἔχει, κύλικα ὀρέγοντα Ἡρακλεῖ τὸν Κύαθον.

progressus Liberi vetustum templum videas: Apollinis etiam unum, et aliud Isidis. In eis Liberi et Apollinis signa exposita omnium oculis sunt; Isidis vero solis sacerdotibus conspicere fas est. (8) Pervagata est inter Phliasios fama, Herculem e Libya redeuntem abreptis Hesperidum malis Phliuntem venisse sui cuiuspiam negotii causa. Ad eum ibi commorantem Oeneum ex Aetolia, qui socer eius esset, accessisse. Ibi quum vel Oeneus Herculem ad coenam vocasset, vel ipse apud eum accumberet, dicitur Hercules digito uno Cyathi pueri, qui erat Oeneo a calice, eius in fundendo ministerio offensus, tam graviter caput percussisse, ut ex eo ictu puer diem suum statim obierit. In eius facti memoriam Phliasii ad Apollinis cellam aedificarunt, in qua e marmore signa sunt, Cyathus Herculi poculum porrigens.

# CAPUT XIV.

De vico Celeae dicto — Cereris initiis — Dysaule — Araute.

Τῆς δὲ πόλεως αἱ Κελεαὶ πέντε που σταδίους μάλιστα ἀπέχουσι· καὶ τῇ Δήμητρι ἐνταῦθα δι' ἐνιαυτοῦ τετάρτου τὴν τελετὴν, καὶ οὐ κατὰ ἔτος ἄγουσιν. ἱεροφάντης δὲ οὐκ ἐς τὸν βίον πάντα ἀποδέδεικται, κατὰ δὲ ἑκάστην τελετὴν ἄλλοτέ ἐστιν ἄλλος σφίσιν αἱρετὸς, λαμβάνων, ἢν ἐθέλῃ, καὶ γυναῖκα. καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν ἐν Ἐλευσῖνι νομίζουσι· τὰ δὲ ἐς αὐτὴν τὴν τελετὴν ἐκείνων ἐστὶν εἰς μίμησιν· ὁμολογοῦσι δὲ καὶ αὐτοὶ μιμεῖσθαι Φλιάσιοι τὰ ἐν Ἐλευσῖνι δρώμενα. (2) Δυσαύλην δέ φασιν ἀδελφὸν Κελεοῦ, παραγενόμενόν σφισιν ἐς τὴν χώραν, καταστήσασθαι τὴν τελετὴν, ἐκβληθῆναι δὲ αὐτὸν ἐξ Ἐλευσῖνος ὑπὸ Ἴωνος, ὅτε Ἴων Ἀθηναίοις ὁ Ξούθου πολέμαρχος τοῦ πρὸς Ἐλευσινίους ᾑρέθη πολέμου. τοῦτο μὲν δὴ Φλιασίοις οὐκ ἔστιν ὅπως ὁμολογήσω, κρατηθέντα μάχῃ τινὰ Ἐλευσινίων φυγάδα ἀπελαθέντα οἴχεσθαι, τοῦ πολέμου τε ἐπὶ συνθήκαις καταλυθέντος, πρὶν ἢ διαπο-

Cap. XIV. A Phliunte stadia ad summum quinque Celeae absunt: quo in loco quarto duntaxat quoque anno, non singulis annis, Cereris initia referuntur: quibus praeest antistes, cui non est perpetuum sacerdotium illud, verum novus legitur sub ipsum initiorum tempus: et is quidem, quin, si velit, uxorem ducat, nulla religione impeditur. Initia vero ipsa, etsi ab Eleusiniis quibusdam in rebus differunt, multa tamen ex illis accepta a se retineri ac servari ipsi Phliasii fatentur. (2) Aiunt enim Dysaulen Celei fratrem, quum ad ipsos confugisset, initiorum ritum monstrasse: pulsum autem illum Eleusine ab Ione Xuthi filio, quum illum Athenienses bello contra Eleusinios suscepto imperatorem delegissent. At ego Phliasiis nunquam assentiar, quenquam ex Eleusiniis pugna victum in exilium abisse, quum ante belli eventum utrinque certae conditiones acceptae sint, et

λειφθῆναι, καὶ ἐν Ἐλευσῖνι αὐτοῦ καταμείναντος Εὐμόλπου. δύναιτο δ' ἂν κατὰ ἄλλην τινὰ ἐνταῦθα ὁ Δυσαύλης ἀφικέσθαι πρόφασιν, καὶ οὐχ ὡς οἱ Φλιάσιοι φασιν· οὐ μὴν οὐδὲ Κελεῷ προσήκων, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐδὲ ἄλλως ἦν ἐν τοῖς ἐπιφανέσιν Ἐλευσινίων· οὐ γὰρ ἄν ποτε Ὅμηρος παρῆκεν αὐτὸν ἐν τοῖς ἔπεσιν. ἔστι γὰρ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐς Δήμητραν, ἐν δὲ αὐτοῖς καταλέγων τοὺς διδαχθέντας ὑπὸ τῆς θεοῦ τὴν τελετὴν Δυσαύλην οὐδένα οἶδεν Ἐλευσίνιον. ἔχει δὲ οὕτω τὰ ἔπη· 143

Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,
Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῷ θ' ἡγήτορι λαῶν,
Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν.

οὗτος δ' οὖν, ὡς οἱ Φλιάσιοί φασιν, ὁ Δυσαύλης κατεστήσατο ἐνταῦθα τὴν τελετήν, καὶ οὗτος ἦν ὁ τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα παραθέμενος Κελεάς. Δυσαύλου τέ ἐστιν ἐνταῦθα, ὡς εἴρηταί μοι, μνῆμα· πρότερον δὲ ἄρα ἐπεποίητο Ἀράντειος τάφος· ὕστερον γὰρ κατὰ τὸν Φλιασίων λόγον, καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς Ἄραντος βασιλείας ἀφίκετο ὁ Δυσαύλης. (3) Φλιάσιοι γὰρ Προμηθεῖ γενέσθαι τῷ

Eumolpus *tunc* Eleusine manserit. Potuit hic quidem Dysaules alia de causa, quam ob eam, quae a Phliasiis prodita est, Phliuntem venisse. Neque vero, uti ego sentio, aut ulla ei fuit cum Celeo cognatio, aut omnino claro fuit inter Eleusinios loco. Neque enim eum suis versibus praeterisset Homerus. Is enim quo carmine Cererem celebrat, recensens eos omnes, qui initia a dea docti sunt, nullum omnino Dysaulen nosse videtur. Sunt autem hi versus eius:

Mystica sacrorum diva didicere magistra
Triptolemus, Diocleaque simul fraenator equorum,
Eumolpus, Celeusque duces, populique parentes.

Hic igitur Dysaules, uti Phliasii memorant, et initia illic tradidit, et *primus* vicum Celeas appellavit. Exstat igitur ibi, ut ante dixi, Dysaulae monumentum: quo tamen vetustius est Arantis sepulcrum. Neque enim eo regnante, sed multo post, ut Phliasii testantur, Dysaules venit. (3) Ae-

Ἰαπετοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον φασὶν Ἄραντα, καὶ τρισὶν ἀνθρώπων γενεαῖς Πελασγοῦ τε εἶναι πρεσβύτερον τοῦ Ἀρκάδος, καὶ τῶν λεγομένων Ἀθήνησιν αὐτοχθόνων. τοῦ δὲ Ἀνακτόρου καλουμένου πρὸς τῷ ὀρόφῳ Πέλοπος ἅρμα λέγουσιν ἀνακεῖσθαι. Φλιασίοις μὲν δὴ τοσαῦτα λόγου μάλιστα ἦν ἄξια.

## CAPUT XV.

De urbe Cleonae appellata, in via versus Argos, et memorandis in ea — vico Nemea et templo Jovis Nemei — Opheltae sepulcro et Nemea Asopi filia — urbis Mycenarum reliquiis — de Phoroneo et Inacho fluvio narratio.

Ἐκ Κορίνθου δ' εἰς Ἄργος ἐρχομένῳ Κλεωναὶ πόλις ἐστὶν οὐ μεγάλη. παῖδα δὲ εἶναι Πέλοπος Κλεώνην λέγουσιν, οἱ δὲ τῷ παρὰ Σικυῶνα ῥέοντι Ἀσωπῷ θυγατέρα ἐπὶ ταῖς ἄλλαις Κλεώνην γενέσθαι. τὸ δ' οὖν ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τούτων ἐτέθη τῇ πόλει. ἐνταῦθά ἐστιν ἱερὸν Ἀθηνᾶς, τὸ δὲ ἄγαλμα Σκύλλιδος τέχνη καὶ Διποίνου· μαθητὰς δὲ εἶναι Δαιδάλου σφᾶς, οἱ δὲ καὶ γυναῖκα ἐκ

qualem enim Prometheo Iapeti filio Arantem fuisse asserunt, tribusque aetatibus superiorem Pelasgo Arcadis filio, et iis, qui apud Athenienses Aborigines sunt appellati. In eo templo, quod Anactorum appellant, de tholo currus pendet: quem Pelopis fuisse tradunt. Et haec quidem prae ceteris historia digna apud Phliasios sunt.

## ARGOLICA.

Cap. XV. Media est inter Corinthum et Argos urbs non utique magna, Cleonae, a Cleone, quem Pelopis fuisse filium tradunt, appellata. Non desunt tamen, qui Cleonen unam ex Asopi amnis, qui Sicyonem praeterfluit, filiabus dicant fuisse. Nomen certe urbi ab horum alterutro impositum est. In ea aedes Minervae signum habet Scyllidis et Dipoeni arte factum: fuisse eos aiunt Daedali discipulos.

Γόρτυνος ἐθέλουσι λαβεῖν Δαίδαλον, καὶ τὸν Δίποινον καὶ Σκύλλιν ἐκ τῆς γυναικός οἱ ταύτης γενέσθαι. ἐν Κλεω- 144 ναῖς δὲ τοῦτό ἐστι τὸ ἱερὸν, καὶ μνῆμα Εὐρύτου καὶ Κτεάτου. θεωροὺς γὰρ ἐξ Ἤλιδος ἐς τὸν ἀγῶνα ἰόντας τῶν Ἰσθμίων αὐτοὺς ἐνταῦθα Ἡρακλῆς κατετόξευσεν, ἔγκλημα ποιούμενος, ὅτι οἱ πρὸς Αὐγείαν πολεμοῦντι ἀντετάχθησαν. ἐκ Κλεωνῶν δέ εἰσιν ἐς Ἄργος ὁδοὶ δύο· ἡ μὲν ἀνδράσιν εὐζώνοις, καί ἐστιν ἐπίτομος, ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ καλουμένου Τρητοῦ, στενὴ μὲν καὶ αὐτὴ περιεχόντων ὀρῶν, ὀχήμασι δέ ἐστιν ὅμως ἐπιτηδειοτέρα. (2) Ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ σπήλαιον ἔτι δείκνυται τοῦ λέοντος, καὶ ἡ Νεμέα τὸ χωρίον ἀπέχει σταδίους πέντε που καὶ δέκα. ἐν δὲ αὐτῇ Νεμείου τε Διὸς ναός ἐστι θέας ἄξιος, πλὴν ὅσον τε κατεῤῥυήκει ὁ ὄροφος, καὶ ἄγαλμα οὐδὲν ἔτι ἐλείπετο. κυπαρίσσων τε ἄλσος ἐστὶ περὶ τὸν ναόν, καὶ τὸν Ὀφέλτην ἐνταῦθα ὑπὸ τῆς τροφοῦ τεθέντα ἐς τὴν πόαν διαφθαρῆναι λέγουσιν ὑπὸ τοῦ δράκοντος. θύουσι δὲ Ἀργεῖοι τῷ Διῒ καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ, καὶ Νεμείου Διὸς ἱερέα αἱροῦνται. καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν

Sunt, qui Daedalum velint uxorem duxisse Gortynis *filiam*, e qua sint ei hi liberi geniti. Praeter hanc aedem Cleonis Euryti et Cteati monumenta sunt; quos, quum Elide ludos Isthmicos spectatum ivissent, Hercules sagittis confixit, indigne ferens, illos Augeae bello contra se in acie stetisse. A Cleonis Argos viae duae ducunt: expeditis altera commodior, et compendiaria. Nam quae ad Tretum est, angusta et ipsa, quum undique montibus concludatur, verum facilius multo vehicula transmittit. (2) In illis ipsis montibus leonis Nemei specus adhuc ostenditur; a quo vicus Nemea non longius quam stadia abest quindecim. Ibi Nemei Iovis templum plane insigne: tametsi testudo collapsa est, neque ullum in eo reliquum iam signum. Circa templum cupressetum: quo in loco quum nutrix Ophelten in herba posuisset, a dracone peremptum memorant. Sacra Iovi Nemeo Argivi in Nemea faciunt, eique certum sacerdotem deligunt: et armatis viris

ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις Νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν. (3) Ἐνταῦθά ἐστι μὲν Ὀφέλτου τάφος, περὶ δὲ αὐτὸν θριγγὸς λίθων, καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου βωμοί. ἔστι δὲ χῶμα γῆς Λυκούργου μνῆμα τοῦ Ὀφέλτου πατρός. τὴν δὲ πηγὴν Ἀδράστειαν ὀνομάζουσιν, εἴτε ἐπ' ἄλλῃ τινὶ αἰτίᾳ, εἴτε καὶ ἀνευρόντος αὐτὴν Ἀδράστου. τὸ δὲ ὄνομα λέγουσι τῇ χώρᾳ Νεμέαν δοῦναι θυγατέρα Ἀσωποῦ καὶ ταύτην. καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν, ἔνθα Περσέα Διῒ πρῶτον θῦσαι λέγουσιν Ἀπεσαντίῳ. (4) Ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Τρητὸν καὶ αὖθις τὴν ἐς Ἄργος ἰοῦσίν ἐστι Μυκηνῶν ἐρείπια ἐν ἀριστερᾷ. καὶ ὅτι μὲν Περσεὺς ἐγένετο Μυκηνῶν οἰκιστὴς, ἴσασιν Ἕλληνες, ἐγὼ δὲ αἰτίαν τε γράψω τοῦ οἰκισμοῦ, καὶ δι' ἥντινα πρόφασιν Ἀργεῖοι Μυκηναίους ὕστερον ἀνέστησαν· ἐν γὰρ τῇ νῦν Ἀργολίδι ὀνομαζομένῃ τὰ μὲν ἔτι παλαιότερα οὐ μνημονεύουσιν· Ἴναχον δὲ βασιλεύοντα τότε τὸν ποταμὸν ἀφ' ἑαυτοῦ λέγουσιν ὀνομάσαι, καὶ θῦσαι τῇ Ἥρᾳ. (5) Λέγεται δὲ καὶ ὅδε λόγος· Φορωνέα ἐν τῇ γῇ

cursus certamina proponunt in ipso Nemeorum conventu, qui per brumae dies celebratur. (3) Est ibidem Opheltae sepulcrum lapidea maceria incinctum: intra cuius ambitum arae *sunt:* est etiam e cespite tumulus Lycurgi, Opheltae patris. Proximum fontem Adrastean appellant, vel alia quavis de causa, vel quod eum Adrastus monstrarit. Regionem vero appellatam dicunt a Nemea Asopi filia. Est supra Nemean Apesas mons: in quo Perseum primum Iovi Apesantio rem divinam fecisse tradunt. (4) Iam qui redeant ad Tretum Argos accessuri, ad laevam Mycenarum ruinas videant. Et Mycenarum quidem conditorem Perseum Graeci agnoscunt: causam vero urbis condendae, et qua postea re impulsi eam everterint Argivi, ipse exponam. Neque enim in ea regione, cui nunc Argolidi nomen, res ulla vetustior hominum est memoriae commendata. Inachum aiunt, quum regnaret, praeterfluentem amnem de suo nomine nuncupasse, et Iunoni sacrum fecisse. (5) Vulgatum etiam est, Phoro-

ταύτῃ γενέσθαι πρῶτον, Ἴναχον δὲ οὐκ ἄνδρα, ἀλλὰ τὸν 145
ποταμὸν πατέρα εἶναι Φορωνεῖ. τοῦτον δὲ Ποσειδῶνι καὶ Ἥρᾳ δικάσαι περὶ τῆς χώρας, σὺν δὲ αὐτῷ Κηφισσόν τε καὶ Ἀστερίωνα [καὶ τὸν Ἴναχον ποταμόν]· κρινάντων δὲ Ἥρας εἶναι τὴν γῆν, οὕτω σφίσιν ἀφανίσαι τὸ ὕδωρ Ποσειδῶνα. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε Ἴναχος ὕδωρ, οὔτε ἄλλος παρέχεται τῶν εἰρημένων ποταμῶν, ὅτι μὴ ὕσαντος τοῦ θεοῦ, θέρους δὲ αὖά σφίσιν ἐστὶ τὰ ῥεύματα, πλὴν τῶν ἐν Λέρνῃ. Φορωνεὺς δὲ ὁ Ἰνάχου τοὺς ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτον ἐς κοινόν, σποράδας τέως καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἑκάστοτε οἰκοῦντας· καὶ τὸ χωρίον, ἐς ὃ πρῶτον ἠθροίσθησαν, ἄστυ ὠνομάσθη Φορωνικόν.

## CAPUT XVI.

De denominatione regionis Argivae et primis ejus regibus — Proeto, Acriso et Perseo — urbis Mycenarum ejusque nominis origine — Mycènarum excidio et reliquiis memorandis.

Ἄργος δὲ Φορωνέως θυγατριδοῦς, βασιλεύσας μετὰ Φορωνέα, ὠνόμασεν ἀφ' αὑτοῦ τὴν χώραν. Ἄργου δὲ

neum primum in ea terra exstitisse, cui pater Inachus non sane vir, sed fluvius fuerit. Fuisse vero eundem Phoroneum arbitrum cum Cephisso, Asterione, et Inacho fluviis inter Neptunum et Iunonem de regione disceptantes: qui quum litem secundum Iunonem dedissent, *iratum* Neptunum aquam illis omnem ademisse: et ex eo factum, ut neque Inachus, neque alius eorum amnium quisquam aquam *accolis* suppeditent, nisi imbribus adiuti. Per aestatem enim in magna soli siccitate sola Lerna aquam habet. Phoroneus quidem Inachi filius primus dispersos ante homines et seorsum habitantes in unius civitatis ius compulit: et ab eo oppidum illud, quo congregati sunt, Phoronicum est nuncupatum.

Cap. XVI. Nam regio ab Argo Phoronei ex filia nepote, qui post Phoroneum regnavit, nomen accepit. Argo Pirasus

Πείρασος γίνεται καὶ Φόρβας· Φόρβαντος δὲ Τριόπας· Τριόπα δὲ Ἴασος καὶ Ἀγήνωρ. Ἰὼ μὲν οὖν Ἰάσου θυγάτηρ, εἴτε ὡς Ἡρόδοτος ἔγραψεν, εἴτε καθ' ὃ λέγουσιν Ἕλληνες, ἐς Αἴγυπτον ἀφικνεῖται. Κρότωπος δὲ ὁ Ἀγήνορος ἔσχε μετὰ Ἴασον τὴν ἀρχήν· Κροτώπου δὲ Σθενέλας γίνεται. Δαναὸς δ' ἀπ' Αἰγύπτου πλεύσας ἐπὶ Γελάνορα τὸν Σθενέλα, τοὺς ἀπογόνους τοὺς Ἀγήνορος βασιλείας ἔπαυσε. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου καὶ οἱ πάντες ὁμοίως ἴσασι, θυγατέρων τῶν Δαναοῦ τὸ ἐς τοὺς ἀνεψιοὺς τόλμημα, καὶ ὡς ἀποθανόντος Δαναοῦ τὴν ἀρχὴν Λυγκεὺς ἔσχεν. (2) Οἱ δὲ Ἄβαντος τοῦ Λυγκέως παῖδες τὴν βασιλείαν ἐνείμαντο· καὶ Ἀκρίσιος μὲν αὐτοῦ κατέμεινεν ἐν τῷ Ἄργει, Προῖτος δὲ τὸ Ἡραῖον καὶ Μιδείαν καὶ Τίρυνθα ἔσχε, καὶ ὅσα πρὸς θαλάσσῃ τῆς Ἀργείας. σημεῖά τε τῆς ἐν Τίρυνθι οἰκήσεως Προίτου καὶ ἐς τόδε λείπεται. χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀκρίσιος Περσέα αὐτόν τε περιεῖναι πυνθανόμενος, καὶ ἔργα ἀποδείκνυσθαι, ἐς Λάρισσαν ἀπεχώρησε τὴν ἐπὶ τῷ Πηνειῷ. Περσεὺς δὲ (ἰδεῖν γὰρ πάντως ἤθελε τὸν γονέα τῆς μητρὸς, καὶ λό-

et Phorbas, Phorbante Triopas, Triopa geniti sunt Iasus et Agenor. Io quidem, Iasi filia, vel quo scripsit Herodotus modo, vel ut Graeci narrant, in Aegyptum profecta est: Crotopus vero Agenoris filius Iaso in imperium successit, e quo natus Sthenelas. Postea Danaus ex Aegypto veniens, pulso Gelanore Sthenelae filio, Agenoris nepotes regno submovit. Et Danai sane casus, eiusque filiarum audax in patrueles facinus, aeque Graecis omnibus notum: notum etiam, Danao vitae muneribus functo, Lynceum regnum tenuisse. (2) Iam vero Abantis filii, Lyncei nepotes, ita regnum inter se partiti sunt, ut Acrisius Argis manserit, Proetus Heraeum, Midean, Tiryntha et Argolici agri maritimam oram possederit: cuius imperii adhuc Tirynthe exstant monumenta. Interiecto dein tempore Acrisius quum vivere etiamnum Perseum, et virtutis multa documenta dare cognovisset, Larissam ad Peneum amnem concessit. At Perseus quum visendi avi materni, eumque sibi tum oratione tum factis conciliandi cupiditate

γοις τε χρηστοῖς καὶ ἔργοις δεξιώσασθαι) ἔρχεται παρ' αὐτὸν ἐς τὴν Λάρισσαν· καὶ ὁ μὲν, οἷα ἡλικίᾳ τε ἀκμά- 146
ζων καὶ τοῦ δίσκου χαίρων τῷ εὑρήματι, ἐπεδείκνυτο ἐς ἅπαντας· Ἀκρίσιος δὲ λανθάνει κατὰ δαίμονα ὑποπεσὼν τοῦ δίσκου τῇ ὁρμῇ. καὶ Ἀκρισίῳ μὲν ἡ πρόῤῥησις τοῦ θεοῦ τέλος ἔσχεν, οὐδὲ ἀπέτρεψέν οἱ τὸ χρεὼν τὰ ἐς τὴν παῖδα καὶ τὸν θυγατριδοῦν παρευρήματα. (3) Περσεὺς δὲ ὡς ἀνέστρεψεν ἐς Ἄργος, (ᾐσχύνετο γὰρ τοῦ φόνου τῇ φήμῃ) Μεγαπένθην τὸν Προίτου πείθει οἱ τὴν ἀρχὴν ἀντιδοῦναι· παραλαβὼν δὲ αὐτὸς τὴν ἐκείνου Μυκήνας κτίζει. τοῦ ξίφους γὰρ ἐνταῦθα ἐξέπεσεν ὁ μύκης αὐτῷ, καὶ τὸ σημεῖον ἐς οἰκισμὸν ἐνόμιζε συμβῆναι πόλεως. ἤκουσα δὲ καὶ ὡς διψῶντι ἐπῆλθεν ἀνελέσθαι οἱ μύκητα ἐκ τῆς γῆς· ῥυέντος δὲ ὕδατος πιὼν καὶ ἡσθεὶς Μυκήνας ἔθετο τὸ ὄνομα τῷ χωρίῳ. Ὅμηρος δὲ ἐν Ὀδυσσείᾳ γυναικὸς Μυκήνης ἐν ἔπει τῷδε ἐμνήσθη·

*Τυρώ τ', Ἀλκμήνη τε, ἐϋστέφανός τε Μυκήνη.*

esset incensus, Larissam venit. Ubi et aetatis robore, et disci a se inventi gloria elatus, dum artem in hominum conventu ostentat, Acrisium adverso fato intervenientem disci impetu occidit: atque ita dati olim Acrisio responsi vocem ratam fecit, quem a fati certo eventu vindicare non potuit vel in filiam, vel in nepotem excogitata crudelitas. (3) At Perseus Argos reversus, quum eius parricidii infamiam magno sibi duceret dedecori, Megapenthi Proeti filio persuasit, ut secum regnum commutaret. Tunc ipse illius imperio suscepto Mycenas condidit: quam urbem eo nomine appellavit, quod eo in loco ei ensis fungus (*id est, capuli ipsum capitulum*) excidisset: (*Mycetem enim id eodem, quo fungum, nomine vocant*). Audivi etiam, qui dicerent, sitientem humo fungum sustulisse, ac repentinis aquae scatebris siti magna cum voluptate depulsa, ex eo casu urbem Mycenas nominasse. Homerus quidem in Odyssea Mycenes mulieris eo versu mentionem fecit:

Tyro atque Alcmene, sertisque ornata Mycene.

ταύτην εἶναι θυγατέρα Ἰνάχου, γυναῖκα δὲ Ἀρέστορος,
τὰ ἔπη λέγει, ἃ δὴ Ἕλληνες καλοῦσιν Ἠοίας μεγάλας·
ἀπὸ ταύτης οὖν γεγονέναι καὶ τὸ ὄνομα τῇ πόλει φασίν·
ὃν δὲ προσποιοῦσιν ἀκοῦσαι λόγον, Μυκηνέα υἱὸν εἶναι
Σπάρτωνος, Σπάρτωνα δὲ Φορωνέως, οὐκ ἂν ἔγωγε
ἀποδεξαίμην, διότι μηδὲ αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι. Λακε-
δαιμονίοις γὰρ Σπάρτης μὲν γυναικὸς εἰκών ἐστιν ἐν
Ἀμύκλαις, Σπάρτωνα δὲ Φορωνέως παῖδα θαυμάζοιεν
ἂν καὶ ἀρχὴν ἀκούσαντες. (4) Μυκήνας δὲ Ἀργεῖοι κα-
θεῖλον ὑπὸ ζηλοτυπίας. ἡσυχαζόντων γὰρ τῶν Ἀργείων
κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδου, Μυκηναῖοι πέμπουσιν
ἐς Θερμοπύλας ὀγδοήκοντα ἄνδρας, οἳ Λακεδαιμονίοις
μετέσχον τοῦ ἔργου. τοῦτο ἤνεγκεν ὄλεθρόν σφισι τὸ
φιλοτίμημα παροξῦναν Ἀργείους. λείπεται δὲ ὅμως ἔτι
καὶ ἄλλα τοῦ περιβόλου, καὶ ἡ πύλη· λέοντες δὲ ἐφε-
147 στήκασιν αὐτῇ· Κυκλώπων δὲ καὶ ταῦτα ἔργα εἶναι λέ-
γουσιν, οἳ Προίτῳ τὸ τεῖχος ἐποίησαν ἐν Τίρυνθι. (5) Μυ-

Ac Mycenen quidem Inachi filiam Arestoris uxorem fuisse, illis versibus conscriptum est, quas Graeci Eoeas magnas appellant. Eam itaque nomen aiunt urbi dedisse. Quem vero se audisse comminiscuntur sermonem, Myceneum Spartonis fuisse filium, Spartonem Phoronei, mihi utique non probant; siquidem neque Lacedaemoniis, apud quos Amyclis est Spartae mulieris effigies: Spartonem vero Phorenei filium fuisse si audiant, ex ipsa nominis, opinor, novitate non parva admiratione afficiantur. (4) Mycenas certe ipsas Argivi malevola quadam obtrectatione ducti everterunt, quod, ipsis in Persici exercitus irruptione cessantibus, ea civitas octoginta homines ad Thermopylas misisset, qui Lacedaemoniis praeclari facinoris socii fuere. Ille itaque praereptae quasi gloriae dolor Argivos, ut Mycenas exscinderent, sollicitavit. Restant tamen ambitus quum aliae partes, tum porta *una*, cui leones insistunt. Cyclopum vero et haec opera esse aiunt, et eosdem Proeto Tirynthis muros fecisse. (5) Inter Myce-

κηνῶν δὲ ἐν τοῖς ἐρειπίοις κρήνη τέ ἐστι καλουμένη Περσεία, καὶ Ἀτρέως καὶ τῶν παίδων ὑπόγαια οἰκοδομήματα, ἔνθα οἱ θησαυροί σφισι τῶν χρημάτων ἦσαν. τάφος δέ ἐστι μὲν Ἀτρέως, εἰσὶ δὲ καὶ ὅσους σὺν Ἀγαμέμνονι ἐπανήκοντας ἐξ Ἰλίου δειπνίσας κατεφόνευσεν Αἴγισθος. τοῦ μὲν δὴ Κασσάνδρας μνήματος ἀμφισβητοῦσι Λακεδαιμονίων οἱ περὶ Ἀμύκλας οἰκοῦντες· ἕτερον δέ ἐστιν Ἀγαμέμνονος. τὸ δὲ Εὐρυμέδοντος τοῦ ἡνιόχου, καὶ Τελεδάμου τὸ αὐτὸ καὶ Πέλοπος (τούτους γὰρ τεκεῖν διδύμους Κασσάνδραν φασί· νηπίους δὲ ἔτι ὄντας ἐπικατέσφαξε τοῖς γονεῦσιν Αἴγισθος) καὶ Ἠλέκτρας· Πυλάδῃ γὰρ συνῴκησεν Ὀρέστου δόντος. Ἑλλάνικος δὲ καὶ τάδε ἔγραψε· Μέδοντα καὶ Στρόφιον γενέσθαι Πυλάδῃ παῖδας ἐξ Ἠλέκτρας. Κλυταιμνήστρα δὲ ἐτάφη καὶ Αἴγισθος ὀλίγον ἀπωτέρω τοῦ τείχους, ἐντὸς δὲ ἀπηξιώθησαν, ἔνθα Ἀγαμέμνων τε αὐτὸς ἔκειτο καὶ οἱ σὺν ἐκείνῳ φονευθέντες.

narum autem ruinas fons est, Persea nomine, Atreique et filiorum subterraneae cellae, in quibus eorum fuere thesauri: sepulcrum etiam Atrei, et eorum item omnium, quos cum Agamemnone a Troia reversos in convivio Aegisthus occidit. Nam de Cassandrae sepulcro inter Mycenaeos et Amyclaeos, *utra in urbe sit,* disceptatur. Est ibidem et ipsius Agamemnonis monumentum, tum Eurymedontis aurigae: unum etiam idemque Teledami et Pelopis, quos peperisse geminos Cassandram dicunt, infantes vero adhuc parvulos ad parentum tumulum ab Aegistho iugulatos. Electrae etiam. Ea enim ab Oreste Pyladae nuptum data est: e qua Hellanicus scriptum reliquit Medontem et Strophium Pyladae genitos. At Clytaemnestra et Aegisthus modico a muris intervallo sepulti. Neque enim digni sunt habiti, qui intra muros *eodem in loco* humarentur, quo Agamemnon et ceteri, qui cum eo occisi sunt.

# CAPUT XVII.

De Heraeo (Iunonis templo) prope Mycenas — monte Euboea et Asterione fluvio — ornamentis Heraei et signis ante illud — Iunonis et Hebes signis in illo — donariis in illo — Chryseïde sacerdote Iunonis.

Μυκηνῶν δὲ ἐν ἀριστερᾷ πέντε ἀπέχει καὶ δέκα στάδια τὸ Ἡραῖον. ῥεῖ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὕδωρ Ἐλευθέριον καλούμενον· χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς καθάρσια, αἱ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἐστᾶσιν ἀποῤῥήτων. (2) Αὐτὸ δὲ τὸ ἱερόν ἐστιν ἐν χθαμαλωτέρῳ τῆς Εὐβοίας. τὸ γὰρ δὴ ὄρος τοῦτο ὀνομάζουσιν Εὔβοιαν, λέγοντες Ἀστερίωνι γενέσθαι τῷ ποταμῷ θυγατέρας, Εὔβοιαν, καὶ Πρόσυμναν, καὶ Ἀκραίαν, εἶναι δὲ σφᾶς τροφοὺς τῆς Ἥρας. καὶ ἀπὸ μὲν Ἀκραίας τὸ ὄρος καλοῦσι τὸ ἀπαντικρὺ τοῦ Ἡραίου, ἀπὸ δὲ Εὐβοίας ὅσον περὶ τὸ ἱερὸν, Πρόσυμναν δὲ τὴν ὑπὸ τὸ Ἡραῖον χώραν. ὁ δὲ Ἀστερίων οὗτος ῥέων ὑπὸ τὸ Ἡραῖον ἐς φάραγγα ἐσπίπτων ἀφανίζεται. φύεται δὲ αὐτοῦ πόα πρὸς ταῖς ὄχθαις. Ἀστερίωνα ὀνομάζουσι καὶ τὴν πόαν ταύτην. τῇ Ἥρᾳ καὶ αὐτὴν φέρουσι, καὶ ἀπὸ τῶν φύλλων αὐτῆς στεφάνους

Cap. XVII. Ad laevam Mycenarum stadia XV abest Iunonis fanum. Praeter viam aqua fluit, quae dicitur Eleutheria. Ea ad arcanas expiationes utuntur templi et sacrorum antistitae. (2) Fanum ipsum in planiore Euboeae parte situm est. Euboean vero montem appellant. Asterionis etenim amnis filias, Euboean, Prosymnam, et Acraeam, Iunonis nutrices fuisse dictitant: et ab earum una Acraean montem appellatum, qui ex adverso Iunonis est: ab Euboea eum montem, in quo templum est: Prosymnam vero vocatum *de sororis tertiae nomine* aream, quae Iunonis templo subiacet. Asterion ipse infra Iunonis fluit, ac deinde in specum demersus absconditur. Ad eius ripas herba nascitur, quam Asterionem nominant: eam herbam Iunoni quum integram offerunt, tum

πλέκουσιν. (3) Ἀρχιτέκτονα μὲν δὴ γενέσθαι τοῦ ναοῦ λέγουσιν Εὐπόλεμον Ἀργεῖον. ὁπόσα δὲ ὑπὲρ τοὺς κίο- 148
νάς ἐστιν εἰργασμένα, τὰ μὲν ἐς τὴν Διὸς γένεσιν καὶ θεῶν καὶ Γιγάντων μάχην ἔχει, τὰ δὲ ἐς τὸν πρὸς Τροίαν πόλεμον καὶ Ἰλίου τὴν ἅλωσιν. ἀνδριάντες τε ἑστήκασι πρὸ τῆς ἐσόδου, καὶ γυναικῶν, αἳ γεγόνασιν ἱέρειαι τῆς Ἥρας, καὶ ἡρώων ἄλλων τε καὶ Ὀρέστου· τὸν γὰρ ἐπίγραμμα ἔχοντα, ὡς εἴη βασιλεὺς Αὔγουστος, Ὀρέστην εἶναι λέγουσιν. ἐν δὲ τῷ προνάῳ τῇ μὲν Χάριτες, ἀγάλματά ἐστιν ἀρχαῖα, ἐν δεξιᾷ δὲ κλίνη τῆς Ἥρας, καὶ ἀνάθημα ἀσπὶς, ἣν Μενέλαός ποτε ἀφείλετο Εὔφορβον ἐν Ἰλίῳ. (4) Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἥρας ἐπὶ θρόνου κάθηται μεγέθει μέγα, χρυσοῦ μὲν καὶ ἐλέφαντος, Πολυκλείτου δὲ ἔργον· ἔπεστι δέ οἱ στέφανος Χάριτας ἔχων καὶ Ὥρας ἐπειργασμένας, καὶ τῶν χειρῶν τῇ μὲν καρπὸν φέρει ῥοιᾶς, τῇ δὲ σκῆπτρον. τὰ μὲν οὖν ἐς τὴν ῥοιὰν (ἀποῤῥητότερος γάρ ἐστιν ὁ λόγος) ἀφείσθω μοι. κόκκυγα

e foliis coronamenta contexunt. (3) Fani architectum Argivum Eupolemum produnt. Quae supra columnas opera sunt, ea partim ad Iovis natales, partim ad gigantum cum dis pugnam, partim etiam ad Troianum bellum et Ilii eversionem pertinent. Statuae pro vestibulo stant, quum foeminarum, quae sacerdotio Iunonis functae fuerint, tum heroum et aliorum et *ipsius in primis* Orestis. Nam quae nomine Augusti inscripta est, Orestem illum fuisse asserunt. In primo templi aditu ad laevam Gratiarum prisci operis signa exstant: ad dexteram Iunonis lectus. *In templi antica parte, quem Pronaum appellari ante dictum est*, positum etiam scutum illud, quod Euphorbo quondam Menelaus in bello Troiano eripuit. (4) Deae signum in solio sedet eximia magnitudine, auro et ebore fabricatum, Polycleti opus. Corona capiti imposita. Ea Gratias et Horas egregie factas habet. Dea manu altera Punicum malum, altera vero sceptrum tenet. Quae de malo Punico arcanis consignata sunt sacris, silentio praetereo. Cuculum vero avem idcirco sceptro aiunt impo-

δὲ ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ καθῆσθαί φασι, λέγοντες τὸν Δία, ὅτε ἤρα παρθένου τῆς Ἥρας, ἐς τοῦτον τὸν ὄρνιθα ἀλλαγῆναι, τὴν δὲ ἅτε παίγνιον θηρᾶσαι. τοῦτον τὸν λόγον, καὶ ὅσα ἐοικότα εἴρηται περὶ θεῶν, οὐκ ἀποδεχόμενος γράφω, γράφω δὲ οὐδὲν ἧσσον. (5) Λέγεται δὲ παρεστηκέναι τῇ Ἥρᾳ τέχνη Ναυκύδους ἄγαλμα Ἥβης, ἐλέφαντος δὲ καὶ τοῦτο καὶ χρυσοῦ. παρὰ δὲ αὐτήν ἐστιν ἐπὶ κίονος ἄγαλμα Ἥρας ἀρχαῖον. τὸ δὲ ἀρχαιότατον πεποίηται μὲν ἐξ ἀχράδος, ἀνετέθη δὲ ἐς Τίρυνθα ὑπὸ Πειράσου τοῦ Ἄργου, Τίρυνθα δὲ ἀνελόντες Ἀργεῖοι κομίζουσιν ἐς τὸ Ἡραῖον· ὃ δὴ καὶ αὐτὸς εἶδον, καθήμενον ἄγαλμα οὐ μέγα. (6) Ἀναθήματα δὲ τὰ ἄξια λόγου, βωμὸς ἔχων ἐπειργασμένον τὸν λεγόμενον Ἥβης καὶ Ἡρακλέους γάμον· οὗτος μὲν ἀργύρου· χρυσοῦ δὲ καὶ λίθων λαμπόντων Ἀδριανὸς βασιλεὺς ταῶν ἀνέθηκεν· ἀνέθηκε δὲ, ὅτι τὴν ὄρνιθα ἱερὰν τῆς Ἥρας νομίζουσι. κεῖται δὲ καὶ στέφανος χρυσοῦς καὶ πέπλος πορφύρας, Νέρωνος ταῦτα ἀναθήματα. (7) Ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸν ναὸν

situm, quod virginis Iunonis amore captus Iupiter in eam se avem verterit, quam puella tanquam ludicrum captarit. Haec ego, et quae *his* sunt similia de dis vulgata, etsi vera neutiquam existimo, non putavi tamen negligenda. (5) Adstitisse etiam tradunt Iunoni Hebes signum Naucydis arte factum, ipsum etiam ex auro et ebore. Est etiam super columna vetus Iunonis signum: omnium vero vetustissimum, e piro sylvestri factum: quod quum Pirasus Argi filius Tirynthem asportasset, Argivi oppido everso in Iunonis reportarunt. Ipse illud vidi sedentis forma, et modica magnitudine. (6) Dona quidem digna, quae historiae mandentur, in eo templo sunt: *primum* ara, in qua caelatae Herculis et Hebes nuptiae, argentea omnia. Deinde pavo ex auro et fulgidis lapidibus, quem dedicavit Adrianus imperator. Ea enim Iunoni sacra avis habetur. Aurea deinde corona, et purpurea palla, Neronis dona. (7) Sunt autem supra templum

τοῦτον τοῦ προτέρου ναοῦ θεμέλιά τε, καὶ εἰ δή τι ἄλλο ὑπελίπετο ἡ φλόξ. κατεκαύθη δὲ, τὴν ἱέρειαν τῆς Ἥρας Χρυσηΐδα ὕπνου καταλαβόντος, ὅτε ὁ λύχνος πρὸ τῶν 149
στεφανωμάτων ἥπτετο. καὶ Χρυσηῒς μὲν ἀπελθοῦσα ἐς Τεγέαν τὴν Ἀθηνᾶν τὴν Ἀλέαν ἱκέτευεν· Ἀργεῖοι δὲ, καίπερ κακοῦ τηλικούτου παρόντος σφίσι, τὴν εἰκόνα οὐ καθεῖλον τῆς Χρυσηΐδος, ἀνάκειται δὲ καὶ ἐς τόδε τοῦ ναοῦ τούτου κατακαυθέντος ἔμπροσθεν.

## CAPUT XVIII.

**De Persei Heroo — Thyeste et Atreo — templo Cereris Mysiae — tribus Argivorum regnis eorumque regibus — Oreste ejusque sobole — Heraclidarum adventu in Peloponnesum et Argorum, Lacedaemonis ac Messeniae expugnatione.**

Ἐκ Μυκηνῶν δὲ ἐς Ἄργος ἐρχομένοις ἐν ἀριστερᾷ Περσέως παρὰ τὴν ὁδόν ἐστιν ἡρῷον. ἔχει μὲν δὴ καὶ ἐνταῦθα τιμὰς παρὰ τῶν προσχωρίων, μεγίστας δὲ ἔν τε Σερίφῳ· καὶ παρ' Ἀθηναίοις Περσέως τέμενος, καὶ Δίκτυος καὶ Κλυμένης βωμὸς σωτήρων καλουμένων Περ-

hoc antiquioris templi fundamenta, et si quid aliud reliquum flamma fecit. Crematum illud quidem est, quum somnus Chrysidem Iunonis sacerdotem oppressisset, incensis proximae lucernae lumine coronamentis. Ipsa quidem Chrysis Tegean ad Aleae Minervae aram supplex confugit: neque tamen ea calamitas Argivos usque eo commovit, ut eius statuam deiiciendam putarent. Manet ea adhuc in priore parte eius templi, quod conflagrasse diximus.

Cap. XVIII. Qua Mycenis Argos iter est, ad laevam Persei iuxta ipsam viam heroicum monumentum exstat. Nam Perseo hoc etiam in loco honores a finitimis habentur, multo vero maximi in Seripho. Est et apud Athenienses Persei delubrum: et *in eo* Dictyis et Clymenes, qui Persei servatores

σέως. (2) Ἐν δὲ τῇ Ἀργείᾳ προελθοῦσιν ὀλίγον ἀπὸ τοῦ ἡρῴου τούτου Θυέστου τάφος ἐστὶν ἐν δεξιᾷ· λίθου δὲ ἔπεστιν αὐτῷ κριός, ὅτι τὴν ἄρνα ὁ Θυέστης ἔσχε τὴν χρυσῆν, μοιχεύσας τοῦ ἀδελφοῦ τὴν γυναῖκα. Ἀτρέα δὲ οὐκ ἐπέσχεν ὁ λογισμὸς μετρῆσαι τὴν ἴσην, ἀλλὰ τῶν Θυέστου παίδων σφαγὰς καὶ τὰ ᾀδόμενα δεῖπνα ἐξειργάσατο. ὕστερον δὲ οὐκ ἔχω σαφὲς εἰπεῖν, πότερον ἀδικίας ἦρξεν Αἴγισθος, ἢ προϋπῆρξεν Ἀγαμέμνονι φόνος Ταντάλου τοῦ Θυέστου· συνοικεῖν δέ φασιν αὐτὸν Κλυταιμνήστρᾳ παρθένῳ παρὰ Τυνδάρεω λαβόντα. ἐγὼ δὲ καταγνῶναι μὲν οὐκ ἐθέλω, φύσει σφᾶς γενέσθαι κακούς· εἰ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῖς τὸ μίασμα τὸ Πέλοπος καὶ ὁ Μυρτίλου προστρόπαιος ἠκολούθησε, τούτοις ἦν ἄρα ὁμολογοῦντα, ἡνίκα ἡ Πυθία Γλαύκῳ τῷ Ἐπικύδους Σπαρτιάτῃ, βουλεύσαντι ἐπίορκα ὀμόσαι, καὶ τοῦδε εἶπεν ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην. (3) Ἀπὸ δὲ τῶν κριῶν (οὕτω γὰρ τοῦ Θυέστου τὸ μνῆμα ὀνομάζουσι)

appellati sunt, ara. (2) At in Argivorum finibus, qui paululum a Persei monumento progressi fuerint, ad dexteram Thyestae sepulcrum videant: cui aries e marmore impositus est. Aurei enim velleris agnum fratri Thyestes subripuit, quum eius uxorem stupri consuetudine sibi conciliasset. Atreus vero nulla potuit adduci ratione, ut par duntaxat pari referret: verum illius liberorum caede et decantatis *in scena* epulis poenas a fratre expetivit. De Aegistho utique et Agamemnone non habeo pro comperto dicere, iniuriamne Aegisthus prior intulerit, an vero ulcisci voluerit Tantali Thyestae filii caedem, cui Clytaemnestra a patre Tyndaro virgo desponsa fuerat. Ego sane innatae ipsos malitiae condemnare nolim. Sed si Pelopis scelus et Myrtili vindex genius usque adeo eos est persequutus, congruunt nimirum his *casibus*, quae Glauco Epicydis filio Spartano, quum ille de periurio cogitaret, Pythia respondit, commissam periurio fraudem in nepotes redundaturam. (3) Ab Arietibus (sic enim Thyestae monumentum vocant) qui aliquantulum processerint, ad lae-

προελθοῦσιν ὀλίγον ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ χωρίον Μυσία, καὶ Δήμητρος Μυσίας ἱερὸν, ἀπὸ ἀνδρὸς Μυσίου τὸ ὄνομα, γενομένου καὶ τούτου, καθάπερ λέγουσιν Ἀργεῖοι, ξένου τῇ Δήμητρι. τούτῳ μὲν οὖν οὐκ ἔπεστιν ὄροφος· ἐν δὲ αὐτῷ ναός ἐστιν ἄλλος ὀπτῆς πλίνθου, ξόανα δὲ Κόρης καὶ Πλούτωνος καὶ Δήμητρός ἐστι. προελθοῦσι δὲ ποταμός ἐστιν Ἴναχος, καὶ διαβᾶσιν Ἡλίου βωμός. ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ πύλην ἥξεις καλουμένην ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱεροῦ· τὸ δὲ ἱερόν ἐστιν Εἰλειθυίας. (4) Μόνους δὲ Ἑλλήνων οἶδα Ἀργείους εἰς τρεῖς βασιλείας νεμηθέντας. ἐπὶ γὰρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀναξαγόρου τοῦ Ἀργείου τοῦ Μεγαπένθους μανία ταῖς γυναιξὶν ἐνέπεσεν, ἐκφοιτῶσαι δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν χώραν, ἐς δ' Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος ἔπαυσε σφᾶς τῆς νόσου· ἐφ' ᾧ τε αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς Βίας Ἀναξαγόρᾳ τὸ ἴσον ἕξουσιν. ἀπὸ μὲν δὴ Βίαντος βασιλεύουσι πέντε ἄνδρες ἐπὶ γενεὰς τέσσαρας ἐς Κυάνιππον τὸν Αἰγιαλέως, ὄντες Νηλεῖδαι

vam cernent regiunculam, cui Mysia nomen: in qua est Mysiae Cereris aedes. Nomen id sumtum a quodam Mysio, quem Cereris hospitem fuisse Argivi dicunt. Eius aedis tectum collapsum est. Sed in eo delubrum aliud e coctilibus latereulis erectum: in quo e ligno Proserpinae, Plutonis, Cereris signa. Hinc progressus ad Inachum amnem pervenias. Quem ubi transieris, ad aram primum Solis accedes; deinde ad portam, quae de proximo templo nominatur, Lucinae. (4) Et Argivos quidem solos ex omnibus Graecis in tria regna divisos novi. Quo enim tempore regnum tenuit Anaxagoras Argei filius, Megapenthis nepos, is furor foeminas invasit, ut, quum intra domesticos parietes contineri non possent, per totum agrum palantes vagarentur. Inventus tandem est Melampus Amythaonis filius, a quo sanatae sunt. Et Anaxagoras ita gratiam retulit, ut aequis cum eo fratreque eius Biante partibus regnum communicaret. A Biante regnarunt *deinceps* viri quinque per aetates quatuor, usque ad Cyanippum Aegialei filium, *omnes* a Neleo genere materno

τὰ πρὸς μητρός· ἀπὸ δὲ Μελάμποδος γενεαί τε ἕξ, καὶ ἄνδρες ἴσοι, μέχρις Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου· τὸ δὲ ἐγχώριον γένος οἱ Ἀναξαγορίδαι βασιλεύουσι πλέον. Ἶφις μὲν γὰρ ὁ Ἀλέκτορος τοῦ Ἀναξαγόρου Σθενέλῳ τῷ Καπανέως ἀδελφοῦ παιδὶ ἀπέλιπε τὴν ἀρχήν. Ἀμφιλόχου δὲ μετὰ ἅλωσιν Ἰλίου μετοικήσαντος ἐς τοὺς νῦν Ἀμφιλόχους, Κυανίππου ἄπαιδος τελευτήσαντος, οὕτω Κυλαράβης ὁ Σθενέλου μόνος τὴν βασιλείαν ἔσχεν. (5) Οὐ μέντοι παῖδας κατέλιπεν οὐδ' αὐτὸς, ἀλλὰ Ὀρέστης ὁ Ἀγαμέμνονος τὸ Ἄργος κατέσχε παροικῶν τε ἐγγὺς αὐτῷ, καὶ
151 ἄνευ τῆς πατρῴας ἀρχῆς, προσπεποιημένος μὲν Ἀρκάδων τοὺς πολλοὺς, παρειληφὼς δὲ καὶ τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιλείαν, συμμαχικοῦ δὲ ἐκ Φωκέων ἀεί ποτε ἐπ' ὠφελείᾳ ἑτοίμου παρόντος. Λακεδαιμονίων δὲ ἐβασίλευσεν Ὀρέστης, Λακεδαιμονίων ἐφέντων αὐτῷ. τοὺς γὰρ Τυνδάρεω θυγατριδοῦς τὴν ἀρχὴν ἔχειν ἠξίουν πρὸ Νικοστράτου καὶ Μεγαπένθους Μενελάῳ γεγεννημένων ἐκ δούλης.

originem ducentes. A Melampode sex, per totidem aetates, usque ad Amphilochum Amphiarai filium. At indigenarum gens, Anaxagorae nepotes, regnum longiore multo tempore retinuerunt. Iphis enim Alectoris filius, Anaxagorae nepos, Sthenelo Capanei fratris filio imperium reliquit. Ac deinde quum post eversum Ilium Amphilochus in eum locum migrasset, qui nunc ab eo Amphilochi appellantur, et Cyanippus sine liberis obisset, solus Cylarabes Stheneli filius regnum obtinuit. (5) Verum neque is liberos ullos reliquit. Orestes itaque Agamemnonis filius Argos occupavit, quippe qui non tantum in propinquo habitaret, sed etiam praeter paternum imperium maiorem Arcadiae partem sibi adiunxisset, accepisset etiam regnum Spartanum, ac socios e Phocensibus paratos haberet, quandocunque necessitas auxilia postularet. Lacedaemoniis vero haudquaquam invitis Orestes imperavit. Illi enim Tyndari nepotem, cui parerent, digniorem putarunt, quam Nicostratum et Megapenthem, quos Menelaus e serva

Ὀρέστου δὲ ἀποθανόντος, ἔσχε Τισαμενὸς τὴν ἀρχὴν Ἑρμιόνης τῆς Μενελάου καὶ Ὀρέστου παῖς. τὸν δὲ Ὀρέστου νόθον Πενθίλον Κιναίθων ἔγραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἠριγόνην τὴν Αἰγίσθου τεκεῖν. (6) Ἐπὶ δὲ τοῦ Τισαμενοῦ τούτου κατίασιν ἐς Πελοπόννησον Ἡρακλεῖδαι, Τήμενος μὲν καὶ Κρεσφόντης Ἀριστομάχου· τοῦ τρίτου δὲ Ἀριστοδήμου προτεθνεῶτος εἵποντο οἱ παῖδες. Ἄργους μὲν δὴ καὶ τῆς ἐν Ἄργει βασιλείας ὀρθότατα, ἐμοὶ δοκεῖν, ἠμφισβήτουν· ὅτι ἦν Πελοπίδης ὁ Τισαμενός· οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι τὸ ἀνέκαθεν εἰσὶ Περσεῖδαι. Τυνδάρεω δὲ καὶ αὐτὸν ἐκπεσόντα ἀπέφαινον ὑπὸ Ἱπποκόωντος· Ἡρακλέα δὲ ἔφασαν ἀποκτείναντα Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς παῖδας παρακαταθέσθαι Τυνδάρεῳ τὴν χώραν. τοιαῦτα δὲ καὶ περὶ τῆς Μεσσηνίας ἕτερα ἔλεγον, παρακαταθήκην Νέστορι δοθῆναι καὶ ταύτην ὑπὸ Ἡρακλέους ἑλόντος Πύλον. (7) Ἐκβάλλουσιν οὖν ἐκ μὲν Λακεδαίμονος καὶ Ἄργους Τισαμενὸν, ἐκ δὲ τῆς Μεσσηνίας τοὺς

genuerat. At quum e vita excessisset Orestes, ei in regnum successit Tisamenus filius, quem ex Hermione Menelai filia susceperat. Nam Penthilum nothum ei filium Erigonen Aegisthi filiam peperisse, versibus Cinaethon suis testatus est. (6) Tisameno regnante Herculis posteri in Peloponnesum rediere, Temenus et Cresphontes Aristomachi filii, quique eos secuti sunt, Aristodemi, qui iam e vita decesserat, tertii eorum fratris filii. Ac de Argis quidem, eorumque regno, iure optimo, uti mihi videtur, certabant. Erat enim Tisamenus Pelopis nepos, ut Heraclidae a Perseo originem ducebant. Iam vero Tyndarum ipsum eiectum sciebant *olim* fuisse ab Hippocoonte: Hippocoontem eiusque filios ab Hercule interfectum, regnum apud Tyndari liberos depositum. Eodemque iure Messeniae regnum repetierunt, quod Hercules, Pylo excisa, regionem hanc apud Nestorem depositam reliquisset. (7) His igitur adducti rationibus, Argis et Lacedaemone Tisamenum, ex Messenia Nestoris

Νέστορος ἀπογόνους, Ἀλκμαίωνα Σίλλου τοῦ Θρασυμήδους, καὶ Πεισίστρατον τὸν Πεισιστράτου, καὶ τοὺς Παίονος τοῦ Ἀντιλόχου παῖδας· σὺν δὲ αὐτοῖς Μέλανθον τὸν Ἀνδροπόμπου τοῦ Βώρου τοῦ Πενθίλου τοῦ Περικλυμένου. Τισαμενὸς μὲν οὖν ἦλθε σὺν τῇ στρατιᾷ
152 καὶ οἱ παῖδες ἐς τὴν νῦν Ἀχαΐαν. οἱ δὲ Νηλεΐδαι πλὴν Πεισιστράτου (τοῦτον γὰρ οὐκ οἶδα παρ' οὕςτινας ἀπεχώρησεν) ἐς Ἀθήνας ἀφίκοντο οἱ λοιποί· καὶ τὸ Παιονιδῶν γένος καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν ἀπὸ τούτων ὠνομάσθησαν. Μέλανθος δὲ καὶ τὴν βασιλείαν ἔσχεν, ἀφελόμενος Θυμοίτην τὸν Ὀξύντου· Θυμοίτης γὰρ Θησειδῶν ἔσχατος ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων. τὰ μὲν οὖν Κρεσφόντου καὶ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων οὐκ ἤπειγεν ὁ λόγος με ἐνταῦθα δηλῶσαι.

posteros, expulere, Alcmaeonem Silli filium, Thrasymedis nepotem, et Pisistrati filium Pisistratum: ad hos Paeonis, qui ex Antilocho natus est, liberos: cumque his Melanthum Andropompi filium, Bori nepotem, Penthili pronepotem, abnepotem Periclymeni. Tisamenus itaque eum suis copiis, eiusque filii cum eo in eam *Graeciae partem*, quae nunc Achaia dicitur: Nelei posteri, praeter Pisistratum, (hic enim ad quos se contulerit, compertum non habeo) reliqui omnes Athenas venere: a quibus Paeonidarum et Alcmaeonidarum gens nomen accepit. Nam Melanthus regnum etiam, pulso Thymoete Oxyntae filio, qui postremus de Thesidis regnavit, Athenis obtinuit. Verum de Cresphonte et Aristodemi liberis nihil attinet hoc loco dicere.

# CAPUT XIX.

De Temeno et Deïphonte — Argivis regnum cum republica mutantibus — templo Apollinis Lycii a Danao exstructo — Bitone — Phoroneo ignis inventore — Hypermnestra et Venere Nicephoro — Linorum sepulcris — aliis memorandis.

*Τήμενος δὲ ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ Δηϊφόντῃ τῷ Ἀντιμάχου τοῦ Θρασυάνορος τοῦ Κτησίππου τοῦ Ἡρακλέους στρατηγῷ πρὸς τὰς μάχας ἐχρήσατο ἀντὶ τῶν υἱῶν, καὶ σύμβουλον ἐς πάντα εἶχεν, ἅτε αὐτόν τε ἐκεῖνον πεποιημένος πρότερον ἔτι γαμβρὸν, καὶ τῶν παίδων ἀρεσκόμενος τῇ Ὑρνηθοῖ μάλιστα· ὑπωπτεύετο δὲ ἤδη καὶ τὴν βασιλείαν ἐς ἐκείνην καὶ Δηϊφόντην τρέπειν. ἐπεβουλεύθη δὲ τούτων εἵνεκα ὑπὸ τῶν υἱῶν· ἐκείνων δὲ αὐτῷ Κεῖσος πρεσβύτατος ὢν ἔσχε τὴν ἀρχήν. (2) Ἀργεῖοι δὲ, ἅτε ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου, τὰ τῆς ἐξουσίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προήγαγον, ὡς Μήδωνι τῷ Κείσου καὶ τοῖς ἀπογόνοις τὸ ὄνομα λειφθῆναι τῆς βασιλείας μόνον. Μέλταν δὲ τὸν Λακίδεω τὸν ἀπόγονον Μήδωνος τὸ παράπαν ἔπαυσεν*

Cap. XIX. Temenus vero *Argivorum regno potitus* Deiphonte Antimachi filio, Thrasyanoris nepote, pronepote Ctesippi, abnepote Herculis, suis ipsius filiis praeteritis, quum ad bella omnia tum ad res ceteras gerendas socio et consiliario utebatur. Quem quum sibi etiam generum ante adscivisset, ac Hyrnethoni filiae plus multo quam ceteris liberis studeret, in suspicionem venit, ne *remotis a filiis* regnum in ipsam et Deiphontem transferret. Quare insidiis illum filii de medio sustulerunt. Eorum deinde natu maximus Cisus regnum tenuit. (2) At Argivi, qui iam tum ab initio libertatis et iuris aequabilis perstudiosi fuerant, regiam potestatem usque eo in ordinem coëgerunt, ut Cisi liberis eiusque posteris nihil omnino aliud quam regni nomen reliquerint. Meltam postremo Lacidai filium, Medonis nepo-

ἀρχῆς καταγνοὺς ὁ δῆμος. (3) Ἀργείοις δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει τὸ ἐπιφανέστατόν ἐστιν Ἀπόλλωνος ἱερὸν Λυκίου. τὸ μὲν οὖν ἄγαλμα τὸ ἐφ' ἡμῶν Ἀττάλου ποίημα ἦν Ἀθηναίου, τὸ δὲ ἐξαρχῆς, Δαναοῦ καὶ ὁ ναὸς καὶ τὸ ξόανον ἀνάθημα ἦν. ξόανα γὰρ δὴ τότε εἶναι πείθομαι πάντα, καὶ μάλιστα τὰ Αἰγύπτια. Δαναὸς δὲ ἱδρύσατο Λύκιον Ἀπόλλωνα ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ. παραγενόμενος ἐς τὸ Ἄργος ἠμφισβήτει πρὸς Γελάνορα τὸν Σθενέλα περὶ τῆς ἀρχῆς. ῥηθέντων δὲ ἐπὶ τοῦ δήμου παρ' ἀμφοτέρων πολλῶν τε καὶ ἐπαγωγῶν, καὶ οὐχ ἧσσον δίκαια
153 λέγειν τοῦ Γελάνορος δόξαντος, ὁ μὲν δῆμος ὑπερέθετο, φασὶν, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν κρίνειν. ἀρχομένης δὲ ἡμέρας, ἐς βοῶν ἀγέλην νεμομένην πρὸ τοῦ τείχους ἐσπίπτει λύκος, προσπεσὼν δ' ἐμάχετο πρὸς ταῦρον ἡγεμόνα τῶν βοῶν. παρίσταται δὴ τοῖς Ἀργείοις, τῷ μὲν Γελάνορα, Δαναὸν δὲ εἰκάσαι τῷ λύκῳ· ὅτι οὔτε τὸ θηρίον τοῦτό ἐστιν ἀνθρώποις σύντροφον, οὔτε Δαναός σφισιν ἐς ἐκεῖνο τοῦ

tem, *capitis* damnatum populus imperio spoliavit. (3) Apud Argivos longe omnium templorum est nobilissimum Apollinis Lycii, in quo quod aetate nostra exstat dei signum, Attali fuit Atheniensis opus. Antiquissimum e ligno Danaus dedicavit cum ipsa aede. Fuisse vero illis temporibus signa omnia e ligno, et in primis quae Aegyptii fecissent, crediderim. Ac Lycium quidem Apollinem huiusmodi de causa dedicavit Danaus. Quum Argos venisset, de regno cum Gelanore Sthenelae filio contendit: ac quum eorum uterque ad populum multa, et ea maxime probabilia et iuri consentanea dixisset, neque omnino, quae Gelanor afferebat, minus aequa viderentur, causa ampliata est in crastinum. Postero die prima luce in boum gregem in pomoerio pascentium lupus impetum fecit: atque is taurum ipsum gregis ducem adortus est. Visum est Argivis, Gelanori cum tauro, cum lupo esse Danao aptissimam convenientiae rationem: quod scilicet, uti lupus animal est homini minime familiare, sic propemodum ad id temporis nulla fuisset Danaus Argivorum

χρόνου. ἐπεὶ δὲ τὸν ταῦρον κατειργάσατο ὁ λύκος, διὰ τοῦτο ὁ Δαναὸς ἔσχε τὴν ἀρχήν. οὕτω δὴ νομίζων Ἀπόλλωνα ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἐπαγαγεῖν τῶν βοῶν τὸν λύκον, ἱδρύσατο Ἀπόλλωνος ἱερὸν Λυκίου. (4) Ἐνταῦθα ἀνάκειται μὲν θρόνος Δαναοῦ· κεῖται δὲ εἰκὼν Βίτωνος, ἀνὴρ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρων ταῦρον· ὡς δὲ Λυκέας ἐποίησεν, ἐς Νεμέαν Ἀργείων ἀγόντων θυσίαν τῷ Διΐ, ὁ Βίτων ὑπὸ ῥώμης τε καὶ ἰσχύος ταῦρον ἀράμενος ἤνεγκεν. (5) Ἑξῆς δὲ τῆς εἰκόνος ταύτης πῦρ καίουσιν, ὀνομάζοντες Φορωνέως εἶναι. οὐ γάρ τοι ὁμολογοῦσι δοῦναι πῦρ Προμηθέα ἀνθρώποις, ἀλλὰ ἐς Φορωνέα τοῦ πυρὸς μετάγειν ἐθέλουσι τὴν εὕρεσιν. (6) Τὰ δὲ ξόανα Ἀφροδίτης καὶ Ἑρμοῦ, τὸ μὲν Ἐπειοῦ λέγουσιν ἔργον εἶναι, τὸ δὲ Ὑπερμνήστρας ἀνάθημα. ταύτην γὰρ τῶν θυγατέρων μόνην τὸ πρόσταγμα ὑπεριδοῦσαν ὑπήγαγεν ὁ Δαναὸς εἰς δικαστήριον, τοῦ τε Λυγκέως οὐκ ἀκίνδυνον αὐτῷ τὴν σωτηρίαν ἡγούμενος, καὶ ὅτι τοῦ τολμήματος

usus consuetudine. Quare quum taurum lupus confecisset, e re nata Argivi Danao imperium adiudicarunt. Tunc Danaus lupum ab Apolline immissum interpretatus, Lycii Apollinis aedem dicavit. (4) In ea est Danai ipsius solium, et Bitonis statua, vir humeris taurum portans. Versibus enim Lyceas testatum reliquit, quum sacra Iovi destinata solemni pompa Nemeam ab Argivis deducerentur, Bitonem eo fuisse corporis robore, ut sublatum taurum portaret. (5) Non longe ab hac statua ignem accendunt: Phoronei ignem appellant. Neque enim iis assentiuntur, qui traditum a Prometheo ignem hominibus dicunt, quum totum ignis inventum ad Phoroneum referant. (6) Lignea Veneris et Mercurii simulacra, alterum Epei opus, Hypermnestrae donum fuisse alterum dicunt. Hypermnestram enim Danaus in iudicium vocavit eo crimine, quod una ex omni filiarum numero patris imperata facere neglexisset. Nam qui ex Lyncei salute se periculo carere non posse putaret, ab ea,

οὐ μετασχοῦσα ταῖς ἀδελφαῖς, καὶ τῷ βουλεύσαντι τὸ ὄνειδος ηὔξησε. κριθεῖσα δὲ ἐν τοῖς Ἀργείοις ἀποφεύγει τε καὶ Ἀφροδίτην ἐπὶ τῷδε ἀνέθηκε νικηφόρον. τοῦ ναοῦ δέ ἐστιν ἐντὸς Λάδας ποδῶν ὠκύτητι ὑπερβαλλόμενος τοὺς ἐφ' αὑτοῦ· καὶ Ἑρμῆς ἐς λύρας ποίησιν
154 χελώνην ἠρηκώς. ἔστι δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ βάθρον, πεποιημένην ἐν τύπῳ ταύρου μάχην ἔχον καὶ λύκου, σὺν δὲ αὐτοῖς παρθένον ἀφιεῖσαν πέτραν ἐπὶ τὸν ταῦρον· Ἄρτεμιν δὲ εἶναι νομίζουσι τὴν παρθένον. Δαναὸς δὲ ταῦτά τε ἀνέθηκε, καὶ πλησίον κίονας, καὶ Διὸς καὶ Ἀρτέμιδος ξόανα. (7) Τάφοι δέ εἰσιν, ὁ μὲν Λίνου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ψαμάθης τῆς Κροτώπου, τὸν δὲ λέγουσιν εἶναι Λίνου τοῦ ποιήσαντος τὰ ἔπη. τὰ μὲν οὖν ἐς τοῦτον, οἰκειότερα ὄντα ἑτέρῳ λόγῳ, παρίημι, τὰ δὲ ἐς τὸν Ψαμάθης ἡ Μεγαρική μοι συγγραφὴ προεδήλωσεν. ἐπὶ τούτοις ἐστὶν Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς, καὶ βωμὸς Ὑετίου Διὸς, ἔνθα οἱ συσπεύδοντες Πολυνείκει τὴν ἐς Θήβας

quae mandatum facinus, uti sorores, non perpetrasset, insigni se notatum infamia interpretabatur. At Argivorum illa sententiis absoluta, in eius iudicii memoriam Venerem, *quae victoriam praefert,* (Nicephoron *vocant*) dedicavit. In ipso templo Ladas est, qui pedum celeritate cunctos anteivit aetatis suae homines. Mercurius etiam, e sublata testudine lyram facere meditans. Pro aede basis est, in qua incisa est tauri et lupi pugna: incisa etiam virgo, quae lapidem in taurum mittit. Dianam illam virginem nominant. Haec Danaus dicavit, et loco proximo columnas cum ligneis Iovis et Dianae signis. (7) Sepulcra ibidem sunt Lini Apollinis filii, et Psamathes Crotopi filiae. Et Linum quidem hunc eundem esse dicunt, qui carmina fecit: verum quae ad hunc magis pertinent, in alium historiae locum aptiorem differo. Nam de Psamathe satis multa, qua in parte Megarensium res persecuti sumus, exposuimus. Praeter ea, *quae enumeravimus*, est ibidem Apollinis Agyiei (*id est, viarum praesidis*) signum, et Pluvii Iovis ara: ad quam, qui foedus de Polynice

κάθοδον ἀποθανεῖσθαι συνώμοσαν, ἢν μὴ τὰς Θήβας γένηται σφισιν ἑλεῖν. ἐς δὲ τοῦ Προμηθέως τὸ μνῆμα ἧσσόν μοι δοκοῦσιν Ὀπουντίων εἰκότα λέγειν· λέγουσι δὲ ὅμως.

# CAPUT XX.

De signo Jovis Milichii ejusque origine — Cleobe et Bitone — templo Jovis Nemei et Fortunae — Choriae Maenadis sepulcro — Horarum templo — Polynicis et septem ad Thebas ducum aliorumque signis — templo Jovis Servatoris et templo Cephissi — theatro ac signis in eo — templo Veneris ac Telesillae signo — Telesillae fortibus factis.

Παριόντι δὲ Κρεύγα τὴν εἰκόνα, ἀνδρὸς πύκτου, καὶ τρόπαιον ἐπὶ Κορινθίοις ἀνασταθὲν, ἄγαλμά ἐστι καθήμενον Διὸς Μειλιχίου, λίθου λευκοῦ, Πολυκλείτου δὲ ἔργον. ποιηθῆναι δὲ ἐπυνθανόμην αὐτὸ ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ. Λακεδαιμονίοις πολεμεῖν πρὸς Ἀργείους ἀρξαμένοις οὐδεμία ἦν ἔτι ἀπαλλαγὴ, πρὶν ἢ Φίλιππος σφᾶς ἠνάγκασεν ὁ Ἀμύντου μένειν ἐπὶ τοῖς καθεστηκόσιν ἐξ ἀρχῆς ὅροις τῆς χώρας. τὸν δὲ ἔμπροσθεν χρόνον οἱ Λακεδαιμόνιοι

in regnum restituendo percusserunt, coniurationem fecere, si Thebas exscindere non potuissent, mortem omnino se oppetituros. De Promethei monumento minus, quam Opuntii, quae veritati sint consentanea, mihi videntur *Argivi* dicere.

Cap. XX. Si omiseris Creugantis pugilis effigiem, et tropaeum de Corinthiis erectum, simulacrum conspicitur Iovis Milichii, (*quod est ac si Mansueti dicas*) e candido marmore, Polycleti opus. Dedicatum vero ob huiusmodi causam audivi. Lacedaemonii, suscepto semel contra Argivos bello, nullum belligerandi finem fecerunt, priusquam utrosque Philippus Amyntae filius definitis iam tum ab initio imperii terminis circumscripsit. Nam superioribus tempo-

μηδὲν ἔξω Πελοποννήσου περιεργαζόμενοι τῆς Ἀργείας ἀεί τι ἀπετέμνοντο, ἢ οἱ Ἀργεῖοι, τετραμμένων πρὸς πό-
155 λεμον ἐκείνων ὑπερόριον, ἐν τῷ τοιούτῳ καὶ αὐτοί σφισιν ἐνέκειντο. προηγμένου δὲ ἀμφοτέροις ἐς ἄκρον τοῦ μίσους, ἔδοξεν Ἀργείοις λογάδας τρέφειν χιλίους· ἡγεμὼν δὲ ἐτέτακτο ἐπ' αὐτοῖς Βρύας Ἀργεῖος, ὃς ἄλλα τε ἐς ἄνδρας ὕβρισε τοῦ δήμου, καὶ παρθένον κομιζομένην παρὰ τὸν νυμφίον ᾔσχυνεν, ἀφελόμενος τοὺς ἄγοντας. ἐπιλαβούσης δὲ τῆς νυκτὸς, τυφλοῖ τὸν Βρύαντα ἡ παῖς, φυλάξασα ὑπνωμένον· φωραθεῖσα δὲ, ὡς ἐπέσχεν ἡμέρα, κατέφυγεν ἱκέτις ἐς τὸν δῆμον: οὐ προεμένων δὲ αὐτὴν τιμωρήσασθαι τοῖς χιλίοις, καὶ ἀπὸ τούτου προαχθέντων ἐς μάχην ἀμφοτέρων, κρατοῦσιν οἱ τοῦ δήμου, κρατήσαντες δὲ οὐδένα ὑπὸ τοῦ θυμοῦ τῶν ἐναντίων ἔλιπον. ὕστερον δὲ ἄλλα τε ἐπηγάγοντο καθάρσια, ὡς ἐπὶ αἵματι ἐμφυλίῳ, καὶ ἄγαλμα ἀνέθηκαν Μειλιχίου Διός. (2) Πλησίον δέ εἰσιν ἐπειργασμένοι λίθῳ Κλέοβις

ribus Lacedaemonii de iis, quae extra Peloponnesum essent, nihil laborantes, de Argivorum semper aliquid finibus carpebant, aut Argivi, si quando Lacedaemonii ad bellum extra fines gerendum se convertissent, eo tempore et ipsi Lacedaemonios urgebant. Quare vehementer exacerbatis utrinque animis, Argivi sibi statuerunt lectissimorum mille hominum praesidium alendum, quibus dux praefectus Bryas Argivus. Is et alia insolenter *ac libidinose* multa in populum fecit, et virgini cuidam, dum ad virum duceretur, iis ipsis, qui ducebant, ereptae vitium obtulit. At illa eadem nocte Bryantem somno oppressum oculis orbavit: deprehensa, ubi illuxit, supplex ad populum confugit. Enimvero populus eam non dedere ad supplicium deposcentibus mille viris. Quare ad pugnam re utrinque deducta, victor populus in persequendis hostibus irae indulgens, nullum supplicii genus praetermisit. Interiecto dein tempore et alia expiandi civilis sanguinis causa facta sunt, et Mansueti Iovis signum dedicatum. (2) Prope sunt in marmore sculpti Cleobis et Biton, qui

καὶ Βίτων, αὐτοί τε ἕλκοντες τὴν ἅμαξαν, καὶ ἐπ' αὐτῇ ἄγοντες τὴν μητέρα ἐς τὸ Ἡραῖον. (3) Τούτων δὲ ἀπαντικρὺ Νεμείου Διός ἐστιν ἱερόν· ἄγαλμα ὀρθὸν χαλκοῦν, τέχνη Λυσίππου. μετὰ δὲ αὐτὸ προελθοῦσιν ἐν δεξιᾷ Φορωνέως τάφος ἐστίν· ἐναγίζουσι δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι τῷ Φορωνεῖ. πέραν δὲ τοῦ Νεμείου Διὸς Τύχης ἐστὶν ἐκ παλαιοτάτου ναός· οἷ δὴ Παλαμήδης τοὺς κύβους εὑρὼν ἀνέθηκεν ἐς τοῦτον τὸν ναόν. τὸ δὲ μνῆμα τὸ πλησίον Χορείας μαινάδος ὀνομάζουσι, Διονύσῳ λέγοντες καὶ ἄλλας γυναῖκας καὶ ταύτην ἐς Ἄργος συστρατεύσασθαι, Περσέα δὲ, ὡς ἐκράτει τῆς μάχης, φονεῦσαι τῶν γυναικῶν τὰς πολλάς· τὰς μὲν οὖν λοιπὰς θάπτουσιν ἐν κοινῷ, ταύτῃ δὲ (ἀξιώματι γὰρ δὴ προεῖχεν) ἰδίᾳ τὸ μνῆμα ἐποίησαν. (4) Ἀπωτέρω δὲ ὀλίγον Ὡρῶν ἱερόν ἐστιν. ἐπανιόντι δὲ ἐκεῖθεν, ἀνδριάντες ἑστήκασι Πολυνείκους τοῦ Οἰδίποδος, καὶ ὅσοι σὺν ἐκείνῳ τῶν ἐν τέλει πρὸς τὸ τεῖχος μαχόμενοι τὸ Θηβαίων ἐτελεύτησαν. τού-
τους τοὺς ἄνδρας ἐς μόνων ἑπτὰ ἀριθμὸν κατήγαγεν Αἰσχύ- 156

impositam plaustro matrem ipsimet in Iunonis templum trahunt. (3) E regione Nemei Iovis aedes: in qua simulacrum dei recto statu ex aere, Lysippi opus. Hinc ad dexteram progressis ostendit se Phoronei sepulcrum. Phoroneo quidem nostra etiamnum aetate parentant. Supra Nemei Iovis Fortunae fanum est perantiquum: in quo inventas a se *primum* tesseras Palamedes dedicavit. Proximum monumentum Choriae Maenadis appellant. Liberi enim Patris castra et alias foeminas, et hanc secutam, quum ille Argos exercitum duceret, memorant: at Perseum, dum victoria potiretur, ex illis foeminis multas occidisse: ac ceteris commune monumentum, huic vero, quod dignitate anteibat, suum est separatim positum. (4) Non longe Horarum est aedes. Illinc rediens positas videas statuas Polynicis Oedipodis filii, et eorum omnium ducum, qui cum illo sub Thebarum muris pugnantes ceciderunt. Eos septem duntaxat recensuit

λος, πλειόνων ἔκ τε Ἄργους ἡγεμόνων, καὶ Μεσσήνης, καί τινων Ἀρκάδων στρατευσαμένων. τούτων δὲ τῶν ἑπτὰ (ἐπηκολουθήκασι γὰρ καὶ Ἀργεῖοι τῇ Αἰσχύλου ποιήσει) πλησίον κεῖνται καὶ οἱ τὰς Θήβας ἑλόντες, Αἰγιαλεὺς Ἀδράστου, καὶ Πρόμαχος Παρθενοπαίου τοῦ Ταλαοῦ, καὶ Πολύδωρος Ἱππομέδοντος, καὶ Θέρσανδρος, καὶ οἱ Ἀμφιαράου παῖδες, Ἀλκμαίων τε καὶ Ἀμφίλοχος· Διομήδης τε καὶ Σθένελος· παρῆν δὲ ἔτι καὶ ἐπὶ τούτων Εὐρύαλος Μηκιστέως, καὶ Πολυνείκους Ἄδραστος, καὶ Τιμέας. τῶν δὲ ἀνδριάντων οὐ πόῤῥω δείκνυται Δαναοῦ μνῆμα, καὶ Ἀργείων τάφος κενὸς, ὁπόσους ἔν τε Ἰλίῳ καὶ ὀπίσω κομιζομένους ἐπέλαβεν ἡ τελευτή. (5) Καὶ Διός ἐστιν ἐνταῦθα ἱερὸν σωτῆρος. καὶ παριοῦσιν ἐς τὸ οἴκημα, ἐνταῦθα τὸν Ἄδωνιν αἱ γυναῖκες Ἀργείων ὀδύρονται. ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς ἐσόδου τῷ Κηφισσῷ πεποίηται τὸ ἱερόν. τῷ δὲ ποταμῷ τούτῳ τὸ ὕδωρ φασὶν οὐ καθάπαξ ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἀφανισθῆναι, ἀλλὰ ἐνταῦθα

Aeschylus, quum plures tamen e primariis viris Argivorum, et e *tota* Messene, atque Arcadiae parte, in eius belli societatem venissent. Prope hos septem (nam et Argivi eum numerum, quem in suo carmine Aeschylus expressit, sequuntur) statuae positae sunt eorum, qui Thebas cepere, Aegialeus Adrasti filius, Promachus Parthenopaei, Talai nepos: Polydorus Hippomedontis, et Thersander: Amphiarai praeterea liberi, Alcmaeon et Amphilochus: Diomedes ad hos, et Sthenelus: quin et Euryalus Mecistei; et Polynicis filii Adrastus et Timeas. A statuis hisce non longe ostenditur Danai monumentum, et honorarius eorum Argivorum tumulus, qui aut ad Ilium cecidere, aut iam reduces morte oppressi sunt. (5) Est ibidem Servatoris Iovis aedes. E qua in cellam venias, ubi Argivorum matronae Adonin lugent. Ad dexteram eius aditus templum Cephisso flumini dicatum est. Eius fluminis aquam non semel a Neptuno exhaustam credi volunt, quum ipsi tamen eo ipso in loco, ubi templum

δὴ μάλιστα, ἔνθα καὶ τὸ ἱερόν ἐστι, συνιᾶσιν ὑπὸ γῆν
ῥέοντος. παρὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Κηφισσοῦ Μεδούσης
λίθου πεποιημένη κεφαλή· Κυκλώπων φασὶν εἶναι καὶ
τοῦτο τὸ ἔργον. τὸ δὲ χωρίον τὸ ὄπισθεν καὶ ἐς τόδε
Κριτήριον ὀνομάζουσιν, Ὑπερμνήστραν ἐνταῦθα ὑπὸ Δα-
ναοῦ κριθῆναι λέγοντες. (6) Τούτου δέ ἐστιν οὐ πόῤῥω
θέατρον· ἐν δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλα θέας ἄξια, καὶ ἀνὴρ
φονεύων ἐστὶν ἄνδρα, Ὀθρυάδαν τὸν Σπαρτιάτην Περί-
λαος Ἀργεῖος ὁ Ἀλκήνορος. Περιλάῳ δὲ τούτῳ καὶ πρό-
τερον ἔτι ὑπῆρχε Νεμείων ἀνῃρῆσθαι νίκην παλαίοντι.
(7) Ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν· ἔμπρο-
σθεν δὲ τοῦ ἕδους Τελέσιλλα ἡ ποιήσασα τὰ ᾄσματα
ἐπείργασται στήλῃ· καὶ βιβλία μὲν ἐκεῖνα ἔῤῥιπταί οἱ 157
πρὸς τοῖς ποσίν, αὐτὴ δὲ ἐς κράνος ὁρᾷ κατέχουσα τῇ
χειρὶ καὶ ἐπιτίθεσθαι τῇ κεφαλῇ μέλλουσα. ἦν δὲ ἡ Τε-
λέσιλλα καὶ ἄλλως ἐν ταῖς γυναιξὶν εὐδόκιμος, καὶ μᾶλλον
ἐτιμᾶτο ἔτι ἐπὶ τῇ ποιήσει. συμβάντος δὲ Ἀργείοις ἀτυ-
χῆσαι λόγου μειζόνως πρὸς Κλεομένην τὸν Ἀναξανδρίδου

est, pro comperto habeant sub terram fluere. Iuxta Cephissi Medusae e marmore caput. Cyclopum hoc etiam opus fuisse dictitant. Vicum, qui a tergo est, Criterium in hoc usque tempus nominant, quod in eo de Hypermnestra a Danao iudicium factum memoriae proditum sit. (6) Non longe theatrum est. In eo et alia digna sunt, quae spectentur, et vir virum caedens, Othryadam Spartanum Perilaus Argivus Alcenoris filius. Et is quidem Perilaus ante de lucta victor in Nemeis renunciatus fuerat. (7) Supra theatrum Veneris fanum: in cuius fronte e pavimento columna surgit, cui insistit Telesilla, quae cantica fecit. Ad pedes eius carminum volumina iacent: ipsa galeam aspicit, quam capiti iam impositura manu tenet. Fuit Telesilla haec et aliis de causis inter foeminas illustris, et honorem praecipuum ex poëtica meruit. *Haec illa Telesilla est, quae tale virtutis muliebris documentum dedit.* Quo tempore Argivi maiore, quam dicendo explicari possit, clade a Cleomene Anaxan-

καὶ Λακεδαιμονίους, καὶ τῶν μὲν ἐν αὐτῇ πεπτωκότων τῇ μάχῃ, ὅσοι δὲ ἐς τὸ ἄλσος τοῦ Ἄργου κατέφευγον, διαφθαρέντων καὶ τούτων, τὰ μὲν πρῶτα ἐξιόντων κατὰ ὁμολογίαν, ὡς δὲ ἔγνωσαν ἀπατώμενοι, συγκατακαυθέντων τῷ ἄλσει τῶν λοιπῶν, οὕτω τοὺς Λακεδαιμονίους Κλεομένης ἦγεν ἐπὶ ἔρημον ἀνδρῶν τὸ Ἄργος. (8) Τελέσιλλα δὲ οἰκέτας μὲν, καὶ ὅσοι διὰ νεότητα ἢ γῆρας ὅπλα ἀδύνατοι φέρειν ἦσαν, τούτους μὲν πάντας ἀνεβίβασεν ἐπὶ τὸ τεῖχος· αὐτὴ δὲ ὁπόσα ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπελείπετο καὶ τὰ ἐκ τῶν ἱερῶν ὅπλα ἀθροίσασα τὰς ἀκμαζούσας ἡλικίᾳ τῶν γυναικῶν ὥπλιζεν· ὁπλίσασα δὲ ἔτασσε κατὰ τοῦτο, ᾗ τοὺς πολεμίους προσιόντας ἠπίστατο. ὡς δὲ ἐγένοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ αἱ γυναῖκες οὔτε τῷ ἀλαλαγμῷ κατεπλάγησαν, δεξάμεναί τε ἐμάχοντο ἐῤῥωμένως, ἐνταῦθα οἱ Λακεδαιμόνιοι φρονήσαντες, ὡς καὶ διαφθείρασί σφισι τὰς γυναῖκας ἐπιφθόνως τὸ κατόρθωμα ἕξει, καὶ σφαλεῖσι μετὰ ὀνειδῶν γενήσοιτο ἡ

dridae filio Lacedaemoniorum rege afflicti sunt, aliis in praelio caesis, ii, qui supplices in Argi lucum confugerant, partim ad pacis conditiones evocati, nihilo minus violati sunt; partim vero, ubi se dolo circumventos senserunt, se ipsos et lucum simul cremarunt. Quare Cleomenes, consumta Argivorum militari aetate et robore, ad Argos oppugnandum confestim Lacedaemoniorum copias duxit. (8) Ibi Telesilla, ad murorum praesidia servitiis, et iis omnibus, qui per aetatem arma ferre non possent, amandatis, e domibus et templis armis, quae reliqua fortuna belli fecerat, refixis, omnes, quae integra aetate erant, foeminas obarmavit, et ibi eas collocavit, qua *ad oppidum* Lacedaemonios accessuros exploratum habebat. Neque vero illae, hoste appropinquante, bellico clamore exterritae sunt: quin fortiter et praesenti animo pugnantes, hostium impressionem sustinuerunt. At Lacedaemonii quum cogitare coepissent, si foeminas violassent, invidiosam fore eam victoriam: sin victi essent, se turpissime discessuros, omnem ab illis belli iram

συμφορὰ, ὑπείκουσι ταῖς γυναιξί. πρότερον δὲ ἔτι τὸν ἀγῶνα τοῦτον προεσήμηνεν ἡ Πυθία· καὶ τὸ λόγιον εἴτε ἄλλως, εἴτε καὶ ὡς συνεὶς, ἐδήλωσεν Ἡρόδοτος·

Ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄῤῥενα νικήσασα
Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,
Πολλὰς Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει.

τὰ μὲν εἰς τὸ ἔργον τῶν γυναικῶν ἔχοντα τοῦ χρησμοῦ 158
ταῦτα ἦν.

## CAPUT XXI.

De memorandis ad forum Argivorum — Aeneae signo et loco Delta dicto — sepulcris memorandis — templo Minervae Salpingos — Epimenide — Pyrrhi monumento — de Medusa Gorgone et Perseo variae narrationes — de Gorgophone — Laphaë — Latonae templo et Chlori Niobes filia.

Κατελθοῦσι δὲ ἐντεῦθεν καὶ αὖθις τραπεῖσιν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, ἔστι μὲν Κερδοῦς Φορωνέως γυναικὸς μνῆμα, ἔστι δὲ ναὸς Ἀσκληπιοῦ. τὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐπίκλησιν Πειθοῦς, Ὑπερμνήστρα καὶ τοῦτο ἀνέθηκε,

abstinuerunt. Atque hoc quidem facinus multo ante Delphici oraculi vox praedixit, quam Herodotus vel aliis, vel iisdem plane exposuit versibus:

Namque animosa viros quum vincet foemina, et omnem
Auferet Argolicae pubi Mavortis honorem,
Tunc Argiva phalanx saevis lacerabitur armis.

Haec de praeclaro foeminarum facinore Apollo.

Cap. XXI. Iam vero qui a Veneris fano descenderint, et ad forum flexerint, Cerdus Phoronei uxoris monumentum offendant. Sunt ibidem templa Aesculapii, et Dianae cognomento Suadae. Hoc Hypermnestra dicavit, quo tempore

νικήσασα τῇ δίκῃ τὸν πατέρα, ἥν τοῦ Λυγκέως ἕνεκα ἔφυγε. (2) Καὶ Αἰνείου ἐνταῦθα χαλκοῦς ἀνδριάς ἐστι, καὶ χωρίον καλούμενον Δέλτα· ἐφ' ὅτῳ δὲ, (οὐ γάρ μοι τὰ λεγόμενα ἤρεσκεν) ἑκὼν παρίημι. πρὸ δὲ αὐτοῦ πεποίηται Διὸς Φυξίου βωμὸς, καὶ πλησίον Ὑπερμνήστρας μνῆμα Ἀμφιαράου μητρός· τὸ δὲ ἕτερον Ὑπερμνήστρας τῆς Δαναοῦ· σὺν δὲ αὐτῇ καὶ Λυγκεὺς τέθαπται. τούτων δὲ ἀπαντικρὺ Ταλαοῦ τοῦ Βίαντός ἐστι τάφος. τὰ δὲ ἐς Βίαντα καὶ ἀπογόνους τοῦ Βίαντος ἤδη λέλεκταί μοι. (3) Ἀθηνᾶς δὲ ἱδρύσασθαι Σάλπιγγος ἱερόν φασιν Ἡγέλεων. Τυρσηνοῦ δὲ τοῦτον Ἡγέλεων, τὸν δὲ Ἡρακλέους εἶναι καὶ γυναικὸς λέγουσιν τῆς Λυδῆς, Τυρσηνὸν δὲ σάλπιγγα εὑρεῖν πρῶτον, Ἡγέλεων δὲ τὸν Τυρσηνοῦ διδάξαι τοὺς σὺν Τημένῳ Δωριέας τοῦ ὀργάνου τὸν ψόφον, καὶ δι' αὐτὸ Ἀθηνᾶν ἐπονομάσαι Σάλπιγγα. (4) Πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς Ἐπιμενίδου λέγουσιν εἶναι τάφον. Λακεδαιμονίους γὰρ πολεμήσαντας πρὸς Κνωσσίους ἑλεῖν ζῶντα Ἐπιμενίδην, λαβόν-

in iudicio patrem vicit, quum ille eius criminis ream egisset, quod Lynceo pepercisset. (2) Est ibidem Aeneae ex aere statua, et vicus, cui Delta nomen. Nominis quae fuerit causa, quoniam, quae vulgo prodita sunt, mihi non probantur, consulto praetereo. Ante eum vicum ara erecta est Phyxii (*id est Liberatoris*) Iovis, et prope Hypermnestrae monumentum Amphiarai matris: alterius etiam Hypermnestrae, Danai filiae. Sepultus in eodem tumulo Lynceus est. E regione exstat sepulcrum Talai Biantis filii, de quo, eiusque posteris, iam ante egimus. (3) At Minervae Tubae cognomento aedem Hegelaum exstruxisse aiunt: fuisse autem eum Tyrrheni filium: ac Tyrrhenum Hercule et Lyda muliere genitum primum tubam invenisse: cuius postea cantum Hegelaus Dorienses eos docuerit, qui Temenum secuti sunt. Quocirca nominasse eum Minervam Tubam. (4) Ante aedem Minervae sepulcrum videas, quod esse dicunt Epimenidis. Lacedaemonios enim, dum bellarent cum Gnosiis, Epimenidem

τας δὲ ἀποκτεῖναι, διότι σφίσιν οὐκ αἴσια ἐμαντεύετο, αὐτοὶ δὲ ἀνελόμενοι θάψαι ταύτῃ φασί. (5) Τὸ δὲ οἰκοδόμημα λευκοῦ λίθου, μέσον μάλιστα τῆς ἀγορᾶς, [οὐ] τρόπαιον ἐπὶ Πύῤῥῳ τῷ Ἠπειρώτῃ, καθὰ λέγουσιν οἱ Ἀργεῖοι, καυθέντος δὲ ἐνταῦθα τοῦ νεκροῦ μνῆμα καὶ τοῦτο ἂν εὕροι τις, ἐν ᾧ τά τε ἄλλα, ὅσοις ὁ Πύῤῥος ἐχρῆτο ἐς τὰς μάχας, καὶ οἱ ἐλέφαντές εἰσιν ἐπειργασμένοι. τοῦτο μὲν δὴ κατὰ τὴν πυρὰν οἰκοδόμημα ἐγένετο· αὐτὰ δὲ κεῖται τοῦ Πύῤῥου τὰ ὀστᾶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Δήμητρος, παρ' ᾧ συμβῆναί οἱ καὶ τὴν τελευτὴν, ἐδήλωσα ἐν τῇ Ἀτθίδι συγγραφῇ. τοῦ δὲ τῆς Δήμητρος ἱεροῦ τούτου 159
κατὰ τὴν ἔσοδον ἀσπίδα ἰδεῖν Πύῤῥου χαλκῆν ἔστιν ὑπὲρ τῶν θυρῶν ἀνακειμένην. (6) Τοῦ δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν Ἀργείων οἰκοδομήματος οὐ μακρὰν χῶμα γῆς ἐστιν· ἐν δὲ αὐτῷ κεῖσθαι τὴν Μεδούσης λέγουσι τῆς Γοργόνος κεφαλήν. ἀπόντος δὲ τοῦ μύθου, τάδε ἄλλα ἐς αὐτήν ἐστιν εἰρημένα· Φόρκου μὲν θυγατέρα εἶναι, τελευτήσαντος δέ οἱ τοῦ πατρὸς, βασιλεύειν τῶν περὶ τὴν λίμνην τὴν

vivum cepisse: ac deinde, quum eum occidissent, quod minime laeta praediceret, sublatum cadaver eo in loco humasse. (5) At aedificium e candido marmore, quod in medio ferme se foro attollit, tropaeum de Pyrrho Epirotarum rege est, ut ipsi praedicant Argivi. Quo enim in loco cadaver eius crematum est, ibidem ei fuisse erectum monumentum: in quo quum alia, quibus in praeliis utebatur, insculpta, tum vero elephanti. Atque hoc quidem opus ad eius bustum eminet, ossa vero sunt in Cereris condita, ad quam aedem eum occubuisse, est a me in libro de Atticis rebus expositum. Et in primo quidem aditu templi Cereris licet adhuc videre in supero forium limine ipsis Pyrrhi affixum scutum. (6) Non longe vero ab eo opere, quod in foro Argivorum est, tumulus terrae consurgit, in quo conditum ferunt Medusae Gorgonis caput: de qua nullam ut fabulae rationem habeamus, haec memoriae prodita sunt. Phorci eam filiam fuisse: patre mortuo, acceptum ab illo regnum eorum populorum,

Τριτωνίδα οἰκούντων, καὶ ἐπὶ θήραν τε ἐξιέναι καὶ ἐς τὰς μάχας ἡγεῖσθαι τοῖς Λίβυσι, καὶ δὴ καὶ τόδε ἀντικαθημένην στρατῷ πρὸς τὴν Περσέως δύναμιν (ἕπεσθαι γὰρ καὶ τῷ Περσεῖ λογάδας ἐκ Πελοποννήσου) δολοφονηθῆναι νύκτωρ, καὶ τὸν Περσέα τὸ κάλλος ἔτι καὶ ἐπὶ νεκρῷ θαυμάζοντα, οὕτω τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντα αὐτῆς, ἄγειν τοῖς Ἕλλησιν ἐς ἐπίδειξιν. (7) Καρχηδονίῳ δὲ ἀνδρὶ Προκλεῖ τῷ Εὐκράτους ἕτερος λόγος ὅδε ἐφαίνετο εἶναι τοῦ προτέρου πιθανώτερος. Λιβύης ἡ ἔρημος καὶ ἄλλα παρέχεται θηρία ἀκούσασιν οὐ πιστὰ, καὶ ἄνδρες ἐνταῦθα ἄγριοι, καὶ ἄγριαι γίγνονται γυναῖκες· ἔλεγέ τε ὁ Προκλῆς ἀπ' αὐτῶν ἄνδρα ἰδεῖν κομισθέντα ἐς Ῥώμην. εἴκαζεν οὖν, πλανηθεῖσαν γυναῖκα ἐκ τούτων καὶ ἀφικομένην ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα λυμαίνεσθαι τοὺς προσοίκους, ἐς ὃ Περσεὺς ἀπέκτεινεν αὐτήν. Ἀθηνᾶν δέ οἱ συνεπιλαβέσθαι δοκεῖν τοῦ ἔργου, ὅτι οἱ περὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα ἄνθρωποι ταύτης εἰσὶν ἱεροί. (8) Ἐν δὲ Ἄργει παρὰ τοῦτο δὴ τὸ μνῆμα τῆς Γοργόνος Γοργοφόνης τάφος ἐστὶν τῆς Περσέως· καὶ ἐφ' ὅτῳ μὲν

qui Tritonidem paludem accolunt, tenuisse. Solitam in venationes et pugnas exire cum Afrorum, quibus imperabat, manu. Quare quum Persei copiis, quas ille lectissimas ex Peloponneso adduxerat, acie occurrisset, noctu per insidias oppressam. Mortuae pulchritudinem admiratum Perseum, praecisum caput, ut spectaculo esset, in Graeciam reportasse. (7) At Proclus Carthaginiensis Eucratis filius veri fere similiorem historiam literis mandavit. In Africae desertis bestias gigni multas mirabili specie atque inusitata, feros inter eas viros et foeminas, ac virum se Romam illinc deportatum vidisse testatur. Coniicere itaque se, ex illis foeminis unam fuisse Medusam: quae quum a suis gregibus aberrans venisset ad Tritonidem paludem, eius accolas male mulctavit, usque dum a Perseo est occisa. Adiutricem vero Perseo Minervam fuisse, idcirco proditum, quod, qui stagnum illud accolunt homines, Minervae sacri sunt. (8) Iuxta hoc Gorgonis monumentum est Argis Gorgophones Persei filiae tumulus:

αὐτῇ τὸ ὄνομα ἐτέθη, δῆλον εὐθὺς ἀκούσαντι. γυναικῶν δὲ πρώτην αὐτήν φασι τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς Περιήρους τοῦ Αἰόλου (τούτῳ γὰρ παρθένος συνῴκησε) τήνδε αὖθις Οἰβάλῳ γήμασθαι. πρότερον δὲ καθεστήκει ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ ἀνδρὶ ἀποθανόντι χηρεύειν. (9) Τοῦ τάφου δὲ ἔμπροσθεν τρόπαιον λίθου πεποίηται κατὰ ἀνδρὸς Ἀργείου Λαφάους· τοῦτον γὰρ (γράφω δὲ, ὁπόσα λέγουσιν αὐτοὶ περὶ σφῶν Ἀργεῖοι) τυραννοῦντα ἐξέβαλεν ἐπαναστὰς ὁ δῆμος· φυγόντα δὲ 160
ἐς Σπάρτην Λακεδαιμόνιοι κατάγειν ἐπειρῶντο ἐπὶ τυραννίδι. νικήσαντες δὲ οἱ Ἀργεῖοι τῇ μάχῃ Λαφάην τε καὶ τῶν Λακεδαιμονίων τοὺς πολλοὺς ἀπέκτειναν. (10) Τὸ δὲ ἱερὸν τῆς Λητοῦς ἔστι μὲν οὐ μακρὰν τοῦ τροπαίου, τέχνη δὲ τὸ ἄγαλμα Πραξιτέλους. τὴν δὲ εἰκόνα παρὰ τῇ θεῷ τῆς παρθένου Χλῶριν ὀνομάζουσι, Νιόβης μὲν θυγατέρα εἶναι λέγοντες, Μελίβοιαν δὲ καλεῖσθαι τὸ ἐξαρχῆς· ἀπολλυμένων δὲ ὑπὸ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος τῶν Ἀμφίονος παίδων, περιγενέσθαι μὲν μόνην τῶν

cui quare sit id nominis impositum, omnibus, ad quorum aures pervenerit, per se statim perspicuum esse potest. Hanc primam fuisse aiunt, quae, Periere Aeoli filio, quicum virgo nupta fuerat, mortuo, alteri viro Oebalo nupserit; quum ante sanctum et solenne foeminis fuisset, *priore* viro mortuo, secundis nuptiis abstinere. (9) Ante hoc sepulcrum tropaeum erectum est lapideum de Laphaë Argivo homine: Hunc (scribo, quae ipsi Argivi de se memorant) dominatu, facto impetu, populus eiecit. Quumque is ad Lacedaemonios confugisset, conati illi quidem sunt in pristinam eum tyrannidem reducere: at Argivi praelio victos reiecerunt, multosque de Lacedaemoniorum numero, ac ipsum in primis Laphaëm, interemerunt. (10) Ab hoc tropaeo non longe abest Latonae aedes: simulacrum Praxitelis opus est. Eius, quae deae adsistit, virginis effigiem Chlorin vocant: filiam Niobes fuisse dicunt, eique ab initio Meliboeae nomen fuisse. Peremptis vero a Diana et Apolline Amphionis filiis, de eo

ἀδελφῶν ταύτην καὶ Ἀμύκλαν, περιγενέσθαι δὲ εὐξαμένας τῇ Λητοῖ. Μελίβοιαν δὲ οὕτω δὴ παραυτίκα τε χλωρὰν τὸ δεῖμα ἐποίησε, καὶ ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου διέμεινεν, ὡς καὶ τὸ ὄνομα ἐπὶ τῷ συμβάντι ἀντὶ Μελιβοίας αὐτῇ γενέσθαι Χλῶριν. τούτους δή φασιν Ἀργεῖοι τὸ ἐξαρχῆς οἰκοδομῆσαι τῇ Λητοῖ τὸν ναόν. ἐγὼ δὲ (πρόσκειμαι γὰρ πλέον τι, ἢ οἱ λοιποὶ, τῇ Ὁμήρου ποιήσει) δοκῶ τῇ Νιόβῃ τῶν παίδων μηδένα ὑπόλοιπον γενέσθαι. μαρτυρεῖ δέ μοι τὸ ἔπος·

Τὼ δ' ἄρα καὶ δοιώ περ ἐόντ' ἀπὸ πάντας ὄλεσσαν.

οὗτος μὲν δὴ τὸν οἶκον τὸν Ἀμφίονος ἐκ βάθρων ἀνατραπέντα οἶδε.

fratrum ac sororum numero hanc, et Amyclan, quod solae Latonam fuerint deprecatae, servatas fuisse: ac Meliboean quidem prae terrore statim pallidam factam: qui quum ei color perpetuus fuisset, pro Meliboea, sumto ex rei eventu nomine, Chlorin appellatam. Et ab his quidem *Niobes superstitibus liberis* initio templum Latonae factum Argivi asserunt. At ego, qui Homerum auctorem sequor studiosius aliquanto, quam ceteri, nullum omnino relictum de Niobes liberis existimo. Testimonio versus ille est:

Quique superfuerant, geminis fixere sagittis.

Totam sane funditus Amphionis domum excisam, compertum habuisse videtur.

# CAPUT XXII.

**De templo Junonis Antheae et sepulcro feminarum, quae cum Baccho contra Perseum pugnarunt — templo Cereris Pelasgidis — Jovis Mechanei signo — duobus Tantalis — templo Neptuni Prosclystii — templo Castoris et Pollucis — templo Lucinae ab Helena condito — templo Hecates — Sacada — gymnasio Cylarabi et signo Minervae Paniae in eo.**

Τῆς δὲ Ἥρας ὁ ναὸς τῆς Ἀνθείας ἐστὶ τοῦ ἱεροῦ τῆς
Λητοῦς ἐν δεξιᾷ, καὶ πρὸ αὐτοῦ γυναικῶν τάφος. ἀπέ-
θανον δὲ αἱ γυναῖκες ἐν μάχῃ πρὸς Ἀργείους τε καὶ Περ-
σέα, ἀπὸ νήσων τῶν ἐν Αἰγαίῳ Διονύσῳ συνεστρατευ-
μέναι· καὶ διὰ τοῦτο Ἁλίας αὐτὰς ἐπονομάζουσιν. (2) Ἀν-
τικρὺ δὲ τοῦ μνήματος τῶν γυναικῶν Δήμητρός ἐστιν
ἱερὸν ἐπίκλησιν Πελασγίδος ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου Πελασ-
γοῦ τοῦ Τριόπα, καὶ οὐ πόῤῥω τοῦ ἱεροῦ τάφος Πελασ-
γοῦ. πέραν δὲ τοῦ τάφου χαλκεῖόν ἐστιν οὐ μέγα, ἀνέ-
χει δὲ αὐτὸ ἀγάλματα ἀρχαῖα, Ἀρτέμιδος καὶ Διὸς καὶ
Ἀθηνᾶς. (3) Λυκέας μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησε, 161
Μηχανέως τὸ ἄγαλμα εἶναι Διός, καὶ Ἀργείων ἔφη τοὺς

Cap. XXII. Ad Latonae dexteram est Iunonis Antheae (*quasi Floridae dixeris*) aedes. Pro aede earum mulierum tumulus, quae ab Aegaei maris insulis Liberi Patris castra secutae, contra Argivos eorumque ducem Perseum pugnantes ceciderunt. A maritimis quidem, unde venerant, locis Marinas eas nominant. (2) Ex adverso ei monumento Cereris est fanum cognomento Pelasgidis, quod illud dedicarit Pelasgus Triopae filius. Prope adest Pelasgi ipsius sepulcrum. Quod ubi praeterieris, aeneum cippum videas modica magnitudine. Is vetusta sustinet simulacra, Dianae, Iovis, Minervae. (3) Lyceas versibus mandavit, Mechanei Iovis (*quasi Machinatoris dicas*) signum illud esse. Et hoc in loco Argivos

ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντας ἐνταῦθα ὀμόσαι παραμένειν πολεμοῦντας, ἔς τ' ἂν ἢ τὸ Ἴλιον ἕλωσιν, ἢ μαχομένους τελευτὴ σφᾶς ἐπιλάβῃ. (4) Ἑτέροις δέ ἐστιν εἰρημένον, ὀστᾶ ἐν τῷ χαλκείῳ κεῖσθαι Ταντάλου. τὸν μὲν δὴ Θυέστου παῖδα ἢ Βροτέου (λέγεται γὰρ ἀμφότερα), ὃς Κλυταιμνήστρᾳ πρότερον ἢ Ἀγαμέμνων συνῴκησε, τοῦτον μὲν Τάνταλον οὐ διοίσομαι ταφῆναι ταύτῃ· τοῦ δὲ λεγομένου Διός τε εἶναι καὶ Πλουτοῦς ἰδὼν οἶδα ἐν Σιπύλῳ τάφον θέας ἄξιον. πρὸς δὲ οὐδὲ ἀνάγκη συνέπεσεν ἐκ τῆς Σιπύλου φυγεῖν αὐτὸν, ὡς Πέλοπα ἐπέλαβεν ὕστερον, ἐλαύνοντος Ἴλου τοῦ Φρυγὸς ἐπ' αὐτὸν στρατιᾷ. τάδε μὲν ἐς τοσοῦτον ἐξητάσθω. τὰ δὲ ἐς τὸν βόθρον τὸν πλησίον δρώμενα Νικόστρατον ἄνδρα ἐπιχώριον καταστήσασθαι λέγουσιν. ἀφιᾶσι δὲ καὶ νῦν ἔτι ἐς τὸν βόθρον καιομένας λαμπάδας Κόρῃ τῇ Δήμητρος. (5) Ἐνταῦθα Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν, ἐπίκλησιν Προσκλυστίου· τῆς γὰρ χώρας τὸν Ποσειδῶνα ἐπικλύσαι τὴν πολλὴν, ὅτι Ἥρας εἶναι καὶ οὐκ αὐτοῦ τὴν γῆν Ἴναχος καὶ οἱ

tradit ad Troiam ituros coniurasse, non ante se ab eo bello discessuros, quam aut Ilium expugnassent, aut in pugna mortem oppetissent. (4) Non desunt, qui in eo cippo Tantali ossa condita dicant: illius nempe, quicum (sive Thyestae, seu Brontei filius fuerit: utrumque enim traditur) nupta fuit Clytaemnestra, priusquam Agamemnoni nuberet. Is Tantalus hoc in loco sit an alibi sepultus, per me non fuerit controversum. At enim qui Iovis et Plutus est habitus, eius ego monumentum, valde illud quidem insigne, Sipyli vidi. Sed neque ulla eum vis adegit, ut e Sipylo fugeret, sicuti postea Pelopem, quem armis et exercitu eiecit Ilus Phryx. Sed haec hactenus satis a nobis quaesita fuerint. Quae vero rite ad proximum scrobem peraguntur, ea indigenam hominem Nicostratum instituisse aiunt. Mittunt autem in eam foveam hoc etiam tempore ardentes Proserpinae faces. (5) Exstat eodem in loco Neptuni cognomento Prosclystii (*id est Inundatoris*) templum. Diluisse enim maximam partem agri eo tempore Neptunum memorant, quo Inachus, quique ei in

συνδικάσαντες ἔγνωσαν. Ἥρα μὲν δὴ παρὰ Ποσειδῶνος εὕρετο ἀπελθεῖν ὀπίσω τὴν θάλασσαν· Ἀργεῖοι δὲ, ὅθεν τὸ κῦμα ἀνεχώρησεν, ἱερὸν Ποσειδῶνι ἐποίησαν Προσκλυστίῳ. (6) Προελθόντι δὲ οὐ πολὺ τάφος ἐστὶν Ἄργου, Διὸς εἶναι δοκοῦντος καὶ τῆς Φορωνέως Νιόβης· μετὰ δὲ ταῦτα Διοσκούρων ναός. ἀγάλματα δὲ αὐτοί τε καὶ οἱ παῖδές εἰσιν, Ἄναξις καὶ Μνασίνους, σὺν δέ σφισιν αἱ μητέρες Ἱλάειρα καὶ Φοίβη, τέχνη μὲν Διποίνου καὶ Σκύλλιδος, ξύλου δὲ ἐβένου· τοῖς δ' ἵπποις τὰ μὲν πολλὰ ἐβένου καὶ τούτοις, ὀλίγα δὲ καὶ ἐλέφαντος πεποίηται. (7) Πλησίον δὲ τῶν Ἀνάκων Εἰληθυίας ἐστὶν ἱερὸν, ἀνάθημα Ἑλένης, ὅτε σὺν Πειρίθῳ Θησέως ἀπελθόντος ἐς Θεσπρωτοὺς Ἄφιδνά τε ὑπὸ Διοσκούρων ἑάλω, καὶ 162
ἤγετο ἐς Λακεδαίμονα Ἑλένη. ἔχειν μὲν γὰρ αὐτὴν λέγουσιν ἐν γαστρὶ, τεκοῦσαν δὲ ἐν Ἄργει, καὶ τῆς Εἰληθυίας ἱδρυσαμένην τὸ ἱερὸν, τὴν μὲν παῖδα, ἣν ἔτεκε, Κλυταιμνήστρᾳ δοῦναι, (συνοικεῖν γὰρ ἤδη Κλυταιμνήστραν Ἀγαμέμνονι) αὐτὴν δὲ ὕστερον τούτων Μενελάῳ

consilio adfuerunt, terram eam Iunonis, non Neptuni esse debere pronunciarunt. At deinde, quum Iuno eum exorasset, ut mare deduceret, per quem locum unda refluxit, in eo Prosclystio Neptuno templum Argivos erexisse. (6) Ubi aliquantulum processeris, Argi sepulcrum offendes, quem Iove et Niobe Phoronei filia genitum putant. Exinde Castoris et Pollucis templum: in quo simulacra quum ipsorum, tum liberorum, Anaxidis et Mnasinoi: atque eorum utriusque matrum, Hilairae et Phoebes, Dipoeni et Scyllidis arte facta e ligno ebeni. Ipsis etiam equis maior pars ex ebeno facta: reliqua, exigua quidem, ex ebore. (7) Prope Castorum Lucinae fanum dicavit Helena, quo tempore, Theseo cum Pirithoo in Thesprotos profecto, a Castore et Polluce Aphidna capta, Helena Lacedaemonem reportata est: fuisse eam aiunt *a Theseo* gravidam, et Argis enixam templum Lucinae erexisse: puellam vero, quam peperit, Clytaemnestrae educandam tradidisse: (fuisse enim iam tum cum Agamemnone Clytaemnestram) ipsam vero postea Helenam Menelao nuptam.

γῆμασθαι. καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφορίων Χαλκιδεὺς καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος ἔπη ποιήσαντες, πρότερον δὲ ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, κατὰ ταὐτά φασιν Ἀργείοις, Θησέως εἶναι θυγατέρα Ἰφιγένειαν. (8) Τοῦ δὲ ἱεροῦ τῆς Εἰληθυίας πέραν ἐστὶν Ἑκάτης ναὸς, Σκόπα δὲ τὸ ἄγαλμα ἔργον. τοῦτο μὲν λίθου· τὰ δ' ἀπαντικρὺ χαλκᾶ Ἑκάτης καὶ ταῦτα ἀγάλματα, τὸ μὲν Πολύκλειτος ἐποίησε, τὸ δὲ ἀδελφὸς Πολυκλείτου Ναυκύδης Μόθωνος. ἐρχομένῳ δὲ ὁδὸν εὐθεῖαν ἐς γυμνάσιον Κυλάραβιν, ἀπὸ τοῦ παιδὸς ὀνομαζόμενον τοῦ Σθενέλου, τέθαπται δὴ Λικύμνιος ὁ Ἠλεκτρύωνος· ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν Ὅμηρος ὑπὸ Τληπολέμου φησὶ τοῦ Ἡρακλέους, καὶ διὰ τὸν φόνον τοῦτον ἔφυγεν ἐξ Ἄργους Τληπτόλεμος. (9) Ὀλίγον δὲ τῆς ἐπὶ Κυλάραβιν καὶ τὴν ταύτῃ πύλην ἀποτραπεῖσι, Σακάδα μνῆμά ἐστιν, ὃς τὸ αὔλημα τὸ Πυθικὸν πρῶτος ηὔλησεν ἐν Δελφοῖς· καὶ τὸ ἔχθος τῷ Ἀπόλλωνι διαμένον ἐς τοὺς αὐλητὰς ἔτι ἀπὸ Μαρσύου καὶ τῆς ἁμίλλης τοῦ Σιληνοῦ παυθῆναι διὰ τοῦτον δοκεῖ τὸν Σακά-

Quare et Euphorion Chalcidensis, et Alexander Pleuronius, et ante eos Stesichorus Himeraeus, idem, quod Argivi celebrant, versibus testati sunt, Iphigeniam Theseo ex Helena genitam. (8) Ultra Lucinae fanum est Hecates delubrum: deae signum Scopae opus, e marmore. Atque e regione sunt duo eiusdem deae signa ex aere; alterum Polycletus; Pericleti frater alterum, Naucydes Mothonis filius, fecit. Qua per viam rectam iter ad gymnasium, quod (a Stheneli filio) Cylarabi nuncupatur, sepulcrum exstat Licymnii Electryonis filii, quem dixit Homerus a Tleptolemo Herculis filio caesum: cuius caedis causa Argis exulavit Tleptolemus. (9) Qui paululum a Cylarabi gymnasio, et ea porta, quae proxima est, diverterint, Sacadae monumentum inveniant, qui primus Pythicum cantum tibia Delphis cecinit: quo placatus Apollo, rediit cum tibicinibus in gratiam, quum ante eos male odisset propter Marsyae et Sileni, *qui deum ipsum provocarant*, cer-

σαν. (10) Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῷ Κυλαράβου καὶ Πανία ἐστὶν Ἀθηνᾶ καλουμένη, καὶ τάφον Σθενέλου δεικνῦσι, τὸν δὲ αὐτοῦ Κυλαράβου. πεποίηται δὲ οὐ πόῤῥω τοῦ γυμνασίου πολυάνδριον τοῖς μετὰ Ἀθηναίων πλεύσασιν Ἀργείοις ἐπὶ καταδουλώσει Συρακουσῶν τε καὶ Σικελίας.

## CAPUT XXIII.

De templo Bacchi ejusque signo — aliis memorandis et Batonis templo inter illa — Hyrnethus sepulcro — nobilissimo Aesculapii templo et signo — Dianae Pheraeae signo et Argivis Palladium sibi vindicantibus — Heleno Priami filio — Acrisii aeneo thalamo — templo Bacchi Cresii (Cretici) et Veneris Coelestis — arce Argivorum Larissa.

Ἐντεῦθεν ἐρχομένοις ὁδὸν * καλουμένην ναός ἐστιν
ἐν δεξιᾷ Διονύσου· τὸ δὲ ἄγαλμα εἶναι λέγουσιν ἐξ 163
Εὐβοίας· συμβάσης γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς ἐκομίζοντο ἐξ
Ἰλίου, τῆς πρὸς τῷ Καφηρεῖ ναυαγίας, τοὺς δυνηθέντας
ἐς τὴν γῆν διαφυγεῖν τῶν Ἀργείων ῥῖγός τε πιέζει καὶ
λιμός. εὐξαμένοις δὲ θεῶν τινα ἐν τοῖς παροῦσιν ἀπό-
ροις γενέσθαι σωτῆρα, αὐτίκα ὡς προήεσαν, ἐφάνη σφίσι

tamina. (10) In Cylarabi gymnasio signum est Minervae, cui Paniae cognomen. Stheneli ibidem tumulum, ipsius etiam Cylarabi ostendunt. Praeterea exstructum fuit non longe a gymnasio commune monumentum iis Argivis, qui cum Atheniensibus classe, ut Syracusas et Siciliam in potestatem redigerent, profecti sunt.

Cap. XXIII. Hinc ea contendentibus via, cui nomen *, ostendit se ad dexteram Liberi Patris aedes: cuius signum delatum tradunt ex Euboea. Nam quum, Graecis ab Ilii expugnatione redeuntibus, ad Caphareum fractis navibus *magna ipsorum pars inter scopulos perisset*, Argivi, qui e naufragio terram prensare potuerunt, frigore prope et fame consumti, precati dicuntur, ut quis deorum se in tantis rerum difficultatibus salvos vellet. Quum itaque processissent, spe-

*Διονύσου σπήλαιον, καὶ ἄγαλμα ἦν ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ θεοῦ, τότε δὲ αἶγες ἄγριαι φεύγουσαι τὸν χειμῶνα ἐς αὐτὸ ἦσαν ἠθροισμέναι. ταύτας οἱ Ἀργεῖοι σφάξαντες τά τε κρέα ἐδαίσαντο, καὶ δέρμασιν ἐχρήσαντο ἀντὶ ἐσθῆτος. ἐπεὶ δὲ ὁ χειμὼν ἐπαύσατο, καὶ ἐπισκευάσαντες τὰς ναῦς οἴκαδε ἐκομίζοντο, ἐπάγονται τὸ ἐκ τοῦ σπηλαίου ξόανον, καὶ διατελοῦσιν ἐς τόδε τιμῶντες ἔτι. (2) Τοῦ Διονύσου δὲ ἐγγυτάτω οἰκίαν ὄψει τὴν Ἀδράστου, καὶ ἀπωτέρω ταύτης ἱερὸν Ἀμφιαράου, καὶ τοῦ ἱεροῦ πέραν Ἐριφύλης μνῆμα. ἑξῆς δὲ τούτων ἐστὶν Ἀσκληπιοῦ τέμενος, καὶ μετὰ ταῦτα ἱερὸν Βάτωνος. ἦν δὲ ὁ Βάτων γένους Ἀμφιαράῳ τοῦ αὐτοῦ τῶν Μελαμποδιδῶν, καὶ ἐς μάχην ἐξιόντι ἡνιόχει τοὺς ἵππους. γενομένης δὲ τῆς τροπῆς ἀπὸ τοῦ Θηβαίων τείχους, χάσμα γῆς Ἀμφιάραον καὶ τὸ ἅρμα ὑποδεξάμενον ἠφάνισεν ὁμοῦ καὶ τοῦτον τὸν Βάτωνα. (3) Ἐπανιόντι δὲ ἐκ τῆς Κοίλης, Ὑρνηθοῦς τάφον λέγουσιν εἶναι. εἰ μὲν δὴ κενὸν καὶ ἄλλως ἐς μνήμην τῆς γυναικὸς, εἰκότα λέγουσιν, εἰ δὲ τῆς Ὑρνη-*

cum Liberi Patris animadvertere, et dei in eo signum. In eum vero specum multae se caprae silvestres frigus fugientes gregatim immiserant: quibus mactatis, carnibus famem, pellibus frigus repulerunt. Deinde vero, quum hyems remisisset, reparatis navibus in patriam revecti, signum, quod tunc e specu asportarunt, hac etiam aetate religiose colunt. (2) Proxime ad Liberi Patris Adrasti domum videas, et paulo longinquius Amphiarai fanum: ultra fanum Eriphyles monumentum: posthaec Aesculapii delubrum, et Batonis aedes. Fuit hic Baton Amphiarai gentilis, et ipse de Melampodidarum genere: qui quum Amphiarao in praeliis aurigae operam navaret, reiectis a Thebarum muris Argivis, eodem terrae hiatu, quo ille, cum curru haustus evanuit. (3) Iam vero a Coele redeuntibus, qui in conspectu est tumulus, Hyrnethus esse dicunt. Quod si honorarium velint esse, atque in eius foeminae memoriam exstructum, non omnino absurda dicunt:

θοῦς κεῖσθαι τὸν νεκρὸν νομίζουσιν ἐνταῦθα, ἐγὼ μὲν σφισιν οὐ πείθομαι, πειθέσθω δὲ, ὅστις τὰ Ἐπιδαυρίων οὐ πέπυσται. (4) Τὸ δὲ ἐπιφανέστατον Ἀργείοις τῶν Ἀσκληπιείων ἄγαλμα ἐφ' ἡμῶν ἔχει, καθήμενον Ἀσκληπιὸν, λίθου λευκοῦ, καὶ παρ' αὐτὸν ἕστηκεν Ὑγίεια· κάθηνται δὲ καὶ οἱ ποιήσαντες τὰ ἀγάλματα, Ξενόφιλος καὶ Στράτων. ἐξαρχῆς δὲ ἱδρύσατο Σφῦρος τὸ ἱερὸν, Μαχάονος μὲν υἱὸς, ἀδελφὸς δὲ Ἀλεξάνορος τοῦ παρα Σικυωνίοις ἐν Τιτάνῃ τιμὰς ἔχοντος. (5) Τῆς δὲ Ἀρτέμιδος τῆς Φεραίας (σέβουσι γὰρ καὶ Ἀργεῖοι Φεραίαν 164
Ἄρτεμιν κατὰ ταὐτὰ Ἀθηναίοις καὶ Σικυωνίοις) τὸ ἄγαλμα καὶ οὗτοί φασιν ἐκ Φερῶν τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ κομισθῆναι. τάδε δὲ αὐτὸς οὐχ ὁμολογῶ· λέγουσι γὰρ Ἀργεῖοι Δηϊανείρας ἐν Ἄργει μνῆμα εἶναι τῆς Οἰνέως, τό τε Ἑλένου τοῦ Πριάμου, καὶ ἄγαλμα κεῖσθαι παρὰ σφίσιν Ἀθηνᾶς, τὸ ἐκκομισθὲν ἐξ Ἰλίου, καὶ ἁλῶναι ποιῆσαν Ἴλιον. τὸ μὲν δὴ Παλλάδιον (καλεῖται γὰρ οὕτω) δῆλόν

sin Hyrnethus ipsius cadaver ibi conditum, mihi id nullo pacto persuaserint. Id enim facilius illi crediderint, quibus Epidauriorum res ignotae sunt. (4) De Aesculapii vero templis quod apud Argivos nobilissimum est, habet dei signum, quod aetate nostra exstat, sedens, e candido lapide. Assidet Bona Valetudo: assident, qui signa ipsa fecerunt, Xenophilus et Straton. Templum dedicavit initio Sphyrus Machaonis filius, Alexanoris illius, cui apud Sicyonios Titanae honores habentur, frater. (5) Pheraeae vero Dianae (Pheraean enim Argivi etiam venerantur) tam apud Sicyonios, quam apud Athenienses signum est, quod hi ad se Pheris (quae civitas est in Thessalia) deportatum tradunt. Iam vero quod apud se Argivi esse dicunt Deianirae Oenei filiae monumentum, et Heleni Priami filii; Minervae etiam signum post Ilii eversionem ad se translatum, illud scilicet ipsum, quod unum fuit de iis, quibus demum amissis capi Ilium potuit: illis ego neutiquam assentior. Nam Palladium (sic enim est Minervae

ἐστιν ἐς Ἰταλίαν κομισθὲν ὑπὸ Αἰνείου. Δηϊάνειρα δὲ τὴν τελευτὴν περὶ Τραχῖνα ἴσμεν καὶ οὐκ ἐν Ἄργει γενομένην· καὶ ἔστιν ὁ τάφος αὐτῆς πλησίον Ἡρακλείας τῆς ὑπὸ τῇ Οἴτῃ. (6) Τὰ δὲ ἐς Ἕλενον τὸν Πριάμου δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι, μετὰ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως αὐτὸν ἐλθεῖν ἐς Ἤπειρον, καὶ ἐπιτροπεῦσαί τε τοῦ Πύῤῥου παῖδας συνοικοῦντα Ἀνδρομάχῃ, καὶ τὴν Κεστρίνην καλουμένην ἀπὸ Κεστρίνου τοῦ Ἑλένου λαβεῖν τὸ ὄνομα. οὐ μὴν οὐδὲ αὐτῶν λέληθεν Ἀργείων τοὺς ἐξηγητὰς, ὅτι μὴ πάντα ἐπ' ἀληθείᾳ λέγεταί σφισι· λέγουσι δὲ ὅμως. οὐ γάρ τι ἕτοιμον μεταπεῖσαι τοὺς πολλοὺς ἐναντία ὧν δοξάζουσιν. (7) Ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια. κατάγαιον οἰκοδόμημα, ἐπ' αὐτῷ δὲ ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιός ποτε ἐπὶ φρουρᾷ τῆς θυγατρὸς ἐποίησε· Περίλαος δὲ καθεῖλεν αὐτὸν τυραννήσας. τοῦτό τε οὖν τὸ οἰκοδόμημά ἐστι, καὶ Κροτώπου μνῆμα, καὶ Διονύσου

signum appellatum) satis manifestum est Aeneam in Italiam deportasse. Ac Deianiram Trachine scimus, non Argis, finem vivendi fecisse, quum eius tumulus iuxta Heracleam sub Oeta monte adhuc exstet. (6) Quae vero ad Helenum Priami filium pertinent, ea sunt a me superius exposita: venisse illum in Epirum cum Pyrrho Achillis filio, *eoque mortuo*, suscepta eius liberorum tutela, Andromachen uxorem duxisse: ac Cestrinen *Epiri partem* a Cestrino Heleni filio nomen accepisse. Neque vero ignorant, qui res veteres Argivorum in commentarios retulerunt, non omnia se ad historiae fidem commemorare: commemorant tamen, quoniam scilicet vulgus a concepta semel opinione in contrariam persuadendo traducere, promtum non est. (7) Habent Argivi alia multa, quae spectentur, digna: inter ea subterraneum aedificium: in quo fuit thalamus ex aere, quem fecisse dicitur Acrisius ad filiae custodiam: verum eum evertit Perilaus, dum tyrannide oppressam urbem teneret. Nunc Crotopi in eo monumentum

ναὸς Κρησίου. (8) Περσεῖ γὰρ πολεμήσαντα αὐτὸν καὶ αὖθις ἐλθόντα ἐς λύσιν τοῦ ἔχθους τά τε ἄλλα τιμηθῆναι μεγάλως λέγουσιν ὑπὸ Ἀργείων, καὶ τέμενός οἱ δοθῆναι τοῦτο ἐξαίρετον. Κρήσιος δὲ ὕστερον ὠνομάσθη, διότι Ἀριάδνην ἀποθανοῦσαν ἔθαψαν ἐνταῦθα. Λυκέας δὲ λέγει, κατασκευαζομένου δεύτερον τοῦ ναοῦ κεραμέαν εὑρεθῆναι σορὸν, εἶναι δὲ Ἀριάδνης αὐτήν· καὶ αὐτός τε καὶ ἄλλους Ἀργείων ἰδεῖν ἔφη τὴν σορόν. Πλησίον 165
δὲ τοῦ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης ναός ἐστιν Οὐρανίας.

(9) Τὴν δὲ ἀκρόπολιν Λάρισσαν μὲν καλοῦσιν ἀπὸ τῆς Πελασγοῦ θυγατρός. ἀπὸ ταύτης δὲ καὶ δύο τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ πόλεων, ἥ τε ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ ἡ παρὰ τὸν Πηνειὸν, ὠνομάσθησαν.

est, et Cresii Liberi templum. (8) Libero enim, quum, exstincto bello, quod cum Perseo gerebat, inimicitias posuisset, et alios magnos utique ac praeclaros honores decretos memorant, et nominatim hoc ei delubrum dicatum: Cresium vero nuncupatum, quod eo in loco mortuam Ariadnam sepulturae mandasset. Tradit Lyceas, quum templum restitueretur, fictilem urnam inventam, in qua Ariadna condita fuisset: spectasse illam se, et de Argivis multos. Prope Liberi est etiam Coelestis Veneris fanum. (9) Arcem Larissam appellant de Pelasgi filiae nomine: a qua duae etiam eodem nomine nuncupatae sunt urbes in Thessalia: quarum altera est ad mare, altera vero ad Peneum amnem.

# CAPUT XXIV.

De memorandis in via ad arcem Argiv., templo Junonis Acraeae Apollinis Diradiotae, ejusque oraculo — Minervae Perspicacis templo et stadio — sepulcro Aegypti filiorum — memorandis in arce — templo Jovis Larissaei in summa arce et Minervae templo — ligneo signo Jovis tres oculos habente — memorandis in via ad Tegeam — templo Dianae Orthiae et signis in vertice montis Lycones — monte Chaone, Erasini fluvii emersu in montis radice et Bacchi festo Tyrba dicto — Cenchraeis — reliquiis urbis Hysiarum.

Ἀνιόντων δὲ ἐς τὴν ἀκρόπολιν, ἔστι μὲν τῆς Ἀκραίας Ἥρας τὸ ἱερὸν, ἔστι δὲ καὶ ναὸς Ἀπόλλωνος, ὃν Πυθαεὺς πρῶτος παραγενόμενος ἐκ Δελφῶν λέγεται ποιῆσαι. τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ νῦν χαλκοῦν ἐστιν ὀρθὸν, Δειραδιώτης Ἀπόλλων καλούμενος, ὅτι καὶ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται Δειράς. ἡ δέ οἱ μαντικὴ (μαντεύεται γὰρ ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς) καθέστηκε τρόπον τοῦτον. γυνὴ μὲν προφητεύουσά ἐστιν, ἀνδρὸς εὐνῆς εἰργομένη· θυομένης δὲ ἐν νυκτὶ ἀρνὸς, κατὰ μῆνα ἕκαστον, γευσαμένη δὴ τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ κάτοχος ἐκ τοῦ θεοῦ γίνεται. (2) Τοῦ Δειραδιώτου δὲ Ἀπόλλωνος ἔχεται μὲν ἱερὸν Ἀθηνᾶς Ὀξυδερκοῦς καλουμένης, Διομήδους ἀνάθημα, ὅτι οἱ μαχομένῳ ποτὲ ἐν

Cap. XXIV. Ascendentibus in arcem ostendit se Acraeae Iunonis fanum: Apollinis etiam aedes, quam primus omnium Pythaeus Delphis veniens erexisse dicitur. Quod nunc exstat in eo signum, ex aere est, recto statu, Diradiotes Apollo cognomento. Nam et locus ipse, in quo templum, Diras (*hoc est, Iugum*) vocatur. Oraculum in eo templo (nam hac ipsa aetate in eo responsa consulentibus redduntur) hoc instituto celebratur. Foemina, cui viri consuetudine interdictum est, oraculo praesidet. Ea noctu agna facit singulis mensibus, ac statim victimae sanguine libato, furore divinitus afflatur. (2) Diradiotae templo proximum est Perspicacis Minervae, a Diomede dicatum, quod pugnanti

Ἰλίῳ τὴν ἀχλὺν ἀφεῖλεν ἡ θεὸς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν· ἔχεται δὲ τὸ στάδιον, ἐν ᾧ τὸν ἀγῶνα τῷ Νεμείῳ Διῒ καὶ τὰ Ἡραῖα ἄγουσιν. (3) Ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἰοῦσίν ἐστιν ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῶν Αἰγύπτου παίδων καὶ ταύτῃ μνῆμα. χωρὶς μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν σωμάτων ἐνταῦθα αἱ κεφαλαὶ, χωρὶς δὲ ἐν Λέρνῃ σώματα τὰ λοιπά· ἐν Λέρνῃ γὰρ καὶ ὁ φόνος ἐξειργάσθη τῶν νεανίσκων, ἀποθανόντων δὲ ἀποτέμνουσιν αἱ γυναῖκες τὰς κεφαλὰς, ἀπόδειξιν πρὸς τὸν πατέρα, ὧν ἐτόλμησαν. (4) Ἐπ' ἄκρᾳ δέ ἐστι τῇ Λαρίσσῃ Διὸς ἐπίκλησιν Λαρισσαίου ναὸς, οὐκ ἔχων ὄροφον· τὸ δὲ ἄγαλμα ξύλου πεποιημένον οὐκέτι ἑστηκὸς ἦν ἐπὶ τῷ βάθρῳ. καὶ Ἀθηνᾶς δὲ ναός ἐστι θέας ἄξιος. (5) Ἐνταῦθα ἀναθήματα κεῖνται καὶ ἄλλα, καὶ Ζεὺς ξόανον, δύο μὲν, ᾗ πέφυκεν, ἔχον ὀφθαλμοὺς, τρίτον δὲ ἐπὶ τοῦ μετώπου. τοῦτον τὸν Δία Πριάμῳ φασὶν εἶναι τῷ Λαομέδοντος πατρῷον, ἐν ὑπαίθρῳ τῆς αὐλῆς ἱδρυμένον, καὶ ὅτε ἡλίσκετο ὑπὸ Ἑλλήνων Ἴλιον, ἐπὶ τούτου 166

ad Ilium caliginem dea ab eius oculis removisset. His stadium adiunctum est, in quo Iovi Nemeo et Iunoni ludos faciunt. (3) Qua ad arcem iter, ad viae laevam Aegypti filiorum monumentum hoc etiam in loco est. Sunt enim hic abscissa a reliquo corpore condita capita, sicuti in Lerna sine capitibus corpora. Nam et eorum caedes ad Lernam commissa. Adolescentes vero quum foeminae trucidassent, capita absciderunt, quo certum facinoris indicium ad patrem deferrent. (4) In extrema arce (cui Larissa nomen) aedes est Iovis cognomento Larissaei. Fastigium ea iam nullum habet; neque dei signum, quod ligneum est, basi ulli amplius insistit. Iam Minervae aedes proxima valde digna est, quae spectetur. (5) In ea quum alia signa posita sunt, tum Iovis ligneum oculos habens duos, qua in parte homini eos natura locavit, tertium vero in fronte. Hunc illum esse Iovem Patrium tradunt, qui in Priami Laomedontis filii regia sub divo positus fuit, ad cuius aram dicitur Priamus capto

κατέφυγεν ὁ Πρίαμος τὸν βωμόν. ἐπεὶ δὲ τὰ λάφυρα ἐνέμοντο, λαμβάνει Σθένελος ὁ Καπανέως αὐτὸν, καὶ ἀνάκειται μὲν διὰ τοῦτο ἐνταῦθα. τρεῖς δὲ ὀφθαλμοὺς ἔχειν ἐπὶ τῷδε ἄν τις τεκμαίροιτο αὐτόν. Δία γὰρ ἐν οὐρανῷ βασιλεύειν, οὗτος μὲν λόγος κοινὸς πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων. ὃν δὲ ἄρχειν φασὶν ὑπὸ γῆς, ἔστιν ἔπος τῶν Ὁμήρου Δία ὀνομάζον καὶ τοῦτον·

Ζεύς τε καταχθόνιος, καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια.

Αἰσχύλος δὲ ὁ Εὐφορίωνος καλεῖ Δία καὶ τὸν ἐν θαλάσσῃ. τρισὶν οὖν ὁρῶντα ἐποίησεν ὀφθαλμοῖς, ὅστις δὴ οὖν ὁ ποιήσας, ἅτε ἐν ταῖς τρισὶ ταῖς λεγομέναις λήξεσιν ἄρχοντα τὸν αὐτὸν τοῦτον θεόν.

(6) Ὁδοὶ δὲ ἐξ Ἄργους καὶ κατ' ἄλλα εἰσὶ τῆς Πελοποννήσου, καὶ πρὸς Ἀρκαδίας ἐπὶ Τεγέαν. ἐν δεξιᾷ δὲ ὄρος ἐστὶν ἡ Λυκώνη, δένδρα κυπαρίσσου κάλλιστα ἔχουσα. ᾠκοδόμηται δὲ ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους Ἀρτέμιδος Ὀρθίας ἱερὸν, καὶ ἀγάλματα Ἀπόλλωνος καὶ Λητοῦς καὶ

Ilio confugisse: obtigisse vero eum in divisione praedae Sthenelo Capanei filio, hocque ipso in loco ab eo in rei memoriam dicatum. Habere autem eum tres oculos idcirco coniicere quis possit, quod communis omnium hominum sermo regnare in coelo Iovem praedicat. Sed et eum deum, qui sub terra imperare dicitur, Homeri quidam versus Iovem nominat:

Iupiter infernus, atque inclyta Persephonea.

Aeschylus quidem Euphorionis filius ipsum maris etiam regem Iovem appellat. Quare hac ductus ratione, quicunque illum fecit, tres ei oculos attribuit, unum et eundem significans deum tribus, quas di tres sortiti inter se dicuntur, mundi partibus imperare. (6) Iam viae aliquot Argis in alia Peloponnesi loca ducunt: una ad Tegeam Arcadiae urbem. Ad *eius* dexteram Lycone mons, in quo inter ceteras arbores cupressi multae. Erectum est in montis vertice Orthiae Dianae templum: ubi signa Apollini, Latonae, et Dianae

Ἀρτέμιδος πεποίηται λευκοῦ λίθου· Πολυκλείτου δὲ φασιν εἶναι ἔργα. καταβάντων δὲ ἐκ τοῦ ὄρους, αὖθις ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ τῆς λεωφόρου ναὸς Ἀρτέμιδος. (7) Ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ Χάον ἐστὶν ὄρος ὀνομαζόμενον. ὑπὸ δὲ αὐτὸ δένδρα πέφυκεν ἥμερα, καὶ ἄνεισι τοῦ Ἐρασίνου φανερὸν ἐνταῦθα δὴ τὸ ὕδωρ· τέως δὲ ἐκ Στυμφάλου ῥεῖ τῆς Ἀρκάδων, ὥσπερ ἐξ Εὐρίπου κατὰ Ἐλευσῖνα καὶ τὴν ταύτῃ θάλασσαν οἱ Ῥεῖτοι. πρὸς δὲ τοῦ Ἐρασίνου ταῖς κατὰ τὸ ὄρος ἐκβολαῖς Διονύσῳ καὶ Πανὶ θύουσι, τῷ Διονύσῳ δὲ καὶ ἑορτὴν ἄγουσι καλουμένην Τύρβην. (8) Ἐπανελθοῦσι δὲ ἐς τὴν ἐπὶ Τεγέας ὁδὸν ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ ὀνομαζομένου Τρόχου Κεγχρεαί. τὸ δὲ ὄνομα ἐφ' ᾧ τῷ χωρίῳ γέγονεν, οὐ λέγουσι, πλὴν εἰ μὴ καὶ τοῦτο ἄρα ὠνομάσθη διὰ τὸν Πειρήνης παῖδα Κεγχρειόν. καὶ πολυάνδρια ἐνταῦθά 167
ἐστιν Ἀργείων νικησάντων μάχῃ Λακεδαιμονίους περὶ Ὑσιάς. τὸν δὲ ἀγῶνα τοῦτον συμβάντα εὕρισκον Ἀθη-

dicata ex candido marmore, Polycleti esse opera aiunt. Qua ex monte descenditur, ad publicae viae laevam alia Dianae aedes: (7) a qua non longe ad dexteram mons, qui Chaon dicitur: cuius imae partes sativis arboribus vestiuntur. Erumpunt hic manifesto emersu Erasini aquae, a Stymphalo illae quidem Arcadiae ortum ducentes, haud aliter quam scatebrae illae, quae Rheti appellantur, ab Euripo ad Eleusinem, inde vero in id ipsum mare profluentes. Ad ipsam hanc Erasini e monte Lycone eruptionem Libero Patri et Pani sacra faciunt. Libero quidem festos etiam dies agunt, quam Turbam nominant. (8) Iam vero ad eam viam, quae Tegeam ducit, si redeas, ad dexteram vici eius, quem Trochon appellant, Cenchreae sunt. Cui castello unde sit nomen, memoriae non est traditum: videri tamen possit et ipsum a Cenchreo Pirenes filio nuncupatum. Busta eo in loco sunt (*quae Polyandria appellant*) Argivorum, qui Lacedaemonios ad Hyaias vicerunt: quod praelium inter ipsos factum inve-

ναίοις ἄρχοντος Πεισιστράτου, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Εὐρύβοτος Ἀθηναῖος ἐνίκα στάδιον. (9) Καταβάντος δὲ ἐς τὸ χθαμαλώτερον, ἐρείπια Ὑσιῶν ἐστι πόλεώς ποτε ἐν τῇ Ἀργολίδι, καὶ τὸ πταῖσμα Λακεδαιμονίοις ἐνταῦθα γενέσθαι λέγουσιν.

## CAPUT XXV.

De templo cum duplici aditu in via, quae Argis Mantineam ducit — vico Oenoë ab Oeneo nominato — monte Artemisio et fontibus Inachi — vico Lyrcea et facium festo — vico Orenae dicto ejusque memorandis — memorandis in via Epidaurum versus et Proeti cum Acrisio pugna — Tirynthis reliquiis, muris a Cyclopibus exstructis — vico Midea — vico Lessa et monte Arachnaeo.

Ἡ δ' ἐς Μαντίνειαν ἄγουσα ἐξ Ἄργους ἐστὶν, οὐχ ἥπερ καὶ ἐπὶ Τεγέαν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν πρὸς τῇ Δειράδι. ἐπὶ δὲ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἱερὸν διπλοῦν πεποίηται, καὶ πρὸς ἡλίου δύνοντος εἴσοδον καὶ κατὰ ἀνατολὰς ἑτέραν ἔχον. κατὰ μὲν δὴ τοῦτο Ἀφροδίτης κεῖται ξόανον, πρὸς

mio, Pisistrato apud Athenienses summum magistratum gerente, anno quarto eius Olympiadis, qua Eurybotus Atheniensis victor de curriculo renunciatus est. (9) Qua certe parte ad planiora descenditur, ruinae se ostendunt Hysiarum, oppidi in Argolide quondam siti: quo in loco cladem Lacedaemonios accepisse tradunt.

Cap. XXV. Quae vero Argis Mantineam ducit via, non est omnino eadem, qua Tegeam iter est: verum haec a porta initium habet, loco ei, quam Dirada diximus appellari, proxima. In hac via templum erectum est aditu duplici, quorum alter ad orientem, alter ad occasum conversus est: in illo Veneris ligneum simulacrum; in altero ad occasum

δὲ ἄλλου δυσμὰς Ἄρεως. εἶναι δὲ τὰ ἀγάλματα Πολυνείκους λέγουσιν ἀναθήματα καὶ Ἀργείων, ὅσοι τιμωρήσοντες αὐτῷ συνεστρατεύοντο. (2) Προελθοῦσι δὲ αὐτόθι διαβάντων ποταμὸν χείμαῤῥον Χάραδρον καλούμενόν ἐστιν Οἰνόη τὸ ὄνομα ἔχουσα, ὡς Ἀργεῖοί φασιν, ἀπὸ Οἰνέως. Οἰνέα γὰρ τὸν βασιλεύσαντα ἐν Αἰτωλίᾳ λέγουσιν ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς παρὰ Διομήδην ἐς Ἄργος ἀφικέσθαι. ὁ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐτιμώρησεν αὐτῷ στρατεύσας ἐς τὴν Καλυδωνίαν, παραμένειν δὲ οὐκ ἔφη οἱ δύνασθαι· συνακολουθεῖν δὲ, εἰ βούλοιτο, ἐς Ἄργος ἐκεῖνον ἐκέλευεν. ἀφικόμενον δὲ τά τε ἄλλα ἐθεράπευεν, ὡς πατρὸς θεραπεύειν πατέρα εἰκὸς ἦν, καὶ ἀποθανόντα ἔθαψεν ἐνταῦθα. ἀπὸ τούτου μὲν Οἰνόη χωρίον ἐστὶν Ἀργείοις. (3) Ὑπὲρ δὲ τῆς Οἰνόης ὄρος ἐστὶν Ἀρτεμίσιον, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους. ἐν τούτῳ δέ εἰσι τῷ ὄρει καὶ αἱ πηγαὶ τοῦ Ἰνάχου· πηγαὶ γὰρ δὴ τῷ ὄντι εἰσὶν αὐτῷ, τὸ δὲ ὕδωρ οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐξικνεῖται τῆς γῆς. ταύτῃ μὲν δὴ θέας οὐδὲν ἔτι ἦν ἄξιον. (4) Ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἀπὸ τῶν πυλῶν

Martis positum est. Utrumque Polynicis, et Argivorum qui auxilio ei fuerunt in persequenda fratris iniuria, dona fuisse aiunt. (2) Hinc progressus quum torrentem traieceris, cui nomen Charadro, ad *vicum* accedes, qui Oenoë dicitur, ab Oeneo (ut Argivi dicunt) nuncupata. Oeneum enim aiunt Aetoliae regno pulsum ab Agrii filiis ad Diomedem Argos confugisse: illum vero, ducto in Calydoniam exercitu, Oenei quidem iniurias ultum, negasse tamen se posse illic permanere. Hortatum itaque esse, ut se Argos sequeretur: quod quum fecisset, tum alios ei honores, perinde atque aequum fuit paterno avo, habuisse, tum vero vicum eum, in quo e vita excessit, Oeneën vocasse. (3) Supra Oenoën Artemisium mons est, et in eius iugo Dianae templum. In eodem monte Inachi amnis fontes haudquaquam dubii, etsi aqua minime longinquum terrae spatium praeterfluit. Illic nihil aliud visitur, quod quamquam possit magnopere detinere. (4) Ab

ναίοις ἄρχοντος Πεισιστράτου, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Εὐρύβοτος Ἀθηναῖος ἐνίκα στάδιον. (9) Καταβάντος δὲ ἐς τὸ χθαμαλώτερον, ἐρείπια Ὑσιῶν ἐστι πόλεώς ποτε ἐν τῇ Ἀργολίδι, καὶ τὸ πταῖσμα Λακεδαιμονίοις ἐνταῦθα γενέσθαι λέγουσιν.

## CAPUT XXV.

De templo cum duplici aditu in via, quae Argis Mantineam ducit — vico Oenoë ab Oeneo nominato — monte Artemisio et fontibus Inachi — vico Lyrcea et facium festo — vico Orenae dicto ejusque memorandis — memorandis in via Epidaurum versus et Proeti cum Acrisio pugna — Tirynthis reliquiis, muris a Cyclopibus exstructis — vico Midea — vico Lessa et monte Arachnaeo.

Ἡ δ' ἐς Μαντίνειαν ἄγουσα ἐξ Ἄργους ἐστὶν, οὐχ ἥπερ καὶ ἐπὶ Τεγέαν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν πρὸς τῇ Δειράδι. ἐπὶ δὲ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἱερὸν διπλοῦν πεποίηται, καὶ πρὸς ἡλίου δύνοντος εἴσοδον καὶ κατὰ ἀνατολὰς ἑτέραν ἔχον. κατὰ μὲν δὴ τοῦτο Ἀφροδίτης κεῖται ξόανον, πρὸς

nio, Pisistrato apud Athenienses summum magistratum gerente, anno quarto eius Olympiadis, qua Eurybotus Atheniensis victor de curriculo renunciatus est. (9) Qua certa parte ad planiora descenditur, ruinae se ostendunt Hysiarum, oppidi in Argolide quondam siti: quo in loco cladem Lacedaemonios accepisse tradunt.

Cap. XXV. Quae vero Argis Mantineam ducit via, non est omnino eadem, qua Tegean iter est: verum haec a porta initium habet, loco ei, quam Dirada diximus appellari, proxima. In hac via templum erectum est aditu duplici, quorum alter ad orientem, alter ad occasum conversus est: in illo Veneris ligneum simulacrum; in altero ad occasum

δὲ ἡλίου δυσμὰς Ἄρεως. εἶναι δὲ τὰ ἀγάλματα Πολυνείκους λέγουσιν ἀναθήματα καὶ Ἀργείων, ὅσοι τιμωρήσοντες αὐτῷ συνεστρατεύοντο. (2) Προελθοῦσι δὲ αὐτόθι, διαβάντων ποταμὸν χείμαῤῥον Χάραδρον καλούμενόν ἐστιν Οἰνόη τὸ ὄνομα ἔχουσα, ὡς Ἀργεῖοί φασιν, ἀπὸ Οἰνέως. Οἰνέα γὰρ τὸν βασιλεύσαντα ἐν Αἰτωλίᾳ λέγουσιν ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς παρὰ Διομήδην ἐς Ἄργος ἀφικέσθαι. ὁ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐτιμώρησεν αὐτῷ στρατεύσας ἐς τὴν Καλυδωνίαν, παραμένειν δὲ οὐκ ἔφη οἱ δύνασθαι· συνακολουθεῖν δὲ, εἰ βούλοιτο, ἐς Ἄργος ἐκεῖνον ἐκέλευεν. ἀφικόμενον δὲ τά τε ἄλλα ἐθεράπευεν, ὡς πατρὸς θεραπεύειν πατέρα εἰκὸς ἦν, καὶ ἀποθανόντα ἔθαψεν ἐνταῦθα. ἀπὸ τούτου μὲν Οἰνόη χωρίον ἐστὶν Ἀργείοις. (3) Ὑπὲρ δὲ τῆς Οἰνόης ὄρος ἐστὶν Ἀρτεμίσιον, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους. ἐν τούτῳ δέ εἰσι τῷ ὄρει καὶ αἱ πηγαὶ τοῦ Ἰνάχου· πηγαὶ γὰρ δὴ τῷ ὄντι εἰσὶν αὐτῷ, τὸ δὲ ὕδωρ οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐξικνεῖται τῆς γῆς. ταύτῃ μὲν δὴ θέας οὐδὲν ἔτι ἦν ἄξιον. (4) Ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἀπὸ τῶν πυλῶν

Martis positum est. Utrumque Polynicis, et Argivorum qui auxilio ei fuerunt in persequenda fratris iniuria, dona fuisse aiunt. (2) Hinc progressus quum torrentem traieceris, cui nomen Charadro, ad *vicum* accedas, qui Oenoë dicitur, ab Oeneo (ut Argivi dicunt) nuncupata. Oeneum enim aiunt Aetoliae regno pulsum ab Agrii filiis ad Diomedem Argos confugisse: illum vero, ducto in Calydoniam exercitu, Oenei quidem iniurias ultum, negasse tamen se posse illic permanere. Hortatum itaque esse, ut se Argos sequeretur: quod quum fecisset, tum alios ei honores, perinde atque aequum fuit paterno avo, habuisse, tum vero vicum eum, in quo e vita excessit, Oenoën vocasse. (3) Supra Oenoën Artemisium mons est, et in eius iugo Dianae templum. In eodem monte Inachi amnis fontes haudquaquam dubii, etsi aqua minime longinquum terrae spatium praeterfluit. Illic nihil aliud visitur, quod quemquam possit magnopere detinere. (4) Ab

168 τῶν πρὸς τῇ Δειράδι ἐστὶν ἐπὶ Λύρκειαν. ἐς τοῦτο λέγεται τὸ χωρίον Λυγκέα ἀποσωθῆναι τῶν πεντήκοντα ἀδελφῶν μόνον, καὶ ἡνίκα ἐσώθη, πυρσὸν ἀνέσχεν ἐντεῦθεν· συνέκειτο δὲ ἄρα αὐτῷ πρὸς τὴν Ὑπερμνήστραν, ἀνασχεῖν τὸν πυρσόν, ἢν διαφυγὼν Δαναὸν ἐς ἀσφαλὲς ἀφίκηταί ποι. τὴν δὲ καὶ αὐτὴν ἀνάψαι λέγουσιν ἕτερον ἀπὸ τῆς Λαρίσσης, δῆλα καὶ ταύτην ποιοῦσαν, ὅτι ἐν οὐδενὶ οὐδὲ αὐτὴ καθέστηκεν ἔτι κινδύνῳ. ἐπὶ τούτῳ δὲ Ἀργεῖοι κατὰ ἔτος ἕκαστον πυρσῶν ἑορτὴν ἄγουσι. τὸ δὲ χωρίον τότε μὲν Λυγκεία ἐκαλεῖτο, οἰκήσαντος δὲ ὕστερον ἐν αὐτῷ Λύρκου (παῖς δὲ ἦν Ἄβαντος νόθος), τὸ ὄνομα δι' αὐτὸν ἔσχηκε. καὶ ἄλλα τέ ἐστιν οὐκ ἀξιόλογα ἐν τοῖς ἐρειπίοις, καὶ εἰκὼν ἐπὶ στήλῃ τοῦ Λύρκου. ἐς μὲν δὴ ταύτην ἐστὶν ἐξ Ἄργους ἑξήκοντα μάλιστά που στάδια· ἐκ δὲ Λυρκείας ἕτερα τοσαῦτα ἐς Ὀρνεάς. (5) Λυρκείας μὲν δὴ πόλεως, ἅτε ἠρημωμένης ἤδη κατὰ τὴν Ἑλλήνων στρατείαν ἐπὶ Ἴλιον, οὐκ ἐποιήσατο Ὅμηρος ἐν καταλόγῳ

eadem porta, quae ad Diradem est, via altera Lyrcean deducit. In hoc oppidum confugisse dicitur Lynceus, quum de quinquaginta fratribus unus est necis periculo liberatus; atque hinc face prolata signum dedisse. Ita enim ei cum Hypermnestra convenisse, ut, quum Danai insidias effugiens in tutum se recepisset, inde facem ostentaret. Ipsam etiam vicissim Hypermnestram aiunt a Larissa facem protulisse, quo se significaret periculum omne evasisse. In cuius rei memoriam Argivi quotannis festum facularum celebrant. Oppidum quidem ante Lyncea vocabatur: verum quum Lyrcus idem postea tenuisset nothus Abantis filius, ab eo Lyrcea nomen, *litera tantum unica immutata*, accepit. In ipsis ruinis et alia exstant nihil omnino digna, quorum fiat mentio, et pila cum Lyrci statua. Argis Lyrcea abest stadia ad summum LX: totidem ab Orneis. (5) Ac Lyrceae mentionem in Graecis, qui sunt ad Troianum bellum profecti, percensendis nullam omnino fecit Homerus: ex quo ea iam tum aetate desertum id oppidum fuisse constat. Quod vero

μνήμην· Ὀρνεὰς δὲ (ἔτι γὰρ ᾠκοῦντο), ὥσπερ τῷ τόπῳ τῆς Ἀργείας ἔκειντο, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἔπεσι προτέρας ἢ Φλιοῦντά τε καὶ Σικυῶνα κατέλεξε. ἐκαλοῦντο δὲ ἀπὸ Ὀρνέως τοῦ Ἐρεχθέως. τοῦ δὲ Ὀρνέως ἦν τούτου Πετεώς, τοῦ δὲ Μενεσθεύς, ὃς Ἀγαμέμνονι μετὰ Ἀθηναίων τὴν Πριάμου συγκαθεῖλεν ἀρχήν. ἀπὸ μὲν δὴ τούτου τὸ ὄνομα ἐγένετο τῇ πόλει. Ἀργεῖοι δὲ ὕστερον τούτων Ὀρνεάτας ἀνέστησαν· ἀναστάντες δὲ σύνοικοι γεγόνασιν Ἀργείοις. ἔστι δὲ ἐν ταῖς Ὀρνεαῖς Ἀρτέμιδός τε ἱερὸν καὶ ξόανον ὀρθόν, καὶ ἕτερος ναὸς θεοῖς πᾶσιν ἐς κοινὸν ἀνειμένος. τὰ δὲ ἐπέκεινα Ὀρνεῶν ἥ τε Σικυωνία καὶ ἡ Φλιασία ἐστίν.

(6) Ἐρχομένοις δ' ἐξ Ἄργους ἐς τὴν Ἐπιδαυρίαν ἐστὶν οἰκοδόμημα ἐν δεξιᾷ πυραμίδι μάλιστα εἰκασμένον, ἔχει δὲ ἀσπίδας, σχῆμα Ἀργολικὰς ἀπειργασμένας. ἐνταῦθα Προίτῳ περὶ τῆς ἀρχῆς πρὸς Ἀκρίσιον μάχη γίνεται, 169 καὶ τέλος μὲν ἴσον τῷ ἀγῶνι συμβῆναί φασι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ διαλλαγὰς ὕστερον, ὡς οὐδέτεροι βεβαίως κρατεῖν ἐδύναντο. συμβαλεῖν δὲ σφᾶς λέγουσιν ἀσπίσι τότε πρῶ-

Orneae incolumes erant, proinde ut loco priores in Argivorum finibus sunt, ita ab eodem poëta prius quam aut Phlius aut Sicyon nominantur. Nomen habuere ab Orneo Erechthei filio: cui Peteus genitus est filius, Peteo Mnestheus is, qui Agamemnonem cum Atheniensibus in evertendo Priami regno iuvit. Eiecti vero postea sedibus suis Orneatae ab Argivis, eorum civitatis inquilini facti sunt. Est Orneis adhuc Dianae fanum: in eo ligneum stat signum. Exstat et aedes altera, dis eadem omnibus dicata. Ultra Orneas sunt Phliasiorum et Sicyoniorum fines. (6) Qua Argis in Epidauriorum agrum iter est, ad dexteram aedificium surgit pyramidis forma. In eo scuta, ea figura, qua sunt Argolici clypei. Commissam eo ipso in loco inter Proetum et Acrisium pugnam de regno aequo Marte memorant: pacem postea inter eos conciliatam, quod neutrius satis firmum *sine alterius opibus* esse posset imperium: congressos autem tunc primum

τον καὶ αὐτοὺς καὶ τὸ στράτευμα ὡπλισμένους. τοῖς δὲ πεσοῦσιν ἀφ' ἑκατέρων (πολῖται γὰρ καὶ συγγενεῖς ἦσαν) ἐποιήθη ταύτῃ μνῆμα ἐν κοινῷ. (7) Προϊοῦσι δὲ ἐντεῦθεν καὶ ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιὰν, Τίρυνθός ἐστιν ἐρείπια. ἀνέστησαν δὲ καὶ Τιρυνθίους Ἀργεῖοι, συνοίκους προσλαβεῖν καὶ τὸ Ἄργος ἐπαυξῆσαι θελήσαντες. Τίρυνθα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἐγένετο, παῖδα Ἄργου τοῦ Διὸς εἶναι λέγουσι. τὸ δὴ τεῖχος, ὃ δὴ μόνον τῶν ἐρειπίων λείπεται, Κυκλώπων μέν ἐστιν ἔργον, πεποίηται δὲ ἀργῶν λίθων, μέγεθος ἔχων ἕκαστος λίθος, ὡς ἀπ' αὐτῶν μηδ' ἂν ἀρχὴν κινηθῆναι τὸν μικρότατον ὑπὸ ζεύγους ἡμιόνων. λιθία δὲ ἐνήρμοσται πάλαι, ὡς μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον ἁρμονίαν τοῖς μεγάλοις λίθοις εἶναι. (8) Καταβάντων δὲ ὡς ἐπὶ θάλασσαν, ἐνταῦθα οἱ θάλαμοι τῶν Προίτου θυγατέρων εἰσίν. ἐπανελθόντων δ' ἐς τὴν λεωφόρον, ἐπὶ Μιδείαν ἐς ἀριστερὰν ἥξεις. βασιλεῦσαι δέ φασιν Ἠλεκτρύωνα ἐν τῇ Μιδείᾳ τὸν πατέρα Ἀλκμήνης. ἐπ' ἐμοῦ δὲ Μιδείας πλὴν τὸ ἔδαφος ἄλλο

cum scutata utrinque acie. Atque iis quidem, qui ex utroque exercitu ceciderant, quod res inter cives et propinquos gesta fuerat, commune ibi sepulcrum est erectum. (7) Hinc progressis ad dexteram se Tirynthis ruinae ostendunt. Ipsi certe Argivi etiam Tirynthios eiecere, quod, iis in civitatem suam receptis, augeri civium multitudine urbem voluerunt. Tiryntha quidem heroëm, a quo urbi nomen, Argi filium, Iovis nepotem fuisse perhibent. Urbis muros, qui soli inter ruinas reliqui sunt, Cyclopum fuisse opus, fama vulgavit: exstructi vero sunt e rudibus lapidibus, quorum singuli ea magnitudine sunt, ut ne minimus quidem eorum loco moveri possit iumentorum bigis. Parvi vero inserti sunt olim lapides, ut per eos maiores aptiore structura coagmentarentur. (8) Qua ad mare descenditur, Proeti filiarum thalami sunt. Quod si in militarem viam redeas, ad Mideam, quae ad eius laevam est, venias. Regnasse hic ferunt Electryonem Alcmenae patrem: aetate quidem nostra ita deleta est,

οὐδὲν ἐλείπετο. (9) Κατὰ δὲ τὴν ἐς Ἐπίδαυρον εὐθεῖάν ἐστι κώμη Λῆσσα, ναὸς δὲ Ἀθηνᾶς ἐν αὐτῇ καὶ ξόανον, οὐδέν τι διάφορον ἢ τὸ ἐν ἀκροπόλει τῇ Λαρίσσῃ. ἔστι δὲ ὄρος ὑπὲρ τῆς Λήσσης τὸ Ἀραχναῖον, πάλαι δὲ Σαπυσελάτων ἐπὶ Ἰνάχου τὸ ὄνομα εἰλήφει· βωμοὶ δέ εἰσιν ἐν αὐτῷ, Διός τε καὶ Ἥρας. δεῆσαν ὄμβρου, σφίσιν ἐνταῦθα θύουσιν.

## CAPUT XXVI.

De Epidauriorum et Argivorum finibus — primis Epidauri dominis — Epidauro, a quo Epidauria regio nomen accepit — de Epidauria terra Aesculapio sacra et Aesculapii natalibus varia narratio — de Epidauro, Aesculapii patria, et variis locis, ubi Aesculapius colitur.

Κατὰ δὲ τὴν Λῆσσαν ἔχεται τῆς Ἀργείας ἡ Ἐπιδαυρίων. πρὶν δὲ ἢ κατὰ ταύτην γενέσθαι τὴν πόλιν, ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀφίξῃ τοῦ Ἀσκληπιοῦ. (2) Ταύτην τὴν χώραν οὐκ οἶδα οἵτινες πρότερον ᾤκησαν, πρὶν Ἐπίδαυρον ἐλθεῖν ἐς 170
αὐτήν· οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς ἀπογόνους Ἐπιδαύρου πυθέσθαι παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἐδυνάμην. τελευταῖον δέ, πρὶν

ut sola area restet. (9) Qua Epidaurum recta contenditur, vicus est Lessa, in quo Minervae delubrum, et deae ligneum signum, nihil omnino ab eo differens, quod in Larissa arce est. Supra Lessam Arachnaeus mons: Sapyselaton quum ante diceretur, regnante Inacho ita coeptus est appellari. In eo arae Iovis et Iunonis, ad quas in magna soli siccitate immolant.

Cap. XXVI. Ad Lessam cum Argivorum agro Epidauriorum fines iunguntur: in quorum priusquam urbem introëas, in Aesculapii venias. (2) Hanc regionem qui ante Epidaurum in eam adventum tenuerint, non habeo dicere: quin Epidauri etiam ipsius qui posteri fuerint, non potui de

ἢ παραγενέσθαι Δωριέας ἐς Πελοπόννησον, βασιλεῦσαί φασι Πιτυρέα Ἴωνος ἀπόγονον τοῦ Ξούθου. τοῦτον παραδοῦναι λέγουσιν ἀμαχεὶ τὴν γῆν Δηϊφόντῃ καὶ Ἀργείοις. καὶ ὁ μὲν ἐς Ἀθήνας ὁμοῦ τοῖς πολίταις ἀφικόμενος ἐνταῦθα ᾤκησε, Δηϊφόντης δὲ καὶ Ἀργεῖοι τὴν Ἐπιδαυρίαν ἔσχον. ἀπεσχίσθησαν δὲ οὗτοι τῶν ἄλλων Ἀργείων, Τημένου τελευτήσαντος, Δηϊφόντης μὲν καὶ Ὑρνηθὼ, κατ' ἔχθος τῶν Τημένου παίδων, ὁ δὲ σὺν αὐτοῖς στρατὸς, Δηϊφόντῃ καὶ Ὑρνηθοῖ πλέον ἢ Κείσῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς νέμοντες. (3) Ἐπίδαυρος δὲ, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ γῇ ἐτέθη, ὡς μὲν φασιν Ἠλεῖοι, Πέλοπος ἦν· κατὰ δὲ Ἀργείων δόξαν καὶ τὰ ἔπη, τὰς μεγάλας Ἠοίας, ἦν Ἐπιδαύρῳ πατὴρ Ἄργος ὁ Διός. Ἐπιδαύριοι δὲ Ἀπόλλωνι Ἐπίδαυρον παῖδα προσποιοῦσιν. (4) Ἀσκληπιοῦ δὲ ἱερὰν μάλιστα εἶναι τὴν γῆν, ἐπὶ λόγῳ συμβέβηκε τοιῷδε. Φλεγύαν Ἐπιδαύριοί φασιν ἐλθεῖν ἐς Πελοπόννησον, πρόφασιν μὲν ἐπὶ θέᾳ τῆς χώρας, ἔργῳ δὲ

incolis cognoscere. Regnasse illi quidem ante Doriensium in Peloponnesum adventum Pityreum memorant, Ionis nepotem, Xuthi pronepotem: ab eoque sine pugna traditum Deiphonti et Argivis imperium: venisse vero eum cum civibus suis Athenas, ibique domicilium constituisse: Deiphontem Epidauriam terram occupasse cum ea manu Argivorum, qui a reliquis Argivis Temeno mortuo desciverant. Deiphontes enim et Hyrnetho Temeni liberos oderant: et quae secuta est eos multitudo, plus illis multo, quam Ciso et fratribus studebat. (3) Epidaurus ipse, a quo regioni nomen, uti Elei tradunt, Pelope natus est. Quod si Argivorum opinionem sequimur, et eorum carminum, quas Eoeas magnas appellant, Epidauro pater fuit Argus Iovis filius. Ipsi enimvero Epidaurii Apollini Epidaurum attribuunt. (4) Causam vero huiusmodi afferunt, quare sacra sit Aesculapio regio. Venisse in Peloponnesum Phlegyam visendae eius terrae studio simulato, re tamen ipsa, ut specularetur, quam frequens

κατάσκοπον πλήθους τῶν ἐνοικούντων, καὶ εἰ τὸ πολὺ μάχιμον εἴη τῶν ἀνθρώπων. ἦν γὰρ δὴ Φλεγύας πολεμικώτατος τῶν τότε, καὶ ἐπιὼν ἑκάστοτε, ἐφ' οὓς τύχοι, τοὺς καρποὺς ἔφερε καὶ ἤλαυνε τὴν λείαν. ὅτε δὲ παρεγένετο ἐς Πελοπόννησον, εἵπετο ἡ θυγάτηρ αὐτῷ, λεληθυῖα ἔτι τὸν πατέρα, ὅτι ἐξ Ἀπόλλωνος εἶχεν ἐν γαστρί. ὡς δὲ ἐν τῇ γῇ τῇ Ἐπιδαυρίων ἔτεκεν, ἐκτίθησι τὸν παῖδα ἐς τὸ ὄρος τοῦτο, ὃ δὴ Τίτθειον ὀνομάζουσιν ἐφ' ἡμῶν, τηνικαῦτα δὲ ἐκαλεῖτο Μύρτιον· ἐκκειμένῳ δὲ ἐδίδου μέν οἱ γάλα μία τῶν περὶ τὸ ὄρος τῶν ποιμαινομένων αἰγῶν, ἐφύλασσε δὲ ὁ κύων ὁ τοῦ αἰπολίου φρουρός. Ἀρεσθάνας δὲ (ὄνομα γὰρ τῷ ποιμένι τοῦτο ἦν) ὡς τὸν ἀριθμὸν οὐχ εὕρισκεν ὁμολογοῦντα τῶν αἰγῶν, καὶ ὁ κύων ἅμα ἀπεστάτει τῆς ποίμνης, οὕτω τὸν Ἀρεσθάναν 171
ἐς πᾶν φασιν ἀφικνεῖσθαι ζητήσεως, εὑρόντα δὲ ἐπιθυμῆσαι τὸν παῖδα ἀνελέσθαι, καὶ ὡς ἐγγὺς ἐγένετο, ἀστραπὴν εἶδεν ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός, νομίσαντα δὲ εἶναι

ea esset incolarum multitudine, quidque militaris aetatis ac roboris haberet. Fuit enim Phlegyas omnium sui temporis bellator acerrimus: quippe qui, in quamcunque partem excursiones fecisset, ex ea quum frumenta, tum reliqua omnia agebat et rapiebat. Is quum iam Peloponnesum intrasset, filia, quae patrem sequebatur, quum adhuc se uterum ex Apolline ferre patrem celasset, in Epidauriorum finibus puerum enixa, illum in monte exponit, cui hac ipsa etiam aetate Titthion nomen, (*id est ac si Mamillam dicas*) quum ante Myrtion appellaretur. *Mutati nominis causa, quod* exposito infanti lac praebuit capra, quae cum ceteris in eo saltu pascebat, dum interea eum canis custodiret. Ibi Aresthanas (fuit enim hoc caprario nomen) quum a reliquo grege in pecore recensendo capellam unam, cumque ea canem aberrasse animadvertisset, totum eum saltum studiose quaeritans peragravit: inventum vero puerum quum tollere *vehementer* cuperet, ac iam propius accederet, effulsisse aiunt coelestem ab illo

θεῖόν τι, ὥσπερ ἦν, ἀποτραπέσθαι. ὁ δὲ αὐτίκα ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν ἠγγέλλετο, τά τε ἄλλα ὁπόσα βούλοιτο εὑρίσκειν ἐπὶ τοῖς κάμνουσι, καὶ ὅτι ἀνίστησι τεθνεῶτας. (5) Λέγεται δὲ καὶ ἄλλος ἐπ' αὐτῷ λόγος. Κορωνίδα κύουσαν Ἀσκληπιὸν Ἴσχυϊ τῷ Ἐλάτου συγγενέσθαι· καὶ τὴν μὲν ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἀρτέμιδος ἀμυνομένης τῆς ἐς τὸν Ἀπόλλωνα ὕβρεως, ἐξημμένης δὲ ἤδη τῆς πυρᾶς ἁρπάσαι λέγεται τὸν παῖδα Ἑρμῆς ἀπὸ τῆς φλογός. (6) Ὁ δὲ τρίτος τῶν λόγων ἥκιστα (ἐμοὶ δοκεῖν) ἀληθής ἐστιν, Ἀρσινόης ποιήσας εἶναι τῆς Λευκίππου παῖδα Ἀσκληπιόν. Ἀπολλοφάνει γὰρ τῷ Ἀρκάδι ἐς Δελφοὺς ἐλθόντι καὶ ἐρομένῳ τὸν θεὸν, εἰ γένοιτο ἐξ Ἀρσινόης Ἀσκληπιὸς καὶ Μεσσηνίοις πολίτης εἴη, ἔχρησεν ἡ Πυθία·

Ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστὼν Ἀσκληπιὲ πᾶσιν,
Ὃν Φλεγυηΐς ἔτικτεν ἐμοὶ φιλότητι μιγεῖσα
Ἱμερόεσσα Κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ Ἐπιδαύρῳ.

ignem: *quo deterritum prodigio* pastorem, quum divinum quiddam id esse, uti erat, suspicaretur, *statim* retrocessisse. Mox fama per terras ac maria omnia vulgavit, sanari ab illo quovis morbo laborantes, mortuos etiam excitari. (5) Alia etiam eadem de re prodita est historia: Coronidem Aesculapio iam gravidam cum Ischye Elati filio concubuisse: ob id interemptam a Diana, quod illa Apollini factam contumeliam ulcisci voluit: ardente vero rogo, e media flamma puerum a Mercurio ereptum. (6) Sed et tertia quaedam de Aesculapii natalibus fabula vulgata est, quae mihi quam longissime a veritata abhorrere videtur: Aesculapium Arsinoë Leucippi filia natum. Etenim Apollophani Arcadi, quum Delphos venisset ex deo quaesiturus, genitusne ex Arsinoë esset Aesculapius, et civisne esset Messeniorum, responsum a Pythia his versibus datum:

Asclepi, auxilium cunctis mortalibus almum,
Filia quem Phlegyae peperit mihi iuncta cubili
In campis, Epidaure, tuis, formosa Coronis.

οὗτος ὁ χρησμὸς δηλοῖ μάλιστα οὐκ ὄντα Ἀσκληπιὸν
Ἀρσινόης, ἀλλὰ Ἡσίοδον, ἢ τῶν τινα ἐμπεποιηκότων ἐς
τὰ Ἡσιόδου, τὰ ἔπη συνθέντα ἐς τὴν Μεσσηνίων χάριν.
(7) Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τόδε, ἐν Ἐπιδαύρῳ τὸν θεὸν
γενέσθαι. τὰ γὰρ Ἀσκληπεῖα εὑρίσκω τὰ ἐπιφανέστατα
ἐξ Ἐπιδαύρου. τοῦτο μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι τῆς τελετῆς
λέγοντες Ἀσκληπιῷ μεταδοῦναι, τὴν ἡμέραν ταύτην
Ἐπιδαύρια ὀνομάζουσι, καὶ θεὸν ἀπ᾽ ἐκείνου φασὶν
Ἀσκληπιόν σφισι νομισθῆναι· τοῦτο δὲ Ἀρχίας ὁ Ἀρι-
σταίχμου τὸ συμβὰν σπάσμα θηρεύοντί οἱ περὶ τὸν Πίν-
δασον ἰαθεὶς ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ, τὸν θεὸν ἐπηγάγετο ἐς 172
Πέργαμον. ἀπὸ δὲ τοῦ Περγαμηνῶν Σμυρναίοις γέγονεν
ἐφ᾽ ἡμῶν Ἀσκληπεῖον τὸ ἐπὶ θαλάσσῃ. τὸ δ᾽ ἐν Βαλά-
γραις ταῖς Κυρηναίων, ἐστὶν Ἀσκληπιὸς, καλούμενος
Ἰατρὸς, ἐξ Ἐπιδαύρου καὶ οὗτος. ἐκ δὲ τοῦ παρὰ Κυρη-
ναίοις τὸ ἐν Λεβήνῃ τῇ Κρητῶν ἐστιν Ἀσκληπεῖον. Διά-

Quod sane oraculum facile declarat, non esse natum ex Arsinoë Aesculapium: verum id aut Hesiodus, aut ex iis aliquis, qui Hesiodi carminibus versus suos interposuere, in Messeniorum gratiam finxerunt. (7) Testimonio vero multa mihi sunt, Epidauri genitum Aesculapium, ac omnem huius dei cultum ex Epidauro acceptum. Nam et Athenienses initiorum diem unum, quem Aesculapio tribuunt, Epidauria nuncupant, atque ab illo se die divinos honores habere Aesculapio coepisse tradunt: et Archias Aristaechmi filius a convulsione membrorum, qua inter venandum apud Pindasum correptus fuerat, in Epidauria sanatus, *inde* dei religionem Pergamum traduxit: acceptam a Pergamenis deinde Smyrnaei templo consecrarunt, quod nostra aetate Aesculapii nomine ad mare est. Quin et, qui colitur Balanagris apud Cyrenaeos Aesculapius, Medici cognomento, ex Epidauro sumtus est. Ad Cyrenaici quidem similitudinem factum est id Aesculapii templum, quod Lebenae (quae est Cretensium urbs) exstat. Dissimilis in eo sacri ritus, quod

φόρον δὲ Κυρηναίοις τοσόνδε ἐς Ἐπιδαυρίους ἐστὶν, ὅτι αἶγας οἱ Κυρηναῖοι θύουσιν, Ἐπιδαυρίοις οὐ καθεστηκότος. θεὸν δὲ Ἀσκληπιὸν νομισθέντα ἐξ ἀρχῆς, καὶ οὐκ ἀνὰ χρόνον λαβόντα τὴν φήμην τεκμηρίοις καὶ ἄλλοις εὑρίσκω, καὶ Ὁμήρου μαρτυρεῖ μοι τὰ περὶ Μαχάονος ὑπὸ Ἀγαμέμνονος εἰρημένα·

> Ταλθύβι', ὅττι τάχιστα Μαχάονα δεῦρο κάλεσσον
> Φῶτ', Ἀσκληπιοῦ υἱόν·

ὡς ἂν εἰ λέγοι θεοῦ παῖδ' ἄνθρωπον.

## CAPUT XXVII.

De Aesculapii sacro luco apud Epidaurios — Aesculapii signo — aede Tholo et picturis in ea, ac pilis, quibus morbi et nomina sanatorum inscripta sunt — Hippolyto ab Aesculapio in vitam revocato — theatro Epidauriorum — aliis templis et memorandis in luco Aesculapii — templis et operibus ab Antonio Senatore Epidauri exstructis — montibus luco imminentibus et memorandis ibi.

Τὸ δὲ ἱερὸν ἄλσος τοῦ Ἀσκληπιοῦ περιέχουσιν ὄροι πανταχόθεν· οὐδὲ ἀποθνήσκουσιν, οὐδὲ τίκτουσιν αἱ

Cyrenaici capras mactant, quum ab Epidauriis traditum hoc omnino non fuerit. Deum vero statim ab initio habitum Aesculapium, neque eius religionem solo temporis progressu et fama hominum profecisse, et aliis argumentis colligo, et ex Homeri versibus, quibus haec ille de Machaone dicentem facit Agamemnonem:

> Talthybi, huc propera, magnumque Machaona nobis
> Duc, hominem Asclepi genitum de semine.

Idem est enim, ac si dixisset hominem dei filium.

Cap. XXVII. Aesculapii lucum circumquaque montes incingunt: intra cuius ambitum mori quenquam, aut nasci,

γυναῖκές σφισιν ἐντὸς τοῦ περιβόλου, καθὰ καὶ ἐπὶ Δήλῳ τῇ νήσῳ τὸν αὐτὸν νόμον. τὰ δὲ θυόμενα, ἤν τέ τις Ἐπιδαυρίων αὐτῶν, ἤν τε ξένος ὁ θύων ᾖ, καταναλίσκουσιν ἐντὸς τῶν ὅρων. τὸ δὲ αὐτὸ γιγνόμενον οἶδα καὶ ἐν Τιτάνῃ. (2) Τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἄγαλμα μεγέθει μὲν τοῦ Ἀθήνησιν Ὀλυμπίου Διὸς ἥμισυ ἀποδεῖ, πεποίηται δὲ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ· μηνύει δὲ ἐπίγραμμα, τὸν εἰργασμένον εἶναι Θρασυμήδην Ἀριγνώτου Πάριον. κάθηται δὲ ἐπὶ θρόνου βακτηρίαν κρατῶν, τὴν δὲ ἑτέραν τῶν χειρῶν ὑπὲρ κεφαλῆς ἔχει τοῦ δράκοντος, καί οἱ κύων παρακατακείμενος πεποίηται. τῷ δὲ θρόνῳ ἡρώων 178
ἐπειργασμένα Ἀργείων ἐστὶν ἔργα, Βελλεροφόντου τὸ ἐς τὴν Χίμαιραν, καὶ Περσεὺς ἀφελὼν τὴν Μεδούσης κεφαλήν. τοῦ ναοῦ δέ ἐστι πέραν, ἔνθα οἱ ἱκέται τοῦ θεοῦ καθεύδουσιν. (3) Οἴκημα δὲ περιφερὲς λίθου λευκοῦ, καλούμενον Θόλος, ᾠκοδόμηται πλησίον, θέας ἄξιον. ἐν δὲ αὐτῷ Παυσίου γράψαντος βέλη μὲν καὶ τόξον ἐστὶν ἀφεικὼς Ἔρως, λύραν δὲ ἀντ' αὐτῶν ἀράμενος φέρει.

religio est: eodem scilicet ritu, qui et in Delo insula servatur. Iam vero quicquid civis peregrinusve immolavit, id totum intra eundem ambitum consumitur: quem ritum Titanae etiam servari novimus. (2) Aesculapii simulacrum dimidio ferme minus est eo, quod Athenis est Iovis Olympii: auro illud quidem et ebore perfectum. Testatur inscriptio, opus esse Thrasymedis, Arignoti filii, Parii hominis. Sedet in solio scipionem tenens: altera manu draconis caput premit, cane ad pedes decumbente. In ipso solio Argivorum heroum opera caelata sunt: Bellerophontes Chimaeram conficit, Perseus Medusae caput abscissum tenet. Supra templum *aedes sunt*, in quibus, qui precatum deum venerunt, dormiunt. (3) In propinquo aedificium est rotunda figura, atque e candido marmore, (Tholum appellant) dignum certe, quod visatur. In eo Pausiae pictoris opus, Cupido, abiecto arcu et sagittis, lyram tenens. Ebrietas etiam ab eodem

γέγραπται δὲ ἐνταῦθα καὶ Μέθη, Παυσίου καὶ τοῦτο ἔργον, ἐξ ὑαλίνης φιάλης πίνουσα· ἴδοις δὲ κἂν ἐν τῇ γραφῇ φιάλην τε ὑάλου καὶ δι' αὐτῆς γυναικὸς πρόσωπον. στῆλαι δ' εἱστήκεσαν ἐντὸς τοῦ περιβόλου, τὸ μὲν ἀρχαῖον καὶ πλέονες, ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἓξ λοιπαί. ταύταις ἐγγεγραμμένα καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐστιν ὀνόματα ἀκεσθέντων ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, προσέτι δὲ καὶ νόσημα, ὅ τι ἕκαστος ἐνόσησε, καὶ ὅπως ἰάθη· γέγραπται δὲ φωνῇ τῇ Δωρίδι. (4) Χωρὶς δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀρχαία στήλη, ἵππους δὲ Ἱππόλυτον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ φησὶν εἴκοσι. ταύτης τῆς στήλης τῷ ἐπιγράμματι ὁμολογοῦντα λέγουσιν Ἀρικιεῖς, ὡς τεθνεῶτα Ἱππόλυτον ἐκ τῶν Θησέως ἀρῶν ἀνέστησεν Ἀσκληπιός· ὁ δὲ ὡς αὖθις ἐβίω, οὐκ ἠξίου νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην, ἀλλὰ ὑπεριδὼν τὰς δεήσεις ἐς Ἰταλίαν ἔρχεται πρὸς τοὺς Ἀρικιεῖς, καὶ ἐβασίλευσέ τε αὐτόθι, καὶ ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος,
174 ἔνθα ἄχρι ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλον ἦν, ἱερᾶσθαι τῇ θεῷ τὸν νικῶντα. ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προέκειτο οὐ-

opifice facta. Bibit ea e vitrea phiala. Expressa ita est in tabula vitrea phiala, ut per eius perspicuitatem muliebre se os ostendat. Pilae vero intra ambitum priscis temporibus multae steterunt, e quibus sex aetate mea reliquae. In iis virorum et foeminarum, quae a deo curatae sunt, nomina incisa: morborum etiam, quo quisque laborarat: addita est curationis ratio. Scripta vero sunt omnia Dorica lingua. (4) Seorsum est ab aliis antiqua pila. In ea incisum, dicasse Aesculapio Hippolytum equos XX. Huius pilae inscriptioni consentanea Aricini dicunt, discerptum ob Thesei imprecationes Hippolytum in vitam ab Aesculapio revocatum: neque postea patri unquam ignoscere voluisse, verum, omni eius deprecatione spreta, in Italiam venisse, ibique dicato Aricinae Dianae templo regnasse. Mea quidem etiamnum aetate iis, qui ad templum singulari certamine vicerint, praemium deae sacerdotium propositum est. Sed in certamen istud ingenuus nemo descendit: servi duntaxat, qui fuga se dominis subdu-

δενὶ, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας. (5) Ἐπιδαυρίοις δέ ἐστι θέατρον ἐν τῷ ἱερῷ, μάλιστα, ἐμοὶ δοκεῖν, θέας ἄξιον· τὰ μὲν γὰρ Ῥωμαίων πολὺ δή τι καὶ ὑπερῇρε τῶν πανταχοῦ τῷ κόσμῳ, μεγέθει δὲ Ἀρκάδων τὸ ἐν Μεγάλῃ πόλει· ἁρμονίας δὲ ἢ κάλλους εἵνεκα ἀρχιτέκτων ποῖος ἐς ἅμιλλαν Πολυκλείτῳ γένοιτ' ἂν ἀξιόχρεως; Πολύκλειτος γὰρ καὶ θέατρον τοῦτο καὶ οἴκημα τὸ περιφερὲς ὁ ποιήσας ἦν. (6) Ἐντὸς δὲ τοῦ ἄλσους ναός τέ ἐστιν Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα Ἠπιόνης, καὶ Ἀφροδίτης ἱερὸν, καὶ Θέμιδος, καὶ στάδιον, οἷα Ἕλλησι τὰ πολλὰ γῆς χῶμα, καὶ κρήνη τῷ τε ὀρόφῳ καὶ κόσμῳ τῷ λοιπῷ θέας ἀξία. (7) Ὁπόσα δὲ Ἀντωνῖνος ἀνὴρ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐφ' ἡμῶν ἐποίησεν, ἔστι μὲν Ἀσκληπιοῦ λουτρὸν, ἔστι δὲ ἱερὸν θεῶν, οὓς Ἐπιδώτας ὀνομάζουσιν. ἐποίησε δὲ καὶ Ὑγιείᾳ ναὸν, καὶ Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι ἐπίκλησιν Αἰγυπτίοις. καὶ, ἦν γὰρ στοὰ καλουμένη Κότυος, καταῤῥυέντος δέ οἱ τοῦ ὀρόφου,

xerint. (5) In ipso fano apud Epidaurios theatrum est omnium operis dignitate mea sententia praestantissimum. Romanorum enim theatra quum ornamentis longe superant caetera, ubicunque locorum reperiantur, tum magnitudine antecellunt id, quod Megalopoli visitur in Arcadia. De arte vero, partium convenientia ac pulchritudine, quis Polycletum audeat in certamen provocare? Polycletus enim ipse theatro aedificando praefuit, idemque rotundam aedem fecit. (6) In luco aedes est Dianae, et simulacrum Epiones, *ex eo fortasse, quod morbos mitigare hoc numen credatur:* Veneris item templum, ac Themidis. Curriculum praeterea magna ex parte agger: aquae ductus, quum testudine, tum reliquo opere ita exornatus, ut cum admiratione spectetur. (7) Quae vero opera Antoninus vir senatorius aetate nostra fecit, haec sunt: Aesculapii balneae, deorum templum, quos Epidotas nominant. Dicavit praeterea aedem Bonae Valetudini, Aesculapio, Apollini cognomento Aegyptio. Porticum adhaec restituit, quae Cotyos est appellata: ea vero collapso tecto tota corrue-

διέφθαρτο ἤδη πᾶσα, ἅτε ὠμῆς τῆς πλίνθου ποιηθεῖσα· ἀνῳκοδόμησε καὶ ταύτην. Ἐπιδαυρίων δὲ οἱ περὶ τὸ ἱερὸν μάλιστα ἐταλαιπώρουν, ὅτι μήτε αἱ γυναῖκες ἐν σκέπῃ σφίσιν ἔτικτον, καὶ ἡ τελευτὴ τοῖς κάμνουσιν ὑπαίθριος ἐγίγνετο. ὁ δὲ καὶ ταῦτα ἐπανορθούμενος κατεσκευάσατο οἴκησιν· ἐνταῦθα ἤδη καὶ ἀποθανεῖν ἀνθρώπῳ, καὶ τεκεῖν γυναικὶ ὅσιον. (8) Ὄρη δέ εἰσιν ὑπὲρ
175 τὸ ἄλσος, τό τε Τίτθειον, καὶ ἕτερον ὀνομαζόμενον Κυνόρτιον, Μαλεάτου δὲ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν αὐτῷ. τοῦτο μὲν δὴ τῶν ἀρχαίων· τὰ δὲ ἄλλα, ὅσα περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Μαλεάτου, καὶ ἔλυτρον κρήνης, ἐς ὃ τὸ ὕδωρ συλλέγεταί σφισι τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, Ἀντωνῖνος καὶ ταῦτα Ἐπιδαυρίοις ἐποίησε.

## CAPUT XXVIII.

De draconibus, cum iis, quos regio Epidauria alit, tum aliis Aesculapio sacris — monte Coryphaeo et templo Dianae Coryphaeae — loco Hyrnethio dicto, ac de Deïphonte et Hyrnetho — sepulcris Melissae et Proclis.

Δράκοντες δὲ οἱ λοιποὶ καὶ ἕτερον γένος ἐς τὸ ξανθότερον ῥέποντες χρόας ἱεροὶ μὲν τοῦ Ἀσκληπιοῦ νομίζονται,

rat, ut quae e crudis fuerat exstructa laterculis. Quumque Epidaurii fani accolae aegerrime ferrent, quod et foeminae sub tecto non parerent, et aegri sub dio animam agerent, Antoninus, domo aedificata, incommodum removit. Fuit itaque in posterum et ad moriendum aegris, et ad pariendum mulieribus consecratus religione locus. (8) Montes supra lucum sunt duo: Titthion alter, alter vero Cynortium, in quo Maleatae Apollinis templum, quod solum de antiquis operibus exstat. Nam quae circa templum ipsum sunt cetera, et aquae ductus castellum, cum receptaculo depluentis aquae, ea omnia Epidauriis fecit Antoninus.

Cap. XXVIII. Dracones quidem quum omnes, tum in primis eorum quoddam genus fulvo colore conspicuum, Ae-

καὶ εἰσιν ἀνθρώποις ἥμεροι· τρέφει δὲ μόνη σφᾶς ἡ τῶν Ἐπιδαυρίων γῆ. τὸ δὲ αὐτὸ εὑρίσκω καὶ ἄλλαις χώραις συμβεβηκός. Λιβύη μέν γε μόνη κροκοδείλους τρέφει χερσαίους, διπήχεων οὐκ ἐλάσσονας. παρὰ δὲ Ἰνδῶν μόνων ἄλλα τε κομίζεται καὶ ὄρνιθες οἱ ψιττακοί. τοὺς δὲ ὄφεις οἱ Ἐπιδαύριοι τοὺς μεγάλους, ἐς πλέον πηχῶν καὶ τριάκοντα προήκοντας, οἷοι παρά τε Ἰνδοῖς τρέφονται καὶ ἐν Λιβύῃ, ἄλλο δή τι γένος φασὶν εἶναι, καὶ οὐ δράκοντας. (2) Ἐς δὲ τὸ ὄρος ἀνιοῦσι τὸ Κορυφαῖόν ἐστι καθ' ὁδὸν στρεπτῆς καλουμένης ἐλαίας φυτόν, αἴτιον τοῦ περιαγαγόντος τῇ χειρὶ Ἡρακλέους ἐς τοῦτο τὸ σχῆμα. εἰ δὲ καὶ Ἀσιναίοις τοῖς ἐν τῇ Ἀργολίδι ἔθηκεν ὅρον τοῦτον, οὐκ ἂν ἔγωγε εἰδείην, ἐπεὶ μηδὲ ἑτέρωθι, ἀναστάτου γενομένης χώρας, τὸ σαφὲς ἔτι οἷόν τε τῶν ὅρων ἐξευρεῖν. ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους Κορυφαίας ἐστὶν ἱερὸν Ἀρτέμιδος, οὗ καὶ Τελέσιλλα ἐποιήσατο ἐν ᾄσματι μνήμην. κατιοῦσι δὲ ἐς τῶν Ἐπιδαυρίων τὴν πόλιν, χωρίον ἐστὶ

sculapio sacri habentur; suntque illi hominibus cicures. Eos sola Epidauriorum terra alit: quod in certis animalium generibus aliis etiam regionibus video contigisse. Siquidem sola Africa terrestres crocodilos gignit, duum cubitum nihilo minores. Ab India vero solis quum alia, tum vero aves psittaci afferuntur. At serpentes, qui Megalaunae appellantur, supra XXX cubitum magnitudinem excrescentes, quales et India et Africa nutrit, non dracones, sed ex alio quodam genere Epidaurii esse affirmant. (2) Qua ad montis verticem ascenditur, secundum viam est olea, quae strepta (i. e. intorta) nominatur. Manu enim ab Hercule in orbem circumductam eam figuram memorant accepisse. An vero eam terminum Asinaeis statuerit iis, qui in Argolica terra sunt, non possim ego facile iudicare. Nam neque alio ullo in loco, eorum tota regione ad vastitatem redacta, ulla se ostendunt satis manifesta finium monimenta. In summo monte eminet Coryphaeae Dianae templum: cuius in cantico quodam suo Telesilla mentionem fecit. Qua in ipsam Epidauriorum urbem

πεφυκυίας ἀγριελαίας ἔχον· Ὑρνήθιον δὲ καλοῦσι τὸ χωρίον. (3) τὰ δὲ ἐς αὐτὸ, ὡς Ἐπιδαύριοί τε λέγουσι καὶ εἰκὸς ἔχει, γράψω. Κεῖσος καὶ οἱ λοιποὶ Τημένου παῖδες μάλιστα ᾔδεσαν Δηϊφόντην λυπήσοντες, εἰ διαλῦ-
176 σαί πως ἀπ' αὐτοῦ τὴν Ὑρνηθὼ δυνηθεῖεν. ἀφίκοντο οὖν ἐς Ἐπίδαυρον Κερύνης καὶ Φάλκης· (Ἀγραίῳ γὰρ τῷ νεωτάτῳ τὰ ποιούμενα οὐκ ἤρεσκεν) οὗτοι δὲ στήσαντες τὸ ἅρμα ὑπὸ τὸ τεῖχος, κήρυκα ἀποστέλλουσι παρὰ τὴν ἀδελφὴν, ἐλθεῖν δῆθεν ἐς λόγους αὐτῇ βουλόμενοι. ὡς δὲ ὑπήκουσε καλοῦσιν, ἐνταῦθα οἱ νεανίσκοι πολλὰ μὲν Δηϊφόντου κατηγόρουν, πολλὰ δὲ αὐτοὶ ἱκέτευον ἐκείνην ἐπανήκειν ἐς Ἄργος, ἄλλα τε ἐπαγγελλόμενοι καὶ ἀνδρὶ δώσειν αὐτὴν Δηϊφόντου τὰ πάντα ἀμείνονι, καὶ ἀνθρώπων πλειόνων καὶ γῆς ἄρχοντι εὐδαιμονεστέρας. Ὑρνηθὼ δὲ τοῖς λεχθεῖσιν ἀλγήσασα ἀπεδίδου σφίσι τὴν ἴσην, Δηϊφόντην μὲν αὐτῇ τε ἄνδρα ἀρεστὸν εἶναι φήσασα, καὶ Τημένῳ γενέσθαι γαμβρὸν οὐ μεμπτόν· ἐπεί-

descensus est, agrum videas undique agresti olea convestitum. Eum vocant Hyrnethium. (3) De Hyrnethone autem, quae ab Epidauriis accepi, quaeque maxime probabilia videntur, ea scribam. Cisus et Temeni reliqui filii intelligebant, non mediocri dolore Deiphontem affectum iri, si quo modo ab eo possent Hyrnethonem abducere. Venerunt itaque Epidaurum Cerynes et Phalces; nam minimo eorum natu Agraeo fratrum consilium minime probatum est. Constiterunt illi cum curru ante muros, evocata per caduceatorem ad colloquium sorore: quae quum venisset, primum omnium adolescentes Deiphontem criminari, deinde illam obnixe orare, ut Argos reverti vellet, pollicentes quum alia multa, tum viro se eam nuptum daturos, et rebus omnibus multo, quam Deiphontes esset, meliori, et quum hominum numero, tum agri felicitate longe superiori. Quae audiens Hyrnetho indignissime tulit, ac, ut par pari referret, Deiphontem respondit sibi merito placere plurimum, fuisseque eum Temeno

νοις δὲ Τημένου προσήκειν σφαγεῦσιν ὀνομάζεσθαι μᾶλλον ἢ παισί. καὶ τὴν μὲν οὐδὲν ἔτι ἀποκρινάμενοι συλλαμβάνουσιν, ἀναθέντες δὲ ἐς τὸ ἅρμα ἀπήλαυνον. Δηϊφόντῃ δὲ ἀγγέλλει τις τῶν Ἐπιδαυρίων, ὡς Κερύνης καὶ Φάλκης οἴχοιντο ἄγοντες ἄκουσαν Ὑρνηθώ. ὁ δὲ αὐτός τε, ὡς τάχους εἶχεν, ἤμυνε, καὶ οἱ Ἐπιδαύριοι πυνθανόμενοι προσεβοήθουν. Δηϊφόντης δὲ Κερύνην μὲν, ὡς κατελάμβανεν, ἀναιρεῖ βαλὼν, Φάλκην δὲ ἐχόμενον Ὑρνηθοῦς βαλεῖν μὲν ἔδεισε, μὴ ἁμαρτὼν γένοιτο αὐτῆς ἐκείνης φονεὺς, συμπλακεὶς δὲ ἐπειρᾶτο ἀφαιρεῖσθαι. Φάλκης δὲ ἀντεχόμενος καὶ ἕλκων βιαιότερον ἀπέκτεινεν ἔχουσαν ἐν γαστρί. καὶ ὁ μὲν συνεὶς, οἷα ἐς τὴν ἀδελφὴν ἐξειργασμένος ἔργα ἦν, ἤλαυνε τὸ ἅρμα ἀφειδέστερον, προλαβεῖν τῆς ὁδοῦ σπεύδων, πρὶν ἢ πάντας ἐπ' αὐτὸν συλλεχθῆναι τοὺς Ἐπιδαυρίους. Δηϊφόντης δὲ σὺν τοῖς παισὶν (ἐγεγόνεσαν γὰρ καὶ παῖδες αὐτῷ πρότερον ἔτι, υἱοὶ μὲν Ἀντιμένης καὶ Ξάνθιππός τε καὶ Ἀρ-

generum minime poenitendum: at illos Temeni percussores potius quam filios appellari posse. Ad haec illi nihil respondentes, foeminam comprehensam atque in currum impositam abduxere. Quum vero Epidauriorum quidam ad Deiphontem detulisset, a Ceryne et Phalce invitam abduci Hyrnethonem; et ille quam potuit celerrime fugientes est insecutus, et Epidaurii, re audita, praesto fuere. Deiphontes quidem homines assecutus, Cerynen iaculo transfixit: at Phalcen, quum Hyrnethonem arcte complexus teneret, iaculari veritus, ne illam, si forte aberrasset, interimeret, comminus cum eo congressus, abstrahere a muliere conabatur. At Phalces pertinacius et violentius retinens ac trahens, *facile* mulierem, quum gravida esset, exanimavit. Atque ille quidem, quum se in sororem tam impium facinus commisisse animadvertisset, incitato vehementius curru sese in fugam dedit, quo anteverteret, priusquam Epidauriorum concursu opprimeretur. Deiphontes cum liberis (ex illa enim mares susceperat Antimenem, Xanthippum, et Argeum, filiam vero

γεῖος, θυγάτηρ δὲ Ὀρσοβία· ταύτην Πάμφυλον τὸν Αἰγιμίου λέγουσιν ὕστερον γῆμαι) τότε δὲ ἀναλαβόντες τὸν νεκρὸν τῆς Ὑρνηθοῦς κομίζουσιν ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, τὸ ἀνὰ χρόνον Ὑρνήθιον κληθέν. καὶ οἱ ποιήσαντες
177 ἡρῷον τιμὰς καὶ ἄλλας δεδώκασι, καὶ ἐπὶ τοῖς πεφυκόσιν ἐλαίοις, καὶ εἰ δή τι ἄλλο δένδρον ἐστὶ, καθέστηκε νόμος, τὰ θραυόμενα μηδένα ἐς οἶκον φέρεσθαι, μηδὲ χρᾶσθαί σφισιν ἐς μηδὲν, κατὰ χώραν δ' αὐτοῦ λείπουσιν ἱερὰ εἶναι τῆς Ὑρνηθοῦς. (4) Οὐ πόῤῥω δὲ τῆς πόλεως Μελίσσης μνῆμά ἐστιν, ἣ Περιάνδρῳ συνῴκησε τῷ Κυψέλου, καὶ ἕτερον Προκλέους, πατρὸς τῆς Μελίσσης. ἐτυράννει δὲ καὶ οὗτος Ἐπιδαυρίων, καθὰ δὴ καὶ ὁ γαμβρός οἱ Περίανδρος Κορίνθου.

Orsobiam, quam postea Pamphylus Aegimii filius uxorem duxisse fertur) sublatum Hyrnethus cadaver in locum hunc deportarunt, qui ab ea Hyrnethium vocatur: condito vero heroico monumento, et alios illi honores habuere, et sanxerunt, ne, quae aut ex oleis, aut alia ulla arbore in eo agro enata, vi aliqua abscissa avulsave forent, a quoquam asportari ad profanum ullum usum possent, sed, quod sacra essent Hyrnethoni, omnia illic ut relinquerentur. (4) Non longe ab urbe est Melissae monumentum, quae cum Periandro Cypseli filio nupta fuit. Est item Patroclis Melissae patris, qui Epidauriis imperavit, quemadmodum et gener eius Periander Corinthiis.

# CAPUT XXIX.

De memorandis in urbe Epidauro templis et signis — Aegina insula e regione Epidauri, antea Oenone dicta — Phocide — Aeacidis — Aeginetarum fatis — Aeginae memorandis — Aeaceo et siccitate Graeciae Aeaci precibus sublata — Phoci certamine cum Telamone et Peleo eiusque nece — theatro et stadio Aeginae.

Αὐτὴ δὲ τῶν Ἐπιδαυρίων ἡ πόλις παρείχετο ἐς μνήμην τάδε ἀξιολογώτατα. τέμενος δή ἐστιν Ἀσκληπιοῦ, καὶ ἀγάλματα, ὁ θεὸς αὐτὸς καὶ Ἠπιόνη· γυναῖκα δὲ εἶναι τὴν Ἠπιόνην Ἀσκληπιοῦ φασι. ταῦτά ἐστιν ἐν ὑπαίθρῳ, λίθου Παρίου. ναοὶ δὲ ἐν τῇ πόλει καὶ Διονύσου καὶ Ἀρτέμιδός ἐστιν ἄλσος· εἰκάσαις ἂν θηρευούσῃ τὴν Ἄρτεμιν. Ἀφροδίτης τε ἱερὸν πεποίηται· τὸ δὲ πρὸς τῷ λιμένι ἐπὶ ἄκρας ἀνεχούσης ἐς θάλασσαν λέγουσιν Ἥρας εἶναι. τὴν δὲ Ἀθηνᾶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, ξόανον θέας ἄξιον, Κισσαίαν ἐπονομάζουσιν.

(2) Αἰγινῆται δὲ οἰκοῦσιν ἔχοντες τὴν νῆσον ἀπαντικρὺ τῆς Ἐπιδαυρίας. ἀνθρώπους δ' οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς λέγουσιν ἐν αὐτῇ γενέσθαι, Διὸς δὲ ἐς ἔρημον κομίσαντος

Cap. XXIX. Ipsa quidem Epidauriorum urbs haec habet, quae monumentis literarum mandentur, dignissima. Fanum est Aesculapii, in quo ipsius dei, et Epiones signa. Epionem uxorem fuisse Aesculapii, memorant. Haec sub dio sunt e lapide Pario. Intra muros templa sunt Liberi Patris, et Dianae lucus. Diana ad imaginem venantis facta est. Veneri etiam templum constructum. Nam quod est apud portum in proiecto in altum promontorio situm, id Iunonis esse aiunt. Iam Minervae ligneum quod in arce signum est, valde illud quidem insigne, Cissaeam Minervam nominant. (2) Aeginetae insulam incolunt, quae e regione Epidaurii agri est: in qua ab initio nullos fuisse incolas dicunt: sed in eam vacuam et desertam a Iove Aeginam Asopi

Αἴγιναν τὴν Ἀσωποῦ, τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐτέθη τοῦτο ἀντὶ Οἰνώνης. Αἰακοῦ δὲ αἰτήσαντος, ὡς ηὐξήθη, παρὰ Διὸς οἰκήτορας, οὕτω οἱ τὸν Δία ἀνεῖναι τοὺς ἀνθρώπους φασὶν ἐκ τῆς γῆς. βασιλεύσαντα δὲ ἐν τῇ γῇ πλὴν Αἰακοῦ οὐδένα εἰπεῖν ἔχουσιν. ἐπεὶ μηδὲ τῶν Αἰακοῦ παίδων τινὰ ἴσμεν καταμείναντα· Πηλεῖ μὲν συμβὰν καὶ Τελαμῶνι ἐπὶ φόνῳ φεύγειν τῷ Φώκου, τῶν δὲ αὖ Φώκου παίδων περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκησάντων ἐν τῇ νῦν καλουμένῃ Φωκίδι. (3) Τὸ δὲ ὄνομα προϋπῆρχεν ἤδη τῇ χώρᾳ,
178 Φώκου τοῦ Ὀρνυτίωνος γενεᾷ πρότερον ἐς αὐτὴν ἐλθόντος. ἐπὶ μὲν δὴ Φώκου τούτου περὶ Τιθορέαν τε καὶ Παρνασσὸν ἐκαλεῖτο ἡ Φωκίς· ἐπὶ δὲ τοῦ Αἰακοῦ καὶ πᾶσιν ἐξενίκησεν, ὅσοι Μινύαις τέ εἰσιν Ὀρχομενίοις ὅμοροι, καὶ ἐπὶ Σκάρφειαν τὴν Λοκρῶν καθήκουσι. (4) Γεγόνασι δὲ ἀπὸ μὲν Πηλέως οἱ ἐν τῇ Ἠπείρῳ βασιλεῖς· Τελαμῶνος δὲ τῶν παίδων Αἴαντος μέν ἐστιν ἀφα-

filiam deportatam: a qua, quum Oenone ante vocaretur, nomen acceperit. Verum quum Aeacus iam adolevisset, rogasse Iovem aiunt, ut inquilinos sibi daret. Illum itaque e terra homines, a quibus insula teneretur, protulisse. Neminem vero praeter Aeacum, qui in ea insula regnarit, nominare possunt. Ac satis quidem scimus, neminem omnino de Aeaci filiis in Aegina permansisse. Peleus enim et Telamon ob Phoci caedem solum verterunt. Phoci autem filii circa Parnassum tenuerunt eam regionem, cui nunc Phocidi nomen est. (3) Una tamen ante aetate hoc ei nominis est inditum a Phoco Ornytionis, qui coloniam illuc deduxit. Hoc sane Phoco regnante, ea duntaxat regio Phocis est nuncupata, quae est ad Tithoream et Parnasum. Postea vero ab Aeaci filio proxima etiam loca omnia nomen acceperunt; sicuti Minyae appellantur, tum qui Orchomeniis finitimi sunt, tum vero qui ad Scarphean Locrorum urbem pertendunt. (4) Et a Peleo quidem Epiri reges fuere oriundi: quod vero ad Telamonis filios attinet, minus fuit ab Aiace, quum privatam ille

νέστερον γένος, οἷα ἰδιωτεύσαντος ἀνθρώπου, πλὴν ὅσον Μιλτιάδης, ὃς Ἀθηναίοις ἐς Μαραθῶνα ἡγήσατο, καὶ Κίμων ὁ Μιλτιάδου προῆλθον ἐς δόξαν. οἱ δὲ Τευκρίδαι βασιλεῖς διέμειναν Κυπρίων ἄρχοντες ἐς Εὐαγόραν. Φώκῳ δὲ Ἄσιος ὁ τὰ ἔπη ποιήσας γενέσθαι φησὶ Πανοπέα καὶ Κρῖσον. καὶ Πανοπέως μὲν ἐγένετο Ἐπειός, ὁ τὸν ἵππον τὸν δούρειον, ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν, ἐργασάμενος. Κρίσου δὲ ἦν ἀπόγονος τρίτος Πυλάδης, Στροφίου τε ὢν τοῦ Κρίσου, καὶ Ἀναξιβίας ἀδελφῆς Ἀγαμέμνονος. γένη μὲν τοσαῦτα τῶν καλουμένων Αἰακιδῶν, ἐξεχώρησε δὲ ἑτέρωσε ἀπ' ἀρχῆς. (5) Χρόνῳ δὲ ὕστερον μοῖρα Ἀργείων τῶν Ἐπίδαυρον ὁμοῦ Δηϊφόντῃ κατασχόντων διαβᾶσα ἐς Αἴγιναν, καὶ Αἰγινήταις τοῖς ἀρχαίοις γενόμενοι σύνοικοι, τὰ Δωριέων ἔθη καὶ φωνὴν κατεστήσαντο ἐν τῇ νήσῳ. προελθοῦσι δὲ Αἰγινήταις ἐς μέγα δυνάμεως, ὡς Ἀθηναίων γενέσθαι ναυσὶν ἐπικρατεστέρους, καὶ ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ παρασχέσθαι πλοῖα μετά γε Ἀθη-

semper vitam egisset, illustre genus: praeterquam quod Miltiades, cuius ductu ad Marathonem ab Atheniensibus pugnatum est, et Cimon eius filius, insignem gloriam adepti sunt. At Teucri posteri Cypriorum regnum usque ad Euagoram obtinuere. Iam Phoco Asius poëta filios fuisse memoriae prodidit Panopeum et Crisum. E Panopeo natus est Epeus, qui Durateum equum fecit, uti Homerus memorat. Crisi nepos fuit Pylades, Strophio Crisi filio, et Anaxibia Agamemnonis sorore genitus. Haec fuit gentis, qui sunt Aeacidae appellati, omnis posteritas: qui ab eadem stirpe profecti, domo profugi alio commigrarunt. (5) Interiectis deinde temporibus Argivorum pars ea, quae Epidaurum cum Deiphonte occupavit, in Aeginam transmisit, atque eius insulae indigenis permista, Doriensium in eam quum mores, tum linguam importavit. Post haec vero eousque auctae sunt Aeginetarum opes, ut navalibus copiis Atheniensibus fere ipsis fuerint potentiores; et Persico quidem bello secundum

ναίους πλεῖστα, οὐ παρέμεινεν ἐς ἅπαν ἡ εὐδαιμονία.
γενόμενοι δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων ἀνάστατοι, Θυρέαν τὴν ἐν
τῇ Ἀργολίδι, Λακεδαιμονίων δόντων, ᾤκησαν. καὶ ἀπέ-
λαβον μὲν τὴν νῆσον, ὅτε περὶ Ἑλλήσποντον αἱ Ἀθηναίων
τριήρεις ἐλήφθησαν, πλούτου δὲ ἢ δυνάμεως οὐκέτι ἐξε-
γένετο ἐς ἴσον προελθεῖν σφισι. προσπλεῦσαι δὲ Αἴγινά
ἐστι νήσων τῶν Ἑλληνίδων ἀπορωτάτη. πέτραι τε γὰρ
ὕφαλοι περὶ πᾶσαν, καὶ χοιράδες ἀνεστήκασι. μηχανή-
σασθαι δὲ ἐξεπίτηδες ταῦτα Αἰακόν φασι, λῃστειῶν τῶν
179 ἐκ θαλάσσης φόβῳ, καὶ πολεμίοις ἀνδράσι μὴ ἄνευ κιν-
δύνου εἶναι. (6) Πλησίον δὲ τοῦ λιμένος, ἐν ᾧ μάλιστα
ὁρμίζονται, ναός ἐστιν Ἀφροδίτης· ἐν ἐπιφανεστάτῳ
δὲ τῆς πόλεως τὸ Αἰάκειον καλούμενον, περίβολος τετρά-
γωνος λευκοῦ λίθου. ἐπειργασμένοι δέ εἰσι κατὰ τὴν ἔσο-
δον οἱ παρὰ Αἰακόν ποτε ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων σταλέντες.
αἰτίαν δὲ τὴν αὐτὴν Αἰγινήταις καὶ οἱ λοιποὶ λέγουσιν.
αὐχμὸς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ χρόνον ἐπίεζε, καὶ οὔτε τὴν ἐκτὸς

Athenienses maximum navium numerum deduxere. Verum parum fuit haec ipsis potentia diuturna: siquidem eiecti sedibus suis ab Atheniensibus, Thyream ab Lacedaemoniis acceptam in Argivorum finibus incoluerunt. Ac licet insulam, oppressis ad Hellespontum Atheniensium triremibus, receperint: ad pristinas tamen opes atque copias nunquam eis licitum est adspirare. Est ipsa insula e mari longe omnium, quae in Graecia sunt, aditu difficillima. Incingitur enim undique latentibus cautibus ac coecis dorsis. Eas moles contra praedonum excursiones et omnem hostilem impetum de industria iecisse dicitur Aeacus. (6) Prope portum eum, quo maxime appellitur, Veneris templum est. Celeberrimo autem urbis loco *situm est*, quod Aeaceum appellant. Septum id est quadratum e candido lapide. In primo aditu *eorum statuae* sunt, qui ad Aeacum a Graecis quondam missi venere. Eius legationis causam eandem, quam Aeginetae, reliqui etiam Graeci fuisse narrant. Quum diuturna siccitate Graecia laboraret, ac non minus reliqua, quae extra Isth-

Ἰσθμοῦ χώραν, οὔτε Πελοποννησίοις ὗεν ὁ θεός· ἐς δὴ ἐς Δελφοὺς ἀπέστειλαν ἐρησομένους τὸ αἴτιον ὅ τι εἴη, καὶ αἰτήσοντας ἅμα λύσιν τοῦ κακοῦ. τούτοις ἡ Πυθία εἶπε, Δία ἱλάσκεσθαι, χρῆναι δὲ, εἴπερ ὑπακούσει σφίσιν, Αἰακὸν τὸν ἱκετεύσοντα εἶναι. οὕτως Αἰακοῦ δεησομένους ἀποστέλλουσιν ἀφ' ἑκάστης πόλεως. καὶ ὁ μὲν τῷ Πανελληνίῳ Διῒ θύσας καὶ εὐξάμενος τὴν Ἑλλάδα γῆν ἐποίησεν ὕεσθαι· τῶν δὲ ἐλθόντων ὡς αὐτὸν εἰκόνας ταύτας ἐποιήσαντο οἱ Αἰγινῆται. τοῦ περιβόλου δὲ ἐντὸς ἐλαῖαι πεφύκασιν ἐκ παλαιοῦ, καὶ βωμός ἐστιν, οὐ πολὺ ἀνέχων ἐκ τῆς γῆς· ὡς δὲ καὶ μνῆμα οὗτος ὁ βωμὸς εἴη Αἰακοῦ, λεγόμενόν ἐστιν ἐν ἀπορρήτῳ. (7) Παρὰ δὲ τὸ Αἰάκειον Φώκου τάφος χῶμά ἐστι, περιεχόμενος κύκλῳ κρηπῖδι, ἐπίκειται δέ οἱ λίθος τραχύς. καὶ ἡνίκα Φῶκον Τελαμὼν καὶ Πηλεὺς προηγάγοντο ἐς ἀγῶνα πεντάθλου, καὶ περιῆλθεν ἐς Πηλέα ἀφεῖναι τὸν λίθον (οὗτος γὰρ ἀντὶ δίσκου σφίσιν ἦν), ἑκὼν τυγχάνει τοῦ Φώκου. ταῦτα δὲ ἐχαρίζοντο τῇ μητρί· αὐτοὶ μὲν γὰρ ἐγεγόνεσαν ἐκ τῆς

mum est, Graecia, quum tota Peloponnesus coelestium aquarum penuria affecta esset, missi Delphos sunt, qui ex oraculo calamitatis causam ac remedium cognoscerent. Ibi respondit Pythia, Iovem placandum: utendum vero, modo ut velit obsequi, Aeaco deprecatore. Ex eo itaque responso missi ex singulis urbibus ad Aeacum, ut deprecationem susciperet, oratum. Ille, Panellenio Iovi sacris rite peractis, et votis nuncupatis, imbrium Graeciam compotem facit. *Ad rei memoriam* legatis Aeginetae statuas istas posuerunt. Intra septum oleae sunt antiquitus consitae: et ara paulum supra aream eminens. Eam aram monumentum esse, quod Aeaci dicitur, in arcanis est. (7) Iuxta Aeaceum Phoci tumulus est, incinctus in ambitum crepidine. Incumbit asperum et rude saxum: quo quum Phocum ad quinquertium fratres Peleus et Telamon invitassent, pro disco usi sunt: ac eodem Peleus consulto Phocum, quum loco ei suo lapis esset mittendus, dicitur percussisse. Quod illi facinus, ut matri

Σκίρωνος θυγατρὸς, Φῶκος δὲ οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς, ἀλλ' ἐξ ἀδελφῆς Θέτιδος ἦν, εἰ δὴ τὰ ὄντα λέγουσιν Ἕλληνες. Πυλάδης τέ μοι καὶ διὰ ταῦτα φαίνεται, καὶ οὐκ Ὀρέστου φιλίᾳ μόνον, βουλεῦσαι Νεοπτολέμῳ τὸν φόνον. τότε δὲ ὡς τῷ δίσκῳ πληγεὶς ἀπέθανεν ὁ Φῶκος, φεύγουσιν
180 ἐπιβάντες νεὼς οἱ Ἐνδηΐδος παῖδες. Τελαμὼν δὲ ὕστερα κήρυκα ἀποστέλλων ἠρνεῖτο, μὴ βουλεῦσαι Φώκῳ θάνατον. Αἰακὸς δὲ ἐς μὲν τὴν νῆσον ἀποβαίνειν αὐτὸν οὐκ εἴα, ἑστηκότα δὲ ἐπὶ νεὼς, εἰ δὲ ἐθέλει, χῶμα ἐν τῇ θαλάσσῃ χώσαντα ἐκέλευεν ἐντεῦθεν ἀπολογήσασθαι. οὕτως ἐς τὸν κρυπτὸν καλούμενον λιμένα ἐσπλεύσας νύκτωρ, ἐποίει χῶμα· καὶ τοῦτο μὲν ἐξεργασθὲν καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι μένει. καταγνωσθεὶς δὲ οὐκ ἀναίτιος εἶναι Φώκῳ τῆς τελευτῆς, τὸ δεύτερον ἐς Σαλαμῖνα ἀπέπλευσε. (8) Τοῦ λιμένος δὲ οὐ πόῤῥω τοῦ κρυπτοῦ θέατρόν ἐστι θέας ἄξιον, κατὰ τὸ Ἐπιδαυρίων μάλιστα, μέγεθος καὶ ἔργα-

obsequerentur, dicuntur commisisse. Ipsi enim e Scironis filia, Phocus e Thetidis sorore (si Graecorum est sermonibus fides habenda) natus fuerat. Quare non solum ob Orestis amicitiam, sed ut proavum ulcisceretur, videtur mihi Pylades eius caedis, qua Neoptolemus occisus est, particeps fuisse. Ac tunc quidem quum disci ictu Phocus concidisset, statim fratres Endeide nati navi ex insula profugerunt. Telamon non ita multo post caduceatorem ad patrem mittit, qui suis verbis neget cogitato Phoci caedem admissam. Ast Aeacus illum descendere in insulam vetuit: tantum de navi, vel, si ita mallet, ab exstructo in mari aggere iussit causam dicere. Ille igitur noctu intra portum, qui Occultus dicitur, navi vectus, aggerem exstruxit: et is quidem agger nostra etiamnum aetate exstat. Damnatus vero eo crimine, quod de Phoci nece culpa non caruisset, Salaminem cum classe iterum abiit. (8) Non longe ab Occulto portu theatrum est, quod spectetur, sane dignum, magnitudine ac reliquo opere proximum ei, quod est apud Epidaurios. A tergo exstructum est

σίαν τὴν λοιπήν. τούτου δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται σταδίου πλευρὰ μία, ἀνέχουσά τε αὐτὴ τὸ θέατρον, καὶ ἀντὶ ἐρείσματος ἀνάλογον ἐκείνῳ χρωμένη.

# CAPUT XXX.

**De templis et signis deorum apud Aeginetas — cultu Hecates et Hecate tribus corporibus apud Athenienses, Epipyrgidia dicta — Aphaeae seu Britomartis cultu — Panellenio. — Auxesia et Damia — Troezeniorum terra, Oro et primis Troezen. regibus — Sarone, Diana et lacu Saronide. — Troezene et Pittheo — Heraclidarum regno et Diomede.**

Ναοὶ δὲ οὐ πολὺ ἀλλήλων ἀφεστηκότες, ὁ μὲν Ἀπόλλωνός ἐστιν, ὁ δὲ Ἀρτέμιδος, Διονύσῳ τε αὐτῶν ὁ τρίτος. Ἀπόλλωνι μὲν δὴ ξόανον γυμνόν ἐστι, τέχνης τῆς ἐπιχωρίου· τῇ δὲ Ἀρτέμιδί ἐστιν ἐσθής, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῷ Διονύσῳ· καὶ γένεια Διόνυσος ἔχων πεποίηται. τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν ἔστι μὲν ἑτέρωθι καὶ οὐ ταύτῃ, λίθου δὲ ἄγαλμα καθήμενον. (2) Θεῶν δὲ Αἰγινῆται τιμῶσιν Ἑκάτην μάλιστα, καὶ τελετὴν ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἑκάτης, Ὀρφέα σφίσι τὸν Θρᾷκα καταστήσασθαι τὴν τελετὴν λέγοντες. τοῦ περιβόλου δὲ ἐντὸς ναός ἐστι. ξόανον δὲ ἔργον Μύρωνος, ὁμοίως ἓν πρόσωπόν τε, καὶ

stadium uno latere, quod et theatrum sustinet, et vicissim illo veluti fulcimine utitur.

Cap. XXX. Aedes sacrae non multum inter se distant, Apollinis una, Dianae altera, Liberi Patris tertia. In Apollinis dei signum nudum e ligno, arte factum patria: at Diana et Liber veste velati: cum barba Liber. At Aesculapii templum in diversa regione est, cum simulacro sedenti e marmore. (2) Prae ceteris vero dis in primis Hecaten colunt Aeginetae, cuius initia quotannis celebrant. Initiorum auctorem Thracem Orpheum perhibent. Maceria templum ambitur. In eo ligneum signum factum a Myrone, cuius unicum os, ut

τὸ λοιπὸν σῶμα. Ἀλκαμένης δὲ (ἐμοὶ δοκεῖν) πρῶτος
ἀγάλματα Ἑκάτης τρία ἐποίησε προσεχόμενα ἀλλήλοις,
ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἐπιπυργιδίαν. ἕστηκε δὲ παρὰ
τῆς ἀπτέρου Νίκης τὸν ναόν. (3) Ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸς τὸ
ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσίν ἐστιν Ἀφαίας ἱερόν,
ἐς ἣν καὶ Πίνδαρος ᾆσμα Αἰγινήταις ἐποίησε. φασὶ δὲ οἱ
Κρῆτες (τούτοις γάρ ἐστι τὰ ἐς αὐτὴν ἐπιχώρια), Καρμά-
νορος τοῦ καθήραντος Ἀπόλλωνα ἐπὶ φόνῳ τῷ Πύθωνος
παῖδα Εὔβουλον εἶναι· Διὸς δὲ καὶ Κάρμης τῆς Εὐβού-
181 λου Βριτόμαρτιν γενέσθαι· χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις
τε καὶ θήραις, καὶ Ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι. Μίνων
δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφει-
μένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν Ἄρτε-
μις, σέβουσι δὲ οὐ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται,
λέγοντες φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν.
ἐπίκλησις δέ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ
Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ. (4) Τὸ δὲ Πανελλήνιον, ὅτι μὴ

corporis truncus unicus. Nam primus, uti ego existimo, Alcamenes Atheniensibus triplex fecit iunctis corporibus Hecates signum, quam Epipyrgidian Athenienses appellant, iuxta involucris Victoriae aedem positam. (3) Apud eosdem Aeginetas contendentibus ad Panellenii Iovis montem est Aphaeae fanum, in quam Pindarus Aeginetis canticum fecit. Cretenses quidem (ipsi enim *omnium primi* patrios quosdam sermones de hac dea protulerunt) Carmanoris, eius, qui de Pythonis caede Apollinem purgavit, Eubulum filium fuisse aiunt: Iove et Carme Eubuli filia Britomartin genitam: quae quum se totam in currendi venandique studia tradidisset, fuisse eam Dianae multo carissimam. Verum quum Minoëm prae amore insequentem fugeret, ac se *in mare* abiecisset, in retia, quae ad pisces capiendos in mare missa fuerant, *iacidisse*: a Diana in deorum numerum relatam. Colunt eam non soli Cretenses, sed ipsi etiam Aeginetae, quod in insula visam Britomartin autumant. Et eadem sane Aeginetis Aphaea est, quae apud Cretenses Dictynna. (4) Panellenium,

τοῦ Διὸς τὸ ἱερὸν, ἄλλο τὸ ὄρος ἀξιόλογον εἶχεν οὐδέν. τοῦτο δὲ τὸ ἱερὸν λέγουσιν Αἰακὸν ποιῆσαι τῷ Διΐ. (5) Τὰ δὲ ἐς τὴν Αὐξησίαν καὶ Δαμίαν, ὡς οὐχ ὗεν ὁ θεὸς Ἐπιδαυρίοις, ὡς τὰ ξόανα ταῦτα ἐκ μαντείας ἐποιήσαντο ἐλαίας παρ' Ἀθηναίων λαβόντες, ὡς Ἐπιδαύριοι μὲν οὐκ ἀπέφερον ἔτι Ἀθηναίοις, ἃ ἐτάξαντο, οἷα Αἰγινητῶν ἐχόντων τὰ ἀγάλματα, Ἀθηναίων δὲ ἀπώλοντο οἱ διαβάντες ἐς ταῦτα ἐς Αἴγιναν· ταῦτα εἰπόντος Ἡροδότου καθέκαστον αὐτῶν ἐπ' ἀκριβὲς, οὔ μοι γράφειν κατὰ γνώμην ἦν εὖ προειρημένα, πλὴν τοσοῦτό γε, ὅτι εἶδόν τε τὰ ἀγάλματα, καὶ ἔθυσά σφισι κατὰ τὰ αὐτὰ, καθὰ ἤδη καὶ Ἐλευσῖνι θύειν νομίζουσιν. Αἰγίνης μὲν δὴ Αἰακοῦ ἕνεκα καὶ ἔργων, ὁπόσα ἀπεδείξατο, ἐς τοσόνδε ἔστω μνήμη.

(6) Τῆς δὲ Ἐπιδαυρίας ἔχονται Τροιζήνιοι σεμνύνοντες, εἴπερ καὶ ἄλλοι τινὲς, τὰ ἐγχώρια. φασὶ δὲ, Ὧρον γενέσθαι σφίσιν ἐν γῇ πρῶτον. ἐμοὶ μὲν οὖν Αἰγύπτιον φαίνεται, καὶ οὐδαμῶς Ἑλληνικὸν ὄνομα Ὧρος

praeter Iovis aedem, nihil habet mons aliud memoratu dignum: eam vero ab Aeaco Iovi dicatam tradunt. (5) Quae vero de Auxesia et Lamia, quemadmodum scilicet quum Epidaurii diu imbres desiderassent, atque ex oraculo quodam signa haec ex olea ab Atheniensibus accepta fecissent: tum vero quemadmodum, quum Epidaurii tributum imperatum Atheniensibus non penderent, quod ea signa penes Aeginetas essent, Athenienses, qui insulam ad ea repetenda transmiserant, omnes perierint: haec omnia quum subtiliter persecutus fuerit Herodotus, non est libitum ab eo luculenter perscripta referre. Id unum addam, vidisse me ea simulacra, remque illis divinam fecisse. Fiunt autem illis non alio, quam sacra Eleusinia, ritu. Atque haec hactenus de Aegina, et Aeaco, deque rebus ab eo gestis. (6) Finitimi sunt Epidauriis Troezenii. Hi de regionis suae rebus, si qui alii, magnifice ac gloriose praedicant. Orum aiunt primum in ea terra genitum. Mihi tamen Aegyptiacum, non Graecum nomen

εἶναι. βασιλεῦσαι δ' οὖν φασιν αὐτὸν, καὶ Ὡραίαν ἀπ'
αὐτοῦ καλεῖσθαι τὴν γῆν· Ἄλθηπον δὲ Ποσειδῶνος
παῖδα καὶ Ληΐδος τῆς Ὥρου, παραλαβόντα μετὰ Ὧρον
τὴν ἀρχὴν, Ἀλθηπίαν ὀνομάσαι τὴν γῆν. ἐπὶ τούτου βασι-
λεύοντος Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα ἀμφισβητῆσαι λέγουσι
περὶ τῆς χώρας, ἀμφισβητήσαντας δὲ ἔχειν ἐν κοινῷ·
182 προστάξαι γὰρ οὕτω Δία σφίσι. καὶ διὰ τοῦτο Ἀθηνᾶν
τε σέβουσι Πολιάδα καὶ Σθενιάδα ὀνομάζοντες τὴν αὐτὴν,
καὶ Ποσειδῶνα βασιλέα ἐπίκλησιν. καὶ δὴ καὶ νόμισμα
αὐτοῖς τὸ ἀρχαῖον ἐπίσημα ἔχει τρίαιναν, καὶ Ἀθηνᾶς
πρόσωπον. (7) Μετὰ δὲ Ἄλθηπον Σάρων ἐβασίλευσεν.
ἔλεγον δὲ, ὅτι οὗτος τῇ Σαρωνίδι τὸ ἱερὸν Ἀρτέμιδι ᾠκο-
δόμησεν ἐπὶ θαλάσσῃ τελματώδει καὶ ἐπιπολῆς μᾶλλον,
ὥστε καὶ Φοιβαία λίμνη διὰ τοῦτο ἐκαλεῖτο. Σάρωνα δὲ
(θηρεύων γὰρ δὴ μάλιστα ἥδετο) κατέλαβεν, ἔλαφον διώ-
κοντα, ἐς θάλασσαν συνεσπεσεῖν φευγούσῃ. καὶ ἥ τε
ἔλαφος ἐνήχετο ἀπωτέρω τῆς γῆς, καὶ ὁ Σάρων εἴχετο τῆς

Orus esse videtur. At illum regnasse dicunt, et ab eo regionem Oraean nuncupatam. Postea vero Althepum, Neptuno ex Leide Ori filia genitum, accepto ab avo regno, Althepiam eam nominasse. Interea dum hic regnum teneret, disceptasse Neptunum et Minervam de loci tutela: ita ex eo certamine discessisse, ut ex Iovis arbitrio communis utrique is honos esset. Eam ob rem Minervam venerantur Poliadem et Stheniadem, duobus eandem cognominibus, et Neptunum Regem cognomento. Quin et vetustus eius populi nummus tridentis nota, et Minervae capite signatus est. (7) Successit Althepo Saron. Hunc aiunt Saronidi Dianae templum aedificasse ad mare palustre et praecipue in locis vadosis; quam ob rem etiam Phoebaeam paludem appellatam esse. Saronem ipsum narrant, quum venandi studio plurimum delectaretur, cervum usque ad mare persecutum; atque inde quum fugientem acrius urgeret, se in eam alluviem demisisse: nantem vero longius iam a litore feram quum praedae cupiditate captus

ἄγρας, ἐς ὃ ὑπὸ προθυμίας ἀφίκετο ἐς τὸ πέλαγος· ἤδη δὲ κάμνοντα αὐτὸν καὶ ὑπὸ τῶν κυμάτων κατακλυζόμενον ἐπέλαβε τὸ χρεών. ἐκπεσόντα δὲ τὸν νεκρὸν κατὰ τὴν Φοιβαίαν λίμνην ἐς τὸ ἄλσος τῆς Ἀρτέμιδος ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ περιβόλου θάπτουσι, καὶ λίμνην ἀπὸ τούτου Σαρωνίδα τὴν ταύτῃ θάλασσαν καλοῦσιν ἀντὶ Φοιβαίας. τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύσαντας οὐκ ἴσασιν ἄχρι Ὑπέρητος καὶ Ἄνθα. τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἄτλαντος θυγατρὸς, καὶ πόλεις αὐτοὺς ἐν τῇ χώρᾳ φασὶν Ὑπέρειάν τε καὶ Ἄνθειαν οἰκίσαι· Ἀέτιον δὲ τοῦ Ἄνθα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ θείου παραλαβόντα τὴν ἀρχὴν τὴν ἑτέραν τῶν πόλεων Ποσειδωνιάδα ὀνομάσαι. (8) Τροιζῆνος δὲ καὶ Πιτθέως παρὰ Ἀέτιον ἐλθόντων, βασιλεῖς μὲν τρεῖς ἀντὶ ἑνὸς ἐγένοντο. ἴσχυον δὲ οἱ παῖδες μᾶλλον οἱ Πέλοπος. σημεῖον δέ· ἀποθανόντος γὰρ Τροιζῆνος, Πιτθεὺς τὴν νῦν πόλιν, συναγαγὼν τοὺς ἀνθρώπους, ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Τροιζῆνα συλλαβὼν Ὑπέρειάν τε καὶ Ἄνθειαν. πολλοῖς δὲ ἔτεσιν ὕστε-

non dimitteret, in pelagus provectum; ibi et labore confectum, et maris aestu iam prope submersum diem suum obisse. Eius cadaver ad Phoebaeam paludem in Dianae luco, atque adeo intra aedis maceriam conditum. Aestuarium illud ab eo casu pro Phoebaea Saronidem paludem appellatum perhibent. Posteriorum vero regum usque ad Hyperetem et Anthan neminem norunt. Hos quidem Neptuni ferunt et Alcyones Atlantis filiae satu ortos, ab illisque Hyperean et Anthean in ipsa regione oppida condita: quorum alterum Aetius Anthae filius, accepto a patre patruoque imperio, priore nomine mutato, Posidoniadem appellarit. (8) At enim quum Troezen et Pittheus ad Aetium venissent, tres iam pro uno reges fuerunt. Firmiores certe Pelopis filiorum opes fuisse, ea res argumento esse potest, quod, quum Troezen decessisset e vita, Pittheus Hyperean et Anthean in ius ac formam unius civitatis redactas, ex utraque in unum coacta multitudine, Troezena de fratris nomine nuncuparit.

ρον, ἐς ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος σταλέντες, Ἁλικαρνασ-
σὸν ἐν τῇ Καρίᾳ καὶ Μύνδον ἀπῴκισαν οἱ γεγονότες ἀπ'
138 Ἀετίου τοῦ Ἄνθα. Τροιζῆνος δὲ οἱ παῖδες, Ἀνάφλυστος
καὶ Σφῆττος, μετοικοῦσιν ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ οἱ δῆμοι
τὰ ὀνόματα ἔχουσιν ἀπὸ τούτων. Τὰ δὲ ἐς Θησέα θυγα-
τριδοῦν Πιτθέως, εἰδόσι τὰ ἐς αὐτὸν οὐ γράφω. (9) Δεῖ
δέ με τοσόνδε ἔτι δηλῶσαι. Ἡρακλειδῶν γὰρ κατελθόν-
των, ἐδέξαντο καὶ οἱ Τροιζήνιοι συνοίκους Δωριέων τῶν
ἐξ Ἄργους, καὶ πρότερον ἔτι Ἀργείων ὄντες κατήκοοι·
καὶ σφᾶς καὶ Ὅμηρος ἐν καταλόγῳ φησὶν ὑπὸ Διομήδους
ἄρχεσθαι. Διομήδης γὰρ καὶ Εὐρύαλος ὁ Μηκιστέως,
Κυάνιππον τὸν Αἰγιαλέως παῖδα ὄντα ἐπιτροπεύοντες,
Ἀργείων ἡγήσαντο ἐς Τροίαν. Σθένελος δὲ, ὡς ἐδήλωσα
ἐν τοῖς πρότερον, οἰκίας τε ἦν ἐπιφανεστέρας, τῶν Ἀνα-
ξαγοριδῶν καλουμένων, καὶ ἡ βασιλεία τούτῳ μάλιστα
ἦν ἡ Ἀργείων προσήκουσα. τοσαῦτα Τροιζηνίοις ἐχό-
μενα ἱστορίας ἦν, παρὲξ ὅσαι πόλεις παρ' αὐτῶν φασιν

At Troezene multis quidem post annis, qui ab Aetio Anthae filio originem ducebant, in coloniam missi, Myndum et Halicarnassum in Caria deduxerunt: Troezenis filii Anaphlystus et Sphettus in Atticam migrarunt; a quibus curiae Atheniensium duae nomina acceperunt. Hoc loco de Theseo Pitthei ex filia nepote, quod satis sunt omnibus eius res notae, nihil scribo; (9) sed ea, quae addenda censeo, in praesentia persequor. Heraclidis in Peloponnesum reversis, receperunt et Troezenii in urbem suam Dorienses, qui Argis venerunt, quum etiam antea Argivis paruissent. Nam et Homerus in exercitu Graecorum recensendo Diomedem illis imperasse dicit: siquidem Diomedes et Euryalus Mecistei, suscepta Cyanippi Aegialei filii tutela, Argivos ad Troiam deduxere. Sthenelus vero (uti ante exposui) natalibus multo fuit clarioribus, nempe qui de eorum esset gente, qui sunt Anaxagoridae appellati. Ei itaque in primis Argivorum debebatur imperium. Haec de Troezeniorum rebus historiae mandata sunt: quanquam et multa fortasse de iis, quas deduxerunt, coloniis addi

ἀποικισθῆναι. κατασκευὴν δὲ ἱερῶν καὶ ὅσα ἄλλα ἐς ἐπίδειξιν, τὸ ἐντεῦθεν ἐπέξειμι.

# CAPUT XXXI.

De templo et signis Dianae Sospitae in foro Troezen. a Theseo post Asterionis caedem dedicatis — aris deûm inferorum — Pitthei monumento — templo Musarum et Ardalidis (Musis) — Musei ara ac somno Musis amico — templo Dianae Lyceae — sacro lapide et Oreste ibi a caede purgato — aris Bacchi Saetae, Themidum et Solis Eleutherii — templo Apollinis Thearii — signis mulierum Atheniensium — Orestis tabernaculo eiusque lustratione — Hippocrene — signo Mercurii Polygii et Herculis clava — templo Iovis Servatoris et fonte Chrysoroa.

Ἐν τῇ ἀγορᾷ Τροιζηνίων ναὸς καὶ ἀγάλματα Ἀρτέμιδός ἐστι Σωτείρας. Θησέα δὲ ἐλέγετο ἱδρύσασθαι καὶ ὀνομάσαι Σώτειραν, ἡνίκα Ἀστερίωνα τὸν Μίνω καταγωνισάμενος ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κρήτης. ἀξιολογώτατον δὲ εἶναι τοῦτο ἔδοξέν οἱ τῶν κατειργασμένων, οὐ τοσοῦτον (ἐμοὶ ἐδόκει), ὅτι ἀνδρίᾳ τοὺς ἀποθανόντας ὑπὸ Θησέως ὑπερέβαλεν ὁ Ἀστερίων, ἀλλὰ τό τε ἐκ τοῦ λαβυρίνθου δυσέξοδον καὶ λαθόντα ἀποδρᾶναι μετὰ τὸ ἔργον

possent. Iam vero templorum ornamenta, et alia maxime insignia opera persequar.

Cap. XXXI. In Troezeniorum foro Dianae cognomento Sospitae templum cum signo est. Dicatum id a Theseo tradunt, deamque ipsam ita nominatam, quum ille e Creta, interempto Asterione Minois filio, redisset. Fuisse autem omnium Thesei factorum hoc memoratu dignissimum existimo, non ob id solum, quod Asterion viribus longe fuit omnibus iis, quos Theseus confecerit, superior: verum multo ob eam causam magis, quod, quum ex Labyrintho clam patrato facinore effugerit, omnesque loci difficultates supe-

ἐποίησεν εἰκότα τὸν λόγον, ὡς προνοίᾳ θείᾳ καὶ αὐτὸς ἀνασωθείη Θησεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. (2) Ἐν τούτῳ δὲ εἰσι τῷ ναῷ βωμοὶ θεῶν τῶν λεγομένων ὑπὸ γῆν ἄρχειν. καί φασιν ἐξ ᾅδου Σεμέλην τε ὑπὸ Διονύσου κομισθῆναι ταύτῃ, καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἀναγάγοι τὸν κύνα τοῦ ᾅδου. ἐγὼ δὲ Σεμέλην μὲν οὐδὲ ἀποθανεῖν ἀρχὴν πείθομαι,
184 Διός γε οὖσαν γυναῖκα· τὰ δὲ ἐς τὸν ὀνομαζόμενον ᾅδου κύνα, ἑτέρωθι ἔστω μοι δῆλα, ὁποῖα εἶναί μοι δοκῶ. (3) Ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ Πιτθέως μνῆμά ἐστι, τρεῖς δὲ ἐπ' αὐτῷ θρόνοι κεῖνται λίθου λευκοῦ· δικάζειν δὲ Πιτθέα καὶ ἄνδρας δύο σὺν αὐτῷ λέγουσιν ἐπὶ τῶν θρόνων. (4) Οὐ πόῤῥω δὲ ἱερὸν Μουσῶν ἐστι. ποιῆσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίστου· καὶ αὐλόν τε εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον τοῦτον, καὶ τὰς Μούσας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας. ἐνταῦθα Πιτθέα διδάξαι λόγων τέχνην φασί, καί τι βιβλίον, Πιτθέως δὴ σύγγραμμα, ὑπὸ ἀνδρὸς ἐκδοθὲν Ἐπιδαυρίου, καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην. (5) Τοῦ Μουσείου δὲ οὐ πόῤῥω βωμός ἐστιν ἀρ-

rarit, certum dederit documentum, quum se tum socios vi divinae providentiae servatos. (2) In eadem sunt aede deum inferum arae. Hac enim a Libero Patre Semelen ab inferis reductam, hac item ab Hercule extractum Ditis canem, fama vulgavit. Ego vero Semelen ne mortuam quidem omnino arbitror, quae Iovis uxor fuerit. De Plutonis vero cane quae sunt fabulis vulgata, quemadmodum ea accidisse putem, alia in parte disseram. (3) A templi tergo est Pitthei monumentum. Solia super eo tria e candido lapide. In iis Pittheum cum duobus viris, qui ei aderant in consilio, ius dicere solitum aiunt. (4) Non longe abest Musarum cella. Fecisse eam dicitur Ardalus Vulcani filius: a quo tibiam inventam putant. Musas has ab illo Ardalidas nominant. In ea cella dicendi artem docuisse Pittheum tradunt: ac librum quidem a Pittheo scriptum, ab Epidaurio vero homine editum, ipse legi. (5) Seorsum ab hoc Museo ara est vetus, ab eodem

χαῖος, Ἀρδάλου καὶ τοῦτον (ὥς φασιν) ἀναθέντος. ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις καὶ Ὕπνῳ θύουσι, λέγοντες, τὸν Ὕπνον θεὸν μάλιστα εἶναι φίλον ταῖς Μούσαις. (6) Πλησίον δὲ τοῦ θεάτρου Λυκείας ναὸν Ἀρτέμιδος ἐποίησεν Ἱππόλυτος. ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν οὐδὲν εἶχον πυθέσθαι παρὰ τῶν ἐξηγητῶν, ἀλλὰ ἢ λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος, ἢ Ἀμαζόσι, παρ' ὧν τὰ πρὸς μητρὸς ἦν, ἐπίκλησις τῆς Ἀρτέμιδός ἐστιν αὕτη· εἴη δ' ἂν ἔτι καὶ ἄλλο οὐ γινωσκόμενον ὑπὸ ἐμοῦ. (7) Τὸν δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ λίθον, καλούμενον δὲ ἱερὸν, εἶναι λέγουσιν, ἐφ' οὗ ποτε ἄνδρες Τροιζηνίων ἐννέα Ὀρέστην ἐκάθηραν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. (8) Εἰσὶ δὲ οὐ μακρὰν τῆς Λυκείας Ἀρτέμιδος βωμοὶ διεστηκότες οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων. ὁ μὲν πρῶτός ἐστιν αὐτῶν Διονύσου, κατὰ δή τι μάντευμα ἐπίκλησιν Σαώτου· δεύτερος δὲ Θεμίδων ὀνομαζόμενος· Πιτθεὺς τοῦτον ἀνέθηκεν, ὡς λέγουσιν. Ἡλίου δὲ Ἐλευθερίου καὶ σφό-

Ardalo (uti aiunt) dicata: ad eam aram Musis et Somno sacra faciunt, Musis omnium deorum maxime amicum Somnum ipsum censentes. (6) Iuxta theatrum Lyceae Dianae aedem exstruxit Hippolytus. Cur ita fuerit nuncupata, adhuc neminem reperi de iis, qui antiquitatis memoriam profitentur, qui me docuerit. Illud mihi in mentem venit coniicere, eam fuisse cognominis causam, quod lupos, qui agrum infestum redderent, Hippolytus confecisset; vel quod apud Amazonas, a quibus maternum genus ducebat Hippolytus, hoc est Dianae cognomentum; vel alia fortasse prodi possit causa, mihi prorsus ignota. (7) Lapidem vero eum, qui ante aedem iacet, et sacer dicitur, illum esse dicunt, super quo novem viri de Troezeniorum civitate Oresten a matris caede purgarunt. (8) Non procul a Lyceae Dianae templo arae sunt modicis distantes intervallis. Earum una Liberi ex quodam oraculo Saotae (*quasi Servatoris dixeris*) cognomento; Themidum altera nominatur. Hanc Pittheus dicitur dedi-

ἐποίησεν εἰκότα τὸν λόγον, ὡς προνοίᾳ θείᾳ καὶ αὐτὸς ἀνασωθείη Θησεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. (2) Ἐν τούτῳ δὲ εἰσι τῷ ναῷ βωμοὶ θεῶν τῶν λεγομένων ὑπὸ γῆν ἄρχειν. καὶ φασιν ἐξ ᾅδου Σεμέλην τε ὑπὸ Διονύσου κομισθῆναι ταύτῃ, καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἀναγάγοι τὸν κύνα τοῦ ᾅδου. ἐγὼ δὲ Σεμέλην μὲν οὐδὲ ἀποθανεῖν ἀρχὴν πείθομαι,
184 Διός γε οὖσαν γυναῖκα· τὰ δὲ ἐς τὸν ὀνομαζόμενον ᾅδου κύνα, ἑτέρωθι ἔστω μοι δῆλα, ὁποῖα εἶναί μοι δοκῶ. (3) Ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ Πιτθέως μνῆμά ἐστι, τρεῖς δὲ ἐπ' αὐτῷ θρόνοι κεῖνται λίθου λευκοῦ· δικάζειν δὲ Πιτθέα καὶ ἄνδρας δύο σὺν αὐτῷ λέγουσιν ἐπὶ τῶν θρόνων. (4) Οὐ πόῤῥω δὲ ἱερὸν Μουσῶν ἐστι. ποιῆσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίστου· καὶ αὐλόν τε εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον τοῦτον, καὶ τὰς Μούσας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας. ἐνταῦθα Πιτθέα διδάξαι λόγων τέχνην φασὶ, καί τι βιβλίον, Πιτθέως δὴ σύγγραμμα, ὑπὸ ἀνδρὸς ἐκδοθὲν Ἐπιδαυρίου, καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην. (5) Τοῦ Μουσείου δὲ οὐ πόῤῥω βωμός ἐστιν ἀρ-

rarit, certum dederit documentum, quum se tum socios vi divinae providentiae servatos. (2) In eadem sunt aede deum inferum arae. Hac enim a Libero Patre Semelen ab inferis reductam, hac item ab Hercule extractum Ditis canem, fama vulgavit. Ego vero Semelen ne mortuam quidem omnino arbitror, quae Iovis uxor fuerit. De Plutonis vero cane quae sunt fabulis vulgata, quemadmodum ea accidisse putem, alia in parte disseram. (3) A templi tergo est Pitthei monumentum. Solia super eo tria e candido lapide. In iis Pittheum cum duobus viris, qui ei aderant in consilio, [illegible] dicere solitum aiunt. (4) Non longe abest Musarum [illegible] Fecisse eam dicitur Ardalus Vulcani filius: a quo tibiam [illegible] ventam putant. Musas has ab illo Ardalidas [illegible] ea cella dicendi artem docuisse Pittheum [illegible] quidem a Pittheo scriptum, ab Epidaurio [illegible] ipse legi. (5) Seorsum ab hoc Mus[illegible]

χαῖος, Ἀρδάλου καὶ τοῦτον (ὥς φασιν) ἀναθέντος. ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις καὶ Ὕπνῳ θύουσι, λέγοντες, τὸν Ὕπνον θεὸν μάλιστα εἶναι φίλον ταῖς Μούσαις. (6) Πλησίον δὲ τοῦ θεάτρου Λυκείας ναὸν Ἀρτέμιδος ἐποίησεν Ἱππόλυτος. ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν οὐδὲν εἶχον πυθέσθαι παρὰ τῶν ἐξηγητῶν, ἀλλὰ ἢ λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος, ἢ Ἀμαζόσι, παρ' ὧν τὰ πρὸς μητρὸς ἦν, ἐπίκλησις τῆς Ἀρτέμιδός ἐστιν αὕτη· εἴη δ' ἂν ἔτι καὶ ἄλλο οὐ γινωσκόμενον ὑπὸ ἐμοῦ. (7) Τὸν δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ λίθον, καλούμενον δὲ ἱερὸν, εἶναι λέγουσιν, ἐφ' οὗ ποτε ἄνδρες Τροιζηνίων ἐννέα Ὀρέστην ἐκάθηραν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. (8) Εἰσὶ δὲ οὐ μακρὰν τῆς Λυκείας Ἀρτέμιδος βωμοὶ διεστηκότες οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων. ὁ μὲν πρῶτός ἐστιν αὐτῶν Διονύσου, κατὰ δή τι μάντευμα ἐπίκλησιν Σαώτου· δεύτερος δὲ Θεμίδων ὀνομαζόμενος· Πιτθεὺς τοῦτον ἀνέθηκεν, ὡς λέγουσιν. Ἡλίου δὲ Ἐλευθερίου καὶ σφό-

Ardalo (uti aiunt) dicata: ad eam aram Musis et Somno sacra faciunt, Musis omnium deorum maxime amicum Somnum ipsum censentes. (6) Iuxta theatrum Lyceae Dianae aedem exstruxit Hippolytus. Cur ita fuerit nuncupata, adhuc neminem reperi de iis, qui antiquitatis memoriam profitentur, qui me docuerit. Illud mihi in mentem venit coniicere, eam fuisse cognominis causam, quod lupos, qui agrum infestum redderent, Hippolytus confecisset; vel quod apud Amazonas, a quibus maternum genus ducebat Hippolytus, hoc est Dianae cognomentum; vel alia fortasse prodi possit causa, mihi praesens ignota. (7) Lapidem vero eum, qui ante aedem [illegible] sacer dicitur, illum esse dicunt, super quo novem [illegible]ezeniorum civitate Oresten a matris [illegible] No[illegible]ocul a Lyceae Dianae templo [illegible]allis. Earum una Liberi ex [illegible]atoris dixeris) cognomento; [illegible]anc Pittheus dicitur dedi-

Σκίρωνος θυγατρὸς, Φῶκος δὲ οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς, ἀλλ' ἐξ ἀδελφῆς Θέτιδος ἦν, εἰ δὴ τὰ ὄντα λέγουσιν Ἕλληνες. Πυλάδης τέ μοι καὶ διὰ ταῦτα φαίνεται, καὶ οὐκ Ὀρέστου φιλίᾳ μόνον, βουλεῦσαι Νεοπτολέμῳ τὸν φόνον. τότε δὲ ὡς τῷ δίσκῳ πληγεὶς ἀπέθανεν ὁ Φῶκος, φεύγουσιν
180 ἐπιβάντες νεὼς οἱ Ἐνδηΐδος παῖδες. Τελαμὼν δὲ ὕστερα κήρυκα ἀποστέλλων ἠρνεῖτο, μὴ βουλεῦσαι Φώκῳ θάνατον. Αἰακὸς δὲ ἐς μὲν τὴν νῆσον ἀποβαίνειν αὐτὸν οὐκ εἴα, ἑστηκότα δὲ ἐπὶ νεὼς, εἰ δὲ ἐθέλει, χῶμα ἐν τῇ θαλάσσῃ χώσαντα ἐκέλευεν ἐντεῦθεν ἀπολογήσασθαι. οὕτως ἐς τὸν κρυπτὸν καλούμενον λιμένα ἐσπλεύσας νύκτωρ, ἐποίει χῶμα· καὶ τοῦτο μὲν ἐξεργασθὲν καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι μένει. καταγνωσθεὶς δὲ οὐκ ἀναίτιος εἶναι Φώκῳ τῆς τελευτῆς, τὸ δεύτερον ἐς Σαλαμῖνα ἀπέπλευσε. (8) Τοῦ λιμένος δὲ οὐ πόῤῥω τοῦ κρυπτοῦ θέατρόν ἐστι θέας ἄξιον, κατὰ τὸ Ἐπιδαυρίων μάλιστα, μέγεθος καὶ ἐργα-

obsequerentur, dicuntur commisisse. Ipsi enim e Scironis filia, Phocus e Thetidis sorore (si Graecorum est sermonibus fides habenda) natus fuerat. Quare non solum ob Orestis amicitiam, sed ut proavum ulcisceretur, videtur mihi Pylades eius caedis, qua Neoptolemus occisus est, particeps fuisse. Ac tunc quidem quum disci ictu Phocus concidisset, statim fratres Endeide nati navi ex insula profugerunt. Telamon non ita multo post caduceatorem ad patrem mittit, qui suis verbis neget cogitato Phoci caedem admissam. Ast Aeacus illum descendere in insulam vetuit: tantum de navi, vel, si ita mallet, ab exstructo in mari aggere iussit causam dicere. Ille igitur noctu intra portum, qui Occultus dicitur, navi vectus, aggerem exstruxit: et is quidem agger nostra etiamnum aetate exstat. Damnatus vero eo crimine, quod de Phoci nece culpa non caruisset, Salaminem cum classe iterum abiit. (8) Non longe ab Occulto portu theatrum est, quod spectetur, sane dignum, magnitudine ac reliquo opere proximum ei, quod est apud Epidaurios. A tergo exstructum est

σίαν τὴν λοιπήν. τούτου δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται σταδίου πλευρὰ μία, ἀνέχουσά τε αὐτὴ τὸ θέατρον, καὶ ἀντὶ ἐρείσματος ἀνάλογον ἐκείνῳ χρωμένη.

## CAPUT XXX.

De templis et signis deorum apud Aeginetas — cultu Hecates et Hecate tribus corporibus apud Athenienses, Epipyrgidia dicta — Aphaeae seu Britomartis cultu — Panellenio — Auxesia et Damia — Troezeniorum terra, Oro et primis Troezen. regibus — Sarone, Diana et lacu Saronide — Troezene et Pittheo — Heraclidarum regno et Diomede.

Ναοὶ δὲ οὐ πολὺ ἀλλήλων ἀφεστηκότες, ὁ μὲν Ἀπόλλωνός ἐστιν, ὁ δὲ Ἀρτέμιδος, Διονύσῳ τε αὐτῶν ὁ τρίτος. Ἀπόλλωνι μὲν δὴ ξόανον γυμνόν ἐστι, τέχνης τῆς ἐπιχωρίου· τῇ δὲ Ἀρτέμιδί ἐστιν ἐσθής, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῷ Διονύσῳ· καὶ γένεια Διόνυσος ἔχων πεποίηται. τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν ἔστι μὲν ἑτέρωθι κἀὶ οὐ ταύτῃ, λίθου δὲ ἄγαλμα καθήμενον. (2) Θεῶν δὲ Αἰγινῆται τιμῶσιν Ἑκάτην μάλιστα, καὶ τελετὴν ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἑκάτης, Ὀρφέα σφίσι τὸν Θρᾷκα καταστήσασθαι τὴν τελετὴν λέγοντες. τοῦ περιβόλου δὲ ἐντὸς ναός ἐστι. ξόανον δὲ ἔργον Μύρωνος, ὁμοίως ἓν πρόσωπόν τε, καὶ

stadium uno latere, quod et theatrum sustinet, et vicissim illo veluti fulcimine utitur.

Cap. XXX. Aedes sacrae non multum inter se distant, Apollinis una, Dianae altera, Liberi Patris tertia. In Apollinis dei signum nudum e ligno, arte factum patria: at Diana et Liber veste velati: cum barba Liber. At Aesculapii templum in diversa regione est, cum simulacro sedenti e marmore. (2) Prae ceteris vero dis in primis Hecaten colunt Aeginetae, cuius initia quotannis celebrant. Initiorum auctorem Thracem Orpheum perhibent. Maceria templum ambitur. In eo ligneum signum factum a Myrone, cuius unicum os, ut

τὸ λοιπὸν σῶμα. Ἀλκαμένης δὲ (ἐμοὶ δοκεῖν) πρῶτος ἀγάλματα Ἑκάτης τρία ἐποίησε προσεχόμενα ἀλλήλοις, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἐπιπυργιδίαν. ἕστηκε δὲ παρὰ τῆς ἀπτέρου Νίκης τὸν ναόν. (3) Ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσίν ἐστιν Ἀφαίας ἱερὸν, ἐς ἣν καὶ Πίνδαρος ᾆσμα Αἰγινήταις ἐποίησε. φασὶ δὲ οἱ Κρῆτες (τούτοις γάρ ἐστι τὰ ἐς αὐτὴν ἐπιχώρια), Καρμάνορος τοῦ καθήραντος Ἀπόλλωνα ἐπὶ φόνῳ τῷ Πύθωνος παῖδα Εὔβουλον εἶναι· Διὸς δὲ καὶ Κάρμης τῆς Εὐβού-
181 λου Βριτόμαρτιν γενέσθαι· χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε καὶ θήραις, καὶ Ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι. Μίνων δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔῤῥιψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν Ἄρτεμις, σέβουσι δὲ οὐ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται, λέγοντες φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν. ἐπίκλησις δέ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ. (4) Τὸ δὲ Πανελλήνιον, ὅτι μὴ

corporis truncus unicus. Nam primus, uti ego existimo, Alcamenes Atheniensibus triplex fecit iunctis corporibus Hecates signum, quam Epipyrgidian Athenienses appellant, iuxta involucris Victoriae aedem positam. (3) Apud eosdem Aeginetas contendentibus ad Panellenii Iovis montem est Aphaeae fanum, in quam Pindarus Aeginetis canticum fecit. Cretenses quidem (ipsi enim *omnium primi* patrios quosdam sermones de hac dea protulerunt) Carmanoris, eius, qui de Pythonis caede Apollinem purgavit, Eubulum filium fuisse aiunt: Iove et Carme Eubuli filia Britomartin genitam: quae quum se totam in currendi venandique studia tradidisset, fuisse eam Dianae multo carissimam. Verum quum Minoëm prae amore insequentem fugeret, ac se *in mare* abiecisset, in retia, quae ad pisces capiendos in mare missa fuerant, *incidisse*: a Diana in deorum numerum relatam. Colunt eam non soli Cretenses, sed ipsi etiam Aeginetae, quod in insula visam Britomartin autumant. Et eadem sane Aeginetis Aphaea est, quae apud Cretenses Dictynna. (4) Panellenium,

τοῦ Διὸς τὸ ἱερὸν, ἄλλο τὸ ὄρος ἀξιόλογον εἶχεν οὐδέν. τοῦτο δὲ τὸ ἱερὸν λέγουσιν Αἰακὸν ποιῆσαι τῷ Διΐ. (5) Τὰ δὲ ἐς τὴν Αὐξησίαν καὶ Δαμίαν, ὡς οὐχ ὗεν ὁ θεὸς Ἐπιδαυρίοις, ὡς τὰ ξόανα ταῦτα ἐκ μαντείας ἐποιήσαντο ἐλαίας παρ' Ἀθηναίων λαβόντες, ὡς Ἐπιδαύριοι μὲν οὐκ ἀπέφερον ἔτι Ἀθηναίοις, ἃ ἐτάξαντο, οἷα Αἰγινητῶν ἐχόντων τὰ ἀγάλματα, Ἀθηναίων δὲ ἀπώλοντο οἱ διαβάντες ἐς ταῦτα ἐς Αἴγιναν· ταῦτα εἰπόντος Ἡροδότου καθέκαστον αὐτῶν ἐπ' ἀκριβὲς, οὔ μοι γράφειν κατὰ γνώμην ἦν εὖ προειρημένα, πλὴν τοσοῦτό γε, ὅτι εἶδόν τε τὰ ἀγάλματα, καὶ ἔθυσά σφισι κατὰ τὰ αὐτὰ, καθὰ ἤδη καὶ Ἐλευσῖνι θύειν νομίζουσιν. Αἰγίνης μὲν δὴ Αἰακοῦ ἕνεκα καὶ ἔργων, ὁπόσα ἀπεδείξατο, ἐς τοσόνδε ἔστω μνήμη.

(6) Τῆς δὲ Ἐπιδαυρίας ἔχονται Τροιζήνιοι σεμνύνοντες, εἴπερ καὶ ἄλλοι τινὲς, τὰ ἐγχώρια. φασὶ δὲ, Ὧρον γενέσθαι σφίσιν ἐν γῇ πρῶτον. ἐμοὶ μὲν οὖν Αἰγύπτιον φαίνεται, καὶ οὐδαμῶς Ἑλληνικὸν ὄνομα Ὧρος

praeter Iovis aedem, nihil habet mons aliud memoratu dignum: eam vero ab Aeaco Iovi dicatam tradunt. (5) Quae vero de Auxesia et Lamia, quemadmodum scilicet quum Epidaurii diu imbres desiderassent, atque ex oraculo quodam signa haec ex olea ab Atheniensibus accepta fecissent: tum vero quemadmodum, quum Epidaurii tributum imperatum Atheniensibus non penderent, quod ea signa penes Aeginetas essent, Athenienses, qui insulam ad ea repetenda transmiserant, omnes perierint: haec omnia quum subtiliter persecutus fuerit Herodotus, non est libitum ab eo luculenter perscripta referre. Id unum addam, vidisse me ea simulacra, remque illis divinam fecisse. Fiunt autem illis non alio, quam sacra Eleusinia, ritu. Atque haec hactenus de Aegina, et Aeaco, deque rebus ab eo gestis. (6) Finitimi sunt Epidauriis Troezenii. Hi de regionis suae rebus, si qui alii, magnifice ac gloriose praedicant. Orum aiunt primum in ea terra genitum. Mihi tamen Aegyptiacum, non Graecum nomen

εἶναι. βασιλεῦσαι δ' οὖν φασιν αὐτόν, καὶ Ὡραίαν ἀπ'
αὐτοῦ καλεῖσθαι τὴν γῆν· Ἄλθηπον δὲ Ποσειδῶνος
παῖδα καὶ Ληΐδος τῆς Ὥρου, παραλαβόντα μετὰ Ὧρον
τὴν ἀρχήν, Ἀλθηπίαν ὀνομάσαι τὴν γῆν. ἐπὶ τούτου βασι-
λεύοντος Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα ἀμφισβητῆσαι λέγουσι
περὶ τῆς χώρας, ἀμφισβητήσαντας δὲ ἔχειν ἐν κοινῷ·
182 προστάξαι γὰρ οὕτω Δία σφίσι. καὶ διὰ τοῦτο Ἀθηνᾶν
τε σέβουσι Πολιάδα καὶ Σθενιάδα ὀνομάζοντες τὴν αὐτήν,
καὶ Ποσειδῶνα βασιλέα ἐπίκλησιν. καὶ δὴ καὶ νόμισμα
αὐτοῖς τὸ ἀρχαῖον ἐπίσημα ἔχει τρίαιναν, καὶ Ἀθηνᾶς
πρόσωπον. (7) Μετὰ δὲ Ἄλθηπον Σάρων ἐβασίλευσεν.
ἔλεγον δέ, ὅτι οὗτος τῇ Σαρωνίδι τὸ ἱερὸν Ἀρτέμιδι ᾠκο-
δόμησεν ἐπὶ θαλάσσῃ τελματώδει καὶ ἐπιπολῆς μᾶλλον,
ὥστε καὶ Φοιβαία λίμνη διὰ τοῦτο ἐκαλεῖτο. Σάρωνα δὲ
(θηρεύων γὰρ δὴ μάλιστα ἥδετο) κατέλαβεν, ἔλαφον διώ-
κοντα, ἐς θάλασσαν συνεσπεσεῖν φευγούσῃ. καὶ ἥ τε
ἔλαφος ἐνήχετο ἀπωτέρω τῆς γῆς, καὶ ὁ Σάρων εἴχετο τῆς

Orus esse videtur. At illum regnasse dicunt, et ab eo regionem Oraean nuncupatam. Postea vero Althepum, Neptuno ex Leide Ori filia genitum, accepto ab avo regno, Althepiam eam nominasse. Interea dum hic regnum teneret, disceptasse Neptunum et Minervam de loci tutela: ita ex eo certamine discessisse, ut ex Iovis arbitrio communis utrique is honos esset. Eam ob rem Minervam venerantur Poliadem et Stheniadem, duobus eandem cognominibus, et Neptunum Regem cognomento. Quin et vetustus eius populi nummus tridentis nota, et Minervae capite signatus est. (7) Successit Althepo Saron. Hunc aiunt Saronidi Dianae templum aedificasse ad mare palustre et praecipue in locis vadosis; quam ob rem etiam Phoebaeam paludem appellatam esse. Saronem ipsum narrant, quum venandi studio plurimum delectaretur, cervum usque ad mare persecutum; atque inde quum fugientem acrius urgeret, se in eam alluviem demisisse: nantem vero ongius iam à litore feram quum praedae cupiditate captus

ἄγρας, ἐς ὃ ὑπὸ προθυμίας ἀφίκετο ἐς τὸ πέλαγος· ἤδη δὲ κάμνοντα αὐτὸν καὶ ὑπὸ τῶν κυμάτων κατακλυζόμενον ἐπέλαβε τὸ χρεών. ἐκπεσόντα δὲ τὸν νεκρὸν κατὰ τὴν Φοιβαίαν λίμνην ἐς τὸ ἄλσος τῆς Ἀρτέμιδος ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ περιβόλου θάπτουσι, καὶ λίμνην ἀπὸ τούτου Σαρωνίδα τὴν ταύτῃ θάλασσαν καλοῦσιν ἀντὶ Φοιβαίας. τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύσαντας οὐκ ἴσασιν ἄχρι Ὑπέρητος καὶ Ἄνθα. τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἄτλαντος θυγατρὸς, καὶ πόλεις αὐτοὺς ἐν τῇ χώρᾳ φασὶν Ὑπέρειάν τε καὶ Ἄνθειαν οἰκίσαι· Ἀέτιον δὲ τοῦ Ἄνθα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ θείου παραλαβόντα τὴν ἀρχὴν τὴν ἑτέραν τῶν πόλεων Ποσειδωνιάδα ὀνομάσαι. (8) Τροιζῆνος δὲ καὶ Πιτθέως παρὰ Ἀέτιον ἐλθόντων, βασιλεῖς μὲν τρεῖς ἀντὶ ἑνὸς ἐγένοντο. ἴσχυον δὲ οἱ παῖδες μᾶλλον οἱ Πέλοπος. σημεῖον δέ· ἀποθανόντος γὰρ Τροιζῆνος, Πιτθεὺς τὴν νῦν πόλιν, συναγαγὼν τοὺς ἀνθρώπους, ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Τροιζῆνα συλλαβὼν Ὑπέρειάν τε καὶ Ἄνθειαν. πολλοῖς δὲ ἔτεσιν ὕστε-

non dimitteret, in pelagus provectum; ibi et labore confectum, et maris aestu iam prope submersum diem suum obisse. Eius cadaver ad Phoebaeam paludem in Dianae luco, atque adeo intra aedis maceriam conditum. Aestuarium illud ab eo casu pro Phoebaea Saronidem paludem appellatum perhibent. Posteriorum vero regum usque ad Hyperetem et Anthan neminem norunt. Hos quidem Neptuni ferunt et Alcyones Atlantis filiae satu ortos, ab illisque Hyperean et Anthean in ipsa regione oppida condita: quorum alterum Aetius Anthae filius, accepto a patre patruoque imperio, priore nomine mutato, Posidoniadem appellarit. (8) At enim quum Troezen et Pittheus ad Aetium venissent, tres iam pro uno reges fuerunt. Firmiores certe Pelopis filiorum opes fuisse, ea res argumento esse potest, quod, quum Troezen decessisset e vita, Pittheus Hyperean et Anthean in ius ac formam unius civitatis redactas, ex utraque in unum coacta multitudine, Troezena de fratris nomine nuncuparit.

ρον, ἐς ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος σταλέντες, Ἁλικαρνασσὸν ἐν τῇ Καρίᾳ καὶ Μύνδον ἀπῴκισαν οἱ γεγονότες ἀπ'
138 Ἀετίου τοῦ Ἄνθα. Τροιζῆνος δὲ οἱ παῖδες, Ἀνάφλυστος καὶ Σφῆττος, μετοικοῦσιν ἐς τὴν Ἀττικήν, καὶ οἱ δῆμοι τὰ ὀνόματα ἔχουσιν ἀπὸ τούτων. Τὰ δὲ ἐς Θησέα θυγατριδοῦν Πιτθέως, εἰδόσι τὰ ἐς αὐτὸν οὐ γράφω. (9) Δεῖ δέ με τοσόνδε ἔτι δηλῶσαι. Ἡρακλειδῶν γὰρ κατελθόντων, ἐδέξαντο καὶ οἱ Τροιζήνιοι συνοίκους Δωριέων τῶν ἐξ Ἄργους, καὶ πρότερον ἔτι Ἀργείων ὄντες κατήκοοι· καὶ σφᾶς καὶ Ὅμηρος ἐν καταλόγῳ φησὶν ὑπὸ Διομήδους ἄρχεσθαι. Διομήδης γὰρ καὶ Εὐρύαλος ὁ Μηκιστέως, Κυάνιππον τὸν Αἰγιαλέως παῖδα ὄντα ἐπιτροπεύοντες, Ἀργείων ἡγήσαντο ἐς Τροίαν. Σθένελος δέ, ὡς ἐδήλωσα ἐν τοῖς πρότερον, οἰκίας τε ἦν ἐπιφανεστέρας, τῶν Ἀναξαγοριδῶν καλουμένων, καὶ ἡ βασιλεία τούτῳ μάλιστα ἦν ἡ Ἀργείων προσήκουσα. τοσαῦτα Τροιζηνίοις ἐχόμενα ἱστορίας ἦν, παρὲξ ὅσαι πόλεις παρ' αὐτῶν φασιν

At Troezene multis quidem post annis, qui ab Aetio Anthae filio originem ducebant, in coloniam missi, Myndum et Halicarnassum in Caria deduxerunt: Troezenis filii Anaphlystus et Sphettus in Atticam migrarunt; a quibus curiae Atheniensium duae nomina acceperunt. Hoc loco de Theseo Pitthei ex filia nepote, quod satis sunt omnibus eius res notae, nihil scribo; (9) sed ea, quae addenda censeo, in praesentia persequor. Heraclidis in Peloponnesum reversis, receperunt et Troezenii in urbem suam Dorienses, qui Argis venerunt, quum etiam antea Argivis paruissent. Nam et Homerus in exercitu Graecorum recensendo Diomedem illis imperasse dicit: siquidem Diomedes et Euryalus Mecistei, suscepta Cyanippi Aegialei filii tutela, Argivos ad Troiam deduxere. Sthenelus vero (uti ante exposui) natalibus multo fuit clarioribus, nempe qui de eorum esset gente, qui sunt Anaxagoridae appellati. Ei itaque in primis Argivorum debebatur imperium. Haec de Troezeniorum rebus historiae mandata sunt: quanquam et multa fortasse de iis, quas deduxerunt, coloniis addi

ἀποικισθῆναι. κατασκευὴν δὲ ἱερῶν καὶ ὅσα ἄλλα ἐς ἐπίδειξιν, τὸ ἐντεῦθεν ἐπέξειμι.

# CAPUT XXXI.

De templo et signis Dianae Sospitae in foro Troezen. a Theseo post Asterionis caedem dedicatis — aris deûm inferorum — Pitthei monumento — templo Musarum et Ardalidis (Musis) — Musei ara ac somno Musis amico — templo Dianae Lyceae — sacro lapide et Oreste ibi a caede purgato — aris Bacchi Saotae, Themidum et Solis Eleutherii — templo Apollinis Thearii — signis mulierum Atheniensium — Orestis tabernaculo eiusque lustratione — Hippocrene — signo Mercurii Polygii et Herculis clava — templo Iovis Servatoris et fonte Chrysoroa.

Ἐν τῇ ἀγορᾷ Τροιζηνίων ναὸς καὶ ἀγάλματα Ἀρτέμιδός ἐστι Σωτείρας. Θησέα δὲ ἐλέγετο ἱδρύσασθαι καὶ ὀνομάσαι Σώτειραν, ἡνίκα Ἀστερίωνα τὸν Μίνω καταγωνισάμενος ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κρήτης. ἀξιολογώτατον δὲ εἶναι τοῦτο ἔδοξέν οἱ τῶν κατειργασμένων, οὐ τοσοῦτον (ἐμοὶ ἐδόκει), ὅτι ἀνδρίᾳ τοὺς ἀποθανόντας ὑπὸ Θησέως ὑπερέβαλεν ὁ Ἀστερίων, ἀλλὰ τό τε ἐκ τοῦ λαβυρίνθου δυσέξοδον καὶ λαθόντα ἀποδρᾶναι μετὰ τὸ ἔργον

possent. Iam vero templorum ornamenta, et alia maxime insignia opera persequar.

Cap. XXXI. In Troezeniorum foro Dianae cognomento Sospitae templum cum signo est. Dicatum id a Theseo tradunt, deamque ipsam ita nominatam, quum ille e Creta, interempto Asterione Minois filio, redisset. Fuisse autem omnium Thesei factorum hoc memoratu dignissimum existimo, non ob id solum, quod Asterion viribus longe fuit omnibus iis, quos Theseus confecerit, superior: verum multo ob eam causam magis, quod, quum ex Labyrintho clam patrato facinore effugerit, omnesque loci difficultates supe-

ἐποίησεν εἰκότα τὸν λόγον, ὡς προνοίᾳ θείᾳ καὶ αὐτὸς
ἀνασωθείη Θησεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. (2) Ἐν τούτῳ δὲ
εἰσι τῷ ναῷ βωμοὶ θεῶν τῶν λεγομένων ὑπὸ γῆν ἄρχειν.
καί φασιν ἐξ ᾅδου Σεμέλην τε ὑπὸ Διονύσου κομισθῆναι
ταύτῃ, καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἀναγάγοι τὸν κύνα τοῦ ᾅδου.
ἐγὼ δὲ Σεμέλην μὲν οὐδὲ ἀποθανεῖν ἀρχὴν πείθομαι,
184 Διός γε οὖσαν γυναῖκα· τὰ δὲ ἐς τὸν ὀνομαζόμενον ᾅδου
κύνα, ἑτέρωθι ἔστω μοι δῆλα, ὁποῖα εἶναί μοι δοκεῖ.
(3) Ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ Πιτθέως μνῆμά ἐστι, τρεῖς δὲ
ἐπ' αὐτῷ θρόνοι κεῖνται λίθου λευκοῦ· δικάζειν δὲ Πιτθέα καὶ ἄνδρας δύο σὺν αὐτῷ λέγουσιν ἐπὶ τῶν θρόνων. (4) Οὐ πόῤῥω δὲ ἱερὸν Μουσῶν ἐστι. ποιῆσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίστου· καὶ αὐλόν τε εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον τοῦτον, καὶ τὰς Μούσας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας. ἐνταῦθα Πιτθέα διδάξαι λόγων τέχνην φασί, καί τι βιβλίον, Πιτθέως δὴ σύγγραμμα, ὑπὸ ἀνδρὸς ἐκδοθὲν Ἐπιδαυρίου, καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην. (5) Τοῦ Μουσείου δὲ οὐ πόῤῥω βωμός ἐστιν ἀρ-

rarit, certum dederit documentum, quum se tum socios vi divinae providentiae servatos. (2) In eadem sunt aede deum inferum arae. Hac enim a Libero Patre Semelen ab inferis reductam, hac item ab Hercule extractum Ditis canem, fama vulgavit. Ego vero Semelen ne mortuam quidem omnino arbitror, quae Iovis uxor fuerit. De Plutonis vero cane quae sunt fabulis vulgata, quemadmodum ea accidisse putem, alia in parte disseram. (3) A templi tergo est Pitthei monumentum. Solia super eo tria e candido lapide. In iis Pittheum cum duobus viris, qui ei aderant in consilio, ius dicere solitum aiunt. (4) Non longe abest Musarum cella. Fecisse eam dicitur Ardalus Vulcani filius: a quo tibiam inventam putant. Musas has ab illo Ardalidas nominant. In ea cella dicendi artem docuisse Pittheum tradunt: ac librum quidem a Pittheo scriptum, ab Epidaurio vero homine editum, ipse legi. (5) Seorsum ab hoc Museo ara est vetus, ab eodem

χαῖος, Ἀρδάλου καὶ τοῦτον (ὥς φασιν) ἀναθέντος. ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις καὶ Ὕπνῳ θύουσι, λέγοντες, τὸν Ὕπνον θεὸν μάλιστα εἶναι φίλον ταῖς Μούσαις. (6) Πλησίον δὲ τοῦ θεάτρου Λυκείας ναὸν Ἀρτέμιδος ἐποίησεν Ἱππόλυτος. ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν οὐδὲν εἶχον πυθέσθαι παρὰ τῶν ἐξηγητῶν, ἀλλὰ ἢ λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος, ἢ Ἀμαζόσι, παρ' ὧν τὰ πρὸς μητρὸς ἦν, ἐπίκλησις τῆς Ἀρτέμιδός ἐστιν αὕτη· εἴη δ' ἂν ἔτι καὶ ἄλλο οὐ γινωσκόμενον ὑπὸ ἐμοῦ. (7) Τὸν δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ λίθον, καλούμενον δὲ ἱερὸν, εἶναι λέγουσιν, ἐφ' οὗ ποτε ἄνδρες Τροιζηνίων ἐννέα Ὀρέστην ἐκάθηραν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. (8) Εἰσὶ δὲ οὐ μακρὰν τῆς Λυκείας Ἀρτέμιδος βωμοὶ διεστηκότες οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων. ὁ μὲν πρῶτός ἐστιν αὐτῶν Διονύσου, κατὰ δή τι μάντευμα ἐπίκλησιν Σαώτου· δεύτερος δὲ Θεμίδων ὀνομαζόμενος· Πιτθεὺς τοῦτον ἀνέθηκεν, ὡς λέγουσιν. Ἡλίου δὲ Ἐλευθερίου καὶ σφό-

Ardalo (uti aiunt) dicata: ad eam aram Musis et Somno sacra faciunt, Musis omnium deorum maxime amicum Somnum ipsum censentes. (6) Iuxta theatrum Lyceae Dianae aedem exstruxit Hippolytus. Cur ita fuerit nuncupata, adhuc neminem reperi de iis, qui antiquitatis memoriam profitentur, qui me docuerit. Illud mihi in mentem venit coniicere, eam fuisse cognominis causam, quod lupos, qui agrum infestum redderent, Hippolytus confecisset; vel quod apud Amazonas, a quibus maternum genus ducebat Hippolytus, hoc est Dianae cognomentum; vel alia fortasse prodi possit causa, mihi prorsus ignota. (7) Lapidem vero eum, qui ante aedem iacet, et sacer dicitur, illum esse dicunt, super quo novem viri de Troezeniorum civitate Oresten a matris caede purgarunt. (8) Non procul a Lyceae Dianae templo arae sunt modicis distantes intervallis. Earum una Liberi ex quodam oraculo Saotae (*quasi Servatoris dixeris*) cognomento; Themidum altera nominatur. Hanc Pittheus dicitur dedi-

ἄρα εἰκότι λόγῳ δοκοῦσί μοι ποιῆσαι βωμὸν, ἐκφυγόντες δουλείαν ἀπὸ Ξέρξου τε καὶ Περσῶν. (9) Τὸ δὲ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Θεαρίου κατασκευάσαι μὲν Πιτθέα ἔφασαν, ἔστι δὲ ὧν οἶδα παλαιότατον. ἀρχαῖος μὲν καὶ Φωκαεῦσι τοῖς ἐν Ἰωνίᾳ ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς, ὃν Ἅρπαγός ποτε ὁ Μῆδος ἐνέπρησεν· ἀρχαῖος δὲ καὶ ὁ Σαμίοις Ἀπόλλωνος Πυθίου· πλὴν πολύ γε ὕστερον τοῦ παρὰ Τροιζηνίοις ἐποιήθησαν. ἄγαλμα δέ ἐστι τὸ ἐφ' ἡμῶν ἀνάθημα Αὐλίσκου, τέχνη δὲ Ἕρμωνος Τροιζηνίου. τοῦ δὲ Ἕρμωνος τούτου καὶ τὰ τῶν Διοσκούρων ξόανά ἐστι. (10) Κεῖνται δὲ ἐν στοᾷ τῆς ἀγορᾶς γυναῖκες, λίθου καὶ αὗται καὶ οἱ παῖδες. εἰσὶ δὲ, ἃς Ἀθηναῖοι Τροιζηνίοις γυναῖκας καὶ τέκνα ἔδωκαν σώζειν, ἐκλιπεῖν σφισιν ἀρέσαν τὴν πόλιν, μηδὲ στρατῷ πεζῷ τὸν Μῆδον ἐπιόντα ὑπομεῖναι. λέγονται δὲ, οὐ πασῶν τῶν γυναικῶν (οὐ γὰρ δὴ πολλαί τινες ἐκεῖναι), ὁπόσαι δὲ ἀξιώματι προεί-

casse. Soli vero Liberatori iure optimo aram mihi videntur erexisse, metu Xerxi et Medis serviendi liberati. (9) Thearii Apollinis templum aedificasse Pittheum et exornasse dicunt. Est illud quidem templorum omnium, quae ego novi, vetustissimum. Nam etsi pervetus est Minervae apud Phocaënses in Ionia, quod Harpagus olim Medus exussit; pervetus et Pythii Apollinis apud Samios: multo tamen serius, quam hoc Troezeniorum, aedificata illa fuerunt. Signum, quod nunc exstat ab Aulisco dedicatum, Troezenii Hermonis opus est. Eiusdem Hermonis arte elaborata Castorum lignea simulacra. (10) In fori porticu foeminarum et puerorum statuae positae sunt, utraeque e marmore. Sunt autem foeminae illae, quas cum filiis Athenienses Troezeniis servandas commiserunt, quo tempore statuerunt ipsi urbem deserere, quod Persarum impetum non esse sibi terrestribus copiis sustinendum censuerunt. Neque vero omnibus statuas, quae non multae sunt, positas putant, sed iis tantum, quae dignitate ceteras

χον, τούτων εἰκόνας ἀναθεῖναι μόνων. (11) Τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν οἰκοδόμημα ἔμπροσθεν, Ὀρέστου καλούμενον σκηνή. πρὶν γὰρ ἐπὶ τῷ αἵματι καθαρθῆναι τῆς μητρὸς, Τροιζηνίων οὐδεὶς πρότερον ἤθελεν αὐτὸν οἴκῳ δέξασθαι· καθίσαντες δὲ ἐνταῦθα ἐκάθαιρον καὶ εἱστίων, ἐς ὃ ἀφήγνισαν. καὶ νῦν ἔτι οἱ ἀπόγονοι τῶν καθηράντων ἐνταῦθα δειπνοῦσιν ἐν ἡμέραις ῥηταῖς. κατορυχθέντων δὲ ὀλίγον ἀπὸ τῆς σκηνῆς τῶν καθαρσίων, φασὶν ἀπ' αὐτῶν ἀναφῦναι δάφνην, ἣ δὴ καὶ ἐς ἡμᾶς ἐστιν ἡ πρὸ τῆς σκηνῆς ταύτης. καθῆραι δέ φασιν Ὀρέστην καθαρσίοις καὶ ἄλλοις, καὶ ὕδατι ἀπὸ τῆς ἵππου κρήνης. (12) Ἔστι γὰρ καὶ Τροιζηνίοις ἵππου καλουμένη κρήνη, καὶ ὁ λόγος ἐς αὐτὴν οὐ διαφόρως τῶν Βοιωτῶν ἔχει. Πηγάσῳ γὰρ τῷ ἵππῳ καὶ οὗτοι λέγουσι το ὕδωρ ἀνεῖναι τὴν γῆν θιγόντι τοῦ ἐδάφους τῇ ὁπλῇ. Βελλεροφόντην δὲ ἐλθεῖν ἐς Τροιζῆνα γυναῖκα αἰτήσοντα Αἴθραν παρὰ Πιτθέως, πρὶν δὲ γῆμαι, συμβῆναί οἱ φυγεῖν

anteibant. (11) Ante Apollinis aedificium quoddam est, quod Orestis tabernaculum appellant. Prius enim quam materni sanguinis maculam expiationibus Orestes elueret, de Troezeniis nemo cum tecto recipere voluit: sed in ea ipsa cella illum consistere iusserunt, ibique, qui ei lustrationi praefuerunt, epulas ei praebuerunt, quantisper rite expiatus est. Manet adhuc ritus, ut illorum posteri statis diebus eodem in loco coenitent. Defossis autem non longe ab ea taberna piaculis, laurum eam enatam tradunt, quae adhuc viret, proximo ei tabernae loco. Ad eum vero lustrandum et alia februorum genera adhibita dicunt, et aquam ex Hippucrene. (12) Habent enim ipsi quoque Troezenii Hippucrenen: de qua alius quam a Boeotis proditus est sermo. Nam quum et ipsi dicant, Pegasi equi ungula effosso solo e terra fontem manasse, addunt, Troezenem venisse Bellerophontem, quum uxorem sibi a Pittheo Aethran poposcisset: verum ita accidisse, ut ante nuptias Corintho in exilium mit-

ἐκ Κορίνθου. (13) Καὶ Ἑρμῆς ἐνταῦθά ἐστι Πολύγιος
καλούμενος. πρὸς τούτῳ τῷ ἀγάλματι τὸ ῥόπαλον θεῖ-
ναί φασιν Ἡρακλέα· καὶ (ἦν γὰρ κοτίνου) τοῦτο μὲν
186 (ὅτῳ πιστὰ) ἐνέφυ τῇ γῇ, καὶ ἀνεβλάστησεν αὖθις, καὶ
ἔστιν ὁ κότινος πεφυκὼς ἔτι. τὸν δὲ Ἡρακλέα λέγουσιν
ἀνευρόντα τὸν πρὸς τῇ Σαρωνίδι κότινον ἀπὸ τούτου
τεμεῖν ῥόπαλον. (14) Ἔστι δὲ καὶ Διὸς ἱερὸν, ἐπίκλησιν
Σωτῆρος· ποιῆσαι δὲ αὐτὸ βασιλεύοντα Ἀέτιον τὸν
Ἄνθου λέγουσιν. ὕδωρ δὲ ὀνομάζουσι Χρυσορόαν.
αὐχμοῦ δὲ ἐπὶ ἔτη συμβάντος σφίσιν ἐννέα, ἐν οἷς οὐχ
ὗεν ὁ θεὸς, τὰ μὲν ἄλλα ἀναξηρανθῆναί φασιν ὕδατα,
τὸν δὲ Χρυσορόαν τοῦτον καὶ τότε ὁμοίως διαμεῖναι
ῥέοντα.

teretur. (13) Est ibidem Mercurii signum, qui cognomento Polygius dicitur. Ei clavam ab Hercule dedicatam perhibent, factam ex oleastro. Quod adiiciunt miraculum, haud scio an cuiquam fide dignum videri possit, eam clavam radicibus actis regerminasse. Oleaster certe ille hac etiam aetate monstratur. Clavam vero Herculem ab oleastro, quem ad Saronidem paludem invenerit, abscidisse ferunt. (14) Visitur praeterea Iovis fanum, cui Servator cognomentum est: erectum dicunt ab Aetio, quum Anthae patri in regno successisset. Amnem habent Chrysorrhoan, *hoc est, ac si Auriffuum dicas*. Hunc amnem solum suam aquarum perennitatem servasse narrant, quum in magna siccitate, desideratis per annos IX imbribus, nullae aquarum venae non exaruissent.

# CAPUT XXXII.

De Hippolyti cultu et sacris apud Troezen. — templo Apollinis Epibaterii — Damia et Auxesia, virginibus Creticis — templo Veneris Speculatricis ac Phaedrae Hippolytique sepulcris — templo Minervae Stheniadis in arce — templo Panis Lyterii — templo Isidis in urbe Troezen. — memorandis in via Hermionem versus, in via ad portum Celenderis et in via ad mare Psiphaeum.

Ἱππολύτῳ δὲ τῷ Θησέως τέμενός τε ἐπιφανέστατον ἀνεῖται, καὶ ναὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ἄγαλμά ἐστιν ἀρχαῖον· καὶ ταῦτα μὲν Διομήδην λέγουσι ποιῆσαι, καὶ προσέτι θῦσαι τῷ Ἱππολύτῳ πρῶτον. Τροιζηνίοις δὲ ἱερεὺς μέν ἐστιν Ἱππολύτου τὸν χρόνον τοῦ βίου πάντα ἱερώμενος, καὶ θυσίαι καθεστήκασιν ἐπέτειοι. δρῶσι δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε· ἑκάστη παρθένος πλόκαμον ἀποκείρεταί οἱ πρὸ γάμου, κειραμένη δὲ ἀνέθηκεν ἐς τὸν ναὸν φέρουσα. ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν οὐκ ἐθέλουσι συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων, οὐδὲ τὸν τάφον ἀποφαίνουσιν εἰδότες· τὸν δὲ ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον, τοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνον Ἱππόλυτον, τιμὴν παρὰ θεῶν ταύτην ἔχοντα. (2) Τού-

Cap. XXXII. Hippolyto etiam Thesei filio lucus eximia pulchritudine dedicatus est, cum templo et prisci operis simulacro: quae omnia Diomedem tradunt faciunda curasse, eundemque Hippolyto primum omnium rem divinam fecisse. Hippolyti apud Troezenios sacerdos eo honore, quamdiu vivit, fungitur. Sacra ipsa anniversaria sunt. Praeter ceteros sacrorum ritus virgines ante nuptias succisum sibi capillum in Hippolyti templo consecrant. Neque vero iis assentiuntur Troezenii, qui distractum ab equis *marinis* Hippolytum memoriae prodiderunt, nec omnino, quo loco sepultus fuerit, monstrant: verum eum esse illi a dis habitum honorem affirmant, ut in siderum numerum relatus idem ipse sit, qui Auriga coelestis dicitur. (2) In eadem area delubrum est

του δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου ναός ἐστιν Ἀπόλλωνος Ἐπιβατηρίου, Διομήδους ἀνάθημα ἐκφυγόντος τὸν χειμῶνα, ὃς τοῖς Ἕλλησιν ἐπεγένετο ἀπὸ Ἰλίου κομιζομένοις· καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Διομήδην πρῶτον θεῖναί φασι τῷ Ἀπόλλωνι. Ἐς δὲ τὴν Δαμίαν καὶ Αὐξησίαν (καὶ γὰρ Τροιζηνίοις μέτεστιν αὐτῶν) οὐ τὸν αὐτὸν λέγουσιν ὃν Ἐπιδαύριοι καὶ Αἰγινῆται λόγον· ἀλλὰ ἀφικέσθαι παρθένους ἐκ Κρήτης, στασιασάντων δὲ ὁμοίως τῶν ἐν
187 τῇ πόλει ἁπάντων, καὶ ταύτας φασὶν ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν καταλευσθῆναι, καὶ ἑορτὴν ἄγουσί σφισι Λιθοβολίαν ὀνομάζοντες. (3) Κατὰ δὲ τὸ ἕτερον τοῦ περιβόλου μέρος στάδιόν ἐστιν Ἱππολύτου καλούμενον, καὶ ναὸς ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀφροδίτης Κατασκοπίας. αὐτόθεν γάρ, ὁπότε γυμνάζοιτο ὁ Ἱππόλυτος, ἀπέβλεπεν ἐς αὐτὸν ἐρῶσα ἡ Φαίδρα. ἐνταῦθα ἔτι ἐπεφύκει ἡ μυρσίνη, τὰ φύλλα, ὡς καὶ πρότερον ἔγραψα, ἔχουσα τετρυπημένα. καὶ ἡνίκα ἠπορεῖτο ἡ Φαίδρα, καὶ ῥᾳστώνην τῷ ἔρωτι οὐδεμίαν εὕρισκεν, ἐς ταύτης τὰ φύλλα ἐσιναμώρει τῆς

Apollinis *inscensori*, Epibaterium *ipsi nominant*. Ab eodem Diomede dedicatum aiunt, quum tempestatem effugisset, quae Ilio redeuntibus Graecis immissa est. Quin et Pythicos ludos in Apollinis honorem Diomedem primum omnium instituisse. De Lamia vero et Auxesia (nam suus etiam illis apud Troezenios honos est) longe alius est quam Epidauriorum et Aeginetarum sermo: venisse enim virgines ex Creta, quumque civitas tota seditionibus laboraret, a concitata multitudine ipsas etiam lapidibus obrutas. Festum quidem diem in eius rei memoriam Lapidationem nominant. (3) Adhaeret maceriae septo curriculi eius pars, quod Hippolyti nuncupant: supraque ipsum Veneris Speculatricis delubrum: inde enim Phaedra in Hippolytum, si quando se in stadio exerceret, despectabat amore capta. Est hic (quod *multo* ante scripsi) myrtus illa perterebratis foliis, quod amore furens Phaedra, quum nullam malo levationem nancisci posset, *crinali acu* huius myrti folia transfigens, insaniam suam ob-

μυρσίνης. ἔστι δὲ καὶ τάφος Φαίδρας, ἀπέχει δὲ οὐ πολὺ τοῦ Ἱππολύτου μνήματος, τὸ δὲ οὐ πόῤῥω κέχωσται τῆς μυρσίνης. τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἄγαλμα ἐποίησε μὲν Τιμόθεος, Τροιζήνιοι δὲ οὐκ Ἀσκληπιὸν, ἀλλὰ εἰκόνα Ἱππολύτου φασὶν εἶναι. καὶ οἰκίαν ἰδὼν οἶδα Ἱππολύτου. πρὸ δὲ αὐτῆς ἐστιν Ἡράκλειος καλουμένη κρήνη, τὸ ὕδωρ, ὡς οἱ Τροιζήνιοι λέγουσιν, ἀνευρόντος Ἡρακλέους. (4) Ἐν δὲ τῇ ἀκροπόλει τῆς Σθενιάδος καλουμένης ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς. αὐτὸ δὲ εἰργάσατο τῆς θεοῦ τὸ ξόανον Κάλλων Αἰγινήτης. μαθητὴς δὲ ὁ Κάλλων ἦν Τεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος, οἳ Δηλίοις ἐποίησαν τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλλωνος· ὁ δὲ Ἀγγελίων καὶ Τεκταῖος παρὰ Διποίνῳ καὶ Σκύλλιδι ἐδιδάχθησαν. (5) Κατιόντων δὲ αὐτόθεν, Λυτηρίου Πανός ἐστιν ἱερόν. Τροιζηνίων γὰρ τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἔδειξεν ὀνείρατα, ἃ εἶχεν ἄκεσιν λοιμοῦ πιέσαντος, Ἀθηναίους δὲ μάλιστα. (6) Διαβὰς δὲ καὶ ἐς τὴν Τροιζηνίαν, ναὸν ἴδοις Ἴσιδος, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν

lectabat. Est ibidem Phaedrae sepulcrum, quod non longe ab Hippolyti monumento abest: illud vero proximo myrto ipsi loco eminet. Aesculapii signum fecit quidem Timotheus, verum Troezenii non Aesculapii eam, sed Hippolyti effigiem esse autumant. Hippolyti certe domum ipse vidi. Ante eam *effigiem* fons est, qui Herculeus dicitur, quod aquam illam ab Herculc inventam Troezenii memorant. (4) In arce delubrum est Minervae, quam Stheniadem appellant. Simulacrum deae e ligno fecit Callon Aeginetes. Fuit autem Callon hic Tectaei et Angelionis discipulus, qui Deliis simulacrum fecerunt Apollinis: illi vero artem eam a Dipoeno et Scyllide didicerant. (5) Qua ex arce descenditur, Panos Solutoris cella est. Deus enim hic per somniorum visa monstrasse dicitur iis, qui rerum summae apud Troezenios praeerant, famis levationem, qua prae ceteris afflictabantur Athenienses. (6) In Troezeniorum agrum descendens, templum Isidis videas, et superiore loco Veneris Ascraeae.

Ἀφροδίτης Ἀσκραίας. τὸν μὲν, ἅτε ἐν μητροπόλει τῇ
188 Τροιζῆνι Ἁλικαρνασσεῖς ἐποίησαν, τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἴσι-
δος ἀνέθηκε Τροιζηνίων δῆμος. (7) Ἰοῦσι δὲ τὴν διὰ τῶν ὀρέων ἐς Ἑρμιόνην, πηγή τέ ἐστι τοῦ Ὑλυκοῦ ποταμοῦ, Ταυρίου δὲ τὸ ἐξαρχῆς καλουμένου, καὶ πέτρα Θησέως ὀνομαζομένη, μεταβαλοῦσα καὶ αὐτὴ τὸ ὄνομα, ἀνελομένου Θησέως ὑπ᾽ αὐτῇ κρηπῖδας τὰς Αἰγέως καὶ ξίφος· πρότερον δὲ βωμὸς ἐκαλεῖτο Σθενίου Διός. τῆς δὲ πέτρας πλησίον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερὸν Νύμφας, ποιήσαντος Θησέως, ἡνίκα ἔσχε γυναῖκα Ἑλένην. ἔστι δὲ ἔξω τείχους καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Φυταλμίου. μηνίσαντα γάρ σφισι τὸν Ποσειδῶνα ποιεῖν φασιν ἄκαρπον τὴν χώραν, ἅλμης ἐς τὰ σπέρματα καὶ τῶν φυτῶν τὰς ῥίζας καθικνουμένης, ἐς ὃ θυσίαις τε εἴξας καὶ εὐχαῖς οὐκέτι ἅλμην ἀνῆκεν ἐς τὴν γῆν. ὑπὲρ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος τὸν ναόν ἐστι Δημήτηρ Θεσμοφόρος, Ἀλθήπου, καθὰ λέγουσιν, ἱδρυσαμένου. (8) Καταβαίνουσι δὲ ἐπὶ τὸν πρὸς τῇ Κελενδέρει καλούμενον λιμένα, χωρίον ἐστὶν, ὃ Γενέ-

Templum quidem ipsum Troezene, ut sane civitatis matre, faciendum curarunt Halicarnassenses: signum vero Isidis Troezeniorum plebs dedicavit. (7) Contendentibus per montes Hermionem versus, fons se ostendit Hylyci amnis, cui Taurio ante nomen fuit. Saxum etiam illud Thesei nominatum, mutato nomine, quod crepidas et ensem Aegei sub ipso abditum sustulerit Theseus: Sthenii Iovis ara ante appellabatur. Prope saxum Veneris Sponsae cella est, a Theseo, quum Helenam uxorem duxisset, aedificata. Extra oppidi muros delubrum Phytalmii Neptuni: iratum enim ipsis Neptunum, immissis in semina et plantarum radices aquis salsis, effecisse, ne ullos terra fructus proferret, quoad sacrificiis et votis permotus aquas salsas terrae immittere desiit. Supra Neptuni est Legiferae Cereris fanum, ab Althippo (uti hominum sermo vulgavit) dedicatum. (8) Qua ad portum descenditur (est is apud *vicum*, qui Celenderis nominatur)

θλιον ὀνομάζουσι, τεχθῆναι Θησέα ἐνταῦθα λέγοντες· πρὸ δὲ τοῦ χωρίου τούτου ναός ἐστιν Ἄρεως, Θησέως καὶ ἐνταῦθα Ἀμαζόνας μάχῃ κρατήσαντος· αὗται δ' ἂν εἴησαν τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ πρὸς Θησέα καὶ Ἀθηναίους ἀγωνισαμένων. (9) Ἐπὶ θάλασσαν δὲ τὴν Ψιφαίαν πορευομένοις, κότινος πέφυκεν ὀνομαζόμενος ῥάχος στρεπτός. ῥάχους μὲν δὴ καλοῦσι Τροιζήνιοι πᾶν ὅσον ἄκαρπον ἐλαίας, κότινον, καὶ φυλίαν, καὶ ἔλαιον. στρεπτὸν δὲ ἐπονομάζουσι τοῦτο, ὅτι ἐνσχεθεισῶν αὐτῷ τῶν ἡνιῶν ἀνετράπη τοῦ Ἱππο- 189
λύτου τὸ ἅρμα. τούτου δὲ οὐ πολὺ τῆς Σαρωνίας Ἀρτέμιδος ἀφέστηκε τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ ἐς αὐτὸ ἐμήνυσεν ὁ λόγος ἤδη μοι. τοσόνδε δὲ ἔτι δηλώσει· Σαρώνια γὰρ δὴ κατὰ ἔτος τῇ Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἄγουσι.

regiuncula exstat, quae Natalitia appellatur, quod eo in loco Theseum natum ferunt. Ante eam regiunculam Martis delubrum, quo loco praelio sunt Amazones a Theseo superatae. Fuerint vero illae ex eodem agmine, quod in Attica cum Theseo et Atheniensibus pugnavit. (9) Ad Psiphaeum mare progressis, offert se oleaster, quem Rhachum intortum vocant. Rhachos enim Troezenii vocant omnes eas oleas, quae nullum fructum ferunt, ut sunt qui peculiari nomine κότινος, φυλίας, ἔλαιος vocantur. At intortum idcirco nominarunt, quod ad eius arboris truncum implicatis habenis subversi fuerint Hippolyti currus. Hinc non longe abest Saroniae Dianae aedes, de qua quae dici oportuit, superius a me sunt exposita. Unum illud nunc adiicio, Dianae quotannis festos dies celebrari, quae Saronia nuncupant.

# CAPUT XXXIII.

De insulis Troezeniorum, Hiera, ante Sphaeria dicta — Calauria et memorandis in ea — Demosthenis monumento et Homeri caecitate ac paupertate — Demosthene et Harpalo.

Νῆσοι δέ εἰσι Τροιζηνίοις, μία μὲν πλησίον τῆς ἠπείρου, καὶ διαβῆναι ποσὶν ἐς αὐτήν ἐστιν. αὕτη Σφαιρία ὀνομαζομένη πρότερον Ἱερὰ δι' αἰτίαν ἐκλήθη τοιαύτην. ἔστιν ἐν αὐτῇ Σφαίρου μνῆμα, Πέλοπος δὲ ἡνίοχον εἶναι λέγουσι τὸν Σφαῖρον. τούτῳ κατὰ δή τι ἐξ Ἀθηνᾶς ὄνειρον κομίζουσα Αἴθρα χοὰς διέβαινεν ἐς τὴν νῆσον, διαβάσῃ δὲ ἐνταῦθα λέγεται Ποσειδῶνα μιχθῆναι. ἱδρύσατο μὲν διὰ τοῦτο Αἴθρα ναὸν ἐνταῦθα Ἀθηνᾶς Ἀπατουρίας, καὶ Ἱερὰν ἀντὶ Σφαιρίας ὠνόμασε τὴν νῆσον. κατεστήσατο δὲ καὶ ταῖς Τροιζηνίων παρθένοις ἀνατιθέναι πρὸ γάμων τὴν ζώνην τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀπατουρίᾳ. (2) Καλαύρειαν δὲ Ἀπόλλωνος ἱερὰν τὸ ἀρχαῖον εἶναι λέγουσιν, ὅτε περ ἦσαν καὶ οἱ Δελφοὶ Ποσειδῶνος. λέγεται δὲ καὶ

Cap. XXXIII. Iam vero de iis insulis, quae ad Troezeniorum ditionem pertinent, una est continenti terrae adeo proxima, ut pedibus *fere* in eam transiri possit. Quae quum ante diceretur Sphaeria, ea, quam subiiciam, de causa Sacra nominata est. Sphaerus in ea (quem Pelopis fuisse aurigam dicunt) sepulcrum suum habet. Huic Aethra per somnium Minervae monitu inferias missura, quum in eam insulam transisset, cum ea Neptunum congressum dicunt. Eam ob rem Aethram Minervae Apaturiae delubrum (*quasi Fallacis dixeris*) dedicasse, insulamque, Sphaeria quae ante dicebatur, Sacram nominasse. Instituisse eandem, ut Troezeniorum virgines ante nuptias zonam Apaturiae Minervae dicarent. (2) At Calaurean Apollini dicunt ab initio sacram fuisse, quo scilicet tempore Delphi Neptuni erant: permutasse vero

τοῦτο· ἀντιδοῦναι τὰ χωρία σφᾶς ἀλλήλοις. φασὶ δὲ καὶ λόγιον μνημονεύουσιν·

Ἶσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύρειάν τε νέμεσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην, καὶ Ταίναρον ἠνεμόεσσαν

(3) Ἔστι δ' οὖν Ποσειδῶνος ἱερὸν ἐνταῦθα ἅγιον, ἱερᾶται δὲ αὐτῷ παρθένος, ἐς τ' ἂν ἐς ὥραν προέλθῃ γάμου. τοῦ περιβόλου δὲ ἐντὸς καὶ τὸ Δημοσθένους μνῆμά ἐστι. καί μοι τὸ δαιμόνιον δεῖξαι μάλιστα ἐπὶ τούτου δοκεῖ καὶ Ὁμήρου πρότερον, ὡς εἴη βάσκανον· εἰ δὴ Ὅμηρον μὲν προδιεφθαρμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τοσούτῳ κακῷ κακὸν δεύτερον πενία πιέζουσα ἐπὶ πᾶσαν γῆν πτωχεύοντα ἦγε· Δημοσθένει δὲ φυγῆς τε συνέπεσεν ἐν γήρᾳ λαβεῖν πεῖραν, καὶ ὁ θάνατος ἐγένετο οὕτω βίαιος.
(4) Εἴρηται μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλοις, καὶ αὐτῷ 190
Δημοσθένει πλεῖστα, ἦ μὴν τῶν χρημάτων, ἃ ἐκ τῆς Ἀσίας ἤγαγεν Ἅρπαλος, μὴ μεταλαβεῖν αὐτόν· τὸ δὲ ὕστερον λεχθὲν ἐπέξειμι, ὁποῖον ἐγένετο. Ἅρπαλος μὲν ὡς ἐξ

deos inter ipsos ea loca. Qua de re oraculum etiam quoddam proferunt:

Par fuerit Delonque Calaureanque habitare,
Et Pytho sacram, et patientem Taenaron aurae.

(3) Est itaque in Calaurea regione sanctissimum Neptuni fanum, in eoque sacerdotio fungitur virgo usque ad nuptiarum maturitatem. Inter fani septum Demosthenis sepulcrum est, in quo mihi videtur, uti in Homero multo ante, quam iniqua bonis fortuna sit, ostendisse. Neque enim contenta, oculis Homerum privasse, ut priori malo aliud calamitatis genus adderet, inopia oppressum, victum sibi emendicantem, errare per omnes prope terras coëgit. Demostheni vero iam grandi natu exilii experiundi et consciscendae sibi mortis necessitatem obtulit. (4) Ac de Demosthene quidem multa quum ab aliis, tum ab ipsomet dicta sunt, *ex quibus satis liquet,* non cepisse ipsum ullam eius pecuniae partem, quam ex Asia attulerat Harpalus. Sed qui fuerit hac de re postea sermo, hoc loco commemorabo. Harpalus Athenis fugiens

Ἀθηνῶν ἀπέδρα διαβὰς ναυσὶν ἐς Κρήτην, οὐ πολὺ ὕστερον ὑπὸ τῶν θεραπευόντων ἀπέθανεν οἰκετῶν· οἱ δὲ ὑπὸ ἀνδρὸς Μακεδόνος Παυσανίου δολοφονηθῆναί φασιν αὐτόν. τὸν δέ οἱ τῶν χρημάτων διοικητὴν φυγόντα ἐς Ῥόδον Φιλόξενος Μακεδὼν συνέλαβεν, ὃς καὶ αὐτὸν παρὰ Ἀθηναίων ἐξῄτησεν Ἅρπαλον· τὸν δὲ παῖδα τοῦτον ἔχων ἤλεγχεν, ἐς ὃ πάντα ἐπύθετο, ὅσοι τῶν Ἁρπάλου τι ἔτυχον εἰληφότες· μαθὼν δὲ ἐς Ἀθήνας γράμματα ἐπέστειλεν. ἐν τούτοις τοῖς γράμμασι τοὺς λαβόντας παρὰ Ἁρπάλου καταριθμῶν καὶ αὐτοὺς, καὶ ὁπόσον αὐτῶν ἔλαβεν ἕκαστος, οὐδὲ ἐμνημόνευσεν ἀρχὴν Δημοσθένους, Ἀλεξάνδρῳ τε ἐς τὰ μάλιστα ἀπεχθανομένου, καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ προσκρούσας. Δημοσθένει μὲν οὖν τιμαὶ καὶ ἑτέρωθι τῆς Ἑλλάδος, καὶ παρὰ τῶν Καλαυρείας εἰσὶν οἰκητόρων.

quum in Cretam classe traiecisset, non multo post a servis, quorum opera utebatur, occisus est. Sunt tamen, qui dicant, Pausaniae Macedonis eum dolo interfectum, quo tempore eius dispensatorem Rhodum fugientem Philoxenus item Macedo comprehendit, is nempe, qui et Harpalum ab Atheniensibus sibi dedi postularat. Habita itaque quaestione de iis omnibus, qui ab Harpalo pecuniam cepissent, eorum omnium nomina in iis literis, quas ea de re ad Athenienses dedit, percensuit, quantumque singuli accepissent: Demosthenis tamen, etsi fuerat Alexander in eum animo offensissimo, et Philoxenus ipse privatim cum illo simultates exercuerat, nullam prorsus mentionem fecit. Honores certe Demostheni adhuc et in aliis Graeciae partibus, et apud Calaureae incolas habentur.

# CAPUT XXXIV.

De oppido Methanis in isthmo Troezeniorum — balneis calidis — remedio contra Africi venti noxios flatus — parvis insulis, quae Pelopis insulae dicuntur — urbe Hermione et memorandis in via ad illam — promontorio Scyllaeo — promontorio Bucephala et insulis Haliusa, Pityusa, Aristeris, Tricrana, et monte Buporthmo — insulis Aperopia et Hydrea — reliquiis priscae urbis Hermionensium — monte Prone et templis Veneris eiusque cultu in urbe Hermione.

Τῆς δὲ Τροιζηνίας γῆς ἐστιν ἰσθμὸς ἐπὶ πολὺ διήκων ἐς θάλασσαν, ἐν δὲ αὐτῷ πόλισμα οὐ μέγα ἐπὶ θαλάσσῃ Μέθανα ᾤκισται. Ἴσιδος δὲ ἐνταῦθα ἱερόν ἐστι, καὶ ἄγαλμα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Ἑρμοῦ, τὸ δὲ ἕτερον Ἡρακλέους. (2) Τοῦ δὲ πολίσματος τριάκοντά που στάδια ἀπέχει θερμὰ λουτρά. φασὶ δὲ, Ἀντιγόνου τοῦ Δημητρίου Μακεδόνων βασιλεύσαντος, τότε πρῶτον τὸ ὕδωρ φανῆναι, φανῆναι δὲ οὐχ ὕδωρ εὐθὺς, ἀλλὰ πῦρ ἀναζέσαι πολὺ ἐκ τῆς γῆς, ἐπὶ δὲ τούτῳ μαρανθέντι ῥυῆναι τὸ ὕδωρ, ὃ δὴ καὶ ἐς ἡμᾶς ἄνεισι, θερμόν τε καὶ δεινῶς ἁλμυρόν. λουσαμένῳ δὲ ἐνταῦθα, οὔτε ὕδωρ ἐστὶν ἐγγὺς ψυχρὸν,

Cap. XXXIV. Troezenii agri pars Isthmus est, qui per longum spatium in mare porrigitur. In eo non magnum oppidum supra mare Methana incoluntur. Isidis fanum habet, et in foro Mercurii signum unum, et Herculis item unum. (2) Ab eo oppido stadia ferme XXX absunt calidarum aquarum balneae. Aquas eas e scatebris primum erupisse aiunt, Antigono Demetrii filio in Macedonibus regnante: non autem primo statim impetu aquas illas erupisse, sed primum copiosum ignem e terra exaestuasse, deinde igni exstincto aquas illas se ostendisse, quae usque ad nostram aetatem inde scatent, calidae, et vehementer salsae. Ei, qui hic lavare voluerit, non est in propinquo aqua frigida,

191 οὔτε ἐσπεσόντα ἐς τὴν θάλασσαν ἀκινδύνως νήχεσθαι· θηρία γὰρ καὶ ἄλλα καὶ κύνας παρέχεται πλείστους. (3) Ὃ δὲ ἐθαύμασα ἐν τοῖς Μεθάνοις μάλιστα, γράψω καὶ τοῦτο. ἄνεμος ὁ Λὶψ βλαστανούσαις ταῖς ἀμπέλοις ἐμπίπτων ἐκ τοῦ Σαρωνικοῦ κόλπου τὴν βλάστην σφῶν ἀφαναίνει. κατιόντος οὖν ἔτι τοῦ πνεύματος, ἀλεκτρυόνα τὰ πτερὰ ἔχοντα διαπαντὸς λευκὰ διελόντες ἄνδρες δύο ἐναντίοι περιθέουσι τὰς ἀμπέλους, ἥμισυ ἑκάτερος τοῦ ἀλεκτρυόνος φέρων. ἀφικόμενοι δ' ἐς τὸ αὐτὸ, ὅθεν ὡρμήθησαν, κατορύσσουσιν ἐνταῦθα. τοῦτο μὲν πρὸς τὸν Λίβα σφίσιν ἐστὶν εὑρημένον. (4) Τὰς δὲ νησίδας, αἳ πρόκεινται τῆς χώρας, ἀριθμὸν ἐννέα οὔσας, Πέλοπος μὲν καλοῦσι. τοῦ θεοῦ δὲ ὕοντος, μίαν ἐξ αὐτῶν οὔ φασιν ὕεσθαι. τοῦτο δὲ εἰ τοιοῦτόν ἐστιν, οὐκ οἶδα, ἔλεγον δὲ οἱ περὶ τὰ Μέθανα. ἐπεὶ χάλαζάν γε ἤδη θυσίαις εἶδον καὶ ἐπῳδαῖς ἀνθρώπους ἀποτρέποντας. τὰ μὲν δὴ Μέθανα ἰσθμός ἐστι τῆς Πελοποννήσου.

neque in proximum mare se immittere ibique sine periculo natare licet; nam id tum alias ibi belluas, tum canes praebet plurimos. (3) Quod vero mihi magnae Methanis admirationi fuit, id ipsum iam scribam. Africus e Saronico sinu agrum et vineas perflans, novos pampinos acriter torret. Id quoties accidit, vento etiamnum spirante, viri duo gallum gallinaceum pennas per totum corpus albas habentem in contrarias partes distractum lacerant, ac deinde dimidiam uterque galli partem praeferens cum cursu vites ambiunt: mox in eum ipsum locum, unde currere coeperunt, rursus congressi, avem ibi defodiunt. Hoc ab illis excogitatum est, *tanquam praesentissimum remedium* contra *noxios* Africi flatus. (4) Iam parvas illas insulas, quae ante continentem terram sitae sunt, novem numero, Pelopis appellant: quarum unam, quum pluit, a pluvia rigari negant: quod an ita sit, perspectum non habeo: id certe, qui Methana incolunt, affirmant. Equidem ipse vidi homines, qui sacris et incantamentis grandinem averterent. Methana ipsa Isthmus Peloponnesi est.

(5) Ἐντὸς δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τῆς Τροιζηνίων ὅμορός ἐστιν Ἑρμιόνη. οἰκιστὴν δὲ τῆς ἀρχαίας πόλεως Ἑρμιονεῖς γενέσθαι φασὶν Ἕρμιονα Εὔρωπος· τὸν δὲ Εὔρωπα (ἦν γὰρ δὴ Φορωνέως) Ἡροφάνης ὁ Τροιζήνιος ἔφασκεν εἶναι νόθον· οὐ γὰρ δή ποτε ἐς Ἄργον τὸν Νιόβης, θυγατριδοῦν ὄντα Φορωνέως, τὴν ἐν Ἄργει περιελθεῖν ἀρχήν, παρόντος Φορωνεῖ γνησίου παιδός. ἐγὼ δέ, εἰ καὶ γνήσιον ὄντα Εὔρωπα πρότερον τὸ χρεὼν ἢ Φορωνέα ἐπέλαβεν, εὖ οἶδα, ὡς οὐκ ἔμελλεν ὁ παῖς αὐτῷ Νιόβης παιδὶ ἴσα οἴσεσθαι, Διός γε εἶναι δοκοῦντι. ἐπῴκησαν δὲ καὶ 192
Ἑρμιόνην ὕστερον Δωριεῖς οἱ ἐξ Ἄργους. πόλεμον δὲ οὐ δοκῶ γενέσθαι σφίσιν· ἐλέγετο γὰρ ἂν ὑπὸ Ἀργείων. (6) Ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς Ἑρμιόνην ἐκ Τροιζῆνος κατὰ τὴν πέτραν, ἣ πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Σθενίου Διὸς βωμός, μετὰ δὲ Θησέα ἀνελόμενον τὰ γνωρίσματα ὀνομάζουσιν οἱ νῦν Θησέως αὐτήν. κατὰ ταύτην οὖν τὴν πέτραν

(5) Isthmo vero Troezenis finitima est Hermione. Priscae urbis conditorem Hermionenses ipsi fuisse aiunt Hermiona Europis filium. Ipsum Europem, ut maxime Phoronei fuerit, nothum certe filium fuisse, Troezenius Herophanes scriptum reliquit, *eo maxime motus ratione*, quod ad Argum Phoronei e Niobe filia nepotem neutiquam fuisset Argivorum imperium perventurum, si legitimum Phoroneus filium habuisset. Ego tamen, etsi prius quam Phoroneum scio legitimum eius filium Europem e vita excessisse, affirmare posse mihi videor, nunquam illum Niobes filio parem potestate futurum fuisse, quum hic Iovis esse putaretur. Posterioribus temporibus etiam Hermionen Dorienses Argis veluti coloni habitatum venerunt; nec ullum eis bellum intercessisse opinor; id enim si fuisset, diceretur utique ab Argivis. (6) Via, quae a Troezene Hermionen ducit, in eadem est parte, in qua saxum illud, quod, quum Sthenii Iovis ara ante diceretur, postquam agnitionis monumenta sustulit Theseus, Thesei coeptum est nuncupari. Ab eo itaque saxo montanam viam

ἰοῦσιν ὀρεινὴν ὁδὸν, ἔστι μὲν Ἀπόλλωνος ἐπίκλησιν Πλατανιστίου ναός· ἔστι δὲ Εἰλεοὶ χωρίον, ἐν δὲ αὐτῷ Δήμητρος καὶ Κόρης [τῆς Δήμητρος] ἱερά. τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν ἐν ὅροις τῆς Ἑρμιονίδος, ἱερὸν Δήμητρός ἐστιν ἐπίκλησιν Θερμασίας. (7) Σταδίους δὲ ὀγδοήκοντα ἀπέχει μάλιστα ἄκρα, Σκυλλαῖον ἀπὸ τῆς Νίσου καλουμένη θυγατρός. ὡς γὰρ δὴ τὴν Νίσαιαν ὁ Μίνως καὶ τὰ Μέγαρα εἷλεν, ἐκείνης προδούσης, οὔτε γυναῖκα ἕξειν αὐτὴν ἔτι ἔφασκε, καὶ προσέταξε τοῖς Κρησὶν ἐκβάλλειν τῆς νεὼς, ἀποθανοῦσαν δὲ ἀπέῤῥιψεν ἐς τὴν ἄκραν ταύτην ὁ κλύδων. τάφον δὲ οὐκ ἀποφαίνουσιν αὐτῆς, ἀλλὰ περιοφθῆναι τὸν νεκρὸν φασι, διαφορηθέντα ὑπὸ τῶν ἐκ θαλάσσης ὀρνίθων. (8) Ἀπὸ δὲ Σκυλλαίου πλέοντι ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν, ἄκρα τ' ἐστὶν ἑτέρα Βουκέφαλα, καὶ μετὰ τὴν ἄκραν νῆσοι. πρώτη μὲν Ἁλιοῦσσα· παρέχεται δὲ αὕτη λιμένα ἐνορμίσασθαι ναυσὶν ἐπιτήδειον. μετὰ δὲ Πιτυοῦσσα· τρίτη δὲ, ἣν Ἀριστερὰς ὀνομάζουσι. ταύτας δὲ παραπλεύσαντί ἐστιν αὖθις ἄκρα Κωλυεργία

tenentes ad Apollinis Platanistii cognomento aedem perveniunt. Ibi vicus Ilei, et in eo Cereris et Proserpinae cellae. Ad mare, ubi Hermionensis agri fines, Cereris templum, cui Thermesiae cognomentum. (7) Abest hinc (ut quam longissime) stadia LXXX promontorium Scyllaeum, cui a Nisi filia nomen. Nam posteaquam per eius proditionem Nisaean et Megara Minos cepit, non modo uxorem eam duxit, verum etiam suis, ut in mare illam abiicerent, imperavit. Mortuam aestus ad promontorium hoc detulit: neque vero eius uspiam sepulcrum ostenditur. Nam cadaver insepultum iacuisse aiunt, usquedum a marinis volucribus discerptum est. (8) A Scyllaeo urbem versus navigantibus alterum se promontorium ostendit, Bucephalos nomine. Iuxta aliquot insulae. Earum prima Haliusa portum habet ad navium appulsum perquam idoneum. Proxima Pityusa: tertiam Aristeras nominant. Has praetervecti promontorium offendant e continenti

καλουμένη, ἀνέχουσα ἐκ τῆς ἠπείρου, μετὰ δὲ αὐτὴν νῆσος Τρίκρανα καλουμένη, καὶ ὄρος ἐς θάλασσαν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου προβεβλημένον, Βουπόρθμος. ἐν Βουπόρθμῳ δὲ πεποίηται μὲν ἱερὸν Δήμητρος καὶ τῆς παιδός, πεποίηται δὲ Ἀθηνᾶς· ἐπίκλησις δέ ἐστι τῇ θεῷ Προμαχόρμα. (9) Πρόκειται δὲ Βουπόρθμου νῆσος Ἀπεροπία καλουμένη. τῆς δὲ Ἀπεροπίας ἀφέστηκεν οὐ πολὺ ἑτέρα νῆσος Ὑδρέα. μετὰ ταύτην αἰγιαλός τε 193
παρήκει τῆς ἠπείρου μηνοειδής, καὶ ἀκτὴ μετὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐπὶ Ποσείδιον, ἐκ τῆς θαλάσσης μὲν ἀρχομένη τῆς πρὸς ἀνατολάς, προήκουσα δὲ ὡς ἐπὶ τὴν ἑσπέραν. ἔχει δὲ καὶ λιμένας ἐν αὐτῇ. μῆκος μὲν δὴ τῆς ἀκτῆς ἐστιν ἑπτά που στάδια, πλάτος δέ, ᾗ πλατυτάτη, σταδίων τριῶν, οὐ πλέον. (10) Ἐνταῦθα ἡ προτέρα πόλις τοῖς Ἑρμιονεῦσιν ἦν. ἔστι δέ σφισι καὶ νῦν ἔτι ἱερὰ αὐτόθι, Ποσειδῶνος μὲν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς τῇ ἀρχῇ, προελθοῦσι δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὰ μετέωρα ναὸς Ἀθηνᾶς, παρὰ δὲ αὐτῷ σταδίου θεμέλια. ἐν δὲ αὐτῷ τοὺς Τυνδάρεω παῖδας ἀγωνίσασθαι λέγουσιν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον οὐ μέγα τῆς

prominens: Acran appellant. Succedit Tricrana insula; et mons se in mare e Peloponneso attollens, Buporthmos. In eo Cereris et Proserpinae templa, Minervae etiam, cui Promachorma cognomentum. (9) Ex adverso insula est, Aperopia nomine. Ab ea non longe abest, quae Hydrea dicitur. Post hanc per continentem lunari specie pertenditur litus planum: inde salebris ac rupibus praeceps est litus usque ad templum Neptuni. Hoc incipiens, qua parta mari ab ortu alluitur, declinat leviter ad occasum. In eo portus aliquot. Longitudo eius orae stadium circiter VII: latitudo, qua maxima, stadium trium, nihilo plus. (10) In hac prisca fuit Hermionensium urbs. Exstant ibidem aliquot fana: Neptuni in ipso orae principio. Unde vero a mari ad altiores orae partes ascenditur, Minervae delubrum: et in proximo loco stadii manent fundamenta, in quo exercere se solitos Tyndari filios dicunt. Altera etiam est Minervae aedes non

Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ὁ δὲ ὄροφος κατεῤῥύηκεν αὐτοῦ· καὶ Ἡλίου ναὸς, καὶ ἄλσος Χαρίτων. ὁ δὲ Σεράπιδι ᾠκοδόμηται καὶ Ἴσιδι· καὶ περίβολοι μεγάλων λίθων λογάδων εἰσίν· ἐντὸς δὲ αὐτῶν ἱερὰ δρῶσιν ἀπόῤῥητα Δήμητρι. τοσαῦτα μὲν Ἑρμιονεῦσίν ἐστιν ἐνταῦθα. Ἡ δὲ ἐφ' ἡμῶν πόλις ἀπέχει μὲν τῆς ἄκρας, ἐφ' ᾗ τοῦ Ποσειδῶνος τὸ ἱερὸν, τέσσαρας μάλιστα σταδίους· κειμένη δὲ ἐν ὁμαλῷ τὰ πρῶτα ἠρέμα ἐς πρόσαντες ἄνεισι· τὸ δέ ἐστιν ἤδη τοῦ Πρωνός. (11) Πρῶνα γὰρ τὸ ὄρος τοῦτο ὀνομάζουσι. τεῖχος μὲν δὴ περὶ πᾶσαν τὴν Ἑρμιόνα ἕστηκε· τὰ δὲ ἐς συγγραφὴν, καὶ ἄλλα παρείχετο, καὶ ὧν αὐτὸς ποιήσασθαι μάλιστα ἠξίωσα μνήμην. Ἀφροδίτης ναός ἐστιν, ἐπίκλησιν Ποντίας καὶ Λιμενίας τῆς αὐτῆς· ἄγαλμα δὲ λευκοῦ λίθου, μεγέθει τε μέγα, καὶ ἐπὶ τῇ τέχνῃ θέας ἄξιον. καὶ ναὸς ἕτερός ἐστιν Ἀφροδίτης. αὕτη καὶ ἄλλας ἔχει παρὰ Ἑρμιονέων τιμὰς, καὶ ταῖς παρθένοις, καὶ ἣν γυνὴ χηρεύουσα παρὰ ἄνδρα μέλλῃ φοιτᾶν, ἁπάσαις πρὸ γάμου

magna, cuius tectum collapsum est. Solis praeterea templum, et Gratiarum lucus. Erectum et Serapidi ac Isidi fanum: ambiunt maceriae e praegrandibus et lectis lapidibus. In eo fano sacra Cereri arcana faciunt. Haec in ea ora habent Hermionenses. Quae aetate nostra exstat eorum urbs, a promontorio, in quo Neptuni fanum, abest ut maxime stadia IV: et e plano primum loco molliter surgente clivo se erigit. (11) Collem, in quem se attollit, Pronem (*id est, Iugum*) nominant. Muro undique ambitur. Multa illa quidem, quae literarum monumentis ornentur, habet: sed quorum in primis mentionem faciendam censui, Veneris aedes est, cui Pontiae eidem et Limeniae cognomina, *quasi Marinae, et Opportunae dixeris.* Signum eius e candido lapide, quum magnitudine, tum opere reliquo insigne. Est et aliud Veneris templum. Inter ceteros qui habentur deae ab Hermionensibus honores ea religio observatur, ut virgines, quin et viduae, quae in viri manum conventurae sunt, rem

θύειν καθέστηκεν ἐνταῦθα. Δήμητρος δὴ ἱερὰ πεποίηται 194
Θερμησίας· τὸ μὲν ἐπὶ τοῖς πρὸς τὴν Τροιζηνίαν ὅροις, ὡς ἔτι ἔμενον οἱ δῆμοι, τὸ δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει.

## CAPUT XXXV.

De musico ac navigandi urinandique certamine in honorem Bacchi Melanaegidis ab Hermionens. instituto — aliis templis et signis deorum in urbe Hermione — templo Cereris (Chthoniae) in monte Prone — sacrorum, quae Chthonia dicuntur, ratione — templo Clymeni — Echus porticu — locis Clymeni, Plutonis et palude Acherusia — templo Lucinae in via Masetem versus.

Πλησίον δὲ αὐτοῦ Διονύσου ναὸς Μελαναιγίδος. τούτῳ μουσικῆς ἀγῶνα κατὰ ἔτος ἕκαστον ἄγουσι, καὶ ἁμίλλης κολύμβου καὶ πλοίων τιθέασιν ἆθλα. (2) Καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερὸν, καὶ Ποσειδῶν χαλκοῦς, τὸν ἕτερον πόδα ἔχων ἐπὶ δελφῖνος. παρελθοῦσι δὲ ἐς τὸ τῆς Ἑστίας, ἄγαλμα μέν ἐστιν οὐδὲν, βωμὸς δὲ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ θύουσιν Ἑστίᾳ. Ἀπόλλωνος δέ εἰσι ναοὶ τρεῖς, καὶ ἀγάλματα τρία. καὶ τῷ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπίκλησις, τὸν δὲ Πυθαέα ὀνομάζουσι, καὶ Ὅριον τὸν τρίτον. τὸ μὲν δὴ

ei divinam ante nuptias faciant. Thermesiae vero Cereri templa duo dicata: alterum in finibus Troezeniorum, in iis, qui adhuc manent, pagis: alterum vero in ipso oppido.

Cap. XXXV. Iuxta id Liberi Melanaegidis aedes. Huic quotannis musici ludi fiunt, et natandi ac certatim remigandi praemia proponuntur. (2) Sua item aedes Dianae, Iphigeniae cognomento: ubi ex aere Neptunus, pede altero delphinum premens. Iam qui in Vestae transierint, ibi signum nullum videant. Unica ara est, et super ea sacra Vestae faciunt. Apollinis tria sunt delubra, ac totidem signa. Eorum unum sine cognomine, alterum Pythaea, tertium Horion nominant. Et Pythaei quidem nomen ab Argivis

τοῦ Πυθαέως ὄνομα μεμαθήκασι παρὰ Ἀργείων· τούτοις γὰρ Ἑλλήνων πρώτοις ἀφικέσθαι Τελέσιλλά φησι τὸν Πυθαέα ἐς τὴν χώραν Ἀπόλλωνος παῖδα ὄντα. τὸν δὲ Ὅριον ἐφ' ὅτῳ καλοῦσιν, σαφῶς μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν· τεκμαίρομαι δὲ, περὶ γῆς ὅρων πολέμῳ σφᾶς ἢ δίκῃ νικήσαντας ἐπὶ τῷδε τιμὰς Ἀπόλλωνι Ὁρίῳ νεῖμαι. τὸ δὲ ἱερὸν τῆς Τύχης νεώτατον μὲν λέγουσιν Ἑρμιονεῖς τῶν παρά σφισιν εἶναι· λίθου δὲ Παρίου κολοσσὸς ἕστηκε. κρήνας δὲ, τὴν μὲν σφόδρα ἔχουσιν ἀρχαίαν· ἐς δὲ αὐτὴν οὐ φανερῶς τὸ ὕδωρ κάτεισιν, ἐπιλείποι δὲ οὐκ ἄν ποτε, οὐδ' εἰ πάντες καταβάντες ὑδρεύοιντο ἐξ αὐτῆς· τὴν δὲ ἐφ' ἡμῶν πεποιήκασιν. ὄνομα δέ ἐστι τῷ χωρίῳ Λειμὼν, ὅθεν ῥεῖ τὸ ὕδωρ ἐς αὐτήν. (3) Τὸ δὲ λόγου μάλιστα ἄξιον ἱερὸν Δήμητρός ἐστιν ἐπὶ τοῦ Πρωνός. τοῦτο τὸ ἱερὸν Ἑρμιονεῖς μὲν Κλύμενον Φορωνέως παῖδα, καὶ ἀδελφὴν Κλυμένου Χθονίαν τοὺς ἱδρυσαμένους φασὶν εἶναι. Ἀργεῖοι δὲ, ὅτε ἐς τὴν Ἀργολίδα ἦλθε Δημήτηρ, τότε Ἀθέραν μὲν λέγουσι καὶ Μυσίον ὡς ξενίαν παρασχόν-

acceperunt. Ad eos enim primos ex omnibus Graecis venisse Pythaeum Apollinis filium, Telesilla memoriae prodidit. Horium vero quem ob rem appellent, nihil pro certo habeo dicere. Coniectura adducor, finibus vel armis vel iure potitos Apollini Horio (hoc est ac si Terminatori dicas) vota solvisse. Fortunae aedem omnium, quae apud se sunt, recentissimam esse dicunt. Stat deae colossus e Pario lapide. E duobus aquarum ductibus alterum valde priscum esse aiunt: in cuius alveum occulto meatu aqua profluit, neque unquam deficit, etiamsi tota civitas aquatum eo descendat. Alterum vero aetate nostra muniernnt. Vico, e quo in eum aqua defluit, Pratum nomen. (3) In collis iugo, quem Prona appellari diximus, est, quod historiae mandetur, dignum Cereris templum. Id Clymenum Phoronei filium, eiusque sororem Chthoniam aedificasse, memorant Hermionenses. At Argivi Cererem, quum fines agri sui esset ingressa, ab Athera et Mysio hospitio acceptam tradunt: Colontam vero

τας τῇ θεῷ, Κολόνταν δὲ οὔτε οἴκῳ δέξασθαι τὴν θεὸν,
οὔτε ἀπονεῖμαί τι ἄλλο ἐς τιμήν· ταῦτα δὲ οὐ κατὰ
γνώμην Χθονίᾳ τῇ θυγατρὶ ποιεῖν αὐτόν. Κολόνταν μὲν
οὖν φασιν ἀντὶ τούτου συγκαταπρησθῆναι τῇ οἰκίᾳ, Χθο-
νίαν δὲ κομισθεῖσαν ἐς Ἑρμιόνα ὑπὸ Δήμητρος Ἑρμιο- 195
νεῦσι ποιῆσαι τὸ ἱερόν. (4) Χθονία δ' οὖν ἡ θεός τε αὐτὴ
καλεῖται, καὶ Χθόνια ἑορτὴν κατὰ ἔτος ἄγουσιν ὥρᾳ θέ-
ρους· ἄγουσι δὲ οὕτως. ἡγοῦνται μὲν αὐτοῖς τῆς πομ-
πῆς οἵ τε ἱερεῖς τῶν θεῶν, καὶ ὅσοι τὰς ἐπετείους ἀρχὰς
ἔχουσιν, ἕπονται δὲ καὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες· τοῖς δὲ καὶ
παισὶν ἔτι οὖσι καθέστηκεν ἤδη τὴν θεὸν τιμᾶν τῇ πομ-
πῇ· οὗτοι λευκὴν ἐσθῆτα καὶ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχουσι
στεφάνους· πλέκονται δὲ οἱ στέφανοί σφισιν ἐκ τοῦ ἄν-
θους, ὃ καλοῦσιν οἱ ταύτῃ κοσμοσάνδαλον, ὑάκινθον,
ἐμοὶ δοκεῖν, ὄντα καὶ μεγέθει καὶ χρόᾳ· ἔπεστι δέ οἱ
καὶ τὰ ἐπὶ τῷ θρήνῳ γράμματα. τοῖς δὲ τὴν πομπὴν
πέμπουσιν ἕπονται τελείαν ἐξ ἀγέλης βοῦν ἄγοντες διει-
λημμένην δεσμοῖς τε καὶ ὑβρίζουσαν ἔτι ὑπὸ ἀγριότητος.

non modo eam domum suam non invitasse, sed ne alium quidem ullum deae honorem habuisse, quum id fieri Chthonia eius filia indigne ferret. Colontam itaque cum ipsis aedibus crematum: puellam vero Hermionem a Cerere deportatam ibi illi templum dedicasse. (4) Chthonia certe et dea ipsa appellatur, et stati festi dies, qui aestate anni in eius honorem agitantur, Chthonia dicuntur. In iis hoc ritu supplicatio fit. Pompae agmen ducunt sacrificuli, et qui annuos magistratus gerunt: sequuntur foeminae ac viri. Ipsis etiam pueris solenne est deam cum pompa deducere. Incedunt autem ii cum albis vestimentis, capitibus coronas ferentes. Sunt eae corollae e flore contextae, quem Cosmosandalum incolae appellant. Hyacinthum illum ego esse existimo. Est enim ei tum magnitudine, tum colore persimilis: habet praeterea easdem luctus indices literas. In extremo agmine sequuntur, qui eximias boves vinculis distentas et ferocitate reluctantes ad templum trahunt. Ibi egressum unam

ἐλάσαντες δὲ πρὸς τὸν ναὸν, οἱ μὲν ἔσω φέρεσθαι τὴν βοῦν ἐς τὸ ἱερὸν ἀνῆκαν ἐκ τῶν δεσμῶν, ἕτεροι δὲ ἀναπεπταμένας ἔχοντες τέως τὰς θύρας, ἐπειδὰν τὴν βοῦν ἴδωσιν ἐντὸς τοῦ ναοῦ, προσέθεσαν τὰς θύρας· τέσσαρες δὲ ἔνδον ὑπολειπόμεναι γρᾶες αὗται τὴν βοῦν εἰσιν αἱ κατεργαζόμεναι· δρεπάνῳ γὰρ, ἥτις ἂν τύχῃ, τὴν φάρυγγα ὑπέτεμε τῆς βοός. μετὰ δὲ αἱ θύραι τε ἠνοίχθησαν, καὶ προσελαύνουσιν, οἷς ἐπιτέτακται, βοῦν τε δευτέραν καὶ τρίτην, ἐπὶ ταύτῃ καὶ ἄλλην τετάρτην, κατεργάζονταί τε τέλος πάσας κατὰ ταὐτὰ αἱ γρᾶες. καὶ τόδε ἄλλο πρόσκειται τῇ θυσίᾳ θαῦμα· ἐφ' ἥντινα γὰρ ἂν πέσῃ τῶν πλευρῶν ἡ πρώτη βοῦς, ἀνάγκη πεσεῖν καὶ πάσας. θυσία μὲν δρᾶται τοῖς Ἑρμιονεῦσι τὸν εἰρημένον τρόπον. πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ γυναικῶν ἱερασαμένων τῇ Δήμητρι εἰκόνες ἑστήκασιν οὐ πολλαὶ, καὶ παρελθόντι εἴσω θρόνοι τέ εἰσιν, ἐφ' ὧν αἱ γρᾶες ἀναμένουσιν ἐσελασθῆναι καθ' ἑκάστην τῶν βοῶν, καὶ ἀγάλματα οὐκ ἄγαν ἀρχαῖα, Ἀθηνᾶ καὶ Δημήτηρ. αὐτὸ δὲ, ὃ σέβουσιν ἐπὶ πλέον ἢ τἄλλα, ἐγὼ μὲν οὐκ εἶδον, οὐ μὴν οὐδὲ ἀνὴρ

solutam retinaculis intro agunt. Tunc qui ad fores apertas steterant, ubi bovem intromissam vident, fores obdunt. Eam aniculae quatuor de industria intus relictae falcibus exceptam conficiunt. Collum earum una, ut casus tulerit, hostiae praesecat. Rursus patefactis foribus, ii, quibus id negotii datum est, alteram bovem, mox tertiam et quartam intrudunt: ac singulae eodem modo ab illis aniculis mactantur. Aliud in hoc sacro miraculum evenit. In quod latus prima bos conciderit, in idem et reliquae procumbunt. Et hic quidem est apud Hermionenses sacri eius ritus. In templi vestibulo statuae foeminis Cereris sacerdotio perfunctis positae sunt, non ita multae. Intus sellae erectae iis aniculis, quas boves, usque dum intromittantur, opperiuntur. Signa praeterea non admodum prisca Minervae et Cereri. Id vero, quod religiosius multo quam cetera colunt, neque ipse vidi,

ἄλλος, οὔτε ξένος, οὔτε Ἑρμιονέων αὐτῶν· μόναι δὲ,
ὁποῖόν τί ἐστιν, αἱ γρᾶες ἴσασιν. (5) Ἔστι δὲ καὶ ἄλ-
λος ναός· εἰκόνες δὲ περὶ πάντα ἑστήκασιν αὐτόν. οὗτος
ὁ ναός ἐστιν ἀπαντικρὺ τοῦ τῆς Χθονίας, καλεῖται δὲ Κλυ-
μένου, καὶ τῷ Κλυμένῳ θύουσιν ἐνταῦθα. Κλύμενον δὲ 196
οὐκ ἄνδρα Ἀργεῖον ἐλθεῖν ἔγωγε ἐς Ἑρμιόνα ἡγοῦμαι.
τοῦ θεοῦ δέ ἐστιν ἐπίκλησις, ὅν τινα ἔχει λόγος βασιλέα
ὑπὸ γῆν εἶναι. παρὰ μὲν δὴ τοῦτόν ἐστιν ἄλλος ναὸς
καὶ ἄγαλμα Ἄρεως. (6) Τοῦ δὲ τῆς Χθονίας ἐστὶν ἱεροῦ
στοὰ κατὰ τὴν δεξιὰν, Ἠχοῦς ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων καλου-
μένη· φθεγξαμένῳ δὲ ἀνδρὶ τὰ ὀλίγιστα ἐς τρὶς ἀντιβοῆ-
σαι πέφυκεν. (7) Ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Χθονίας
χωρία ἐστὶν, ἃ καλοῦσιν Ἑρμιονεῖς τὸ μὲν Κλυμένου,
τὸ δὲ Πλούτωνος, τὸ τρίτον δὲ αὐτῶν λίμνην Ἀχερου-
σίαν. περιείργεται μὲν δὴ πάντα θριγγοῖς λίθων, ἐν δὲ
τῷ τοῦ Κλυμένου καὶ γῆς χάσμα· διὰ τούτου δὲ Ἡρα-
κλῆς ἀνῆγε τοῦ ᾅδου τὸν κύνα κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπὸ
Ἑρμιονέων. (8) Πρὸς δὲ τὴν πύλην, καθ' ἣν ὁδὸς εὐθεῖά
ἐστιν ἄγουσα ἐπὶ Μάσητα, Εἰληθυίας ἐστὶν ἐντὸς τοῦ

neque vir quisquam, sive peregrinus, sive civis fuerit. Quid id, aut quale sit, vetulae illae scierint. (5) Aliud item templum, undique statuis exornatum, e Chthoniae regione situm est: Clymeni dicitur: in quo Clymeno ipsi sacra fiunt. Ego vero hoc nomine nullum Argivum hominem venisse Hermionem arbitror: sed esse hoc unum de eius dei, qui apud inferos regnare dicitur, cognominibus. Est praeterea *hoc ipso in loco* aliud delubrum Martis, et in eo signum. (6) Ad dexteram Chthoniae porticus est, quam Echus incolae vocant. Eius ea est natura, ut missa vox ut minimum imaginem triplicet. (7) A tergo Chthoniae areae tres sunt. Earum unam Clymeni, Plutonis alteram, Paludem Acherusiam tertiam Hermionenses appellant. Omnes lapideis maceriis sepiuntur. In ea, quae Clymeni est, fovea visitur, per quam Ditis canem extraxit Hercules, sicuti ipsi dictitant Hermionenses. (8) Ad portam, a qua via recta Masetem ducit, in pomoerio interiore

τείχους ἱερόν. ἄλλως μὲν δὴ κατὰ ἡμέραν ἑκάστην καὶ θυσίαις καὶ θυμιάμασι μεγάλως τὴν θεὸν ἱλάσκονται, καὶ ἀναθήματα δίδοται πλεῖστα τῇ Εἰλειθυίᾳ· τὸ δὲ ἄγαλμα οὐδενὶ, πλὴν εἰ μὴ ἄρα ταῖς ἱερείαις, ἔστιν ἰδεῖν.

## CAPUT XXXVI.

**De Halice urbe — monte Coccygio, antea Thornace — Masete navali — Didymis — Asine urbe, Asinaeorum cum Argivis certamine et Asines excidio — Lerna, ac fluviis Erasino et Phrixo — loco, ubi Pluto rapta Proserpina ad inferos descendisse fertur — monte et fluvio Pontino.**

Κατὰ δὲ τὴν ἐπὶ Μάσητα εὐθεῖαν προελθοῦσιν ἑπτά που σταδίους καὶ ἐς ἀριστερὰ ἐκτραπεῖσιν, ἐς Ἁλίκην ἐστὶν ὁδός. ἡ δὲ Ἁλίκη τὰ μὲν ἐφ' ἡμῶν ἐστιν ἔρημος, ᾠκεῖτο δὲ καὶ αὕτη ποτέ· καὶ Ἁλικὸς λόγος ἐν στήλαις ἐστὶ ταῖς Ἐπιδαυρίων, αἳ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὰ ἰάματα ἐγγεγραμμένα ἔχουσιν. ἄλλο δὲ σύγγραμμα οὐδὲν οἶδα ἀξιόχρεων, ἔνθα ἢ πόλεως Ἁλικῆς, ἢ ἀνδρῶν ἐστιν Ἁλικῶν μνήμη. (2) Ἔστι δ' οὖν ὁδὸς καὶ ἐς ταύτην τοῦ τε Προ-

est Lucinae fanum. Deam certe quotidie summa cum religione, quum hostiis, tum odoribus ac donis quamplurimis venerantur: eius tamen signum nemini omnino, praeterquam iis, quae rem divinam faciunt, foeminis conspicere fas est.

Cap. XXXVI. In ea ipsa via, qua recta Masetem iter, progressos stadia ferme septem, et ad laevam divertentes via excipit, quae Halicen ducit. Halice ipsa aetate mea deserta est, quum tamen olim habitaretur. Halicensis certe oratio est, in Epidauriorum pilis, in quibus incisa sunt prodita aegris ab Aesculapio morborum remedia. Neque alibi uspiam scriptum ullum fide dignum vidi, in quo vel de Halicensi civitate, vel de Halicensi quopiam homine ulla fieret mentio. (2) Via tamen est, quae Halicen ducit, media illa inter Pro-

νὸς μέση καὶ ὄρους ἑτέρου Θόρνακος καλουμένου τὸ ἀρ-
χαῖον. ἀπὸ δὲ τῆς Διὸς ἐς κόκκυγα τὸν ὄρνιθα ἀλλαγῆς
λεγομένης ἐνταῦθα γενέσθαι μετονομασθῆναι τὸ ὄρος φα-
σίν. ἱερὰ δὲ καὶ ἐς τόδε ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀρῶν, ἐπὶ μὲν 197
τῷ Κοκκυγίῳ Διός, ἐν δὲ τῷ Πρωνί ἐστιν Ἥρας. καὶ
τοῦ τε Κοκκυγίου πρὸς τοῖς πέρασι ναός ἐστι, θύραι δὲ
οὐκ ἐφεστήκασιν, οὐδὲ ὄροφον εἶχεν, οὐδὲ οἱ τι ἐνῆν
ἄγαλμα· εἶναι δὲ ἐλέγετο ὁ ναὸς Ἀπόλλωνος. (3) Παρὰ
δὲ αὐτὸν ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσητα τοῖς ἐκτραπεῖσιν ἐκ τῆς
εὐθείας. Μάσητι δὲ οὔσῃ πόλει τὸ ἀρχαῖον, καθὰ καὶ
Ὅμηρος ἐν Ἀργείων καταλόγῳ πεποίηκεν, ἐπινείῳ καθ'
ἡμᾶς ἐχρῶντο Ἑρμιονεῖς. ἀπὸ Μάσητος δὲ ὁδὸς ἐν δε-
ξιᾷ ἐστιν ἐπὶ ἄκραν καλουμένην Στρουθοῦντα. στάδιοι
δὲ ἀπὸ τῆς ἄκρας ταύτης κατὰ τῶν ὀρῶν τὰς κορυφὰς
πεντήκοντά εἰσι καὶ διακόσιοι, ἐπὶ Φιλανόριόν τε καλού-
μενον καὶ ἐπὶ Βολεούς. οἱ δὲ Βολεοὶ οὗτοι λίθων εἰσὶ
σωροὶ λογάδων. (4) Χωρίον δὲ ἕτερον, ὃ Διδύμους
ὀνομάζουσι, στάδια εἴκοσιν αὐτόθεν ἀφέστηκεν. ἐνταῦθα
ἔστι μὲν ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἔστι δὲ Ποσειδῶνος, ἐπὶ δὲ

nem collem; et eum, qui prisco nomine Thornax dicitur. Nam postea ex Iovis ibi in cuculum avem mutatione, ut Coccygius appellaretur, accidisse aiunt. Sacrae quidem aedes exstant etiamnum in summis montibus: in Coccygio Iovis, in Prone Iunonis. Ad haec in ima Coccygii parte templum est sine foribus, sine tecto, sine simulacro. Apollinis id esse dicebatur. (3) Hinc qui a recta via digressi fuerint, in viam eant, quae Masetem ducit. Fuit olim Mases oppidum, cui locum tribuit suum Homerus, ubi Argivorum civitates enumerat: aetate vero hac pro navali utuntur Hermionenses. A Masete quae via ad dexteram est, ea ad Struthuntem promontorium ducit: a quo promontorio per montium iuga iter est stadium CCL, ad Philanorium et Boleos. Sunt Bolei selectorum lapidum strues. (4) At vicus, quos Didymos (*id est, Geminos*) nominant, a Boleis distat stadia XX. Ibi cellae sunt Apollinis, Neptuni; Cereris etiam. Signa e

αὐτοῖς Δήμητρος· ἀγάλματα δὲ ὀρθὰ λίθου λευκοῦ. (5) Τὸ δὲ ἐντεῦθέν ἐστιν Ἀργείων ἡ ποτὲ Ἀσίνη καλουμένη, καὶ Ἀσίνης ἐστὶν ἐρείπια ἐπὶ θαλάσσῃ. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ τοῦ βασιλέως Νικάνδρου τοῦ Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου τοῦ Εὐνόμου τοῦ Πρυτάνιδος τοῦ Εὐρυπῶντος ἐς τὴν Ἀργολίδα ἐσβαλόντων στρατιᾷ, συνεσέβαλόν σφισιν οἱ Ἀσιναῖοι, καὶ ἐδῄωσαν σὺν ἐκείνοις τῶν Ἀργείων τὴν γῆν. ὡς δὲ ὁ στόλος τῶν Λακεδαιμονίων ἀπῆλθεν οἴκαδε, στρατεύουσιν ἐπὶ τὴν Ἀσίνην οἱ Ἀργεῖοι, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Ἔρατος. καὶ χρόνον μέν τινα ἀπὸ τοῦ τείχους ἠμύναντο οἱ Ἀσιναῖοι, καὶ ἀποκτείνουσιν ἄλλους τε καὶ Λυσίστρατον ἐν τοῖς δοκιμωτάτοις ὄντα Ἀργείων. ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχους, οὗτοι μὲν γυναῖκας ἐς τὰ πλοῖα ἐνθέμενοι καὶ παῖδας ἐκλείπουσι τὴν αὐτῶν· Ἀργεῖοι δὲ ἐς ἔδαφος καταβαλόντες τὴν Ἀσίνην, καὶ τὴν γῆν προσορισάμενοι τῇ σφετέρᾳ, Πυθαέως τε Ἀπόλλωνος ὑπελείποντο ἱερὸν (καὶ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι) καὶ τὸν Λυσίστρατον πρὸς αὐτῷ θάπτουσιν.

candido lapide, recto statu. (5) Proximum his locis est oppidum Argivorum: Asine olim appellabatur. Eius nunc ruinae ad mare iacent. Nam quo tempore Lacedaemonii cum rege Nicandro Charilli filio, Polydectis nepote, pronepote Eunomi, Prytanidis abnepote, atnepote vero Eurypontis, in Argolidem hostiliter invaserunt, Asinaei suas cum illis copias coniunxere, ac simul Argivorum agrum populati sunt. Ubi vero Lacedaemonii domum exercitum reportarunt, Argivi Eratum regem suum secuti obsessum venere Asinen. Asinaei aliquamdiu de muris hostis impetum sustinuerunt; ac de Argivis quum alios, tum Lysistratum, de iis unum, qui cumprimis bellica virtute enitebant, ceciderunt. Occupata tandem muri parte, uxoribus ac liberis clam in naves impositis, urbe et agro cessere. Argivi oppidum solo aequarunt, agrum finibus suis addidere. Pythaei tantum Apollinis templo pepercerunt, ut etiamnum videre est: ac proxime id Lysistratum humarunt.

(6) Ἀπέχει δὲ Ἀργείων τῆς πόλεως τεσσαράκοντα καὶ οὐ
πλείω στάδια ἡ κατὰ Λέρναν θάλασσα. κατιόντων δὲ
ἐς Λέρναν, πρῶτον μὲν καθ' ὁδόν ἐστιν ὁ Ἐρασῖνος,
ἐκδίδωσι δὲ ἐς τὸν Φρίξον· ὁ Φρίξος δὲ ἐς τὴν θάλασσαν 198
τὴν μεταξὺ Τημενίου καὶ Λέρνης. ἀπὸ δὲ Ἐρασίνου
τραπεῖσιν ἐς ἀριστερὰ σταδίους ὅσον ὀκτὼ, Διοσκούρων ἱερόν ἐστιν ἀνάκτων· πεποίηται δέ σφισι κατὰ ταὐτὰ καὶ ἐν τῇ πόλει τὰ ξόανα. (7) Ἀναστρέψας δὲ ἐς τὴν εὐθεῖαν τόν τε Ἐρασῖνον διαβήσῃ, καὶ ἐπὶ τὸν Χείμαῤῥον ποταμὸν ἀφίξῃ. πλησίον δὲ αὐτοῦ περίβολός ἐστι λίθων, καὶ τὸν Πλούτωνα ἁρπάσαντα, ὡς λέγεται, Κόρην τὴν Δήμητρος καταβῆναι ταύτῃ ἐς τὴν ὑπόγαιον νομιζομένην ἀρχήν. ἡ δὲ Λέρνα ἐστὶν, ὡς καὶ τὰ πρότερα ἔχει μοι τοῦ λόγου, πρὸς θαλάσσῃ, καὶ τελετὴν Λερναῖα ἄγουσιν ἐνταῦθα Δήμητρι. (8) Ἔστι δὲ ἄλσος ἱερὸν, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ ὄρους, ὃ καλοῦσι Ποντῖνον. τὸ δὲ ὄρος ὁ Ποντῖνος οὐκ ἐᾷ τὸ ὕδωρ ἀποῤῥεῖν τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ ἐς αὐτὸ καταδέχεται. ῥεῖ δὲ καὶ ποτα-

(6) Distat ab Argivorum urbe stadia nihilo plus XL mare, quod ad Lernam est. Qua ad Lernam descenditur, in ipsa ferme via est Erasinus. Influit is in Phrixum: Phrixus in mare illud exit, quod inter Temenium est et Lernam. Ab Erasino ad laevam stadia plus minus octo digressis Castorum se Praestitum *cognomento* templum ostendit. Lignea sunt eorum signa, haud alia forma, quam quae in ipsa urbe facta sunt. (7) Iam si in rectam viam redieris, Erasinum traiicies, et ad Chimarrum amnem pervenies. Iuxta est e lapidibus septum. Hac Plutonem fama est, rapta Proserpina, ad ea, quae sub terris esse homines putant, regna descendisse. Lerna ipsa, uti superius dixi, ad mare est: quo in loco initia Cereri peraguntur, quae Lernaea vocantur. (8) Lucus in ea sacer a monte, quem Pontinum dicunt, incipit. Mons Pontinus exceptam e coelo pluviam aquam non effundit, sed ipse eam absorbet. Profluit ab eo amnis, cui a monte

μὸς ἀπ' αὐτοῦ Ποντῖνος. καὶ ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους ἱερόν τε Ἀθηνᾶς Σαΐτιδος, ἐρείπια ἔτι μόνα, καὶ θεμέλια οἰκίας ἐστὶν Ἱππομέδοντος, ὃς Πολυνείκει τῷ Οἰδίποδος τιμωρήσων ἦλθεν ἐς Θήβας.

## CAPUT XXXVII.

De luco platanis consito ad montem Pontinum et Amymone fluvio — signis et templis in hoc luco — Philammone initiorum Lernaeorum auctore — hydra Lernaea — lacu Alcyonia, ubi Bacchus ad inferos descendit, eiusque profunditate immensa.

Ἀπὸ δὴ τοῦ ὄρους τούτου τὸ ἄλσος ἀρχόμενον πλατάνων τὸ πολὺ ἐπὶ τὴν θάλασσαν καθήκει. ὅροι δὲ αὐτοῦ τῇ μὲν ποταμὸς ὁ Ποντῖνος, τῇ δὲ ἕτερος ποταμὸς, Ἀμυμώνη δὲ ἀπὸ τῆς Δαναοῦ θυγατρὸς ὄνομα τῷ ποταμῷ. (2) Ἐντὸς δὲ τοῦ ἄλσους ἀγάλματα ἐστὶ μὲν Δήμητρος Προσύμνης, ἔστι δὲ Διονύσου· καὶ Δήμητρος καθήμενον ἄγαλμα οὐ μέγα. ταῦτα μὲν λίθου πεποιημένα. ἑτέρῳ δὲ ναῷ Διόνυσος Σαώτης καθήμενον ξόανον. καὶ

Pontino nomen. In montis vertice aedes est Minervae Saitidis, cuius sola manent rudera. Fundamenta etiam manent domus Hippomedontis, qui Polynici Oedipodis filio in bello Thebano auxilio venit.

Cap. XXXVII. Ab hoc igitur monte lucus ille magna ex parte ad mare excurrit, platanis condensus: terminatur una ex parte Pontino amne, ex altera Amymone, qui fluvius a Danai filia nomen accepit. (2) In luco signa sunt Cereris Prosymnae, Liberi: ac Cereris simulacrum non magnum, ad sedentis imaginem. Haec e marmore facta sunt. In altero templo Liber ipse cognomento Saotes (*id est Servator*) signum e ligno habet, sedentis itidem forma. Est ibidem

Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἐπὶ θαλάσσῃ λίθου. ἀναθεῖναι δὲ
αὐτὸ τὰς θυγατέρας λέγουσι τὰς Δαναοῦ, Δαναὸν δὲ
αὐτὸν τὸ ἱερὸν ἐπὶ Ποντίνῳ ποιῆσαι τῆς Ἀθηνᾶς. (3) Κα-
ταστήσασθαι δὲ τῶν Λερναίων τὴν τελετὴν Φιλάμμωνά
φασι. τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις δῆλά ἐστιν 199
οὐκ ὄντα ἀρχαῖα· ἃ δὲ ἤκουσα ἐπὶ τῇ καρδίᾳ γεγράφθαι
τῇ πεποιημένῃ τοῦ ὀρειχάλκου, οὐδὲ ταῦτα ὄντα Φιλάμ-
μωνος Ἀῤῥιφῶν εὗρε, τὸ μὲν ἀνέκαθεν Τριχωνιεὺς τῶν
ἐν Αἰτωλίᾳ, τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν Λυκίων τοῖς μάλιστα ὁμοίως
δόκιμος, δεινὸς δὲ ἐξευρεῖν, ἃ μή τις πρότερον εἶδε, καὶ
δὴ καὶ ταῦτα φωρᾶσαι ἐπὶ τῷδε· τὰ ἔπη, καὶ ὅσα οὐ
μετὰ μέτρου μεμιγμένα ἦν τοῖς ἔπεσι, τὰ πάντα Δωριστὶ
ἐπεποίητο. πρὶν δὲ Ἡρακλείδας κατελθεῖν ἐς Πελοπόν-
νησον, τὴν αὐτὴν ἠφίεσαν Ἀθηναίοις οἱ Ἀργεῖοι φωνήν·
ἐπὶ δὲ Φιλάμμωνος οὐδὲ τὸ ὄνομα τὸ Δωριέων (ἐμοὶ
δοκεῖν) ἐς ἅπαντας ἠκούετο Ἕλληνας. ταῦτα μὲν δὴ
ἀπέφαινεν οὕτως ἔχοντα. (4) Τῆς δὲ Ἀμυμώνης πέφυ-
κεν ἐπὶ τῇ πηγῇ πλάτανος· ὑπὸ ταύτῃ τὴν ὕδραν τρα-

Veneris ad mare e marmore signum. Dicatum aiunt a Danai filiabus, ipsumque Danaum aedem Minervae ad Pontinum erexisse. (3) Initia vero Lernaeorum Philammon instituisse dicitur. Mysteriorum effata, quod non ita prisca sunt, perspicua sunt omnibus. At quae in corde ex orichalco fabricato inscripta audivi, ea sane non sunt Philammonis, quod Arrhiphon deprehendit, origine quidem Triconiensis ex Aetolia, nostra vero aetate Lyciorum ex spectatissimis, ac solers quum ad ea invenienda, quae nemo ante vidit, tum ad hoc quoque deprehendendum in eo: versus et quaecunque soluta oratione his versibus immista erant, haec omnia dorice scripta erant. Nam ante Herculis liberum in Peloponnesum reditum eadem Argivi lingua, qua Athenienses, utebantur. Philammonis certe temporibus ne Doriensium quidem nomen, uti ego existimo, fuit omnino Graecis omnibus notum. Haec igitur ille sic edidit. (4) Ad Amymones fontem platanus exsurgit. Sub ea platano hydram educatam narrant. Ego

φῦναι τῇ πλατάνῳ φασίν. ἐγὼ δὲ τὸ θηρίον πείθομαι τοῦτο καὶ μεγέθει διενεγκεῖν ὕδρων ἄλλων, καὶ τὸν ἰὸν οὕτω δή τι ἔχειν ἀνίατον, ὡς τὸν Ἡρακλέα ἀπὸ τῆς χολῆς αὐτοῦ τὰς ἀκίδας φαρμακεῦσαι τῶν οἰστῶν. κεφαλὴν δὲ εἶχεν (ἐμοὶ δοκεῖν) μίαν, καὶ οὐ πλείονας. Πείσανδρος δὲ ὁ Καμιρεὺς, ἵνα τὸ θηρίον τε δοκοίη φοβερώτερον, καὶ αὐτῷ γίγνηται ἡ ποίησις ἀξιόχρεως μᾶλλον, ἀντὶ
200 τούτων τὰς κεφαλὰς ἐποίησε τῇ ὕδρᾳ τὰς πολλάς. (5) Εἶδον δὲ καὶ πηγὴν Ἀμφιαράου καλουμένην, καὶ τὴν Ἀλκυονίαν λίμνην, δι' ἧς φασιν Ἀργεῖοι Διόνυσον ἐς τὸν ᾅδην ἐλθεῖν Σεμέλην ἀνάξοντα· τὴν δὲ ταύτῃ κάθοδον δεῖξαί οἱ Πόλυμνον. τῇ δὲ Ἀλκυονίᾳ πέρας τοῦ βάθους οὐκ ἔστιν, οὐδέ τινα οἶδα ἄνθρωπον ἐς τὸ τέρμα αὐτῆς οὐδεμιᾷ μηχανῇ καθικέσθαι δυνηθέντα· ὅπου καὶ Νέρων σταδίων πολλῶν κάλως ποιησάμενος, καὶ συνάψας ἀλλήλοις, ἀπαρτήσας δὲ καὶ μόλιβδον ἀπ' αὐτῶν, καὶ εἰ δή τι χρήσιμον ἄλλο ἐς τὴν πεῖραν, οὐδὲ οὗτος οὐδένα ἐξευρεῖν ἐδυνήθη ὅρον τοῦ βάθους. καὶ τόδε ἤκουσα ἄλλο.

enimvero facile adducor, belluam illam tum multo maximam ceterarum fuisse, tum vero tam insanabili veneno, ut eius felle spicula sagittarum Hercules infecerit. Caput vero, uti ego opinor, unicum, et non plura habuit. At Pisander Camirensis, quo et fera terribilior, et carmina sua plus dignitatis habere viderentur, pro uno illi plura capita dedit. (5) Vidi etiam fontem, qui Amphiarai dicitur, et stagnum Alcyonium, per quod Liberum ad inferos Semelen reducturum descendisse tradunt Argivi; monstratam autem a Polymno viam hanc. Eius stagni infinita est altitudo, neque est adhuc hominum quisquam repertus, qui imum eius solum ullo machinae genere consequi potuerit. Quin ipse Nero, iunctis ad multorum stadiorum spatium funibus, ad eosque plumbo *pro perpendiculo* religato, additis eo aliis inventis ad hunc usum instrumentis, nullum tamen potuit altitudinis terminum deprehendere. Audivi praeterea aliud huiusmodi: aquam

τὸ ὕδωρ τῆς λίμνης, ὡς ἰδόντα εἰκάσαι, γαληνόν ἐστι καὶ ἠρεμαῖον· παρεχόμενον δὲ ὄψιν τοιαύτην, διανήχεσθαι τολμήσαντα πάντα τινὰ καθέλκειν πέφυκε, καὶ ἐς βυθὸν ὑπολαβὸν ἀπήνεγκε. περίοδος δὲ τῆς λίμνης ἐστὶν οὐ πολλή, ἀλλὰ ὅσον γε σταδίου τρίτον· ἐπὶ δὲ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς πόα καὶ σχοῖνοι πεφύκασι. τὰ δὲ ἐς αὐτὴν Διονύσου δρώμενα ἐν νυκτὶ κατὰ ἔτος ἕκαστον οὐχ ὅσιον ἐς ἅπαντας ἦν μοι γράψαι.

## CAPUT XXXVIII.

De Temenio, urbe Argivorum — urbe Nauplia et fonte Canatho — de asino palmitum amputationem monstrante — Genesio et Apobathmis — Thyrea, et pugna Argivorum cum Spartanis ibi commissa — Athene, Neri, Eva, vicis, et Polemocrate — monte Parnone et Tano fluvio.

Ἐκ Λέρνης δὲ ἰοῦσιν ἐς Τημένιον (τὸ δὲ Τημένιόν ἐστιν Ἀργείων, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Τημένου τοῦ Ἀριστομάχου· καταλαβὼν γὰρ καὶ ἐχυρωσάμενος τὸ χωρίον ἐπολέμει σὺν τοῖς Δωριεῦσιν αὐτόθι τὸν πρὸς Τισαμενὸν καὶ Ἀχαιοὺς πόλεμον) ἐς τοῦτο οὖν τὸ Τημένιον ἰοῦσιν, ὃ

illam, etsi quieta est specie ipsa, et *perpetuo* tranquilla, ea tamen esse natura, ut, qui innare ausi fuerint, ad imum eos fundum trahat. Est paludis eius ambitus nihilo stadii unius triente amplior. Margines herba et iuncis vestiuntur. Quae circa illam quotannis Libero Patri nocturna sacra fiunt, ea mihi nefas scribendo in vulgus efferre.

Cap. XXXVIII. Iam a Lerna Temenium contendentibus, (pertinent Temenium ad Argivorum fines, ac nomen a Temeno Aristomachi filio accepit: ille enim quum vicum eum occupasset, ac munisset, exinde bello cum Doriensibus contra Tisamenum et Achaeos suscepto, tanquam e castello ad praeliandum exibat) sed qui huc proficiscantur, erum-

τε Φρίξος ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐς θάλασσαν, καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἐν Τημενίῳ πεποίηται καὶ Ἀφροδίτης ἕτερον, καὶ μνῆμά ἐστι Τημένου, τιμὰς ἔχον παρὰ Δωριέων τῶν ἐν Ἄργει. (2) Τημενίου δὲ ἀπέχει Ναυπλία πεντήκοντα (ἐμοὶ δοκεῖν) σταδίους, τὰ μὲν ἐφ' ἡμῶν ἔρημος· οἰκι-
201 στὴς δὲ ἐγένετο αὐτῆς Ναύπλιος Ποσειδῶνος λεγόμενος καὶ Ἀμυμώνης εἶναι. λείπεται δὲ καὶ τειχῶν ἔτι ἐρείπια, καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ λιμένες εἰσὶν ἐν Ναυπλίᾳ, καὶ πηγὴ Κάναθος καλουμένη. ἐνταῦθα τὴν Ἥραν φασὶν Ἀργεῖοι κατὰ ἔτος λουμένην παρθένον γίνεσθαι. οὗτος μὲν δή σφισιν ἐκ τελετῆς, ἣν ἄγουσι τῇ Ἥρᾳ, λόγος τῶν ἀποῤῥήτων ἐστίν. (3) Τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἐν Ναυπλίᾳ λεγόμενα ἐς τὸν ὄνον, ὡς ἐπιφαγὼν ἀμπέλου κλῆμα ἀφθονώτερον ἐς τὸ μέλλον ἀπέφηνε τὸν καρπὸν, καὶ ὄνος σφίσιν ἐν πέτρᾳ πεποιημένος διὰ τοῦτό ἐστιν, ἅτε ἀμπέλων διδάξας τομὴν, παρίημι οὐκ ἀξιόλογα ἡγούμενος. (4) Ἔστι δὲ ἐκ Λέρνης καὶ ἑτέρα παρ' αὐτὴν ὁδὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ χωρίον, ὃ Γενέσιον ὀνομάζουσι. πρὸς θαλάσσῃ δὲ

pentem Phrixum in mare videant. Neptuno est in Temenio una, et item Veneri altera aedes erecta. Est ibidem et Temeni sepulcrum. Ad ipsum parentant Dorienses, qui sub Argivorum sunt ditione. (2) Distat a Temenio Nauplia L (uti mihi videtur) stadia; desertum hac aetate oppidum. Eius conditor fuit Nauplius, quem Neptuno et Amymone genitum crediderunt. Exstant murorum rudera, Neptuni templum, portus aliquot, et fons, cui nomen Canathus. In eo fonte vulgo apud Argivos proditum Iunonem, ubi quotannis laverit, denuo virginem fieri. Manavit hic sermo ab arcanis initiorum, quae Iunoni solenni ritu fiunt. (3) Hoc loco, quod a Naupliae incolis de asino dicitur, (abroso palmite vitem multo feraciorem redditam, et asellum, quod sarmentorum putationem monstrarit, propterea in saxo effictum esse) tanquam minime, quod historiae mandetur, dignum praetermitto. (4) Ducit a Lerna altera etiam via secundum mare ad vicum, quem Genesium vocant: ubi in littore Neptuni

τοῦ Γενεσίου Ποσειδῶνος ἱερόν ἐστιν οὐ μέγα. τούτου δ' ἔχεται χωρίον ἄλλο Ἀπόβαθμοι· γῆς δὲ ἐνταῦθα πρῶτον τῆς Ἀργολίδος Δαναὸν σὺν τοῖς παισὶν ἀποβῆναι λέγουσιν. ἐντεῦθεν διελθοῦσιν Ἀνιγραῖα καλούμενα ὁδὸν καὶ στενὴν καὶ ἄλλως δύσβατόν ἐστιν ἐν ἀριστερᾷ μὲν καθήκουσα ἐπὶ θάλασσαν, καὶ δένδρα, ἐλαίας μάλιστα, ἀγαθὴ τρέφειν γῆ. (5) Ἰόντι δὲ ἄνω πρὸς τὴν ἤπειρον, Θυρέα χωρίον ἐστὶν, ἔνθα δὴ ἐμαχέσαντο ὑπὲρ τῆς γῆς ταύτης λογάδες Ἀργείων τριακόσιοι πρὸς ἄνδρας Λακεδαιμονίων ἀριθμόν τε ἴσους καὶ ἐπιλέκτους ὁμοίως. ἀποθανόντων δὲ ἁπάντων πλὴν ἑνὸς Σπαρτιάτου καὶ δυοῖν Ἀργείων, τοῖς μὲν ἀποθανοῦσιν ἐχώσθησαν ἐνταῦθα οἱ τάφοι· τὴν χώραν δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, γενομένου πανδημεὶ σφισιν ἀγῶνος πρὸς Ἀργείους, κρατήσαντες βεβαί- 202
ως αὐτοί τε παραυτίκα ἐκαρποῦντο, καὶ ὕστερον Αἰγινήταις ἔδωκαν ἐκπεσοῦσιν ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκ τῆς νήσου. τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ τὴν Θυρεᾶτιν ἐνέμοντο Ἀργεῖοι· φασὶ δὲ

Genesii aedes; non ea sane magna. Coniunctus fere est cum eo vico alter, cui nomen Apobathmi, ac si Exscensus dixeris, quia hic Argolicae regionis primus esse locus dicitur, in quem Danaus e navi cum liberis suis exscenderit. Hinc iis, qui Anigraea superaverint; (angustus hic et pene invius trames) ad laevam terra ad mare patet, quae quum ad alias arbores, tum ad oleas educandas maxime opportuna est. (5) Qua vero parte in continentem terram a littore ascenditur, ibi Thyrea vicus est: quo in loco de agri finibus lectissimi viri ex Argivis trecenti, totidemque itidem lecti ex Lacedaemoniis inter se pugnarunt: quumque omnes praeter Spartanum unum et Argivos duos occidissent, eodem, quo occubuerunt, loco tumuli sunt illis congesti. Agro Thyreate Lacedaemonii, victis Argivis praelio, quod universo agmine utriusque populi commissum fuerat, potiti, Aeginetis postea ex insula ab Atheniensibus eiectis illum tradiderunt. Aetate mea Argivi eum colebant, disceptatione et iudicio, uti ipsi aiunt, rece-

ἀνασώσασθαι δίκῃ νικήσαντες. (6) Ἀπὸ δὲ τῶν πολυανδρίων ἰόντι, Ἀθήνη τε ἐστὶν, ἐς ἣν Αἰγινῆταί ποτε ᾤκησαν, καὶ ἑτέρα κώμη Νηρὶς, τρίτη δὲ Εὔα, μεγίστη τῶν κωμῶν, καὶ ἱερὸν Πολεμοκράτους ἐστὶν ἐν ταύτῃ. ὁ δὲ Πολεμοκράτης ἔστι καὶ οὗτος Μαχάονος υἱὸς, ἀδελφὸς δὲ Ἀλεξάνορος, καὶ ἰᾶται τοὺς ταύτῃ, καὶ τιμὰς παρὰ τῶν προσοίκων ἔχει. (7) Ἀνατείνει δὲ ὑπὲρ τὰς κώμας ὄρος Πάρνων, καὶ Λακεδαιμονίων ἐπ' αὐτοῦ πρὸς Ἀργείους ὅροι καὶ Τεγεάτας εἰσίν· ἑστήκασι δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις Ἑρμαῖ λίθου, καὶ τοῦ χωρίου τὸ ὄνομα. ἔστι δὲ ἀπ' αὐτῶν ποταμὸς καλούμενος Τάνος. εἷς γὰρ δὴ οὗτος ἐκ τοῦ Πάρνωνος κάτεισι ῥέων διὰ τῆς Ἀργείας, καὶ ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Θυρεάτην κόλπον.

ptum. (6) A sepulcretis progressi Athenen perveniant, quam olim Aeginetae incoluerunt. Proximus alter vicus, Neris: tertius Eua, pagorum illorum maximus. In eo est aedes Polemocratis. Fuit is et ipse Machaonis filius, Alexanoris frater. Medelas morborum et hic incolas docet: quare illi accolae honores habent. (7) Supra pagos mons, in quo termini finium sunt inter Lacedaemonios, Argivos ac Tegeatas. Erecti sunt pro terminis lapides Hermae, a quibus regiunculae nomen. Infra amnis est Tanus. Unus hic per Argivorum fines ex Parnone defluens in Thyreatem sinum exit.

# ADNOTATIONES
# AD PAUSANIAE ATTICA SEU LIBRUM PRIMUM.

Pausanias ipse hunc suorum commentariorum librum primum appellat modo *Ἀτθίδα συγγραφήν* (II, 21, 5. III, 11, 1. 17, 3. V, 10, 2. VII, 7, 4. 20, 3. IX, 6, 2), modo *τὰ ἐς Ἀθηναίους* seu *τὰ ἐς Ἀθηναίους ἔχοντα* (VII, 20, 3. IX, 19, 4), nunc *τὸν λόγον τὸν ἐς Ἀθηναίους* (IV, 35, 3), nunc *τὰ Ἀττικά* (I, 22, 6); quanquam *Ἀτθὶς* pertinet tantum usque ad I, 39, 3: nam quae hujus libri pars reliqua est, ea auctori ipsi dicitur *Μεγαρικὴ συγγραφή*. vid. ad 39, 3. 4. Rursus *Atthidis* quaedam partes peculiari nomine ab auctore ipso allegantur, veluti *ἡ ἐς τὸ βουλευτήριον τὸ Ἀττικὸν συγγραφή*, quae est I, 3, 4. et cap. 4. *τὰ ἐς Λυσίμαχον*, quae continentur I, 9, 5 et cap. 10. *τὰ Ἀθήνησι μνήματα*, qui locus est I, 29, 3 — 16. Praeterea distinguuntur *τὰ ἐς τοὺς δήμους ἔχοντα* I, 31. 32, 3. et *τῶν νήσων ἀφήγησις* I, 35.

*Attica* sunt vere *primus* horum commentariorum Pausaniae liber; certe ea scripta esse ante *Corinthiaca* ex II, 1, 4. 19, 7. 23, 6. 32, 3. ante *Laconica* ex III, 17, 3. ante *Eliaca priora* ex V, 10, 2. ante *Achaica* ex VII, 3, 1. 7, 4. 20, 3. ante *Arcadica* ex VIII, 5, 1 coll. cum I, 41, 3. ante *Boeotica* ex IX, 6, 2. ante *Phocica* ex X, 20, 3 intelligitur. Pausaniam circa medium ferme Antonini Pii imperium Athenis fuisse, C. O. Muelleri suspicio est in Encyclopaedia ab Erschio et Grubero edita T. 6 p. 284. Sed cf. quae de aetate Pausaniae dicta sunt et adnot. ad II, 27, 7.

*Ἀτθίδας* a pluribus esse compositas, et quomodo in iis scripta fuerit historia attica, id videmur satis exposuisse in Prolusione de *Ἀτθίδων* scriptoribus, ubi etiam p. XXIX causae indicatae sunt, cur res atticas strictim tantum attigerit Pausanias. Verum autem esse, quod dixi, multa eum, quod vidisset a prioribus occupata, consulto praetermisisse, hi testantur loci I, 2, 2. 5, 1. 8, 5. 23, 12. 29, 3. adde 20, 3. et adnotata ad I, 22, 4.

# CAPUT I.

§. 1 — 8. *De occidentali Atticae latere a Sunio usque ad Piraeeum.* Τῆς ἠπείρου κ. λ. simile est Herodoteo: Τῆς Σκυθικῆς γῆς ἡ Θρηΐκη τὸ ἐς θάλασσαν πρόκειται IV, 99. *Minervae Suniadis* templi ruinae dicuntur superesse. vide quos d. l. laudavit O. Mueller p. 221. et *Bemerkungen über die ionischen Inseln und einen Theil von Griechenland* auctore G. W. Williams in Spikeri Journal der Reisen 1821 Mai. *Suniacum angulum* a Thorico usque ad Anaphlystum in mare porrectum Herodotus IV, 99 comparat cum Tauria. Sunium autem a Piraeeo CCCXXX stadia distat teste Strabone IX, 391. De scriptura v. *Λαύριον*, et de metallis in hoc monte cf. Intpp. ad Thucyd. II, 55 et, quem Mueller ibidem laudavit, *Boeckhium*. Strabo non modo testatur IX, 399, sua aetate illa defecisse, sed etiam III, 147 causam hujus rei affert. *Patrocli insula*, sic etiam 35, 1, Straboni autem IX, 398 dicitur ὁ Πατρόκλου χάραξ. »The *fosse of Patroclus*, now *Gaidaronisi* [Gaitharonesi i. e. asinorum insula apud Chandlerum] is a rocky island before the promontorium of Sunium, called *Katapheke*« Hobhouse's Journey through Albania p. 407. Cf. Chandleri Itiner. c. 3. ἐβάλλετο Cod. Monacensis. ἐπέπλει Cod. Vindobonensis, Clavier, qui, ut in sua Προκηρύξει fatetur, hic unum codicem Vindobonensem sequutus est, Valckenarius, qui laudavit Abresch. Thucyd. p. 836. Add. ὑπέπλει Vulgata, quam expressit Amasaeus. De iis, qui longis navibus vehuntur belli impetum ferentes, est ἐπιπλέειν etiam in illo Herodoti loco V, 86: πολλῇσι νηυσὶ ἐπιπλέειν σφι ἐπὶ τὴν χώρην. et Thucydidis VIII, 90 ἢν βίᾳ ἐπιπλέωσι. Domitius Calderinus forsan legit ὡς τριήρεσιν ἐπέπλει ναύαρχος Αἰγυπτίαις, quoniam vertit: *quum classi Aegyptiae praefectus esset.* Clavier Πτολεμαῖος ὁ [Πτολεμαίου] τοῦ Λάγου praeter necessitatem scripsit, quum ὁ τοῦ Λάγου Ptolemaeus sit non filius, sed nepos Lagi, ergo Ptolemaeus Philadelphus. Similiter II, 29, 3 ἐπὶ τοῦ Αἰακοῦ *aetate Phoci, Aeaco nati*; IV, 33, 5 ἡ ἁγνὴ Κόρη τῆς Δήμητρός ἐστιν ἐπίκλησις *Cereris filiae.* Adde IX, 33, 1. In his scriptoris nostri locis genitivus articuli significationem habet vocabuli παιδός, quod minime in alios etiam scriptores transferendum dicimus, veluti in illud Xenophontis Cyrop. I, 5, 2 Κυαξάρης ὁ τοῦ Ἀστυάγους παῖς. Neque Hemsterhusii ad Aristophanis Plutum p. 325 abutamur observatione, ut τοῦ Λάγου interpretemur τοῦ Λαγίδου. Atticae autem ab hoc Antigono vastatae iterum fit mentio cap. 30, 4 extr.

§. 2. Incipit exponere de Athenis Atticis.

*Piraeeus* portus nunc *Drako* seu *Porto Drako* seu simpliciter *Porto* vocatur. »The distance from the centre of the port of Piraeus to the Parthenon is 27000 feet« Gell's Itiner. of Greece p. 99. δῆμος· Clavier reddidit *bourg*, Nibby *borgo*, C. O. Mueller in Erschii et Gruberi Encyclop. T. 6. p. 227 *Ortschaft*; idem ait δήμους esse: *Ortschaften mit abgesonderten Gebieten, zwischen denen auch Grenzsäulen standen, und die eigene Obrigkeiten und ihre Sacra hatten*. Cf. Valckenar. ad Herodot. III, 55 et infra ad 31 init. Caeterum grammatici τὸ δῆμος ἀπὸ τοῦ δέω τὸ δεσμεύω, δέσμος καὶ δῆμος. v. Bekk. Anecd. 714 et Etym. M. 264. μὲν post δῆμος in cod. Mosquensi, πρὶν in Mosquensi et Monacensi deest. Sed πρότερον πρὶν ἢ est etiam cap. 28, 10 (ubi πρὶν similiter omissum est in Mosquensi), II, 5, 1. X, 22, 5. πρὶν etiam post προαποθανεῖν legitur V, 2, 4. In Excerptis codicis Palatini est: πρότερον δὲ πρὶν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθήνης ἦρξεν Voc. ἐπίνειον, de quo diximus ad Hellenica nostra p. 87, Clavier reddidit *port*, Nibby *arsenale*, melius C. O. Mueller *Hafenstadt*. Φάληρον pro vulgato Φαληρὸν scripsi tum e Stephano Byzantino, hunc ipsum Pausaniae locum afferente, tum ex Herodoti VIII, 91. 93, Harpocratione, Etymologico M. et Suida. ταύτῃ — θάλασσα. cf. VIII, 10. »Quitting the hill of Phalerum, the gate of Athens, near the temple of Theseus, was 1 h. 17 minutes distant« Gell's Itiner. of Greece p. 98. »the seacoast was only 54 minutes from that gate« ibid. τοῦτό σφισιν (vulgo τοῦτο σφίσιν) in Oporiano cod. mutatum in τότε σφίσιν, et hoc sequutus est Abr. Loescher. ὁ Πειραιεὺς deest in Monacensi. Pro vulgato τοῦ Φαληροῖ in Vindobonensi ac Monacensi est τοῦ Φαληροῦ, quod Facius illi praeferendum putans in contextum intulit, sed vulgata jam a Clavierio revocata est, et merito. cf. Fischer ad Wellerum III, 208. Ne vero accentus mutatio offensioni sit, meminerimus, a Μέγαρα pariter fieri Μεγαροῖ, et adverbia loci in οι fere περισπᾶσθαι. cf. ad Hermanni lib. de emend. gr. gr. rat. p. 460, 173. Bekkeri Anecd. p. 1396. Φαληροῖ etiam in Phanodemi fragmento p. 11 e Suida allato reponere debui pro Φαλήροις. καὶ νεὼς, καὶ Aldina et Francofurtana 1583. quam distinctionem Kuhnius sustulit monitus a Sylburgio, qui νεωσοίκους et hic et ad Dionys. Hal. Arch. p. 68. Not. interpretatur *navium receptacula, in quibus ceu domiciliis singulae, binaeve aut ternae separatam stationem habent*. Pro ἦσαν est ἔσαν in Monacensi. νεὼς — οἶκοι· de hac disjunctione Lobeckius ad Phryn. 414. καὶ πρὸς τῷ κ. λ.

Pro κομίσαιεν est κομίσαι in Mosquensi ac Monacensi. Ut hic et V, 1, 2 post φασὶ et Infinitivum sequitur καὶ ὡς cum Optativo, ita cap. 19, 5 post λέγεται et Infinitivum Indicativus praecedentibus καὶ ὡς. Rursus formulae φασὶν, ὡς cum Optativo subjungitur καὶ cum Infinitivo IV, 4, 2. De Themistoclis sepulcro in Attica condito, qui vult, contendat inter se Cornelium Nepotem in Themist. 10 et Plutarchi Themist. 32. Themistoclis ossa in Atticam reportata et ibi sepulta esse, fama fuit teste Thucydide I, 138, quem Nepos sequutus est cap. 10. Ac de ossibus domum reportatis illud etiam videtur intelligendum esse, quod de Themistoclis reditu legitur in Ciceronis Epistolis ad Familiares V, 12. φαίνονται — κατελθόντες rem certam indicat. De hoc usu verbi φαίνεσθαι cum Participio conjuncti cf. Appendix ad Hemsterhusii Plutum Aristoph. p. 497. Pausanias I, 41, 5 (ubi Clavier voluit corrigere) VIII, 46, 2. et de Themistoclis filiorum reditu I, 26, 4. Plutarchi Themist. extr. Suidas v. Θεμιστοκλ. παῖδες.

§. 3. Θέας δὲ — Ἀρκεσίλαος. Hic locus et Strabonis IX, 396 (360 Tzsch.) se mutuo illustrant; namque ego quidem vix dubito, quin, quod Pausanias in Piraeeo memorat, Jovis τέμενος idem sit τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος, a Strabone in eodem Piraeeo positum, quum, quod Strabo addit τοῦ δὲ ἱεροῦ τὰ στοΐδια ἔχει πίνακας θαυμαστούς, ἔργα τῶν ἐπιφανῶν τεχνιτῶν, maxime conveniat cum Pausaniae verbis. Sane quidem Pausanias unam tantum laudat effigiem pictam, sed haud dubie eam, quae ipsi reliquis visa esset memoratu dignior; et quanquam Pausanias Ἀθηνᾶς καὶ Διὸς τέμενος copulavit, duo tamen in eodem intelligi possunt templa, cum sui utrumque numinis simulacro. ἐνταῦθα igitur hic erit: ἐν ἑνὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διὸς Σωτῆρος στοϊδίων. In Minervam autem hanc convenit illud Plinii XXXIV, 19, 14 p. 241 Bip. *Cephissodotus Minervam mirabilem in portu Atheniensium* (fecit), *et aram ad templum Jovis Servatoris in eodem portu, cui pauca comparantur.* Νίκην scripsit etiam Clavier. ἔξω Θερμοπυλῶν *ultra* eas; opponitur I, 4, 4 Πυλῶν ἐντὸς *citra*. Similiter I, 4, 5. ἐκτός cf. IX, 15, 1. ἐς Λαμίαν — τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης· talia etiam alibi apponit nostri scriptoris diligentia, veluti paulo post Κνίδον τὴν ἐν τῇ Καρικῇ χεῤῥονήσῳ. cap. 2, 1 Θεμίσκυραν τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι. 20, 4 Ἐλάτειαν τὴν ἐν τῇ Φωκίδι. II, 23, 5 Φερῶν τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ. V, 18, 2 Γονούσης τῆς ὑπὲρ Σικυῶνος. VI, 4, 4 Λαμίαν τὴν ἐν Θεσσαλίᾳ. Itaque nostri loci

correctio in Miscellaneis Observationibus proposita, et a Facio indicata, nulla est. In cod. Mosquensi ad v. *Λαμίαν* hoc scholion adscriptum est: *αὕτη νῦν Ζητούνιον λέγεται. Zituny*, quae nuper ob pugnam ibi pugnatam commemorabatur, est forsan eadem urbs. Confirmat opinionem W. Gell in Itin. of Greece p. 247 dicens: *Zeitun, the ancient Lamia,* et addens: *the modern name is in allusion to the oil it furnishes. Salona is* 12 *hours distant, Lebadia* 16, *Vanina, or Johannina* 48, *Athens* 40. Caeterum hic *πόλεμος Λαμιακὸς* dictus est. v. Strabo IX, 433. Diodorus Siculus XVIII, 19. *τοῦτον τὸν Λεωσθένην* Vindob. Mosq. Monac. Facius, Clavier. *τ. τ. Λεωσθένη* Vulgata. Sed in forma Accusativi nominum propriorum in *ης* exeuntium ipse sibi non videtur constitisse Pausanias. VI, 9, 3 est *Κλεομήδη* et *Κλεομήδην*. IV, 5, 2 *Πολυχάρη* et *Πολυχάρην*. *Arcesilai* picturae encausticae vetustioribus accensentur a Plinio XXXV, 39 p. 314 Bip. Hic pictor, ut ex hoc nostro loco intelligitur, paulo post Alexandri M. mortem floruit. In *ἔστι — ἑστᾶσι* est prolepsis. Haec *porticus longa* videtur illa esse, quae Thucydidi VIII, 90 *μεγίστη* dicitur. Pro vulgato *ἐπὶ θαλάσσῃ* hic et paulo post *ἐπὶ θαλάσσης* Mosq. Monac. Vaticanus, Victorius. cf. 31, 1. 34, 1. Similiter Herodotus III, 5. *ἐμπόρια ἐπὶ θαλάσσης*. Pro vulgato *ἀπωτέρω* Victorius *ἀνωτέρω*. *Ζεὺς καὶ Δῆμος simulacra* ob verbum *ἑστᾶσι*, et quia *Leochares* statuarius fuit. vide I, 24, 4. V, 20, 5 extr. adde I, 3, 3. *Δῆμος imago atticae plebis*. Pro *ᾠκοδόμησεν* scribendum quispiam putet *ᾠκοδομήσατο aedificandum curavit* et laudare possit §. 1. V, 6, 4. VI, 19, 9. VIII, 10, 2. Rursus autem I, 5, 5. 19, 7. 40, 1. VI, 19, 6 est Activum, ubi Medium exspectes. Alia exempla Activorum pro Mediis sunt in Bekkeri Anecdotis I, 79. 107. 111. add. Locella ad Xenoph. Ephes. 233. ergo hic quidem non corrigendum. Hoc autem *Veneris templum* videtur ad eum Piraeci portum fuisse, qui vocabatur *Aphrodisium*. sic Dodwell quoque. *καὶ σφίσιν* vulgo. Corayus in Clavierii editionis T. VI legi vult *τὸ μὲν ἀρχαιότερον· sane γὰρ* abesse poterat. *ἀρχαιότερον Δωρίτιδος* vulgo; nos cum Sylburgio distinximus. *μετὰ δὲ τὸ, Ἀκραίας* vulgo. *Κνίδιον Ἀκραιᾶς πρὸς αὐτὸ* Mosq. *Ἀκραιᾶς* etiam Monac. Pro *Ἀκραία* legitur *Ἀκρία* apud Hesychium et Phavorinum hoc epitheton iisdem verbis interpretantes. cf. II, 36, 2. et de hac *Venere Acraea* Strabo XIV, 682. Forma *Δωρῖτις*, mihi quidem non reperta alibi, tuetur se *τῷ ἐθνικῷ Δωρίτης* apud Stephanum Byzantinum s. *Δῶρος*, et eorum similitudine,

quae laudavit Lobeckius ad Phryn. 429. extr. Venus *Dorica* hic dicta, quia Cnidii erant Dorienses. De *Cnidiae* aede et luco Luciani Amor. §. 12. 13. Venus *Εὔπλοια* II, 34, 11 *Ποντία καὶ Λιμενία*.

§. 4. De *Munychia et Phalero, deque iis quae in via Phalerica ad urbem erant.* *Ἔστι — Φαλήρῳ* dictum pro: *Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δύο Ἀθηναίοις λιμένες, ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ, ὅπου καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος, ὁ δὲ ἐπὶ Φαλήρῳ.* Alia hujus prolepseos exempla apud Nostrum sunt: *ἀτραπός ἐστι — μία μὲν — ἑτέρα δέ* X, 22, 5. *θεράπαινα δὲ Ἠλέκτρα καὶ Πανθαλὶς, ἡ μὲν — ἡ δέ* ib. 25, 2. *ποταμὸς Ἠλέκτρα καὶ Κοῖος ῥέουσιν* IV, 33, 6. adde hujus capitis §. 3. *καὶ* post *Ἔστι δὲ* omissum est in Vindob. *ἐπὶ Μουνυχίας* Monac. *Munychia* fuit teste Strabone IX, 395 (358) *λόφος χεῤῥονησίζων* et *τὸ παλαιὸν ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο.* » The port of Munychia is a circular inlet, and almost cuts off the point of land which forms the E. side of the port of Piraeus « Gell's Itin. of Gr. p. 99. *Templum Dianae Munychiae* est etiam apud Stephanum Byz. Eodem referente *Phalerum* fuit *δῆμος καὶ ἐπίνειον*· de priore est Strabonis locus IX, 372, de posteriore Pausaniae §. 2. Munychiae portum distinguit Pausanias a Piraeeo, ut Timaeus in Lexico Platon. Strabo autem IX, 359 illam dicit *προςειληφυῖαν τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ.* *Cereris templum* semiustum ad portum Phalereum iterum memoratur X, 35, 2. *πρὸς αὐτὸ* Monac. *ἐνταῦθα — ἡρῴος.* De *Minerva Sciráde* et hoc ejus templo I, 36, 3. Strabo IX, 347. Philochori Fragmenta p. 31. In cod. Mosquensi adscriptum est scholion, quod congruit cum iis, quae leguntur in Etymologico M. s. v. *Σκιῤῥοφοριών*, ubi perperam scriptum est *ἀπερχόμενος μετὰ Μινωταύρου*· veram lectionem servavit illud scholion: *ἀπερχόμενος κατὰ τοῦ Μινωταύρου.* Quod attinet ad *ignotorum deorum aras*, Heinrichius in Epimenide Cretensi p. 93 probabilem proposuit suspicionem, et hic et V, 14, 6 aras significari, antiquiori tempore certis quibusdam diis aut heroibus sacratas, quae postea, quum eorum nomina, sacris eorum omissis, oblivioni tradita nisi antiquitatis studiosis nemini nota essent, *ignotorum deorum arae* appellatae sint. Forsan etiam hic illi possunt intelligi, qui apud Pollucem VIII, 10 dicuntur *ἀγνῶτες*, quum Argivi sic appellati ad Phalerum appulisse, et ibi interfecti esse tradantur. Post *ἡρώων* virgulam posui. *Φαληροῦ, Φαληρὸν* vulgo. Hunc Argonautarum socium novimus ex Apollonii Rhodii I, 96 et Orphei Argonauticis 145. Pro *καλεῖται δὲ ἡρῷος* haud dubie scri-

bendum est: καλεῖται δὲ ὁ ἥρωος *herois ara.* Ἀπέχει — λελωβημένος. Post Ἀπέχει δὲ videtur καὶ, quod initio hujus §. Vindobonensis perperam omisit, perperam insertum esse. ἄκρα Κωλιὰς et Κωλιὰς Ἀφροδίτη est etiam apud Harpocrationem, Etymologici M. auctorem et Stephanum Byz. qui ad voc. ἄκρα addit ἤτοι Φαληροῖ ἀκτή. Apud Herodotum VIII, 96 dicitur ἠϊών. ἐς ταύτην — ναυάγια. Hoc idem post Herodotum l. l. tradidit Strabo IX, 398 (375). τῶν Μήδων Vindob. Monac. De deabus, quae Γενετυλλίδες vocantur, satis est laudavisse Bentleium ad Horatii carmen saeculare. Φωκεῦσι pro Φωκαεῦσι Mosq. et Monac. τὴν ὁδὸν — Φαλήρου· haec viá dicta est *Phalerica,* vide X, 35, 2. ex quo loco intelligitur, cur Athenienses *hoc Junonis templum* non reparaverint. Γωβρίου vulgo, Γωβρύου Facius, Clavier, ut III, 11, 3. IX, 1, 2. Herodot. III, 70. τὸ δὲ ἄγαλμα — λελωβημένος. Hunc locum non intellectum non mirum est quod non defuerint qui corrigere auderent: sic sumus homines. Camerarii correctionem εἰ, καθὰ λέγουσιν, Ἀλκαμένους ἐστὶν ἔργον Clavier in textum intulit, et in versione ita expressit: *Si la statue qu' on y voit est, comme on le dit, un ouvrage d' Alcamènes, on conçoit pourquoi elle n' a pas eté mutilée par Mardonius.* Et tamen talia inter nos laudantur. Non melius reddidit Nibby: *Il simulacro però, che oggi vi esiste, è, come dicono, opera di Alcamene, e perciò il Medo nol potè guastare.* Hartungus in Oporiano codice correxit: τοῦτό γε ὃ ὁ Μῆδος *illa certe non est, quam Medus violavit,* ut Loescher vertit. Facius cum Kuhnio censet, Pausaniam innuere, *simulacrum a Mardonio ideo violari non potuisse, quod istud Alcamenis opus fuerit, qui longe post Mardonii expeditionem floruerit.* Hoc alienum est a mente scriptoris, qui hoc potius dixit: *simulacrum, quod nunc est in hoc templo, non est, ut ajunt, Alcamenis opus: hoc enim non potuisset Medus violare.* Ergo violatum fuit igni Medorum, et ex eo efficit Pausanias, non fuisse opus Alcamenis, quippe qui multis annis post hanc Mardonii expeditionem floruerit. Vulgatam igitur non movendam ad verbum ita interpretamur: *simulacrum autem, quod nunc ibi est, quemadmodum dicunt, Alcamenis est opus: hoc quidem Medus violare non potuisset.*

---

## CAPUT II.

§. 1. Porro de *iis, quae in hac via erant.* Hinc incipit Meursius in Athenis Atticis suo modo illustrare eam Pausaniae Atticorum partem, quae de hac urbe est. Ἐςελθόντων *ingredientibus* scilicet hac via Phalerica *urbem.* Cf. Excursus. Domitius Calderinus non male: *accedenti apparet.* Non *Antiope* sed *Hippolyte* aliis vocatur. vide Clitodemi et Istri Fragmenta p. 35. 54. Philochori Fragmenta p. 34 et Megarensium narrationem apud Pausaniam I, 41, 7. *Antiopen* Thesei amore captam narraverat etiam Isocrates. v. Meziriac. ad Ovid. T. I. p. 319. Τροιζηνίων Mosq. Monac. Θησέως γὰρ δὲ Monac. στρατεῦσαί τε Vindob. Mosq. Monac. Victorius. στρατεῦσαι γὰρ vulgo. Sed τε interdum simpliciter neque τε, neque καὶ sequentibus positum est a Pausania, veluti I, 25, 4 extr. φρουρά τε ἐςῆλθεν Ἀθηναίοις. II, 21, 7 ἔλεγέ τε ὁ Προκλῆς. IV, 5, 1 Κρυίσῳ τε γενέσθαι φίλους. ibid. 6, 2 Ἄνδρα τε Ἀριστομένην — ἐπειςήγαγε. IX, 14 in. ἔφη τε ἄμεινον ἔσεσθαι. Mox παραδοῦναί τε — τὰ δὲ μὲν ὕγιας Mosq. Monac. *Egias* et *Aegias* Domitius Calderinus. τε post παραδοῦναι etiam Vatic. inserit. Causam, cur *Hegias*, poëta Troezenius, Amazonum res tetigerit, ex II, 32, 8 cognosces.

§. 2. *Aditus ad urbem ex Piraeeo.* cf. Excursus. *Longi muri* hic significati XL fuerunt stadiorum testante Strabone IX, 395. πρὸς Κνίδῳ e Mosquensi recepimus; non differt Aldina πρὸς Κνίδων, nam postrema littera e proxima voce ναυμαχίας accessit. Similiter I, 11, 4 μάχη πρὸς Οἰνιάδαις. πρὸς Κνίδον Vulgata, cujus simile vitium est I, 14, 4 πρὸς Ἀρτεμισίου — ναυμαχήσας. Clavierii illi codices utrobique tacuerunt. ἀναχώρησις, ἡ ἀποφυγὴ ex Demosthene profert Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 29. Similiter ἀναχωρεῖν positum est I, 6, 5. οἰκονομηθέντα — τάφροι — Διοπειθοῦς Monac. *Euripidis cenotaphium* memorat etiam Thomas Magister in vita Euripidis. De formula ἐχέτω, καθὰ λέγουσι cf. ad VIII, 38, 5.

§. 3. καὶ ἐς — ἐστάλησαν *profecti sunt.* Sic quoque I, 17, 6. 34, 3. Herodot. V, 92, 2. adde Schweighaeuserum ad Herod. III, 53. Sed adhibetur fere de *profectione maritima.* vide Schol. ad Sophocl. Ajac. 326. Apud Herodotum III, 124 est στέλλεσθαι, sed 125 πλέειν, et apud Pausaniam III, 2, 1 στέλλεσθαι ναυσίν. *Simonidis* hanc profectionem testatur etiam Xenophon. cf. Schneideri Praefat. ad Xenoph. Hier. ὡς ὕστερον — ὠλιγόρησαν Monac. ὁ μὲν — μακρότατον deest

in Mosq. et Monac. ἀγροικία hic ab ἄγροικος, ὁ ἐν ἀγροῖς διατρίβων, est *rusticandi studium*. Ἀλκίνῳ παρῆναι Monac. Forma ἐπίθεμα recurrit IX, 21, 1. pro ea aliis in locis est ἐπίθημα, de quo cf. IX, 40, 5. Verbis autem Ἔστι δὲ — ἐποίησεν heroum Chalcodontis significari in Plutarchi Theseo 26 memoratum, incerta est Chandleri (Itin. c. 23) suspicio. Dodwellius I, 2, 223 loca confundit. De hac porta cf. Excursus.

§. 4. *Introitus in urbem*. ἐς τὴν πόλιν Monac. εἰς τ. π. vulgo. ἐς ante παρασκευὴν deest in Monac. οἰκοδόμημα ἐς παρασκευὴν τῶν πομπῶν est Πομπεῖον. v. Hesychius et Meursii Ath. Attic. I, 2. πομπὰς πέμπειν etiam II, 35, 4, alias π. στέλλειν, ut X, 18. ἀνὰ ἔτος Vatic. omisso πᾶν. χρόνον διαλείποντες Mosq. Monac. Victorius. Sic VIII, 38, 3 διαλιποῦσα ὀλίγον γίνεται νέφος ἢ ἀχλύς. IV, 16, 5 διαλιπὼν δὲ, ὅσον ἀκεσθῆναι τὸ τραῦμα. Similiter διαλείπειν εἴκοσι ἡμέρας Herod. III, 155. εἶπε μικρὸν διαλιπών Aesch. adv. Tim. p. 42. in Bibl. class. χρόνου διαλείποντος Vulgata. Parisini codd. hic quoque muti fuerunt. De *Iaccho facem gestante* Meursii Eleusinia cap. 27. γράμμασιν Ἀττικοῖς i. e. ἀρχαίοις. v. Harpocrat. Hesych. Phavor. v. Ἀττικ. γράμ. Bekk. An. p. 461. hinc VI, 19, 3 conjunctim ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασι· simpliciter autem ἀρχαῖα γράμματα ponuntur VIII, 25, 1. V, 17, 3. 22, 2. cf. Valcken. ad Herodot. V, 59. Lennepius de Analogia ling. graecae p. 32. Fischer ad Wellerum I. p. 7 sq. et Wolfii Prolegomena ad Homerum p. LXIII sq. ἀφεὶς Vindob. Sed praestat hic Vulgata ἀφιείς. cf. cap. 3, 1. De *Polybote* Apollodorus I, 6, 2: Πολυβώτης διὰ τῆς θαλάσσης διωχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἧκεν εἰς Κῶ. Ποσειδῶν δὲ τῆς νήσου μέρος ἀποῤῥήξας ἐπέῤῥιψεν αὐτῷ, τὸ λεγόμενον Νίσυρον. cf. Suidas s. v. Νίσυρος et Phavorinus v. Πολυβώτης. Hi duo tradunt, Neptunum *tridente* usum esse in hunc Gigantem: nec aliter hic interpretandum δόρυ. In Anthologia Palatina T. I. p. 186 legimus τριόδοντα, Ποσειδαώνιον ἔγχος, et T. II. p. 690 sq. nunc τρίαιναν, nunc τριβελὲς δόρυ. In Euripide Beckiano T. III. p. 80 est: τρίαινά ἐστι τὸ δόρυ. Genus loquendi ταῦτα ἔχει αὐτῷ εἰς ἐκεῖνον pro ταῦτα αὐτῷ λεγόμενα seu λεχθέντα ἔχει εἰς ἐκεῖνον est antiquum. Sic Herodotus IX, 43: ταῦτα καὶ ἄλλα Μουσαίῳ ἔχοντα οἶδα ἐς Πέρσας. Itaque ἐς ὃν Κῴοις ὁ μῦθος περὶ τῆς ἄκρας ἔχει τῆς Χελώνης est i. q. ἐς ὃν ἔχει ὁ Κῴοις λεγόμενος μῦθος περὶ τ. ἄ. τ. Χελ. Simile est VIII, 20, 2 Τοῦ λόγου τοῦ ἐς Δάφνην τὰ μὲν Συρίας τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ Ὀρόντῃ τῷ ποταμῷ παρίημι. Herodo-

tum saepe verbis ἔχειν et φέρειν adjecisse ἐς, sed in formulis, ubi illa significant *spectare, pertinere,* monuit jam Valckenarius ad Herod. III, 133 idque imitatum esse Pausaniam, veluti I, 8 init. τὰ ἐς Ἄτταλον ἔχοντα (eodem modo cap. 11, 7). 18, 1. ἔχοντα ἐς αὐτοὺς γάμον et οἱ τῆς γραφῆς ἡ σπουδὴ μάλιστα ἐς Ἄκαστον ἔχει. 19, 5 ἐς τοῦτον ἔχει λόγος. adde I, 26, 7. V, 3, 5. Interdum omittitur verbum ἔχειν, ut I, 6, 1 τὰ ἐς Ἄτταλον. VII, 3, 1 τὰ ἐς Λυσίμαχον. adde II, 21, 2. IV, 2, 3. Ex eodem genere est τὰ ἐς δόξαν I, 28, 1. τὰ ἐς πόλεμον 6, 3. et hoc loco paucis versibus post λόγος ἐς δόξαν. De verbo φέρειν ita constructo v. Facius ad IX, 40, 5. adde X, 19, 2 et Bastii Epistola Critica p. 208. Verbis τὸ δὲ — Ποσειδῶνι, ubi τὸ ante ἐφ' ἡμῶν Monacensis omisit, hoc vult Pausanias: *Neptuni equo insidentis, et tridentem in Gigantem jaculantis simulacrum seriori tempore, antiqua inscriptione deleta, alii inscriptum esse.* Quod in deorum signis et hominum antiquioris temporis excellentium statuis saepe a Graecis inferioris aevi factum esse, satis constat. Cf. Chandleri Itiner. c. 21. Winckelmanni Opp. T. VIII. s. v. μεταγράφειν. Hoc dicitur Pausaniae I, 18, 3 ἀνδριάντα seu εἰκόνα τινὸς ἔς τινα μεταγράφειν *statuam alicujus mutata inscriptione alii tribuere* et talis εἰκὼν in Plutarchi vita Isocratis μετεπιγεγραμμένη. In Mosquensi hoc scholion legitur: Κεραμεικὸς τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα πόρναι προεστήκεσαν· λέγουσι δὲ καὶ Κεραμικαὶ πλατεῖαι πληγαί· ἀγὼν γὰρ Ἀθήνησιν ἐν τῷ Κεραμεικῷ, ἐν ᾧ τύπτουσι χερσὶ τοὺς μὴ τρέχοντας καὶ τοὺς ἄλλως ἀγωνιστὰς γέλωτος χάριν. Λέγεται δὲ καὶ κεραμεὺς ὁ τῶν Ἀθηναίων νομοθέτης Λύκουργος, καὶ κεραμικὴ μάστιξ, ἡ δι' ὀστράκου· μάστιξ μὲν γὰρ διὰ τὸ βασανίζειν ὀστρακιζομένους καὶ κολάζειν, κεραμικὴ δὲ διὰ τὸ ἐκ κεράμου τὰ ὄστρακα εἶναι. De v. εἰκόνες ad cap. 8, 5. E Mosquensi ac Monacensi dedi: ὅσοις τε ὑπῆρχεν ὧν τις λόγος ἐς δόξαν pro vulgato: ὅσοις τι ὑπῆρχε, καὶ ὧν τις λόγος ἐς δόξαν. Etiam Vatic. καὶ post ὑπῆρχε omisit. ὑπάρχει cum Participio alius verbi conjungi, adnotavit etiam Phavorinus. E verbis ἡ δὲ ἑτέρα τῶν στοῶν efficias, praecedentibus στοαὶ δέ εἰσιν duas significari porticus. Similiter c. 35, 5 ἀπερρώγασιν ἀπὸ τῆς Λάδης νήσου νησῖδες· Ἀστερίου τὴν ἑτέραν ὀνομάζουσι, ubi etiam alterius omissa mentio est. ἱερὰ θεῶν Goldhagenus negavit Pausaniam dicere consuevisse; sed vide I, 5, 5. VI, 26, 3. Sunt autem hic: *sacella deorum, aediculae*: quae quum nihil memorabile offerrent, eam ob causam levissime tanguntur. ἐν αὐτῇ interpretantur *in ea*; equidem

malim *ad*, *juxta eam*, ut III, 24, 4. V, 22, 2. de qua hujus praepositionis significatione notae sunt Wesselingii ad Diod. Sic. IV, 78 et Perizonii ad Aelian. V. H. II, 25 adnotationes. Corayi emendatio καθ' ἥνπερ τὴν vera non esse nobis videtur. Construendum esse δρᾶσαι τελετὴν παρὰ τὴν ἐν Ἐλευσῖνι, et παρὰ Accusativo junctum saepe significare *imitationem*, Schaeferi observatio est ad Apollon. Rhod. p. 228. Fuit autem haec imitatio non seria sed jocosa, dicitur enim μυστηρίων παρ' οἶνον ἀπομίμησις Plutarcho in Alcibiade c. 19. ubi etiam quidam horum οὐκ ἀφανεστάτων nominantur. Inprimis huc pertinet Suidae locus v. ἐξωρχησάμην· Ὁ δὲ (Ἀλκιβιάδης) μεθυσθεὶς ἐν τῇ οἰκίᾳ Πολυτίωνος τοῦ παρασίτου τὰ μυστήρια ἐξωρχήσατο, ἀντὶ τοῦ ἐξεμυκτήρισεν, ἔκπυστα ἐποίησεν. cf. Phavorinus h. v. Licet ergo comparare verbum παραποιεῖν de istiusmodi imitatione positum apud Athenaeum XII, 513. a. Amplam magnificamque fuisse hanc Polytionis domum, apparet ex iis, quae congessit Meursius in Ath. Attic. I, 3. Scholion in Mosquensi habet quaedam de Eleusiniis et hoc adjunctum: ἐτελεῖτο δὲ καὶ ἀγὼν θυμιτικὸς παρὰ Λάκωσιν. ubi haud dubie corrigendum θυμελικός. v. Meursii Misc. Lacon. II, 13. in Hesychio tamen, quem laudat, reperire non potui locum. δὲ ante ἀνεῖτο deest in Vindob. Bacchus Μελπόμενος iterum 31 extr. ubi v. adn. ἐνταῦθα κ. λ. *in hac domo, nunc Baccho consecrata.* Ἀθηνᾶ Παιωνία est *Minerva medica.* Eadem cap. 34, 2 cum Ὑγιείᾳ juncta memoratur, et Ὑγιείας cognomen habuit in Attica. vide 31, 3. 22, 5. Ἄπολλων τε — Εὐβουλίδου Monac. *Eubulidae* filius Euchir, statuarius Atheniensis laudatur VIII, 14, 7. καὶ δαίμων — τοίχῳ. Ergo facies tantum hujus Acrati (Maschera) *exstabat e pariete, illi inserta.* Nibby: *il volto incassato nel muro.* Teste Polemone apud Athenaeum II, 3, 39 c. d. in Munychia similis heros, *Acratopotes*, colebatur. Ejusdem Athenaei locus XII, 533 c. obscurior est, quam quem huc pertinere cum Casaubono dicamus. τὸ τοῦ Διονύσου τέμενος est illa ipsa Polytionis domus. οἴκημα — ἔχων Monac. ἀγάλματα ἐκ πηλοῦ *ex argilla* sed *non cocta*; ex hac enim quae erant, dicebantur ἀγάλματα ὀπτῆς γῆς, ut cap. 3, 1, seu ὀστράκινα. Notabilis est locus Artemidori II, 39 p. 224 Reif. τὰ γήϊνα, ὀστράκινα καὶ πήλινα ἀγάλματα distinguens *e terra, ex argilla tosta et argilla non tosta.* Verba Ἀμφικτύων — Διόνυσον interpretatur C. O. Mueller de Minerva Poliade p. 1 *Amphictyonem, cum populos circumquaque habitantes in urbem cogeret, dici deos plerosque hospitio excepisse.* Articulum ante θεὸν in

Vulgata omissum restitui e Loescheri emendatione; eandem sequutus Clavier scripsit [τὸν] θεόν. εἰςάγειν, in Xenophontis Memorab. I, 1 in. εἰςφέρειν de *cultu peregrini numinis introducto* est etiam I, 18, 4. Agitur ergo hic de *cultu Bacchi Thebani ex Boeotia in Atticam illato*, qui diversus fuit a *cultu Iacchi* ibidem recepto. v. omnino Arriani Exped. Al. II, 16, 4. adde Cicer. N. D. III, 23. Diodor. S. IV, 4. De Bacchi autem in Atticam adventu cf. Philochori Fragm. p. 20—23. et Abbild. zu Creuzers Symbol. p. 34. N. 71. et Tab. 53. N. 1. ἀναμνήσας Monac.

§. 5. Qui a Pausania, ab Apollodoro III, 14, 2, in marmore Arundeliano et a Clemente Alexandrino I. p. 321 Sylb. vocatur Ἀκταῖος, a Strabone IX, 397 (365), ab Harpocratione v. Ἀκτὴ Gron. et in Etymologico Magno appellatur Ἀκταίων· in quibus qui pariter scribi voluerunt Ἀκταῖος, Vindingius (Gronov. Thes. XI, 181) et Blancardus, in errore fuerunt, ὁ αὐτὸς γὰρ λέγεται καὶ Ἀκταίων καὶ Ἀκταῖος, ut est in Etymologico M. p. 84, 50 Lips. cf. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 206 sq. *Actaeus* aequalis fuit Phorbantis ex opinione Clementis Alexandrini Strom. I. p. 321, qui etiam *Cecropem* I. Triopae Phorbantis filii, atque *Amphictyonem* Sthenelae aetate fuisse scribit; de quibus Argivis vide II, 16, 1. Ἔρση etiam Clavier. cf. ad 18, 2. Ἕρση vulgo. Ἄγλαυρος etiam cap. 18, 2. 38, 3. atque in Herod. VIII, 53. Harpocrat. Hesychio, Suida, Phavorino, Ovidio et Hygino. Quae scriptura etsi movenda non est, tamen ea veriorem esse credo alteram Ἄγραυλος· nam populi attici nomen Ἀγραυλὴ inde fluxit judice Stephano Byzantino, quod a nonnullis Ἀγρυλὴ, sed perperam, scriptum esse idem monet, quum ἀπὸ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατρὸς derivatum sit. Idem v. Παμφυλία profert vocabulum Ἄγρυλις, mediam productam habens, ut foemininum deductum a corrupto populi nomine Ἀγρυλή. Ab hoc differt nomen Ἀχρυλὶς in Anthol. Pal. I. p. 240 mediam corripiens. Adde quod *Agraulum* et duas reliquas Cecropis filias idem dictas vult ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρπούς. Quod si verum est, nominis Ἄγραυλος interpretatio repetenda erit a vocabulo ἄγραυλον, quod Hesychius ac Phavorinus interpretantur καπυρόν, *calidum*. aliter O. Mueller de Minerva Poliade p. 3 et rursus Creuzer in Symb. II, 729. Quam scripturam ab Apollodoro III, 14, 2, Hellanico apud Suidam et in Etymol. M. p. 139 (126), Plutarcho Alc. 15, Stephano Byz. et Ulpiano in Wolfii ed. Demosth. p. 134 servatam Berkelius ad Steph. Byz. reponi etiam apud

Pausaniam atque Suidam voluit. Quod ad Suidam attinet, idem sensit Th. Reinesius. v. ejus Observat. in Suidam a Muellero meo ed. p. 5. *τὴν ἀρχὴν τὴν Κέκροπος* Mosq. Monac. Vatic. Victorius. cf. ad I, 3, 5. *τὴν ἀρχὴν τοῦ Κέκροπος* Vulgata. *ἐξεδέξατο* Vindob. Vatican. Clavier. *ἐδέξατο* vulgo. Sed similiter *Ἀρκὰς ἐξεδέξατο τὴν ἀρχὴν* VIII, 4, 1. Etiam simpliciter notione *succedendi* est *ἐξεδέξατο* apud Herodotum I, 16. *Ἀθηναίων δυνάμει προὔχων* ut Herodotus init. *τὸ Ἄργος προεῖχε ἅπασι τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι.* In Mosq. et Monac. hoc ordine: *καὶ ἄλλας γενέσθαι καὶ Ἀτθίδα λέγουσιν.* Vulgata *γενέσθαι* post *Ἀτθίδα* ponit. Mox scribendum quis putet: *ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Ἀτθίδα τε καὶ Ἀττικὴν τὴν χώραν*, ut est apud Strabonem IX, 397 (365) *Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ φασιν.* Apud Apollodorum III, 14, 5 Cranaus dicitur de filia *τὴν χώραν Ἀτθίδα προσαγορεῦσαι.* De *Actaeo* autem Atticam dictam esse *Ἀκταίαν*, Clemens Alex. perhibet Strom. I, 321. *Κραναῷ — ἀρχῆς.* cf. cap. 31, 2. *δὲ ὅμως* Mosq. Monac. *πατέρα — Γῆν.* »In Attica fertur regione Erichthonius ex Vulcani semine homo exortus« Censorinus de D. N. cap. 4. adde Pausan. I, 24, 7. et ibi adnotata. *Vulcanus* et *Tellus ejus parentes* perhibentur i. e. e terra solis aestu calefacta prognatus, ideoque anguis fuisse seu in serpentem desiisse creditus est.

---

## CAPUT III.

Ab hoc loco usque ad caput 14, 4 extr. *de Ceramico intra urbem*, cf. Excursus; quem locum, digressionibus omissis, Meursius in Ceramico gemino (Gronovii Thes. IV.) illustrandum sibi sumsit.

§. 1. *Κεραμικὸς* Vindob. ut Xylander voluerat; idem tamen addidit, apud alios *ει* diphthongum constanter servari: quam scripturam tuetur Etymologicum M. p. 29 sq. (27). adde Bekkeri Anecd. 577. *Διονύσου — λεγομένου.* Aliorum, quos Bacchus ex Ariadna sustulisse dicebatur, filiorum mentio fit in Scholiis Apoll. Rhod. III, 996. *Porticus regiae* iterum fit mentio cap. 14, 5. De v. *καθίζειν* ad III, 5, 3. *ἐνιαυσιαίαν* Mosq. Monac. *Spohnio*, Lipsiensi Philologo, assentiente. *ἐνιαυσίαν* Vulgata. Hoc quanquam *δόκιμον*, illud autem *κίβδηλον* judice Phrynicho p. 362, posterius tamen subinde frequentari coeptum, docente Lobeckio. adde Diod. S. XII, 32. *τῷ κεράμῳ* Amasaeus, Facius, Clavier. *τῷ Κεράμῳ* prio-

res, sed improbante Kuhnio, qui *tegulas porticus* significari putavit: est potius: *in fastigii area e terra figlina facta. sur le faîte de ce portique* Clavier. ἀφωὶς — Σκίρωνα. Hoc Thesei factum iterum tangit cap. 44, 12. καὶ φέρουσα — γυναῖκας. Hanc rem ex atticis fabulis repetitam, quum hic Cephalus Herses et Mercurii filius fuerit teste Apollodoro III, 14, 3, Hesiodus forsan in Καταλόγῳ γυναικῶν pluribus tractaverat, sed in Theogonia quoque attigit 984 sqq. itaque non continuo cum Meziriaco ad Ovid. T. I. p. 353 et Goldhageno dicemus, Pausaniae non illud sed hoc Hesiodi carmen laudandum fuisse. Aliud exemplum ejusdem rei in Hesiodi carminibus bis dictae offeretur ad 24, 7. quid? quod in eodem carmine Hesiodeo fabula de Parcis repetitur. v. Wolfius ad Theogon. 217. 904. Quae Hesiodo et Apollodoro III, 14, 3 Ἠώς, Pausaniae et hic et III, 18, 7 (adde V, 22, 2) Ἡμέρα vocatur, ut ἀὼς pro ἡμέρα ponitur in Theocr. XVII, 59. VII, 35. Bion. VI, 18. Verba καὶ φύλακα ἐποίησε τοῦ ναοῦ Heynius in Antiq. Aufs. I. p. 34 eliminanda censuit, ut a viro docto, qui Hesiodi locum indicatum contulerit, in margine adscripta: sed Fr. A. Wolfius ad eundem Hesiodi locum adnotavit, forte sic corrigenda esse: ὃν καὶ ἡ Ἀφροδίτη φύλακα ἐποίησε τοῦ ναοῦ. Clavier edidit [ὃν] καὶ φύλακα ἐποίησε τοῦ ναοῦ, ut Hartungius in cod. Oporiano voluerat. Kuhnio in mentem venit: ὃν καὶ φύλακα ἐποίησεν οὐρανοῦ, quod expressit Nibby: che ella fece custode del cielo. Equidem ita emendandum puto: καὶ Ἀφροδίτη φύλακα ἐποιήσατο τοῦ ναοῦ scilicet αὐτόν, quod pronomen saepe omittitur, veluti 22, 3. 39, 2. VIII, 5, 5. X, 23, 7. Vocabulum Ἀφροδίτη excidisse *van Staveren* in Obs. Misc. vol. X. T. I. p. 303 adnotavit, *Wolfius* credidit, et ex Hesiodi loco citato patet. Ex eodem hujus poetae loco reponendum videtur ἐποιήσατο, syllaba enim το facile absorberi potuit sequente τοῦ. cf. ad X, 37, 4. quanquam in Scholiis Apoll. Rh. II, 513 est: τῶν ἰδίων ποιμνίων προστάτην ἐποίησαν αὐτὸν αἱ Μοῦσαι. Scholiasta Hesiodi addit, in Cypro Phaethontem hunc templi custodem factum esse. τοῖς ἐς γυναῖκας Mosq. Monac. Facius, Clavier. τοῖς εἰς γυν. reliqui. *Cononis* et *Timothei* statuae in foro sunt apud Cornelium Nepotem Timoth. 2; recte, forum enim antiquum pars fuit Ceramici. De aliis eorundem statuis 24, 3. ὃς — Κόνωνι. cf. Xenoph. Hellen. III, 4, 1. Jupiter Ἐλευθέριος hic non modo simulacrum verum etiam templum habuisse, atque idem Σωτὴρ videtur appellatus esse. cf. Hemsterh. ad Ari-

stoph. Plut. cum Scholiis p. 459. Pro *τὴν Ἀθηναίων* est *τῶν Ἀθηναίων* in Mosq.

§. 2. *Στοὰ δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται.* Hoc illustratur Hyperidis loco apud Harpocrationem s. v. *Ἐλευθ. Ζεύς,* ubi cognominis *Ἐλευθέριος* Jovi tributi haec probabilis ratio redditur: *τῷ Διῒ ἡ ἐπωνυμία γέγονε τοῦ Ἐλευθέριον προςαγορεύεσθαι, διὰ τὸ τοὺς ἐξελευθέρους τὴν στοὰν οἰκοδομῆσαι τὴν πλησίον αὐτοῦ·* quae partim Phavorinus repetivit. Ergo *ὄπισθεν* refertur ad simulacrum *Διὸς Ἐλευθερίου*, neque audiendus est Goldhagenus corrigens: *Στοᾶς δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται ἱερὸν ἔχον γραφάς. Hi duodecim dii* num Euphranoris fuerunt opus? vide Valerii Max. VIII, 12. Plinii XXXV, 25 p. 309 Bip. *δὲ* inter *ἐπὶ* et *τῷ* deest in Mosq. *ὁ τοῖχος ὁ πέραν* est intrantibus oppositus et medius. cf. ad 15, 2. *Theseus* et *Demos* Atheniensium a *Parrhasio* pictus laudatur in Plinii XXXV, 36, 5 p. 298 Bip. sed ibidem p. 309 *Theseus Euphranoris. δηλοῖ — πολιτεύεσθαι.* De fama, quam hujus operis auctor sequutus est, diximus ad Hellenica nostra p. 188. *ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι* est etiam II, 8, 3. *χωρεῖν* de *fama* et *rumore* frequenter. cf. 4, 6 et Hermannus ad Viger. p. 768 extr. *ἀνήκοος ἱστορίας.* Suidas et Phavorinus e Procopio: *λόγων ἐλευθερίων καὶ παιδείας ἀνήκοος.* Phavorinus interpretatur *ἀνήκουστος.* cf. etiam Lexic. Xenophonteum. In Pausaniae X, 17 extr. est: *ἐς ταύτην τὴν νῆσον ἀνηκόως εἶχον.* Hinc explicanda structura in Platonis Alcib. 2 p. 161 sq. Biest. *ἀνήκοον εἶναι ἔνια γεγενημένα,* quem Accusativum non erat cur index positum diceret pro Genitivo. *καὶ ὁπόσα — ἡγουμένοις·* ergo *pueris* certe aditus ad theatra patuit. *λέγεται δὲ καὶ κ. λ.* Perizonius ad Aelian. V. H. IV, 5 recte monuit, hunc esse eum errorem, *Theseum etiam post Menesthei mortem vel adhuc, vel denuo regnasse Athenis.* Bene Domitius Calderinus: *illud quoque de Theseo referunt, quod post etiam Menesthei obitum regnum tenuerit. ἐς Ἠλείδικον τὸν Αἰσιλίδου* Mosq. Vatic. *ad helidicum usque hesicli filium* Domitius Calderinus. Sed *Αἰσιμίδης* est etiam IV, 5, 4. ubi v. adnot. *ἂν ἐπηριθμησάμην* Mosq. *ἂν πηριθμησάμην* Aldina.

§. 3. *Εὐφράνωρ ἔγραψεν Ἀθηναῖος* Porsonus in Adnotatis ad Pausaniam scribi voluit; at Plinio dicitur *Isthmius* XXXV, 40, 25 p. 309 Bip. ubi etiam ejus *equestre proelium* laudatur. adde de hoc picto proelio Facii Exc. e Plut. p. 178. Iterum ejus mentionem fecit Pausanias VIII, 9, 4. 11, 4. *ἔργον* saepissime apud Pausaniam de *pugna,* non tantum *Ma-*

*rathonia* X, 10, 1 (quae an *κατ' ἐξοχὴν ἔργον* dicta sit, ut in Vigero legimus p. 90, equidem dubito) sed etiam de *singulari*, ut V, 4, 1. Hinc formula *τὸ ἔργον κρατεῖν* I, 29, 14. Quod hic *τὸ πταῖσμα Λακεδαιμονίων ἐν Λεύκτροις*, id *τὸ ἔργον τὸ ἐν Λεύκτροις* dicitur IX, 6, 2. cf. ad I, 21, 3. *ἔργον* de *pugna* Homero dici, jam Etymol. M. auctor adnotavit 319, 63. Hunc *Apollinem Patroum* Clavier et Nibby *pictum* intellexerunt; sed Euphranor Plinio non tantum inter pictores sed etiam inter fictores dictus est, XXXV, 40, 25. XXXIV, XIX et ibid. 16. De hoc Apollinis cognomine satis est laudasse Spanhemium ad Callim. h. in Ap. 57. Berglerum ad Alciphr. 2, 4 p. 357 Wagn. et imprimis Lobeckium, qui de Tritopatribus I. p. 3 sqq. de notione *θεῶν πατρῴων* et de cultu classibusque eorum diligentissime exposuit. De *Leochare* Winckelmanni Opp. T. VIII. p. 315. *Calamidis Apollinem* Plinius reperit in hortis Servilianis XXXVI, 4, 10 p. 348 Bip. *ὅτι τὴν κ. λ.* cf. ad II, 32, 5, ubi et VI, 24, 5. VIII, 41, 5 atque apud Hesychium est de *Alexicaco*. *λιμώδη* Ald. *τῶν Πελοποννησίων* Victorius. sed cf. IV, 6, 1. *κατὰ μάντευμα ἔπαυσεν ἐκ Δελφῶν* pro vulgato *κατὰ μάντευμα ἔπαυσε Δελφῶν* dedimus ex VIII, 28, 1 *κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν*. X, 10, 1 *κατὰ μάντευμα — τὸ ἐκ Δελφῶν*. III, 8, 5 *τὸ μάντευμα — τὸ ἐκ Δελφῶν*. ib. 3, 6 *τὸ ἐκ Δελφῶν μάντευμα*. Bene autem Diodorus Sic. XII, 58: *οἱ δ' Ἀθηναῖοι, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς νόσου, τὰς αἰτίας τῆς συμφορᾶς ἐπὶ τὸ θεῖον ἀνέπεμπον.*

§. 4. Haec usque ad caput 4 extr. Pausaniae ipsi *ἡ ἐς τὸ βουλευτήριον τὸ Ἀττικὸν συγγραφὴ* dicuntur X, 19, 4. Hic *Πεισίας* soli Pausaniae dictus. *Lysonem* Plinius XXXIV, 19, 34 p. 246 Bip. iis accenset, qui athletas, armatos, venatores sacrificantesque fecerunt. *Ὀλβιάδης δὲ Κάλλιππον*, ὃς ita nunc legitur in editione Clavierii, ut idem antea in *Lettre à D. Coray* correxerat, se codices suos, in quibus sit *Καλιππονος*, sequutum dicens. *Ὀλβιάδου δὲ Κάλικος ἦν* Vind. *Κάλλικος* Mosq. *Καλλίππου ἦν* Vulgata. *Olbiades Callipinus atheniensium apparatum in thermopylas* Dom. Calderinus.. Clavierii scripturam Nibby reddidit. *Olbiades* pictor nobis non innotuit, sed *Callippus* Moerocleі filius, Atheniensium adversus Gallos est I, 4, 2. X, 20, 3. *Γαλατῶν* abest a Mosq.

§. 5. Partem hujus loci ad Gallos spectantem scriptor accuratius exposuit X, 19, 4 sqq. De sedibus Celtarum seu Galatarum in Europa similia habet Herodotus II, 33. IV, 49.

adde Pausan. I, 35, 3. In scriptoribus graecis, qui exstent, Callimachum primum Celtos nominavisse *Galatas*, adnotavit Spanhemius ad h. in Del. 184. Ejusdem fere aetatis epigrammata sunt, Galatas memorantia apud Pausan. I, 13, 2. X, 21, 3. *ἄμπωτιν παρέχεσθαι* est VI, 19, 3 de *aestus accessu et recessu.* cf. Phavorinus. Hunc *Eridanum* Pausaniae fluvium fuisse oceani cauro subjecti Vossius adnotavit in der alten Weltkunde p. XXXI. *τὰς Ἡλίου* Vindob. Mosq. *τοῦ Ἡλίου* vulgo. Sed Genitivo, qui nomini regenti postpositus est, praefigit fere Pausanias articulum nominis regentis, sive carentis sive instructi articulo. *τὸ ἔργον τὸ Ἀθηναίων* VIII, 9, 4. *οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους* I, 1, 2. *οἱ παῖδες οἱ Πραξιτέλους* 8, 5. *τὴν ἀναχώρησιν τὴν Μήδων* 2, 2. *τὴν ἀρχὴν τὴν Κέκροπος* 2, 5. *τῆς εἰκόνος — τῆς Ὀλυμπιοδώρου* 26, 4. adde 22, 6. 12, 4. *τὴν θάλασσαν — τὴν Ἰώνων* VII, 5, 3. Ex altero genere est: *δῆμον τὸν Μαραθωνίων* I, 27, 9. *λόγῳ τῷ Μεσσηνίων* IV, 31, 9. *νῆσον τὴν Βρεττανῶν* I, 33, 4. *νόμους τοὺς Ἀργείων* IX, 40, 4. adde ibid. 32, 6 extr. Similiter Herodotus V, 50 *ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἰώνων.* VI, 86 *νόμοισι τοῖσι Ἑλλήνων.* Alia ratio est, quum Genitivus nominis jam memorati praecedit nomen illum Genitivum regens; ut *ἐν τοῦ Πολυγνώτου τῇ γραφῇ* et *ὑπὸ τοῦ Ἀμφιάλου τοῖς ποσὶ* X, 25, 2. Medius etiam Genitivus positus inter Adjectivum praecedens et suum Substantivum sequens assumit hujus articulum, ut *ἐπὶ τῷ Κανωβικῷ τῷ Νείλου στόματι* V, 21, 5. ubi tamen Sylburgius *τοῦ Νείλου* rectius legi existimat, assentiente Coraïo. Caeterum adde quae dicentur ad cap. 5, 4. et hanc loquendi formam hic illic a librariis oblitteratam esse. cf. I, 27, 9. 29, 2.

## CAPUT IV.

§. 1. *τρέπεται τὴν·* similiter II, 5, 3. IX, 26, 4. *τὴν ἄνω ὁδὸν τράπονται* est apud Herodotum V, 15. v. infra ad 44, 2. *ἐπὶ Ἰωνίου* Mosq. perperam; hoc enim mare constanter *Ἰόνιον* dicitur. v. Steph. B. et Aeschyli Prom. 846. Etymol. M. Phavor. Etiam Latini corripiunt secundam. v. Horat. Epodon X, 19 et ibi Bentl. Ab eo plane differt *ἡ θάλασσα ἡ Ἰώνων* apud Pausaniam VII, 5, 3, quod est mare Ioniae in Asia minore littora alluens. *ἐγένοντο* Clavier, *ἐγίνοντο* Vulgata. *ἡσυχαζόντων* Mosq. *κακοῦσθαι in servitutem redigi* Herod. I, 170. III, 114. *ut servum tractari* ib. III, 14. sed hic *graviter affligi, mulcari,* ut 9, 2. 20, 4. 25, 3. 27, 6. 9.

29, 8. 40, 8. II, 6, 2. 7, 1. VIII, 52, 2. καθεῖλε τὸ Ἑλληνικόν· sic etiam VII, 17, 1. 8, 4. 5. VIII, 8, 6. Sed quemadmodum in illis locis de *gente*, ita etiam de *rege* I, 6, 7 τῶν καθελόντων Ἀντίγονον· pro quo est τὸν Ἀντιγόνου καθελὼν στρατόν, 13, 2. Utrumque junxit 12, 4 Πῶρον καὶ τὴν δύναμιν καθελὼν τὴν Ἰνδῶν. De *urbe* est II, 16, 4. Similiter scripsit Herodotus I, 4 τὴν Πριάμου δύναμιν κατελέειν. Estne legendum: οὐδὲ αἰσχρὸν ἐνόμιζον? sin vulgata οὐδὲν αἰσχρὸν ἐνόμιζον servanda, erit sensus: *plane non turpe habebant*. In Lysiae Epitaph. 7 Reiske et Jacobs scripserunt οὐδὲν ταῖς ψυχαῖς ἐνδεεῖς γενόμενοι.

§. 2. πταίσαντες Vaticanus. Hinc Aoristum recepimus. ὥρμοντο Mosq. ἐς τὰς idem. εἰς τὰς Vulgata. ἐθέλουσι pro ἐλθοῦσι Clavier et Lobeckius ad Phryn. p. 7 legi voluerunt: quod expressit Nibby: *con quei Greci, che vi vollero andare*. cf. ad II, 10, 4. Letronne, quo magis hanc emendationem confirmaret, laudavit 11, 2. 39, 4. II, 18, 1. Thucyd. IV, 102. Sed Spohnium quoque assensum sustinere, ex ejus cognovi litteris. τούτων ἡγεῖσθαι Vind. Mosq. Sylburgius καταλαβόντες δὲ ὃ στενώτατον ἦν pro vulgato ᾗ στενώτ. legendum censuit. Sed vide 18, 2: κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν (non ἔνθ' ἦν) μάλιστα ἀπότομον, αὐτὰς ῥίψαι. ἐσόδου Vindob. Victorius, Clavier, Porsonus. ἐφόδου Vulgata. Eadem confusio est 8, 6. ἢ καὶ Μήδοις vitium est Facianae editionis. ὑπερβάλλοντες Mosq. ὑπερβαλόντες Vulgata.

§. 3. παρέσχοντο αὐτοὺς Clavier, ut Facius conjecerat, pro vulgato αὐτούς. Post ἐπὶ τῶν νεῶν in Aldina, Francofurtana et Kuhniana virgula est, haec autem requireret pronomen οἵ. De *sinu Lamiaco* Strabo IX, 433. X, 446 ibique Tzschuck. Berkelius ad Steph. Byz. v. Μαλιεύς. Palmerii Exerc. p. 275. 769. Hoc nomen Pausanias iterum adhibet X, 1, 1. »On the coast of the Maliac gulph was the port of Lamia.« Gell. Itin. p. 246. τελματῶδεος Clavier, Lobeckius ad Phrynich. p. 7. τέλματος vulgo. Etiam II, 30, 7 θαλάσσῃ τελματώδει. ἐμοὶ δοκεῖν Vind. Mosq. Clavier. cf. ad II, 14, 2. ἐμοὶ δοκεῖ vulgo. εἶχον οὗτοι Mosq. ἀναλαβόντες Vind. Mosq. Vatic. Facius, Clavier, Valckenarius, ut Kuhnius conjecerat; ἀλλὰ λαβόντες Vulgata. ἀναλαμβάνειν hac in re proprium. v. Schol. ad Thucyd. VII, 26. Sic Herodotus I, 166: καταπλώσαντες — ἀνέλαβον τὰ τέκνα. Thucydides VIII, 28: ἀπέπλευσε τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν ἀναλαβών. Post ἀναλαβόντες Mosq. γὰρ omisit.

§. 4. Παρνασσὸν Clavier, et sic postea Mosquensis. Παρ-

ναόν vulgo. Pro vulgato ἀκμῇ est in Mosquensi ἀλκῇ, quam lectionem etiam Dom. Calderini et Amasaei interpretatio *robore* commendat. ἀκμὴ enim est τέλος τῆς αὐξήσεως· sic in Anecd. Zonarae praemissis p. LXXXVI. Pro ἐφίσταντο X, 23, 3, ubi eadem haec res narratur, est ἐφάνησαν. De *apparitione daemonis* ἐφίστασθαι etiam VII, 17, 5 adhibetur. Cum Domit. Calderino et Goldhageno scripsi Ἀμάδοκον Harpocrationem, Suidam, Phavorinum et Wesselingii adnotationem ad Diod. S. XIII, 105 sequutus. Ἁμάδοκον vulgo. Valckenarius ad Herod. VIII, 39 maluit ex Pausaniae X, 23, 3 Λαοδόκου nomen hic poni. ἐναγίζουσι — ἀτιμίᾳ. Hoc illustrant Pausanias X, 7, 1. 24, 5. Strabo IX, 421 (513). Temporum rationis hic neglectae reum agere Pausaniam propter Pindari Nem. VII, 63 sqq. levitatis foret, non cogitantis, alios Pausaniam sequutum esse auctores. De v. ἐναγίζειν ad II, 10, 1.

§. 5. Γαλατῶν — διαβάντες. cf. ad X, 23, 8. χρόνῳ — θαλάσσης. Verba ἐς ταύτην, quae Nibby praetermisit, et Clavier reddidit *dans l' interieur*, Kuhnius accepit pro ἐν ταύτῃ, Letronne autem in Analyse du premier volume du Pausanias de M. Clavier in Classical Journal 1816 June N. 26 p. 316 sqq. mutari vult in ἐς τὴν γῆν propter c. 8, 2; sed vides, quid ibi adjectum sit. Forsan totus locus ita restituendus est: χρόνῳ δὲ ὕστερον οἱ Πέργαμον ἔχοντες, πάλαι δὲ Τευθρανίαν καλουμένην, ἐς τὴν νῦν Γαλατίαν αὐτοὺς ἐλαύνουσιν ἀπὸ θαλάσσης. Cui simillimum illud est 8, 2: Γαλάτας ἐς τὴν γῆν, ἣν ἔτι καὶ νῦν ἔχουσιν, ἀναφυγεῖν ἠνάγκασεν ἀπὸ θαλάσσης. Adde quod Strabo XII, 566 (176) dicit: Galatas καταδραμεῖν τὴν ὑπὸ τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι χώραν καὶ τοῖς Βιθυνοῖς, ἕως παρ' ἑκόντων ἔλαβον τὴν νῦν Γαλατίαν καὶ Γαλλογραικίαν λεγομένην. Accedit Amasaei versio haec: *in finitimam partem, quae nunc Gallograecia dicitur, compulerunt eos.* Uterque cod. Mediceus conspirat cum editionibus. *Sangarius* nunc *Zacari* seu *Zacaria*. cf. Mannert VI, 3, 607 sq. ἐκτὸς Σαγγ. cf. ad I, 1, 3. Ἄγκυρα urbs in Strabone XII, 567, Stephano Byz. Nonni Narrat. in Creuzeri Melet. I p. 75 ac Phavorino προπαροξύνεται, sed in Cyrilli seu Philoponi Collectione vocum, quae pro diversa significatione accentum diversum accipiunt, nomen urbis penacuitur, ut a substantivo proparoxytono ἄγκυρα distinguatur. Quod in Etymol. M. p. 9 Lips. legitur: Ἀγκύρα ἡ μὲν πόλις προπαροξύνεται, ἡ δὲ τοῦ πλοίου παροξύνεται, id videtur ita corrigendum esse: — πόλις παροξύνεται — πλοίου προπαροξύνεται, nam hujus ultima cor-

ripitur, sed penultima producitur. Haec *Ancyra* est Galatica, Ἄγκυρα τῆς Γαλατίας seu Γαλατικὴ apud Nonnum l. l. et in Arrian. Exped. Alex. II, 4, 1. cf. Suetonii Opp. vol. 2 p. 381 Wolf. Dicitur autem *urbs Phrygum,* quia terram a Galatis occupatam antea Phryges tenuerant. πρότερον *superioribus temporibus.* ἄγκυρα — Διός. Ex hoc Pausaniae loco *Berghaus* in *Histor. art. navig.* T. I p. 47 male narrat, *ancoram Midae inventum esse.* Primum enim res plane aliter traditur a Nonno l. c. deinde ἀνευρίσκειν non modo de *rerum inventoribus* adhibetur, verum etiam de iis, *qui fortuito reperiunt aliquid;* sic paulo ante §. 2. cap. 44, 2. II, 15, 3. 32, 3. VI, 18, 2. Herod. IV, 200. κρήνη — Σιληνοῦ. vide ea de re Xenoph. Anab. I, 2, 13. et Theopomp. apud Athen. II p. 45 c. Forsan ἐπὶ τῇ θήρᾳ scribendum, ut II, 30, 3 δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. De scriptura Σιληνοῦ cf. ad II, 7. 8. Πεσινοῦντα — λέγουσι. De scriptura Πεσινοῦντα, quae est etiam VII, 17, cf. Tzschuck. ad Strab. XII, 543 (57). Scripsimus Ἄγδιστιν ex Hesychio, Phavorino et Strabone X, 469 (173). XII, 567 (181). Deinde veterem distinctionem Πεσινοῦντα ὑπὸ τὸ ὄρος τὴν Ἄγδιστιν, ἔνθα καὶ τὸν revocavimus, Pausaniae enim *Agdistis* hujus montis nomen fuit. Mannertus (Geogr. Gr. et Rom. VI, 3, 63 sq.) probabiliter suspicatur, montem *Didymum* ad Pessinuntem situm bicipitem fuisse (v. Schol. Paris. ad Apoll. Rhod. I, 985) et alterum ejus cacumen Agdistin appellatum esse; indidem matris deum Pessinunte summa religione cultae nomen fluxisse Agdistis. Adde illud Arnobii adv. gent. V p. 184 de la Bar. »In Phrygiae finibus inauditae per omnia vastitatis petra est quaedam, cui nomen est *Agdus,* regionis ejus ab indigenis sic vocatae. Ex ea lapides sumtos in orbem mortalibus vacuum Deucalion jactavit et Pyrrha, ex quibus cum caeteris et haec magna, quae dicitur, informata est mater, atque animata divinitus.« Inde hanc deam, ut ait Reinesius Var. Lect. III, 17 p. 637, lapideae molis effigie venerabantur, et culta est in simulacro lapidis grandis nigri e Phrygia Romam transvecto. Facius et Clavier interpunctione ita mutata ὑπὸ τὸ ὄρος, Ἄγδιστιν ἔνθα reddunt: *Pessinuntem urbem sub monte illo sitam, ubi Agdistem et Attinem sepultos esse dicunt.* Hoc Nibby sequutus est. Sed Pausanias etsi VII, 17, 5 de Agdiste varia, tamen de ejus sepultura nihil tradidit. Ut Amasaeus ita etiam Ortelius in Thes. geogr. Agdistin de montis nomine accepit. Ἄττιν uterque Mediceus et Vind. Ἄτιν Mosq. Vatic. Ἄττην est VII, 17, 5.

§. 6. *τὸ ἔργον* [*τὸ*] *πρὸς* Clavierius. Non opus; v. simillimum locum 13, 4. *καὶ ἡ Γαλατῶν — καὶ τὸ ἐς τοὺς* Vind. Mosq. Victorius, Clavier. *καὶ ἡ Γαλ.* Vatic. *καὶ Γαλατῶν — καὶ ἐς τοὺς* Vulgata. *τὸ Μύσιον* edidi, quum in Victorii adnotationibus sit *μήϊον* et in Isocrat. Paneg. 40 *τὸ Μύσιον πεδίον.* adde ex Suida *κρημνῶν ἀπὸ Μυσίων. τὸ Μυσὸν* Vulgata. *τὸ Μυσῶν* Kuhnius conjecerat. *τὴν* post *γῆν* deest in Vindob. *Ἀσία ἡ κάτω* Letronnio est Asiae minoris pars occidentalis, Mysiam, Lydiam et tres Graecorum colonias comprehendens; Mannertius VI, 2, 17 longe majorem ei dat ambitum. Clavier h. l. reddidit *Asie mineure.* De *priore ista Troica expeditione* cf. IX, 5, 7. Pindari Ol. IX, 107 sqq. Ovidii Trist. I, 1, 99. et nos ad Hellenica p. 219 sq. *ἐπαν. δὲ εἰς* Vatic.

---

# CAPUT V.

Redit ad ea, quae in Ceramico erant enarranda.

§. 1. *Θόλος.* vide Timaei Lex. Plat. Harpocration. Hesych. Polluc. VIII. 155. Bekkeri Anecd. I p. 264. Schneider. ad Theophr. Char. 21. cf. ad Pausan. II, 27, 3 adn. Ad v. *πρυτάνεις* scholion legitur in Mosquensi, quod conspirat cum iis, quae habet Etymologicum M. s. v. *πρύτανις* p. 693 sq. Lacunam vero in Etym. M. ita explet: *διφθογγογραφεῖται δὲ ἢ τῷ λόγῳ τοῦ βαλανεῖον, ἢ ὅτι εὕρηται κατὰ διάστασιν πρυτανήϊον·* quo Sylburgii confirmatur suspicio. *ὕστερον* Clisthenis tempore. *κατεστήσατο* Vindob. Clavier. *ἀντικατεστήσατο* Vulg. *ἀντεστήσατο* Mosq. *καὶ ταῦτα* Vind. Mosq. Victorius, Dom. Calderinus, qui reddidit: *Herodotus id quoque scriptum reliquit. καὶ* deest in Vulgata.

§. 2. usque ad §. 4 extr. de priscis eponymis heroibus. *οὕτως σφᾶς* Vulgata. De *Hippothoonte* 39, 3 et Hellanicus apud Harpocr. *Ἀλόπη.* de *Cercyone* 14, 2. 39, 3. *Μιδείας* Clavier, ut Hartungius et Kuhnius correxerant e X, 10, 1. *Μήδας* vulgo. *Λεώς* Mosq. Victorius, Dom. Calderinus, Palmerius, Facius, Clavier. *Λέων* reliqui. *ἐπὶ σωτηρίᾳ salutis causa*, ut *ἐπὶ λύμῃ contumeliae causa* apud Herod. II, 134. III, 14. De *Erechthei* hac statua IX, 30, 1. *Ἰμάραδον* Vindob.

§. 3. Distinguit *duos Cecropes et duos Pandiones;* Cecrops prior Actaei gener, posterior Erechthei filius, Pandionis I nepos et Erichthonii pronepos habitus est, et sedem in Euboeam transtulit. Pandion prior Erichthonii filius, poste-

rior Cecrope posteriore natus fuit. De v. εἰκὼν ad 8, 5. εἶδον δὲ καὶ Vindob. ἄγουσιν ἐν τιμῇ Facius, Clavier, ut Loescher in cod. Oporiano correxerat. λέγουσιν ἐν τιμῇ Vulgata. ἄγειν ἐν τιμῇ non modo saepius adhibetur a Pausania, veluti 9, 5. 26, 7. 27, 9. X, 28, 3, sed simile etiam est illis Herodoteis: οὐδένας μέζονας ἄξω et ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον VII, 150. II, 172. ἄγομαί τινα ἐν τιμῇ est apud eundem I, 134. Cognatam formulam, diversi autem sensus ἄγειν ἐς τιμὴν satis est commemoravisse ex Paus. VIII, 36, 4. 42, 4. ἔσχηκεν ὕστερον καὶ δή γε μετῴκησεν Vatican. ἔσχηκε ὕστερον καὶ δή γε Mosq. δὴ καὶ Πανδίων—Ἐριχθονίου idem omisit. *Cecrops II in Euboeam commigravit* forsan cum Pandoro fratre, qui Euboeam fertur condidisse. v. ad Apollod. III, 15, 1 et Not. ad Hellen. nostra p. 180. De ejus aetate ad II, 16, 2. τοῦτον Μητιονίδαι κ. λ. usque ad §. 4 extr. ad *Pandionem II* pertinent. καί οἱ — οἱ παῖδες. Hoc paululum differt ab eo, quod Apollodorus III, 15, 5 tradidit, non ante sed post fugam ex Attica hoc eum matrimonium iniisse et liberos procreasse. De Megarorum qui tum fuerit statu cf. Palmerius ad h. l. εἶχε post θυγατέρα γὰρ deest in Mosq. Πύλα scripsimus e cap. 39, 4. 5 et Apollodoro III, 15, 5, ubi Heynius quoque ita scribendum esse significavit. Πυλᾶ Vulgata. Pandion in Megaride sepultus iterum traditur 39, 4 et 41, 6, in nec repugnat Apollodorus l. c. Αἰθυίας Mosq. cf. de hoc Minervae cognomine ad 41, 6.

§. 4. κατιᾶσι — ἐκβάλλοντες Mosq. θυγατέρας κ. λ. intelligit Procnen et Philomelam, quas etiam 14, 6 Pandione posteriore natas tradit. ἀπ' αὐτῶν Mosq. Facius, Clavier, et ita jam correxerat Loescher. *earum* Dom. Calderinus. ἀπ' ἀστῶν Victorius enotavit. ἀπ' αὐτοῦ Vulgata. εἵνεκα Mosq. ἕνεκα vulgo. εἵνεκα Pausaniae scribi solere, monuit Valckenarius ad Herod. VI, 63. Sed ut apud Herodotum modo εἵνεκα, modo εἵνεκεν, modo ἕνεκα legitur (vide I, 4. 17. 22. 30. 115 Reiz.), ita etiam apud Pausaniam ἕνεκα legitur, veluti 25, 5. II, 30, 5 extr. Similis varietas est apud Platonem et Demosthenem. v. Wolfius ad Demosth. Leptin. p. 338. οὐδεὶς — θεοῦ. Similia sunt χαλεπὰ ἀνθρώπῳ τὰ θεῖα βιάσασθαι II, 1, 5. ὅ τι δεῖ γίνεσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ Herodot. IX, 16. Cum τῷ καθήκοντι ἐκ τοῦ θεοῦ comparari possunt τὰ κατήκοντα apud Herod. V, 49, 8, quae in universum sunt *res urgentes*. νόμον — τῶν Ἑλλήνων credebam mutandum esse in νόμον — τὸν Ἑλλήνων, sed corrigendi impetum retinebat cogitatio, neque hic neque cap. 6, 3 νόμῳ τῶν

*Μακεδόνων*, neque 24, 2 *κατὰ νόμον τῶν Ἑλλήνων* certas quasdam Macedonum vel Graecorum leges, sed potius *more Graeco* vel *Macedonico* significari. *ἐς ἀνάγκην* Mosq. Excerpta Codicis Palatini. *εἰς ἀνάγκ.* Vulg.

§. 5. *ὕστερον δὲ — Ἀδριανοῦ* i. e. *Recentiori autem tempore etiam de his tribus habent nominatas* (i. e. priscis novas addiderunt tribus de his nominatas) *de Attalo — et Ptolemaeo — et mea jam aetate de imperatore Adriano.* Tria ergo *τῶν ἐπωνύμων*, i. e. *ἀφ' ὧν Ἀθηναῖοις τὰ ὀνόματα ἔσχον αἱ φυλαί*, genera distinguit; in primo sunt, quos modo dixerat *ἐπωνύμους τῶν ἀρχαίων, ἥρωες ἐπιχώριοι*, ut est §. 1 et apud Herodotum V, 66. in secundo Attalus et Ptolemaeus; in tertio unus Adrianus, de quo ait sua aetate impositum tribui Atheniensium nomen esse. Hinc poterit judicari de Amasaei interpretatione: *et penes quem aetate mea imperium est.* Pro vulgato *τῆς — τιμῆς ἐπιπλεῖστον ἐλθόντος* scripsimus: *τῆς — τιμῆς ἐπὶ πλεῖστον ἐλθόντος* sequuti Herod. VI, 127 *ἐπὶ πλεῖστον χλιδῆς ἀπίκετο.* Thucyd. I, 17 *ἐπὶ πλεῖστον ἐχώρησαν δυνάμεως.* Theocr. III, 47 *ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας* et I, 20 *τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μώσας.* Pro *κατέβη* Victorii Adnotationes offerunt marginis lectionem *κατέστη.* cf. ad 9, 9. *Ἑβραίους τοὺς ὑπὲρ Σύρων* vocat *Ἑβραίους τοὺς ὑπὲρ Παλαιστίνης.* Per *Syros* et *Palaestinam* significat *oram maritimam a Phoenice ad Aegyptum usque descendentem*, conspirans et cum Strabone, qui XVI, 749 *Judaeam*, quam Syriae partem facit, dicit esse *ἐν τῇ μεσογαίᾳ* i. e. ut Noster ait *ὑπὲρ Σύρων* seu *Παλαιστίνης*, et cum Herodoto, qui VII, 89 Syris in Palaestina memoratis, addit, Phoenices consedisse in locis Syriae maritimis, Syriaeque totum hunc tractum usque ad Aegyptum *Palaestinam* vocari, quam idem I, 105 *Palaestinam Syriam* appellat. Cf. etiam adnotationem ad cap. 6, 8. Qua de re qui se planius edoceri velit, is consulat Relandi Palaest. p. 85 (47) et Wessel. ad Herod. III, 5. vel Mannerti Geogr. VI, 1 p. 205. Hic *θεῶν ἱερὰ ἐπικοσμεῖν ἀναθήμασι*, sed II, 13, 4 *χρυσῷ τὸ ἄγαλμα ἐπικοσμεῖν. ἔστιν — ἱερῷ* cf. 18, 9.

---

# CAPUT VI.

Digressio de Attalo et Ptolemaeo, de quibus duae atticae tribus dictae erant, usque ad 9, 4 extr.

§. 1. *Τὰ δὲ — ἠμελήθησαν.* Clavier opinatus est legendum esse ὡς μένειν, deleto μή, sed sensus est: *Attali et Ptolemaei res aetate erant vetustiores, ut earum fama ad nostram memoriam non servaretur, et qui cum illis regibus, ut eorum facta scriberent, versabantur, citius etiam neglecti sunt.* ὡς enim h. l. est, i. q. ὥστε, de quo usu pauca dicentur ad II, 13, 3. τούτων εἵνεκα ex Aldina; idem est cap. 10, 3. ἕνεκα vulgo. De v. ἐπῆλθε cum Dativo et Infinitivo ad V, 4, 4. δηλῶσαι ἔργα ὁποῖα ἔπραξαν simile est illi Thucydideo: ξυνέγραψε τὸν πόλεμον — ὡς ἐπολέμησαν. ἡ τῶν Μυσῶν e Vindob. ἡ Μυσῶν Vulg. καὶ τῶν προσοίκων e Mosq. καὶ ἡ τῶν προσοίκ. Vulgata.

§. 2. *καὶ Ἀλεξάνδρῳ — ἀμῦναι.* Paucos fuisse, qui Ptolemaeum contra ipsius testimonium in laudis Alexandri servati partem vocarent, adnotavit Wesselingius ad Diod. Sic. XVII, 99. ἄγουσιν ἀρχὴν Vind. Mosq. ἀρχὴν ἄγ. Vulgata.

§. 3. Κλεομένην Mosq. Facius, Clavier. Κλεομένη Vulg. De hoc Cleomene Schneider laudavit Demosth. c. Dionys. p. 1285. Arrian. Anab. VII, 23. Diod. S. XVII, 50. De formula ὃν σατραπεύειν κατέστησεν cf. ad §. 8. δι' αὐτὸ οὐ πιστὸν αὐτῷ Mosq. Ἀλεξάνδρου νεκρὸν Vind. Mosq. Victorius, Dom. Calderinus, Amasaeus, Valckenarius, Facius, Clavier. Ἀλεξάνδρου νεκρὸν reliqui. ἐν φυλακῇ ἔχειν est Thucydideum; sic τὴν νῆσον περιέπλεον καὶ ἐν φυλακῇ εἶχον IV, 14. στρατείας Clavier, ut Sylburgius correxerat. στρατιᾶς Vulgata. ἐπείχετο Vindob. Aldina, et forsan Amasaeus, qui interpretatus est *in exercitu habuit.* ἐξωθεὶς Mosq. ἐξαπωσθεὶς Victorii Adnotationes. τὰ ἐς πόλεμον Mosq. Clavier. Cf. ad I, 2, 4. Sunt *ea quae bellum spectant,* hic inprimis *virtutes bellicae et imperatoriae.* τὰ κατὰ πόλ. Vulg. sed κατὰ omittunt Victorii Adnotationes. ὅτι pro ἔτι in Mosq. Hi σωματοφύλακες sunt Alexandri M. argyraspides. v. Justin. XIV, 2, 4. Pausaniam cum Strabone XVII, 1144, Arriano apud Photium p. 221 et Diodoro Sic. XVIII, 36 in Perdiccae caede consentire, Wesselingius jam animadvertit.

§. 4. ἐς τὰ πράγματα ἐπέστησε *ad res suas gerendas, ad regnum amplificandum incitavit.* Huc, quem Rudolpho Zittaviensi acceptum refero, locus pertinet Diogenis Laertii II, 5, 12, 29 Γλαύκωνα μὲν θέλοντα πολιτεύεσθαι ἀπέστησε, διὰ τὸ ἀπείρως ἔχειν, Χαρμίδην δὲ τοὐναντίον ἐπέστησεν, οἰκείως ἔχοντα. Ibidem antea inter se opponuntur προτρέπειν et ἀποτρέπειν. Adde ex Philostrati vita Apoll. VI, 9 εἰ ἐπι-

*ρον ἦν, ὃ ἐφίστη αὐτοὺς τῷ πλάττειν;* De articulo ante *πράγματα* cf. 27, 9. *Σύρους καὶ Φοίνικας* Vindob. *ἐκπεσόντα κ. λ.* cf. 16, 1. *Cassandri* nomen in Anthol. Pal. T. I p. 400 et in Etym. M. simplici sibilante scribitur. *τὴν τοῦ Σελεύκου* Vindob.

§. 5. *Σύρους καὶ Φοίνικας*. vide ad §. 8. *παραδοὺς — κεκρατῆσθαι*. cf. Diod. Sic. XIX, 80 sqq. Plutarchi v. Demetr. p. 650 Frob. quorum hic Demetrium tum XXII annos habuisse narrat. *ἐξεστήκει* Vind. Mosq. Similiter *καθεστήκει* I, 20, 4. 28, 10. rursus autem *συνεστήκει* I, 12, 2. *διεστήκει* III, 1, 7. cf. Fischer ad Weller. II, 454. *τινας — οὐ πολλούς*. *septem millia* teste Plutarcho l. c.

§. 6. *διελθόντος — ἐνίκησεν*. Demetrius hanc navalem de Ptolemaeo victoriam deportavit Olymp. CXVIII, 2, ergo quinque annis post suam ab eodem illo Ptolemaeo acceptam cladem, quae incidit in Olymp. CXVII, 1. vide Diod. Sic. XIX, 84 sq. et XX, 49 sqq. Sed hoc jam Mannertus in Histor. Alexandri M. successor. p. 372 sqq. notavit. Hunc *Menelaum* Ptolemaei fratrem fuisse perhibent Plutarchus in Demetrio p. 653 Frob. et Justinus XV, 2. *διαβάντα* Mosq. *ἐνίκησεν* quanquam sequitur consona, in fine sententiae non mutavimus. cf. Hermannus de emend. gr. gr. rat. p. 23. *ἐς πᾶν ἀφικόμενος κινδύνου* Vind. Mosq. Clavier. *ἐς πᾶν ἀφικόμενος τοῦ κινδύνου* Vulgata. Sed Valckenarius ad Herodotum VII, 118, ubi est: *ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο*, jam adnotaverat, ab hoc Pausaniae loco abesse debere articulum, qui et in eadem formula omissus sit apud eundem VII, 12, 1. Adde II, 26, 4 *ἐς πᾶν ἀφικνεῖσθαι ζητήσεως*. I, 9, 7 *ἐς τὸ ἔσχατον ἐλθεῖν κινδύνου*. cf. Herodot. IX, 117. Apud eundem VIII, 52 antea legebatur *ἐς τὸ ἔσχατον τοῦ κακοῦ ἀπιγμένος*. Pro *ἐς πᾶν ἀφικόμενος* est in Victorii Adnotationibus *ἐπαναφικόμενος*, sed eaedem articulum *τοῦ* omittunt. *προσγένοιτο* Vindob. Mosq. Victorius, Facius, Clavier. *προσγένηται* Vulgata. *χρήσασθαι* Mosq. cf. 11, 7. X, 33, 5. *ὁρμητηρίῳ χρῆσθαι πρὸς* est etiam IV, 28, 3. Simpliciter *ὁρμητηρίῳ χρῆσθαι τόπῳ τινί* est in Strab. VIII, 372. Formulae *συναίρεσθαί τινι ἔς τι* exempla plura ex Pausania congessimus in Notis ad Hellenica p. 383. Jota autem, quod in Aoristo primo fere subscribunt, omisimus. De Rhodi hac obsidione celebrata cf. Diod. Sic. XX, 82 sqq.

§. 7. *ἀνασωσάμενος* Mosq. Victorius. *διασωσάμενος* Vulgata. sed est h. l. *potitus regno quo exclusus fuerat*. Sic Diodorus Sic. XVIII, 64 de hoc Cassandro: *ἀποτετευχὼς τῆς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἡγεμονίας*. Antigonum autem Cassan-

dro auxilium non modo promisisse sed etiam tulisse, testatum reliquit Diodorus et l. l. et cap. 68. Antigoni haec clades ad ipsum iterum memoratur 16, 1.

§. 8. *Syriam* ipsam tum non Ptolemaeus sed Seleucus occupavit; *Syri* ergo h. l. denotant *Syriam Palaestinam, eaque comprehensam Phoenicen*, de qua diximus ad cap. 6, 6. H. l. simpliciter *Syri*, sed paulo ante §. 6 *Syri et Phoenices* eodem sensu. Rursus apud Justinum XV, 1 simpliciter *Phoenice* ponitur cum Cypro et Aegypto, a Ptolemaeo possessa. *κατήγαγε — ἤπειρον* cf. 11, 6. *Θεσπρωτίαν* Mosq. pro vulgato *Θεσπρωτίδα*, quae forma recurrit 17, 5. IV, 35, 3. *Magas* privignus Ptolemaei. vide 7, 1. *Εἰ δὲ — πεπτημένος Quodsi hic Ptolemaeus vere Philippi Amynta nati filius erat, utique insano mulierum amore similis parenti fuit.* Pausaniam hic formulam Herodoteam expressisse, Wesselingius adnotavit ad illa Herodoti IV, 76: *εἰ ὦν ταύτης ἦν τῆς οἰκίης Ἀνάχαρσις, ἴστω ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ ἀποθανών·* quod parum bene redditur: *sciat a fratre se esse interfectum*; potius: *utique a fratre interfectus est.* Nibby nostrum locum reddidit: *crede fù certo della soverchia sua inclinazione per le donne.* Caeterum eadem verbi *ἴστω* constructio est in Pindari Ol. VI, 12 sqq. Hunc Philippum *ἀκρατέστατον πρὸς γυναῖκας* fuisse Theopompus quoque tradiderat teste Polybio VIII, 11. *Βερενίκης εἰς ἔρωτα ἦλθεν·* similiter 10, 3 *ὡς Ἀγαθοκλέους ἀφίκοιτο ἐς ἔρωτα.* Caeterum haec de Ptolemaeo Lagi discrepant a Theocriteis XVII, 38 sq. *Πτολεμαῖον ἀπέλιπεν Αἰγύπτου βασιλεύειν*, pro quo II, 18, 4 est *τῷ παιδὶ ἀπέλιπε τὴν ἀρχήν*, ut apud Strabon. XIII, 624. Similiter *ἀπέλιπεν ἐπιτροπεύειν* Paus. II, 6, 2. *βασιλεύειν καταλείπει* III, 1, 2 (pro quo ibid. §. 7 *κατέλιπεν ἡγεμόνα εἶναι* legitur). *ὃν σατραπεύειν κατέστησεν* supra §. 3. (i. e. *σατράπην*, cf. Strabo XIII, 624). *βασιλεύειν εἵλοντο* I, 25, 3. *ἄρχειν ᾕρητο* ib. §. 4. *ἄρχειν ᾑρημένος* IV, 29, 5. *πολεμαρχεῖν ᾕρητο* I, 15, 4 (pro quo *ἑλέσθαι βασιλέα* I, 9, 2. *εἵλοντο ἄρχοντα* Strab. XII, 572). *διδόασιν ἄρχοντα εἶναι* III, 9, 3. *Λύκον παραδίδωσιν ἄρχειν* II, 6, 2. *στρατηγεῖν ἀποδειχθεὶς* II, 1, 2. Verba igitur *ἀπολείπειν, καταλείπειν, καθιστάναι, αἱρεῖσθαι, διδόναι, παραδιδόναι, ἀποδεικνύναι* in constituendis seu legendis regibus, satrapis, ducibus et tutoribus simpliciter ponuntur cum Infinitivo Praesentis ejus verbi, quod imperandi seu gubernandi potestatem habet. Ptolemaeus e Berenice Ptolemaeo Lagi filio in insula Co natus est *Philadelphus*. Haec *Berenice* autem fuit filia Antigones,

et Antigone filiae Cassandri, qui frater fuit Antipatri. v. Theocr. XVII, 57 sqq. et ibi Scholia.

# CAPUT VII.

§. 1. ἔγημεν — ἦρχε. Adulator hac de re non erubuit scribere: ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη in Theocriteis XVII, 131. Ad verba Diodori Sic. I, 27 νομοθετῆσαι τοὺς Αἰγυπτίους παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων γαμεῖν ἀδελφάς vide Wesselingium. Pro ἀμφοτέρωθεν III, 4, 5 ἀπ' ἀμφοτέρων est. δεύτερα ex Victorii Adnotationibus. δεύτερον vulgo. sed saepe δεύτερα pro δεύτερον apud Pausaniam reperitur. cf. 9, 2. 7. 11, 4. et ad 8, 5. Similiter δεύτερα πέμπων apud Herodot. I, 46. ὁ καταγαγὼν ἦν. Participium cum suo articulo etiam apud Herodotum legitur cum verbo substantivo copulatum, ut I, 171. IX, 70. κατάγων Mosq. ἐκ Μέμφιδος vide 6, 3. Κυρήνην, ἤλαυεν Vindob. ἤλαυνεν Mosq. Vatican. Victorius, Clavier. *in Aegyptum agebat* Dom. Calderinus. ἤγαγεν Vulgata. Sed quum proficiscebatur adhuc adversus Ptolemaeum, seu in itinere comperit, quod §. 2 narratur.

§. 2. ὑπέμενεν ἐπιόντας Κυρηναίους Clavier. Sic II, 31, 10: στρατῷ πεζῷ τὸν Μῆδον ἐπιόντα ὑπομεῖναι. ἐπέμεινεν Vulgata. Μάγα δὲ et ἀπηλλάσετο ante Facium. Sylburgii correctionem ἀπηλλάσσετο confirmavit Mosquensis. ἀπιόντα ἀμύνεσθαι Mosq. *abeuntem* Dom. Calderinus. ἐπιόντα Vulgata, quam et res ipsa et loquendi usus tuetur. Sic τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι Thuc. III, 56. τὸ ἀπὸ Πελοποννήσου ἐπιὸν ῥᾳδίως ἀμύνεσθαι ib. cap. 16. adde Intrpp. ad Thuc. II, 86, ubi est πόλεμον ἐπιόντα ἠμυνάμεθα. in quibus omnibus est *propulsandi* significatio; similiter in Pausania I, 4, 3. 6, 6. X, 15, 1. Letronnius recte animadvertit, διὰ ποταμοῦ pendere ab ἀνήγαγε, et contulit 29, 6: ἀναπλεύσας διὰ τοῦ Μαιάνδρου.

§. 3. ἃς ὁ πατήρ οἱ Mosq. Clav. ἃς ὁ πατὴρ ὁ Vind. ἃς οἱ ὁ πατὴρ Vulgata. Sed similiter VIII, 2 init. ἧ ὁ πατήρ οἱ, ubi plura erunt dicenda. Locum ὡρμημένου — ἐπ' Αἴγυπτον Sylburgius propter constructionis anomaliam notandum putavit, simul tamen de eo emendando cogitavit. Ac primum recte vidit, deesse participium ἐντειλάμενος vel simile; sed hoc latet in διέπεμψεν· deinde vel λῃστείαις — κατατρέχειν, vel certe manentibus caeteris κατατρέχων — στρατιᾷ κα-

τείργειν legendum censuit. Facio nil nisi λῃσταῖς in λῃστὰς mutandum videbatur. Inde in contextum transtulit Clavier λῃστὰς et στρατιᾷ. Nos ita corrigendum putamus: ὡρμημένου — Πτολεμαῖος διέπεμψεν ἐς ἅπαντας, ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος, τοῖς μὲν ἀσθενεστέροις, λῃστείαις κατατρέχειν τὴν γῆν, οἳ δὲ ἦσαν δυνατώτεροι, στρατιᾷ κατείργειν, ὥστε — Αἴγυπτον *dimisit Ptolemaeus ad omnes populos, quibus imperabat Antiochus, sollicitans imbecilliores, ut latrociniis infestam redderent terram, validiores autem, ut exercitu coercerent Antiochum, ne facultas ei arma Aegypto inferendi daretur.* Domit. Calderinus reddidit: *Ptolemaeus missis, qui Antiochi socios imbecilliores praeda incursionibusque infestarent, potentiores exercitu coercerent, omnem illi in aegyptum agendae militiae potestatem ademit.* Ergo hic quoque videtur λῃστείαις — στρατιᾷ κατείργειν legisse. Similiter II, 29, 5 vulgo λῃστῶν legitur pro λῃστειῶν. In Vindob. λῃσταῖς deest. Ut rem paucis comprehendamus, quod Isocrates Graecis contra barbaros faciendum suaserat in Paneg. 37: συγκρούειν τὰ ἐκείνων πράγματα et populos iis subjectos πείθειν στασιάζειν, id Ptolemaeus contra Antiochum fecit. οὗτος ὁ Πτολεμαῖος καὶ πρότερον εἴρηταί μοι ὡς dedimus e Vindob. Mosq. et Domit. Calderino, qui vertit: *hic est ille Ptolemaeus quem antea diximus classem misisse.* Similiter τὴν Ἰταλίαν διδάσκοντες ὡς ἀντὶ πάσης εἴη τῆς Ἑλλάδος I, 12, 2. ὡς καὶ πρότερον εἴρηταί μοι Vulgata. De re cf. cap. 1, 1. ἀπ' αὐτοῦ οὐδὲν μέγα ἐγένετο Herodoteum est; sic οὐδὲν μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο I, 14. τὰ ἀπὸ Πρηξάσπεω γενόμενα III, 78. quanquam simile quid est apud Thucydidem I, 17. συνοικοῦσαν Vindob. κατέλαβεν ἀποθανεῖν Herodotea formula est. Ἰνταφέρνεα κατέλαβε — ἀποθανεῖν III, 118. Eadem frequens est apud Pausaniam. vide 29, 5. II, 6, 2. III, 10, 6. IX, 5, 7. Reperitur vero etiam αὐτὸν κατέλαβεν ἡ τελευτὴ I, 13, 8. seu τὸ χρεὼν 11, 4. In simili re adhibetur ἐπιλαμβάνειν, ut II, 9, 4, ubi v. adnotationem. Commode autem verbum καταλαμβάνειν translatum est ad mortem homines citius opprimentem et fatalem (cf. ad I, 9, 2), nam ejus vis sita est in malis fere nos subito corripientibus. v. Herod. III, 65. IV, 11 et ibi Valckenarium. Sic etiam in Pausan. I, 20, 4 εἰ καταλαμβάνοι τὸ χρεὼν ἤδη καὶ τὰς Ἀθήνας ἐρημωθῆναι. VII, 24, 7 τοιοῦτο κατέλαβε καὶ τὴν πόλιν ἐς χάσμα ἀφανισθῆναι. adde II, 30, 7. IV, 14, 4. 29, 1. quanquam apud Herodotum est etiam κατέλαβε αὐτὸν εὐτυχίη III, 132. ἐστιν ἀπ' etiam Clavier, Porsonus. ἐστι ἀπ' Vulg. Ἀρσινόης τοῖς Αἰγυπτίοις

Vindob. Ἀρσινοΐτης Αἰγύπτιος Mosq. Nobis scribendum videtur Ἀρσινοΐτης τοῖς Αἰγυπτίοις. Vocabulum νομὸς graecae esse originis jam Diodorus Sic. I, 73 significavit, ubi v. Wesseling.

---

## CAPUT VIII.

§. 1. ὁ λόγος δηλῶσαι καὶ τὰ ἐς Ἀτ. ἔχ. Mosq. Vindob. Victorius, Clavier. ὁ λόγος καὶ τὰ ἐς Ἀτ. δηλῶσαι ἔχ. Vulgata. Pro ὅτι in Vind. est ἐπεὶ, in Victorii Adnotat. ἔτι. ἐστὶν Ἀθην. etiam Clavier. ἐστὶ Ἀθην. Vulg. παραδοὺς ὕστερον αὐτὸν καὶ τὰ χρήματα Clavier. Sic etiam 10, 4 τά τε χρήματα καὶ αὐτὸν ἐδίδου. *qui postremo se et sua omnia tradidit* Dom. Calderinus. ὕστερον αὐτὸν Mosq. αὐτὸν ὕστερον Vulgata. Haec χρήματα quanta fuerint, docet Strabo XIII, 623 (455). Philetaerus etiam Straboni XIII, 456 dicitur *eunuchus*, sed vere fuit θλιβίας ἐκ παιδός, ut idem pagina antecedente refert. Ibidem vocatur Τυανεύς, sed XII, 543 (59) ejus patria Τίειον, urbs Ponti, fuisse perhibetur. Vox παρενθήκη similiter usurpatur ab Herodoto VII, 5. 171. cf. Hesych. Phavor.

§. 2. In loco corrupto Ὁ δὲ Ἄτταλος — ἀνεψιοῦ corrigendo sequutus sum Clavierium. ἀδελφιδοῦς δὲ correxit etiam Rossi in Comment. Laertian. p. 75. Ὁ δὲ — παῖς ἦν, ἀδελφοῦ δὲ Φιλεταίρῳ, τὴν ἀρχὴν Εὐμενοῦς παραδόντος ἔσχεν ἀνεψιοῦ Vulgata. — ἀδελφῷ Φιλεταίρῳ δὲ Vind. ἀδελφοῦ Φιλεταίρῳ δὲ Mosq. *Attalus Attali fratris filius ad imperium pervenit, cum id philetero patruo eumenes tradidisset* Dom. Calderinus. — ἀδελφοῦ δὲ Φιλεταίρου καὶ τὴν ἀρχὴν Palmerius. ἀδελφοῦ Φιλεταίρου, τὴν δὲ ἀρχὴν Facius. Φιλεταίρου δὲ Εὐμενεῖ τῷ ἀδελφῷ τὴν ἀρχὴν παραδόντος, ἔσχεν ἀνεψιοῦ Sylburgius conjecit et eum sequutus est Goldhagenus. Lucem nostro loco affundent haec ex Strabonis XIII, 623 (455) repetita: Philetaerus Tyanensis eunuchus, cui Pergami arcis et thesauri, in ea reconditi, a Lysimacho, uno ex Alexandri M. successoribus, custodia erat credita, a Lysimacho defecit (causas vide apud Pausaniam cap. 10, 4) et viginti annos dominus fuit hujus et arcis et pecuniae. Huic Philetaero duo fuerunt fratres, Eumenes et Attalus; Eumenis filius fuit Eumenes, et Attali Attalus. A Philetaero Pergamum accepit Eumenes, Eumenis filius, ergo fratris majoris filius; qui quum Pergamum vicinis regionibus auctum

viginti duos annos tenuisset, mortuus successorem habuit Attalum, Attali filium, ergo ἀνεψιόν· itaque hic Attalus, ut Pausanias ait, ἴσχε τὴν ἀρχὴν Εὐμένους παραδόντος ἀνεψιοῦ.

§. 3. Redit in Ceramicum, ubi progreditur ab eponymorum statuis (cap. 5, 1) ad alia deorum et hominum signa, ad vicinum Martis templum et signa quae in eo et circa illud erant, porro ad Harmodii et Aristogitonis, et ad Odeum, cujus in aditu Ptolemaei, usque ad finem hujus capitis.

*Amphiaraum* primum Oropii, deinde universi Graeci Deum habuerunt. cf. 34, 2. Πλοῦτον Clavier e Facii nimirum conjectura, ex IX, 16, 1 hausta, ubi hoc simulacrum Pacis dicitur Cephisodotus fecisse, et laudatur ejus σοφὸν βούλευμα, Εἰρήνης τὸ ἄγαλμα Ἀθηναίοις Πλοῦτον ἔχουσαν πεποιηκέναι. At qui ibi Πλοῦτος, idem hic Πλούτων vocatur, et hunc cum illo jam Aristophanis aetate coeperunt confundere, ut patet ex Aristophanis Pluto 727. Adde dictum et Posidonii de opulenta Hispanorum terra: παρ' ἐκείνοις ὡς ἀληθῶς τὸν ὑποχθόνιον τόπον οὐχ ὁ Ἅιδης ἀλλ' ὁ Πλούτων κατοικεῖ, et Phalerei de Atticae metallis: οὕτω συντόνως ὀρύττειν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἂν προςδοκῶντας αὐτὸν ἀνάξειν τὸν Πλούτωνα apud Strabonem III, 147. Vulgatam Πλούτωνα Amasaeus, Dom. Calderinus et Spanhemius ad Callim. h. in Cer. 138 tuentur. De hoc *Lycurgo* 29, 15 sq. et de ejus hac statua aenea Plutarch. X Rhetor. Lycurg. Hic *Callias* Hipponici filius princeps fuit legationis ab Atheniensibus Susa ad Artaxerxem pacis faciendae causa missae, atque haec est illa Graecis gloriosa pax, quam Cimonis effecerunt victoriae, in Cypro et Cilicia deportatae Olymp. LXXXII, 3 et 4. v. Diod. Sic. XII, 3. 4.

§. 4. De scriptura Καλαυρία ad II, 33. ἡ ἐν Λαμίᾳ πληγή. cf. I, 25, 4. Demosthenem venenum bibisse tradiderunt etiam Philochorus (Fragm. p. 78) atque Strabo VIII, 373, qui *Archiam* quoque istum memorat, φυγαδοθήραν dictum apud Suidam v. Ἀρχίου. ἤρατο Vulg. cf. 6, 6. III, 2, 1. χωρεῖν εἴς τι hic de tristi, alias de laeto exitu dicitur, ut I, 12, 2. VII, 9, 5. Herod. III, 39. 42. VII, 10, 2. Sic alibi προχωρεῖν, ut Pausan. I, 16, 1. II, 8, 5. Herod. V, 62. VIII, 102. εὖ δὲ — τελευτῆσαι. cf. Plutarchi Themist. 2 extr.

§. 5. Πάρειος — Ἐνιοῦς Mosq. Hic *Locrus* an nulli alii dictus sit, equidem nescio. Pro vulgato autem Λοκρός scribendum Λόκρος fuit. *Enyo* qualis apud Homerum. v. IV, 30, 3. Καλάδης etiam Amasaeus et Domit. Calderinus. Sed Palmerius in Exercit. voluit Καλλιάδης scribi, et intelligi Calliadem archontem

Olymp. LXXV, 1, quo anno Xerxes in Atticam invasit. v. Herod. VIII, 51. Diod. Sic. XI, 1. Meursius de Archont. II, 8. Et sane in archontem seu hoc muriere functum convenit quod additur Ἀθηναίοις νόμους γράψας (i. e. *leges quasdam scripsit*, cf. VIII, 48, 1); id quod minime sollicitandum est: qui enim de pictore nescio quo, et de commissationibus ab eo pictis cogitarunt, erravisse monitum est in Comment. Societ. Philol. Lips. IV, 1, 2. Legumlatoribus statuas publice positas esse, veluti Soloni (I, 16, 1), Lycurgo (III, 14, 8), Tyronidae et Pyriae (VIII, 41, 1), notissimum est. De legumlatoribus autem non tantum νόμους τιθέναι et θέσθαι in usu fuit (III, 14, 8. VIII, 48, 1), sed etiam νόμους γράφειν, ut I, 16 init. Apollodor. III, 1, 2. Caeterum hic Calades seu Calliades Pausaniae ipsi videtur non satis notus fuisse. Πίνδαρος — εἰκόνα. Goldhagenus de picta Pindari effigie accepit; sed εἰκὼν h. l. plane idem est quod praecedens ἀνδριάς, quum, quod articulus quoque indicat additus, Pausanias hac voce illam ipsam, quam modo memoraverat, Pindari statuam significet. Quod magis illustratur Aeschinis loco in Pindari Fragm. p. 75 Heyn. ubi eadem haec Pindari statua accuratius descripta εἰκὼν χαλκῆ, ut Harmodii et Aristogitonis paulo post memoratae ab Arriano Exped. Al. VII, 19, 4 εἰκόνες χαλκαῖ, a Valerio Maximo II, 10 *effigies aeneae* dicuntur. Nec semel Pausanias ita usus deprehenditur vocabulo εἰκών. Capite quinto commemorat ἀνδριάντας ἡρώων ἐπωνύμων, et §. 3 addit: εἶδον καὶ τούτων (Cecropis et Pandionis) ἐν τοῖς ἐπωνύμοις εἰκόνας, et huic Pandionis εἰκόνι opponit §. 4 ἄλλον ἀνδριάντα ejusdem Pandionis in arce positum. Hoc capite §. 8 εἰκόνας vocat, quas 5, 1 ἀνδριάντας appellaverat. Hic §. 4 haud dubie significatur Demosthenis statua, quae hac §. in. dicitur εἰκών. Hinc patet, quid illae ante porticus εἰκόνες γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν fuerint 2, 4. Quibus adde II, 9, 7. I, 18, 3. coll. cum IX, 32, 5. Caeterum εἰκὼν etiam de imaginibus occurrit ἐπειργασμέναις, ut II, 29, 6. *Harmodium* et *Aristogitonem* in Ceramico positos fuisse, qua adscendebatur in urbem, et e regione Metroi (3, 4), discimus ex Arriani Exped. Al. III, 16, 4. εἰρημένα Mosq. Vindob. Victorius, Clavier. εἰρημένον Vulgata. Cf. de hoc usu Pluralis Adjectivorum et Participiorum neutrius generis Gregorius Corinth. p. 130 et ibi Editt. Eundem in Pausaniae commentariis frequentem esse, vel ex his locis debet intelligi: 2, 3. 7, 1. 9, 2. 14, 2. 25, 3. IV, 2, 4. V, 1, 6. IX, 1, 2. X, 28, 3. II, 7, 6. Praeiverat, quod Valckenarius jam adnotavit ad Eurip. Hipp. 370, Herodotus. τῶν δὲ — Ἀν-

τήνωρ. *Critiam* Plinius XXXIV, 19 p. 234 Bip. aemulum et aequalem Phidiae dicit. cf. de eo Pausan. VI, 3, 2. *Antenoris* opera videntur Harmodius, Aristogiton (cf. Winckelmannus VIII p. 298) et Pindarus fuisse. Plinius vero an ipse XXXIV, 19, 10 p. 240 dixerit, Harmodium et Aristogitonem a Xerxe captos a Praxitele factos esse, quum idem ibidem p. 235 tradidisset, Praxitelem Olympiade CIV floruisse? In Marmore Pario horum statuae positae referuntur ad annum 478 a. C. quod intelligendum est de aliis earum loco, quas Xerxes abstulerat, collocatis. τέχνη de *artis opere*, quod quis protulit, saepissime usurpatur Pausaniae (v. ad II, 17, 5), ut ποίημα vel ἔργον 3, 4. II, 10, 1. 3. Sic *artes* in Horatii Carm. IV, 8, 5 de *artis operibus*. ἀπαγομένου Loescher, Amasaeus, Dom. Calderinus, qui reddiderunt *asportare*, Clavier; idem Facius conjecerat. ἐπαγομένου Vulgata. Sed ἀπάγεσθαι inprimis dicitur de *praeda*, quod nostri loci additamento ἅτε λάφυρα confirmatur. Similiter VIII, 46, 2 φαίνεται οὐκ ἄρξας ὁ Αὔγουστος ἀναθήματα ἀπάγεσθαι παρὰ τῶν κρατηθέντων. Harmodii et Aristogitonis effigies aeneas, quas Xerxes in regnum suum transtulerat, ut Arrianus Exp. Al. III, 16, 13 sq. VII, 19, 4, et Plinius XXXIV, 19, 10 narrant, *Alexander* Atheniensium legatis, ad ipsum Babylona missis, reddi jussit, ut Valerius Max. II, 10 ext. vult, *Seleucus* in pristinam sedem reportandas curavit, auctore autem Pausania *Antiochus*, forsan Seleuci primi filius, rex Syriae Atheniensibus remisit. Pausanias et I, 16, 3 et VIII, 46, 2 Seleucum Milesiis tantum Apollinem, a Xerxe ablatum, restituisse referens, his in rebus diligentior videtur fuisse.

§. 6. De hoc *Odeo* dicere post digressiones pergit 14, 1. Est autem diversum ab Odeo Periclis 20, 3 memorato. Recte igitur ab Hawkinsio, qui hic Periclis intelligit Odeum, discessit C. O. Mueller in Erschii et Gruberi Encyclop. T. 6. idem vero quod Odeum hujus loci Ptolemaeorum nominavit, id videtur sine justa causa fecisse. ἐςόδου Vind. Mosq. Victorius, Facius, Clavier; idem Kuhnius voluerat. Sic V, 23 in. τὴν ἐς τὸ βουλευτήριον ἔςοδον. Reliqui ἐφόδου. Inter καλοῦσι et καὶ distinximus Sylburgio monente. Pro παραδόντων est forsan qui scribi velit δόντων, quum παρα ex praecedente ἦρα ortum videatur, quanquam παραδιδόναι ut *tradere* interdum pro simplicibus posita esse dicunt; sic II, 6, 2 ἀδελφὸν παραδίδωσι Θηβαίων ἄρχειν. cf. Lexic. Xenophonteum et Justin. XVII, 3. Causam, cur Ptolemaeus Lagi *Servator* a Rhodiis cognominatus sit, indicatam vides 6, 6. τῶν δὲ ἄλλων ὁ

μὲν Nibby reliquis diligentius expressit: *Degli altri il Filadelfo è quello.* Vult: *inter reliquos Ptolemaeos hic positos.* Verba ἐν τοῖς ἐπωνύμοις in Vindob. posita sunt post Φιλάδελφός ἐστιν.

---

## CAPUT IX.

Inserit quaedam de Ptolemaeo Philometore; pergit ad Philippi et Alexandri M. statuas vicinas, et ostendit, cur his et Lysimacho positae sint. §. 1—4.

§. 1. Vox ἀπόγονος Palmerio temere suspecta fuit. Hic Ptolemaeus, Philometor posterior appellandus, non in generis quidem propagatione, nam si propagationis gradum spectaveris, *septimus* erit, sed in Ptolemaeorum serie *octavus* a Ptolemaeo Lagi dicitur, si ipsum Ptolemaeum Lagiden numero addideris. Ptolemaeus enim Philometor prior et Ptolemaeus Euergeta posterior, Physcon cognominatus, fratres fuerunt, ex Ptolemaeo Epiphane nati. Ptolemaei autem Euergetae posterioris ex Cleopatra filii fuerunt Ptolemaeus Philometor posterior, cognomine Lathyrus, et Ptolemaeus Alexander primus. πρεσβύτατον pro πρεσβύτερον· mox §. 2 νεώτερον. cf. 18, 3. Accuratius III, 10, 6. ἡ μήτηρ—πράξασα· ubi πράξασα pro ἔπραξε. cf. ad X, 32, 5. De horum fratrum matrisque discordiis et rebus cf. Justin. XXXIX, 3—5.

§. 2. δεύτερον Vindob. δεύτερα δὲ Mosq. cf. ad I, 7, 1. ἐπήγετο Vindob. et codex Phralitae; idem voluerunt Sylburgius et Kuhnius; atque sic ediderunt Facius et Clavier. *produxit* Amasaeus et Loescher. ἠπήγετο Mosq. ἠπείγετο Vulgata. ὥρμησαν ὡς ἀποκτενοῦντες. Sic IV, 29, 5 συνελέγοντο ὡς ἐσβαλοῦντες. ibid. 15, 4 παρεσκευάζοντο ὡς μάχην συνάψοντες. ubi v. adnot. In margine Excerptorum codicis Palatini est: τὸ πλῆθος ὥρμησεν ἀποκτενοῦντες.

§. 3. περιῆλθεν ἡ δίκη seu τίσις etiam apud Herod. VIII, 106, ut παραστησάμενος apud eundem III, 45. λειφθῆναι Facius, Clavier, ut Sylburgius correxerat. ληφθῆναι vulgo. προελθούσης—'Ορχομενίους· Hoc scribenti obversabatur Homericae Iliadis IX, 380 sqq. 404 sq. Πτολεμαῖον — ἐπέλαβε μοῖρα ἡ καθήκουσα *mors fato constituta.* Similiter τὸ χρεὼν αὐτὸν ἐπιλαμβάνει VII, 1, 2. ἡ πεπρωμένη καταλαμβάνει III, 1, 3. de quibus cf. Not. ad Hellenica p. 146. adde adnot. ad I, 7, 3. Homerus dixit μοῖραν seu μοῖραν βιότοιο ἀναπιμπλάναι Iliad. IV, 170. ὑπ' αὐτοῦ παθόντες εὖ πολλά simillima sunt Plutarcheis ad §. 4 extr. afferendis. Vi-

gulam inter εὖ et πολλὰ delevimus. οὐκ ἀνάξια Clavier, ut Loescher conjecerat; Vulgatam οὐκ ἄξια ἐξηγήσεως Dom. Calderinus, vertens *multa quae exponere supervacaneum fuerit*, sequutus est cum Amasaeo et Nibbyo, qui reddidit: *e che lungo sarebbe qui riferire.* Quodsi *commemoratu digna* duxit, cur non commemoravit?

§. 4. ἢ — λόγου *quam ut sint opera accessoria aliut narrationis.* De v. πάρεργον Dorvil. ad Charit. p. 554. Lips. κολακίαι Mosq. bene. Prope accedit Dom. Calderini interpretatio: *at in Philippum et Alexandrum quicquid collatum est, publica quaedam assentatio fuit.* Plene ita dicendum fuisset: αἳ δὲ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ γεγόνασι δωρεαὶ, κολακίαι μᾶλλον ἦσαν. Forma κολακία, quam Facius reperiri negavit, reperitur in Etymologico M. 459, 44 (416 Lips.). cf. Schaeferi Melet. p. 41 sq. κολακίας Vulgata. κολακεία Clavier, ut Facius voluerat. Λυσίμαχον ἀνέθηκαν *statuam ei erexerunt.* Haud scio tamen, an huic formulae debeamus cogitando addere θεῷ seu θεοῖς, ut sit *dedicare.* Sic in Plutarchi vita Isocratis: Τιμόθεος Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ' ἀνέθηκε θεαῖς et Ἰσοκράτους Ἀφαρεὺς εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε Ζηνί. Plinius XXXIV, 9. *Olympiae omnium, qui vicissent, statuas dicari mos erat.* De Lysimachi in Athenienses meritis Plutarchus in Demetrio p. 653 Frob. πολλὰ δι' αὐτὸν (Philippidem Lysimachi amicum) δῆμος εὖ ἔπαθεν ὑπὸ τοῦ βασιλέως.

§. 5. Hunc locum usque ad cap. 10 extr. Pausanias ipse cap. 8, 1. VII, 3, 1 τὰ ἐς Λυσίμαχον et I, 11, 6 τὰ ἐς Λυσίμαχον ἔχοντα vocat. ἦν Μακεδόνων Mosq. Victorii Adnot. ὂν — τιμῇ. ὂσν cf. Justin. XV, 3. ἤδη ἄλλα Mosq. ἐβασίλευεν Mosq.

§. 6. πρὸς ἄλλο ἔθνος ἓν ἀντεξετάζοντι. Vind. Mosq. Facius, Clavier. idem voluerant Sylburgius p. 930 ed. Kuhn. Valckenarius ad Herod. V, 3 pro vulgato ἀντεξετάζοντα. Idem Valckenarius monuit, Pausaniae hoc scribenti obversatum esse illum Herodoti locum. πρὸς ἄλλο ἓν *cum alio uno.* Similiter Lucianus in Notis ad Gregor. Corinth. p. 264 ἓν πρὸς ἓν ἀντιτιθέντες ἐξετάσομεν. Pro vulgato πρότερον est πρότερος in Mosq.

§. 7. δεύτερα. cf. 7, 1. Agathoclem captum esse, testatur etiam Diodorus Sic. in Exc. T. II p. 559. Idem narrat, patrem quoque Lysimachum in Dromichaetae potestatem venisse; et utrumque verum esse judicavit Wesselingius; priorem Agathoclem captivum abductum et dimissum esse, tum patrem, accepti beneficii immemorem. De *patre* capto con-

sentit Strabo VII, 302 et 305, qui scribit, id ei infortunii accidisse in Getarum deserto, quod Strabo ibidem describit. ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ Clavier, ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ Vulgata. ἐπανῆλθεν scil. Lysimachus ex hoc bello. De Medio in formula γυναῖκα ἠγάγετο et de addito Dativo Personae cf. Intrpp. ad Thomam Mag. p. 6 et Hoogev. ad Viger. cap. V sect. VI reg. XII. Sic et Herodotus I, 34 ἄγεται τῷ παιδὶ γυναῖκα. Aliter ἄγεσθαι γυναῖκα dicitur in Pausan. I, 22, 2. IV, 9, 5.

§. 8. Λεβεδίους Amasaeus, Facius, Clavier, et ita Sylburgius cum Palmerio correxerat. Λεβαδίους Vulgata. *Phoenix* Colophonius iambos scazontes scripsit. v. Indicem ad Athenaeum. πάντως Vind. Mosq. Victorius, Clavier; ita jam Loescher correxerat Vulgatam πάντα. De Colophone et Lebedo tum desertis iterum VII, 3, 1. 2.

§. 9. ἐς πόλεμον καταστῆναι πρός τινα est etiam 10, 4. X, 19, 4. sed ἐς πόλεμον καθίστασθαί τινι apud Thucyd. I, 44. Ἤπειρον etiam Clavier, ut Sylburgius correxerat. ἤπειρον vulgo.

§. 10. Hunc *Hieronymum* Diodorus Sic. XIX, 44 tradit ab Eumene semper in pretio habitum, post ejus interitum Antigoni etiam humanitatem fidemque expertum esse. Quae benivolentiae Antigoni in Hieronymum argumenta, ut Wesselingius animadvertit, fecerunt, ut ejus in laudibus, alioqui aspere Alexandri successores traducere solitus, plurimus esset. Cf. etiam Paus. I, 13, 8. Vulgatam ἐστὶ φανερὸς ἐπήρειαν συνθεὶς expressit Dom. Calderinus ita: *apertissimum autem est, eum de epyrotarum conditoriis contumeliam fabricari, quod vir Macedo mortuorum sepulcra dissipaverit.* Nec nos sine codicibus quidquam molimur, ἐπήρειαν interpretantes *narrationem contumeliosam*. Lobeckius autem V. Cel. in indice lectionum litt. univ. Regiom. per annum 1816 habend. vult ἐπ' ἐπηρείᾳ scribi: equidem, si quid sine codicibus tentandum sit, malim φανερὸς πρὸς ἐπήρειαν. cf. Intrpp. ad Thucyd. I, 26. atque Clavier [πρὸς] ἐπήρειαν edidit. Loescher κατ' ἐπήρειαν (quod est in Thucyd. l. l.), Facius ἐς ἐπήρειαν conjecit. Ἠπειρώτης τε ἦν Vindob. Victorius, Clavier. τε a Vulgata abest.

---

## CAPUT X.

§. 1. Ἀριδαίου Vindob. Clavier, ut 6, 3. 11, 4. Ἀῤῥιδαίου Vulgata. βασιλεύοντος Victorii Adnot. Sic III, 8, 2 ἐπὶ δὲ Ἄγιδος βασιλεύοντος Λακεδαιμονίοις ἄλλα τε ἐγένετο ἐς Ἠλείους ἐγκλήματα. βασιλεύσαντος vulgo. ἐλ-

πίζειν in *malis quae exspectantur*, etiam IV, 25, 2. cf. Thom. Mag. *Putare* est X, 33, 5. αὐτὸν — ἀρχήν repetitur 36, 4.

§. 2. De formula παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἐκπεσεῖν cf. Viger. p. 646 sq. Similiter ἥκειν adhibetur 13, 3. Infinitivos autem, ni fallor, Aoristorum tantum fert hujus formulae usus. Idem dicendum de cognata ὀλίγου ἦλθεν 13, 5. τὸ δὲ πολὺ κ. λ. Paulo aliter de hac re Cicero Offic. II, 7, 17. ἐς τὴν Ἀσίαν Mosq. εἰς τ. Ἀ. vulgo. διελύθη ἡ συμμαχία Vatican.

§. 3. Εἰώθασι — συμφοραί. Similis sententia IV, 20, 3 in. Totas domos propter foeminas eversas esse, docet Athenaeus multis exemplis XIII, 560. ἐς τοὺς — εὐδαίμων· *decem quinque* liberos habuit teste Justino XVII, 2. ἔγημεν ἀδελφὴν Λυσάνδρας *nurus sororem duxit*. Quum VII, 19, 3 sit ἔγραψαν δὲ ἤδη τινές, erit forsan, qui cum Letronnio (vide ad 4, 5) putet hic ἤδη δέ τινες ἔγραψαν scribendum esse. Sed cf. ad IV, 24, 2. Porsonus voluit corrigi οἱ δὲ ἔγραψαν. ἀποτυγχάνουσα δὲ ἐπιβουλεῦσαι Ἀγαθοκλεῖ θάνατον scripsimus pro vitio Vulgatae ἀποτυγχάνουσα δὲ ἐπιβουλεῦσαι λέγουσιν Ἀγαθοκλεῖ θάνατον. Quod exterminavimus λέγουσιν nec Dom. Calderinus expressit, et Porsonus delendum censuit; ortum enim est e proximo λέγουσι, quod continuo sequitur vocem θάνατον. Sylburgius λέγουσιν servato ἀποτυγχάνουσαν legendum conjicit. cf. 23, 7. εἶναι δὲ οὐδὲν ἔτι οἱ πλέον ἠρημωμένῳ φίλων ἐς τὸ ἔσχατον scripsimus, ut Xylander, Loescher, Sylburgius, Kuhnius, Clavier, Goldhagenus, Spohnius scribendum esse judicarunt pro vulgato — ἠρημένῳ φίλον. Sic Plato in Phaedone §. 2 ἔρημος ἐτελεύτα φίλων. Pausaniae saepius usurpatur ἐρημοῦν, ut οἶκος γένους παντὸς ἠρήμωτο τοῦ ἄῤῥενος IV, 3, 1. τὸν οἶκόν ἡ νόσος ἠρήμωσε IX, 5, 5. Alias de oppidis expugnatis et devastatis, ut I, 25, 4 quo pertinet ἔρημος τῶν ἐν ἡλικίᾳ πόλις 27, 7. Formula οὐδὲν ἔστι πλέον αὐτῷ *nihil ei prodest* interdum Dativo appositum habet Participium seu Adjectivum in eodem casu, ut I, 20, 1 et in Antholog. Palat. T. II p. 6. nec nunquam accedit Genitivus ejus, ex quo nihil utilitatis percipitur, ut IV, 9, 5. cf. Anthol. Palat. T. I p. 382. 404. Alia tentavit Palmerius.

§. 4. τοὺς αὐτῆς cum Clavierio. τοὺς αὐτῆς Vulgata. οἷς — καταφεύγουσι. Vulgatam retinuimus, quae, si οἷς, ortum ex praecedente αὐτῆς, sustuleris, sana erit hoc sensu: *quum iis ad Ptolemaeum confugientibus nihil nisi hoc reliquum esset.* Confugiebant enim ad fratrem, Ptolemaeum Ceraunum, Ptolemaei Soteris ex Eurydice filium, et Lysandrae fratrem germanum, qui spe regni Aegyptiorum adipiscendi

dejectus ex Aegypto ad Lysimachum fugerat. vide I, 16, 2. X, 19, 4. Appiani Syr. 62. Hic vero suis opem ferre non potuit, sed ipse quoque a Lysimacho ad Seleucum se contulit. Paus. I, 16, 2. Facius putans περιελθεῖν non adsciscere Dativum, quia non memor erat loci apud Aelianum V. H. XII, 51 ὁ λιμὸς περιῆλθεν αὐτῷ (devenit ad eum, obrepsit ei), conjecit: οἳ, περιελθὸν τοῦτο ἐς Πτολεμαῖον, καταφεύγουσι *qui, cum hoc facinus pervenisset nuncio ad Ptolemaeum, aufugiunt cum eo.* Clavier maluit: οἷς περιελθὸν τοῦτο ὡς Πτολεμαῖον καταφεύγουσι *auxquels il ne restoit plus que cet asyle, depuisque Ptolémée leur père les avoit chassés de sa présence.* Goldhagenus noster reddidit: *welche aus Furcht vor ihrem Bruder Ptolemaeus ihre Zuflucht zu dem Lysimachus genommen hatten;* Nibby autem: *i quali sendo giunta la nuova di questo a Tolomeo, si rifuggiarono a Babilonia insieme con lui.* Quae Kuhnius ejusque amicus moliti sunt, obscuriora sunt, quam quae hujus loci tenebras dispellant. Pro ἐξ Ὀδρυσιάδος γυναικὸς Spanhemius de Praest. et Usu Num. T. I p. 497 putavit forsan legendum esse: ἐξ Ὀξυάθρου θυγατρός, quum *Amastris* Lysimachi prior uxor filia fuerit Oxyathrae, Darii fratris. cf. Arrian. Exp. Al. VII, 4, 8. Hoc est et suo et legentium otio abuti, et scriptores corrumpere, non corrigere. Vide, quid Pausanias ipse §. 5 huic opponat emendationi. Videtur autem scriptor significasse Lysimachi pellicem quandam ex Odrysarum populo, adversus quem bellum gesserat. vide 9, 7. Ejusdem generis emendatione proximum corrupit locum Clavier, qui, quum Facius conjecisset legendum esse τήν τε Ἀγαθοκλέους τελευτὴν χαλεπῶς φέρων, hoc in contextum intulit, quia χαλεπῶς φέρειν in Vulgata prorsus insolenter Dativo junctum sit; at cf. Vigerus de Idiot. p. 314. Porsonus hanc structuram notabilem quidem sed non rejiciendam duxit. Καΐκου Mosq. Domitius Calderinus, Clavier. Καύκου Vulgata. Sylburgius ad VIII, 4, 6 monuit, hoc nomen melius per ι scribi. cf. Strabo XIV, 582. Idem XIII, 624 nostrum locum ita illustrat: παραῤῥεῖ ὁ Κάϊκος τὸ Πέργαμον διὰ τοῦ Καΐκου πεδίου προσαγορευομένου.

§. 5. De hoc Lysimachi bello Justinus XVII, 1. Ὀδρυσιάδος Clavier, Amasaeus, ut §. 4. Ὀδρυσίδος vulgo. Ὀδρυσὶς de regione est in Conon. 45. Anthol. Pat. T. II p. 626. Articuli Substantivo praepositi, ut hic τῆς γυναικὸς Ὀδρυσιάδος, exempla vide ad 25, 6. παραιτεῖσθαι cum Accusativo *ejus, a quo quis precibus aliquid impetrare studet*, etiam III, 10, 4. IV, 23, 4. Herod. III, 132. Abr. Loescher corrigendum

ratus *αἰτιασάμενος ἀναιρεῖ* vertit: *Lysandrum graviter accusatum occidit.* sed *ἀναίρεσις* et *ἀναιρεῖσθαι* propria esse de *caesis in proelio ad sepulturam tollendis* vocabula, jam monitum est ad Hellenica p. 188. Sylburgius laudavit IV, 8 extr. VII, 2, 6. adde I, 39, 2. *καὶ ὕστερον κ. λ.* cf. Appian. Syr. 64. *Πακτώης* Mosq. Vulgatam *Πακτύης* etiam Domitius Calderinus expressit. Urbem Thraciae hujus nominis e Ptolemaeo affert Ortelius in Thes. Geogr.

---

## CAPUT XI.

Usque ad cap. 13 de Pyrrho Aeacidae filio ejusque majoribus.

§. 1. Corayi conjectura est: *εἰκὼν ἕστηκε καί.* Ad *κατὰ γένος* Kuhnio ex praecedentibus repetendum videbatur *τὸ πρὸς μητρός*. cf. 9, 10. sed *γένος* significat etiam, ut Phavorinus ait, *τὴν ἀρχὴν τῆς τινων γενέσεως*. nobis *Abstammung*, Clavierio *extraction*, Nibbyo *stirpe*. *Ἀρύμβου* pro vulgato *Ἀρύββου* cum Dom. Calderino et Clavierio, ut §. 5 et in Diod. Sic. XVI, 72, ubi Wesselingius adnotavit, idem apud Demosthenem Olynth. I p. 5 et Ulpianum legi; itaque in Harpocratione Maussacus *Ἀρύμβας* pro *Ἀρύβας* edidit. Hoc in Plutarchi Pyrrho cap. 1, illud in ejusdem Alex. M. 2 reperitur, quanquam hic antea fuit *Ἀρύββας*. In Justino VII, 6. XVII, 3 Graev. est *Arruba* et *Arryba*, in Diogene Laert. IV, 9, 14, Suida et Phavorino *Ἀρύβας* resedit. *μ* in hoc nomine videtur epentheticon fuisse. cf. Lobeckius ad Phrynichum p. 428. Qui hic *Tharypas*, in Plutarchi Pyrrho cap. 1 *Tharrytas* vocatur, sed in codd. ibi est *Θαῤῥύπας*. Nostram lectionem. Mosq. Victorius, Dom. Calderinus et Amasaeus tuentur. *ἀπὸ δὲ — γενεαί* i. e. *Θαρύπας ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως πέμπτος ἦν καὶ δέκατος.* Sic Heerenius etiam in Handbuch der Geschichte der Staaten des Alterthums p. 389 videtur h. l. accepisse. De laudibus Tharypae est Plutarchi locus citatus. *γὰρ δὴ οὗτος* Vind. Clavier. *γὰρ οὗτος* vulgo. *πρῶτος γάρ ἐστιν οὗτος* Mosq. De Neoptolemi in Epiro sede ad Hellenica p. 322. Plutarcho l. l. dicitur *λαὸν ἀγαγεῖν* in Epirum. *ἐξ Ἀνδρομάχης — Πέργαμος.* De h. l. consulendus est Meziriacus ad Ovid. T. II p. 315 sq. Vulgatam *νεώτατος, ὁ Πέργαμος* non dubitavimus relinquere. *Κεστρῖνος* etiam Clavier. cf. Steph. Byz. s. v. *Καμμανία* et Herman. de emend. gr. gr. rat. p. 424. *Κεστρίνος* vulgo.

§. 2. Κεστρῖνος—ἔσχε. cf. II, 23, 6 et Palmer. Graec. Ant. p. 273 sqq. ac de *Thyami* Intrpp. ad Thucyd. I, 46. μονομαχήσαντά—ἀρχῆς. cf. Not. ad Hellen. nostra p. 253 sq. Pro vulgato ἀπ' αὐτοῦ, καὶ Ἀνδρομάχης (ἠκολούθει γάρ)· ὧν καὶ νῦν ἐστιν ἡρῷον Clavier conjecit scribendum esse: ἀπ' αὐτοῦ· οὗ καὶ Ἀνδρομάχης (ἠκολούθει γάρ) καὶ νῦν ἐστιν ἡρῷον. Kuhnius autem: —ἠκολούθει γὰρ οὖν, καὶ νῦν. et Jacobsius in Animadv. in Eurip. p. 45—ἠκολούθει γὰρ υἱῷ, κλεινόν ἐστιν ἡρ. Sed Sylburgii emendatione optima — ἠκολούθει γάρ οἱ, quam nos sequuti sumus, meliorem excogitare frustra laborarunt. Idem locum recte sic vertit: *urbique nomen, quod etiamnum ab eo retinet, imposuit, et Andromaches, quae illum eo sequuta fuerat, hodieque in ea urbe extat heroicum monumentum*. p. 352 ed. Francof. De hoc Pergamo Andromaches filio Pergamus *Trojana* dicitur Statio Silv. I, 4, 99. Sed nomine Πέργαμον testibus Suida et Phavorino significabant etiam πάντα τὰ ὑψηλά, et castellum Pergamum situm erat in praerupto monte. v. Strabo XIII, 623.

§. 3. Ἀλκέτου τοῦ Θαρύπου correxerunt Sylburgius et Vindingius in Gronov. Ant. gr. vol. XI p. 367 cum Goldhageno et sic edidit Clavier, quem sequutus est Nibby. Ἀλκέτου καὶ Θαρύπου Vulgata. De hoc *Alexandro* Olympiadis fratre in Lucania occiso Goldhagenus jam laudavit Liv. VIII, 17. 24. τὰ ἄλλα *in reliquis*, ut 39, 3. Sic ἄλλα *aliis in rebus* 23, 1. cf. Hermannus ad Viger. 722 (718). συνεστράτευσε etiam Clavier. συνεστράτευσεν Vulgata; sed hoc verbum deletum voluit Porsonus. De hoc bello v. Diod. Sic. XIX, 11. Justin. XIV, 5.

§. 4. οὖν inter Αἰακίδην et κατ' ἀρχὰς Corayus non male suspicatus est delendum esse. δεύτερον Vindob. *Philippus* Cassandri frater notus est ex Justin. XII. 14. οἱ Οἰνιάδαι apud Polybium IV, 65 oppidum fuit in finibus Acarnaniae et Aetoliae ad ostia Acheloi. cf. Paus. IV, 25, 1. et de hac pugna ad Oeniadas Diod. Sic. XIX, 74. De formula Αἰακίδην κατέλαβε τὸ χρεὼν vide ad 9, 3. τὸ χρεὼν apud Herod. VII, 17 Eustathius ad Iliad. p. 316 Pol. explicat πεπρωμένον. cf. Paus. V, 19, 1 p. 426 in.

§. 5. Hic *Alcetas* est II, nepos Alcetae I ex filio Arymba. vide §. 1. eum χρώμενον χαλεπώτερον τοῖς πλήθεσιν occiderunt ejusque duos filios teste Diodoro XIX, 89. ἐπὶ βασιλείᾳ καταδέχεσθαι simile est illi κατάγειν ἐπὶ βασιλείᾳ. cf. II, 21, 9. ἐξελασθέντα. Sylburgius laudavit ἀπελασθείη ex V, 18 extr. ἀπελασθῆναι ex X, 7, 2 p. 813. Sed, idem addit, saepius si-

ne σ et profert ἀπηλάθη ex VI, 14 p. 485. ἀπελαθέντα ex II, 14 p. 142 extr. ἀπελαθέντι ex III, 6 p. 217 extr. ἐξελαθῆναι ex II, 35, 4 p. 195, ubi tamen ἐξελασθῆναι scribendum fuit. Atque formam μετὰ τοῦ σ Herodoteam esse, pronunciavit Schweighaeuser ad Her. I, 168 contra Wesselingii sententiam, exemplis sat multis Herodoti defensam a Fischero ad Wellerum III p. 88. adde ad II, 22, 9 de παύεσθαι. ἐν ᾧ pro ἐς ὃ Mosq. De *Pyrrhi fuga et reditu in Epirum* Plutarchi Pyrrhus 2. 3. γυναῖκα ἔδωκεν cum Clavierio. γυναῖκά τ' ἔδωκεν Porsonus. γυναῖκα δέδωκεν Vulgata. γυναῖκα deest in Mosq. Haec ἐς Αἴγυπτον — Αἰγυπτίων illustrat Plutarchus in Pyrrho 4. 5.

§. 6. Κορκυραίοις — Κόρκυραν Mosq. etiam cap. 12. cf. II, 3, 7. 5, 2. et Observ. Crit. ad Hellenica p. 25. ubi tamen quod ex Spanhemii commentariis affertur, probari non potest, nam quod h. l. in Vulgata est Κερκυραίοις, Κέρκυραν, idem reperitur apud Herodotum, Thucydidem, Diodorum Siculum et alios. sed Κορκυραίων est in nummis. De *Corcyra* a Pyrrho expugnata cf. 12, 2 et Justin. XXV, 4. Alia de hujus belli causa habet Plutarchus in Pyrrho 9. 10. Corayus καὶ ἄλλως pro καὶ ἄλλοις legendum esse conjecit. δεδήλωκεν Mosq. Clavier, Porsonus. δεδήλωται Vulgata.

---

# CAPUT XII.

§. 2. Pro πρότερον ἔτι Casaubonum ad Polyb. p. 118 legere τῷ πρότερον ἔτει Valckenarius adnotavit. ἀδύνατοι — ἀνέπεισαν· Inest anacoluthon; scribendum enim fuit: μάλιστα δὲ διὰ τῶν πρέσβεων ἀνέπεισαν. Accusativus τὸν πόλεμον pendet a verbo πολεμοῦντι. Κέρκυραν Vulgata. cf. ad 11, 6. πρεσβείων Mosq. Sed huc pertinet illud apud Suidam: πρέσβις, πρέσβεως (leg. πρέσβεος ex Gregor. Cor. p. 401), προπαροξυτόνως· οὐχὶ δὲ ἀπὸ τῆς πρεσβεύς (ita Vacken. ad Ammon.) εὐθείας. — λέγεται δὲ καὶ πρέσβεων καὶ πρεσβευτῶν, ἑκατέρως παρὰ τοῖς ῥήτορσιν. μνήμη — ἀπόγονος. cf. Baylii Diction. s. v. Pyrrhus Not. F.

§. 3. τῶν Πύῤῥου ἔργων Loescher in codice Oporiano legit, et Clavier ut probabilem lectionem repetivit, sed ei neque Amasaei neque Dom. Calderini favet interpretatio. Quum scriptor significare videatur opera sua aetate exstantia, quibus inscriptum erat ἔργων Πτολεμαίου seu Σελεύκου seu Λυσιμάχου seu Πύῤῥου ὑπομνήματα, non opus erat, ut adjungeret Genitivum Πύῤῥου. ἐπιλέγεσθαι *legere* etiam 19,

3. 37, 3. II, 2, 2. 3, 8. IX, 29, 1, X, 24, 3. 25, 2. adde I, 22, 7. Herodot. I, 125.

§. 4. Τὴν Ἰνδῶν Mosq. Vindob. τὴν τῶν Ἰνδῶν Vulgata, e dubitatione, utrum rectius esset, nata. cf. ad 3, 5. ἄλλο τι Vid. Mosq. Victorius, Clavier, Amasaeus et Dom. Calderinus, vertentes *aliud quam*. ἄλλως τε Vulgata. ὅσα Vind. Clavier, Porsonus. ὅσος Vulgata. ὅσον Facius conjecit. Sic ὅσα γε X, 25, 2. Sensus: *quantum attinet ad opera et res quas hominum manus fabricantur*. Per ἔργα videntur aedificia, per ἀνδρῶν χεῖρας autem simulacra, statuae, cistae, mensae, lecti, equorum ornamenta significari. Hinc χειροτέχνης, χειροτεχνία, Πολυκλείτου χείρ (apud Pollucem II, 4, 31), *veterum manus* apud Barthium ad Statii Silv. I, 3, 47. ἑωράκεισαν Mosq. ἑωράκεσαν Vulgata. οὐδεμίαν μνήμην Mosq.

§. 5. De formula φρονεῖν ἐπί cf. ad IV, 1, 2. ἐπήρθη iterum IX, 32, 5. Activum est III, 4, 4. X, 19, 5. ubi fere jota subscribunt, cf. ad I, 6, 6. ἐπαίρω, τὸ παρακινῶ. Sic in Anecd. Zonarae praefixis p. LXXXII, et ita apud quosvis scriptores inveniri, adnotavit Valckenarius ad Eur. Hipp. 322. ἁλούσης Ἰλίου Clavier perperam reddidit: *à l'époque du siège de Troie*. πως pro πω Vind. ἴδουσι vulgo. Μαρτυρεῖ— ἔπος. cf. ad II, 6, 2.

---

# CAPUT XIII.

§. 1. ἠπειγήθη ταῖς ναυσὶν, ἐς Aldina, Francofurtana, Kuhnius, Clavier. ἠπειγήθη, ταῖς ναυσὶν ἐς Facius. Articulus ante ναυσὶν abest a Vindobonensi. διέπεμψε Vind. Clavier. διέπεμπε Vulgata. cf. 7, 3. Antigonus est ὁ Γονατᾶς. ὡς οἱ τὰ γράμματα Clavier conjecit. Sed ex nostra loquendi ratione ita diceretur: Ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων, συνήγαγεν, ὡς οὖν γράμματα ἀπεδόθη, τοὺς ἐν τέλει — καὶ οὐδὲν μὲν τούτων, ἃ εἶχε τὰ βιβλία, ἀνεγίνωσκεν, ἔλεγε δὲ ἥξειν συμμαχίαν. ἧκε Vatic. sed ἦλθε margo.

§. 2. νίκην, ὡς παρὰ πολὺ γένοιτο. Similiter παρὰ πολὺ γενομένης τῆς νίκης III, 18, 3. κρατεῖν et κρατεῖσθαι παρὰ πολύ I, 10, 2. 5. τὰ ante ἀνατεθέντα deest in Mosq. Duplicem Sylburgius proposuit conjecturam: ὅπλα τοῦ Κελτικοῦ vel ὅπλα τῶν Κελτῶν, neutram Vulgata ὅπλα τῶν Κελτικῶν meliorem. Sic Polybius V, 14 τινὸς τῶν Αἰτωλικῶν et 17 τῶν Γαλατικῶν οὐκ ὀλίγους pro Αἰτωλῶν et Γαλατῶν.

ὅπλα h. l. *clypei*, ut VIII, 50, 1. et *arma* in Virgil. Aen. III, 288. τε inter ἐς et τὸ τῆς Facius delendum censuit, quod, si reputaveris, hoc voluisse Pausaniam: ἔς τε τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν — καὶ ἐς τὸ Διὸς ἐν Δωδώνῃ, et orationem esse anacoluthon, non probabis. De *Itonia Minerva* apud Thessalos culta cf. Not. ad Hellen. p. 200. et de Κελτικοῖς θυρεοῖς Paus. VIII, 50, 1. Ἰτωνίδι primam h. l. corripit, sed in Apollon. Rhod. I, 551. 721 producit. ἐκρέμασεν etiam Clavier, ut in Plutarchi Pyrrho 26. ἐκρέμασε Vulgata. Laudibus his Αἰχμηταὶ — Αἰακίδαι non inferiores sunt in Hesiodi versiculo apud Polybium V, 2. Cf. ad hoc prius epigramma Jacobsii Adn. crit. ad Anthol. Pal. p. 156 et ad posterius p. 917. Ἀσίδα primam producit etiam X, 15. apud Diod. S. XI, 62. ut Ἄσιος in Homer. Iliad. II, 461. sed Ἀσίη et *Asia* corripit in Plutarchi Themist. 8. Paus. IX, 18. Diod. S. XI, 62. Virgil. Georg. II, 171. III, 30. rursus in *Asia palus* producit in Virg. Aen. VII, 701. Ἑλλάδι γᾷ δουλοσύναν ἔπορον Porsonus conjecit. μεγαλαυχήτας. Vindob. Μακηδονίας etiam Clavier et Jacobsius. cf. VII, 8, 5 et Ovidii Met. XII, 466. Μακεδονίας Vulgata. In epigrammate Anthol. Pal. T. I p. 295 legitur Μακηδόσιν, sed in Etym. M. p. 487, ubi initium hujus epigrammatis repetitur, scriptum est Μακεδόσιν.

§. 3. Constructio est: Κλεώνυμος δὲ αἴτιος ἐγένετο Πύῤῥῳ μὴ ἐς ἅπαν καταστρέψασθαι Μακεδόνας, παρ' ὀλίγον ὅμως ἥκοντι scilicet ἐς ἅπαν αὐτοὺς καταστρέψασθαι. Recte τὰ ἐν χερσὶν Mosq. Victorius, Clavier. τὸ ἐν χερσὶν Vulgata. Sed similiter τῶν ἐν χερσὶν IV, 17, 4. De hoc *Cleonymo* III, 6. Plutarchi Pyrrhus 26. ἐπῆγε Mosq. Vind. Clavier. ἐπήγαγε Vulgata; quod tempus adhibetur etiam infra III, 6, 2 de eodem. ἣν — δηλώσω non in Laconicis, sed hic post genus Cleonymi expositum hoc ipso §. ἔσχε etiam Clavier. ἔσχεν vulgo. νεώτερος Mosq. Victorius. ὅς, quod in Vulgata deest ante ὅτῳ, cum Claverio inserui, quum Loescher οὗτος, Porsonus autem καὶ Κλεώνυμος insertum voluisset. ἐς τὴν Mosq. εἰς τὴν Vulgata. ὅτῳ δὴ τρόπῳ *modo quodam, quisquis ille fuerit, modo nescio quo Pyrrhum accersens in Laconiam adduxit.* Sic ὅστις et ὅστις δὴ saepe apud Pausaniam, veluti I, 24, 2. II, 7, 2. 9, 7. III, 8, 1. IV, 24, 2. V, 1, 7. 24, 1. cf. Herod. III, 145.

§. 4. Τῆς ἐν Λεύκτροις. cf. ad 28, 2. συνεχώρει in Victorii Adnot. Λεωνίδῃ Mosq. πρὸς τῇ νήσῳ Σφακτηρίᾳ. cf.

IV, 26, 1. 36, 4. Letronnius hic quoque πρὸς interpretatur *in*; male. cf. de his rebus Thucyd. IV, 14 sqq. Prius enim ad Sphacteriam, deinde in hac insula res gerebatur. τρίτον Vind. Clavier. τρίτος vulgo.

§. 5. ὀλίγου ἦλθεν ἑλεῖν. cf. 10, 2. τετειχισμένης etiam Victorius. τετειχισμένην Aldina.

§. 6. τὰ πολλὰ Vind. Facius, Clavier. τὰ a Vulgata abest.

§. 7. De hoc *Leucea* ad II, 19, 4. In Victorii Adnot. est Λυκέος· forsan Λυκέας enotaverat Victorius. καί σφισιν κ. λ. cf. II, 21, 5.

§. 8. Hunc locum usque ad κατέστρεψεν ἐς τοῦτο Clavier quoque capiti XIII attribuit. Sed idem in verbis Θαῦμα δὲ — τελευτήν perperam putavit αὐτοῖς mutandum esse in τούτοις. Difficultas, si qua est in hoc loco explicando, removebitur, si virgula post Αἰακιδῶν posita fuerit. θαῦμα ποιοῦμαι idem est quod θαυμάζω, ut ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι i. q. ἐπιδείξασθαι. v. Valcken. ad Herod. III, 25. Ne quis objiciat, hanc formulam requirere quartum casum, ut apud Herodot. VIII, 74 θῶμα ποιεύμενοι τὴν Εὐρυβιάδεω ἀβουλίην, hic Accusativus, in nostro loco supplendus, est τοῦτο. Sensus ergo est: τοῦτο δὲ θαυμάζω τῶν καλουμένων Αἰακιδῶν, αὐτοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ συμβῆναι τὴν τελευτήν. De qua structura cf. Matthiaei Grammat. §. 373. *Homeri* locus est Iliad. XXII, 359 sq. *Pythiae jussu caesum Neoptolemum* neque in Pausania iterum, neque in alio scriptore relatum legimus, sed caedes ejus per *Machaereum* Delphicum hominem et Apollinis sacerdotem (v. Strabo IX, 421. Paus. X, 24, 4. Pherecyd. Fragm. p. 226) facile dici poterat Pythiae monitu facta esse. Cf. de caede Neoptolemi etiam ad II, 29, 7. συνέβη ante τὰ ἐς Porsonus insertum judicavit. Idem correxit οἷς Ἱερώνυμος — ἔγραψεν, et sane διάφορος etiam hoc significatu positum est cum Dativo, ut I, 30, 4. Reliqui enim, quos idem laudavit, loci alius generis sunt. Nos olim in Comment. Societ. Philol. Lips. IV, 1, 3 proposueramus emendationem ὧν Ἱερώνυμος — ἔγραψεν· in eandem incidit Clavier. διάφορος hac significatione cum Genitivo constructum est II, 14, 1. V, 2, 4. Pro ἀνδρὶ — συνόντα Facius voluit vel ἄνδρα vel συνόντι scribi; quorum neutrum probari potest; nam ἀνδρὶ et βασιλεῖ sunt copulanda; sic ἀνὴρ ποιητὴς III, 8, 1. cf. Wun-

derlich in Add. ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 224. et oratio similis est Theocriteae VIII, 66: *οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.* Ante *ἀνδρὶ — συγγράφειν* cogitando addea: *τοῦτο δὲ οὐ θαυμαστόν. πᾶσα ἀνάγκη* etiam Herodoteum est. v. Herod. I, 137. De v. *ἐπελπίζειν* cf. IV, 26, 3. Pro *ἐν* ibidem *ἐς* legitur. *τὰ ἐς ἡδονὴν Ἀντιγόνου γράφειν.* cf. ad 9, 10. Pro *ἀκμὴ* est *ἀλκὴ* in Mosq. quod sequutus est Domitius Calderinus, vertens *robur.*

---

# CAPUT XIV.

Redit ad *Odeum*, de quo 8, 6 dicere coeperat, et recenset quae circa illud, et quae praeterea memorabilia in *Ceramico* erant §. 1—4.

§. 1. *πλησίον — μόνη. κρήνη*, quae in partibus urbis graecae habebatur (X, 4, 1) et cui ut h. l. ita apud Thucydidem II, 48 *φρέαρ* opponitur, est *fons hominum manu exstructus, qui aquam adductam per unam seu plures fistulas emittit.* Hinc dicitur *ὕδωρ ἐς αὐτὴν κατέρχεσθαι* seu *ῥέειν* seu *ὑποῤῥέειν* X, 4, 1. II, 3, 3. IV, 31, 5. et Hesychius *κρήνην* interpretatur *ὕδωρ ἀγώγιμον.* In Etymologico M. deducitur a *κερῶ, ὃ δηλοῖ τὸ ἐγχέειν.* Istiusmodi fontes erant interdum magnifice ornati, quare eos Pausanias *πεποιημένους, ᾠκοδομημένους* et *κεκοσμημένους* dicit, ut h. l. et II, 3, 3. X, 4, 1. *κρήνη μεγέθους εἵνεκα καὶ κόσμου καὶ ἐς τὸ πλῆθος τῶν κιόνων θέας ἀξία* laudatur I, 40, 1. adde II, 3, 5. Talis fons fuit etiam hic *Ἐννεάκρουνος*, a Pisistrato ita *circumstructus, ut aqua collecta per novem fistulas emitteretur*, ut ait Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 569, qui ibidem notavit Amasaei versionem hujus loci. Hanc *κρήνην* Pausanias mox *πηγὴν* videtur dicere, sed non dicit, imo praeeunte Thucydide II, 15 horum vocabulorum facit discrimen, namque IV, 31, 5 ea ita discernit, ut hoc *scaturiginem*, illo *fontem arte factum* significet, ergo hic *κρήνην fontis muros, tectum, tubos et ornamenta*, *πηγὴν* autem ejus *aquam scaturientem* dicit, Thucydidem sequutus, qui de ea pluralem adhibuit numerum. Unde etiam patet, quomodo Pausanias, quum h. l. dixisset, in urbe Athenarum hanc solam esse *πηγὴν*, tamen 21, 7 aliam *κρήνην* in urbe potuerit commemorare: neque vero sibi repugnat 28, 4, ubi alius *πηγῆς* mentionem injicit; at haec non in urbe sed in arce fuit. Ex Thucydidis l. l. discimus, fontem hunc, dum ejus scaturigines (*πηγαὶ*) apertae essent, Callir-

rhoen vocatum, a tyrannis autem muro atque tecto clausum ornatumque Enneacrunon appellatum esse, et vicinum fuisse arci. *μὲν γὰρ καὶ* Mosq. Vind. Clavier. *γὰρ* in Vulgata deest, in Victorii Adnot. est post *διὰ* positum. *ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην κ. λ. ὑπὲρ* in perlustratione rerum deinceps positarum de iis quae *post*, *ultra* eam sunt, de qua hactenus dictum est. cf. II, 32, 6. 7. X, 25, 2. 26, 1. 29. et paulo post §. 5. *Cereris et Proserpinae aedes* dicta est *Ἐλευσίνιον*, ut est §. 2. forsan etiam *ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν*, ut apud Athenaeum V, 213 d. cf. ad Paus. II, 14 extr. *ἐν δὲ τῷ*. vide §. 3 init.

§. 2. *ἐς αὐτὸ ὁποῖα* Mosq. Inter *παρεὶς* et *ὅσον* ibidem est spatium quatuor fere litterarum vacuum. *Διόπην* Vind. Quid sit quod de *Deiope* hic sileatur, id Creuzer et Welcker videntur sibi aperuisse. v. illius Symbol. IV, 273. *Ἑλλήνων, οἶμαι, μάλιστα* Mosq. Vindob. *Ἑλλήνων οἱ μάλιστα* Facius, Clavier. quam lectionem etiam Sylburgius commemorat, sed ejus verba vitiose redduntur in Kuhn. ed. ita: »Quidam sic: *Ἑλλήνων οἳ μαλιστα.*« *ἐς ἀρχαιότητα καὶ δῶρα, ἃ παρὰ θεῶν φασιν ἔχειν* Clavier cum Facio, qui posterior »Sic, inquit, pro vulgata *δῶρα παρὰ* etc. corrigere haud dubitavi.« Sed hac correctione opus non esse intelliges, si bona Aldinae, Francofurtanae, Kuhnianae lectione *Ἑλλήνων οἳ μάλιστα*, quam cur Facius reliquerit, nos, eo tacente, non videmus, revocata, post *ἀρχαιότητα* distinxeris. Sensus nexusque hic est: *Qui inter Graecos maxime cum Atheniensibus de vetustate contendentes etiam munera a diis accepisse dicunt, sunt Argivi.* Domit. Calderinum eodem modo legisse planum facit haec ejus interpretatio: *athenienses et argivi inprimis vetustate inter graecos contendunt, munera quoque accepta a diis olim ostentantes.* Haec *δῶρα παρὰ θεῶν* referuntur ad *Cereris munera*, *δοθῆναι παρὰ Δήμητρος σπεῖραι καρπὸν ἥμερον*. *Ἀργείων* Mosq. *καθάπερ — Αἰγύπτιοι* apud Herodotum II, 2. De hoc *Pelasgo* II, 16, 1. Idem teste Scholiasta ad Eurip. Orest. 930 *πρῶτος ἀγροῦ* (Spanhem. ad Callim. in Pallad. 4 vult *ἄρτου*) *κατασκευὴν ἐξεῦρεν*, et auctore Pausania II, 22, 2 Cereri templum Argis condidit, quae de eo *Πελασγὶς* vocata est. Hic *Agenor* monente Palmerio Triopae filius et Crotopi pater fuit. vide II, 16, 1. *ἐλθεῖν φασιν* etiam Clavier et Porsonus. *ἐλθεῖν φασι* Vulgata. *ἴσασι sciunt* i. e. *dicunt se scire.* non opus igitur est Clavierii conjectura *φασί*. *non ambigunt* Dom. Calderinus. De *Celeo* 39, 1. *Orphei* Theogoniam h. l. significari, opinatus est Harlesius in Fabric. Bibl. gr. I, 144. *Baubo*, *Dysaulen*, *Triptolemum*, *Eumolpum*,

*Eubulea*, γηγενεῖς, *habitasse olim Eleusinem* Clemens Alex. Adm. ad gent. p. 18 refert. *Eubuleus* Proserpinae filius est in Orphei hym. 28, 9 et Cicer. N. D. III, 21. sed in Orphei hym. 40 est Cereris filius. cf. Hermannus ad Orph. Argon. 24. De *Dysaule* cf. II, 12, 6. 14, 2. De *Choerilo* nunc consulendus Naeke. ἔστ' εἰρημένα haud dubie mutandum in ἐστὶν εἰρημένα. cf. §. 5. Sylburgius non, ut Facius ait, θυγατέρα pro θυγατέρας legendum esse adnotavit, sed utrumque et θυγατέρα et θυγατέρας ferri posse, illud, si Cercyon et Triptolemus vere fratres, hoc, si consobrini fuerint. Clavierius tamen θυγατέρα recepit cum Goldhageno, sed Vulgatam Amasaeus et Dom. Calderinus tuentur. De *Alope* et *Cercyone* cf. etiam I, 5, 2. Κερκυὼν scribitur apud Suidam et in Bekk. An. 380. *Rharus* Triptolemi pater etiam apud Hesychium ac Phavorinum. Videtur autem scribendum esse 'Ράρος, quum de eo dictum sit 'Ράριον πεδίον, quod commemoratur 38, 6. ῥάρος etiam, quod denotat τὸ ἀμβλωθρίδιον βρέφος, φιλοῦται, docentibus grammaticis. v. Bekk. Anecd. p. 693 et Lexic. περὶ πνευμάτων ad Valcken. Ammon. p. 242. καὶ ὁπόσα [ἐς] ἐξήγησιν ἔχει τὸ ἱερὸν edidit Clavier ex conjectura Kuhnii Facio probata. Kuhnius interpretatur: *etiam ea, quae explicatione digna templum illud habet.* Idem tamen addit: » Sed melius fuerit, si subintelligatur κατά.« Sic Kuhnius ingenue fatetur, se ipsum his conjecturis non multum tribuere. Equidem vocabulum ἐξήγησιν delendum censeo, ut e margine illatum, ubi ad voc. λόγου interpretationis causa videtur scriptum fuisse.

§. 3. ἐς θυσίαν ἀγόμενος Vulgata, sed ἐς θυσίαν ἀναγόμενος Mosquens. bene; cf. Homer. Iliad. VIII, 203. Herod. II, 60. Pausan. IX, 3, 4. δὲ καὶ καθήμενος Vindob. καὶ abest a Vulgata. Κνώσσιος Mosq. Vindob. (etiam 18, 5) Clavier, ut II, 21, 4. et Strabo X, 477. ubi v. ad p. 476 Tzschuck. de scriptura. Κνώσιος Vulg. *Epimenides* putatur tempore inter turbas Cylonias et Solonis legislationem medio, ergo inter Olymp. XLV, 1 et XLVI, 3 Athenas venisse; idem dicitur praeter Athenas lustravisse Delum. v. Heinrichii Epimenides p. 16 sq. 63. 89 sqq. et de ejus somno diuturno p. 39 sqq. Ejus vero haec ἔπη cur idem p. 130 interpretetur *carmina epica*, non satis assequor, quum Strabo X, 479 eum dixerit τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν. ἐκάθηρεν Vulgata. cf. ad III, 15, 3. Θάλης scripsi pro vulgato Θαλῆς, quum mox sequatur Θάλητα· nam Θαλῆς flectebatur Θαλοῦ, ut Herod. I, 74. 75. sed Θάλης, Θάλητος. v. Moeris, Bekkeri Anecd.

1880 et Etym. Magn. 401 Lips. cf. Tzschuck. ad Strab. X, 480 (279). Infra X, 24, 1 *Θαλῆς* ferri potest. Simsonus autem in Chron. cath. hic *Θαλήτας* scribi jubens haud dubie erravit. *οὔτε ἄλλως — ἦν*. Junge *ἦν* etiam cum *προςήκων*, ut II, 14, 2 *οὐ μὴν οὐδὲ Κελεῷ προςήκων, οὐδὲ ἄλλως ἦν ἐν τοῖς ἐπιφανέσιν Ἐλευσινίων*. Sic non est, quod cum Sylburgio (v. p. 930. a. ed. Kuhn.) enallagen inesse structurae inchoatae, et *ἦν* positum esse pro *ὢν* statuamus. De hoc *Polymnasto*, quem ex Pindaro laudavit Strabo XIV, 643 (549), nuper quaedam Franckius in Callino p. 13.

§. 4. *Ἔστι δὲ* cum Claverio. *ἔτι δὲ* Vulgata. *ναὸς Εὐκλείας* non in Agra, ut Chandlerus c. 18 significavit, sed in Ceramico interiore fuit. *Εὔκλεια* hic quoque Dianae cognomen esse, cum *Moro* (index ad Xenoph. Hellen.) judicamus. De *Diana Euclea* cf. Paus. IX, 17 in. Plutarch. Arist. 20. *καὶ* inter *ἀνάθημα* et *τοῦτο* vulgo positum abest a Mosquensi. *ἀπὸ Μήδων de Medis*. *ἀπὸ* in *rebus dedicatis*. v. Valcken. ad Herod. V, 59. Heynius ad Virg. A. III, 288. Pausan. I, 28, 2. 13, 2. 36, 1. *Μαραθῶνι ἔσχον* Mosq. Vindob. Clavier, Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 182. *Μαραθῶνα ἔσχον* Vulgata. Sed *σχεῖν* significans *προςορμίσασθαι* adsciscit Dativum. v. Bekkeri Anecd. I p. 173. ubi Thucydidis locus; alius ejusdem est III, 33 *γῇ ἑκούσιος οὐ σχήσων ἄλλῃ ἢ Πελοποννήσῳ*. Similiter Pausan. I, 32, 3 *δῆμός ἐστι Μαραθών· ταύτῃ τῆς Ἀττικῆς ἔσχον οἱ βάρβαροι*. At 17, 6 est *Μαραθῶνα ἔσχον*, sed hoc est: *Marathonem occupaverant*. Reperitur etiam *κατὰ* additum, sed alio plane modo, ut I, 23, 3 *κατὰ τὸν Χαλκιδικὸν ἔσχον Εὔριπον, ἔνθα — Μυκαλησσὸς ἦν* i. e. *in Chalcidico Euripo appulerunt ibi, ubi erat Mycalessus*. *οὐδενὸς δόξης — ποίησιν* Vulgata. Post *οὐδενὸς* distinxi cum Sylburgio et Claverio; tum *ποιήσει* scripsi cum Xylandro, Kuhnio et Claverio. Sic *δόξα ἐπὶ σοφίᾳ* I, 25, 5. *ὄνομα ἦν ἐπὶ κάλλει* II, 6, 2. *ἐτιμᾶτο ἐπὶ τῇ ποιήσει* II, 20, 7. in quibus *ἐπὶ* est *propter*. *πρὸς Ἀρτεμισίῳ* Mosq. Vindob. ut Loescher conjecerat. cf. ad I, 2, 2. *πρὸ Ἀρτεμισίου* Vulgata. Pro vulgato *ὄνομα προτεθὲν*, ut Lobeckius tum in indice lectionum a. 1816, tum ad Phrynichum p. 94, et Porsonus emendarunt, scripsi *ὄνομα πατρόθεν·* iidem laudarunt Paus. II, 7, 3. III, 14, 1. VII, 7, 4. quibus addes Herod. VI, 14: *καί σφι τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων ἔδωκεν ἐν στήλῃ ἀναγραφῆναι πατρόθεν*. Loescher conjecerat *προὔθηκε*. *ἔγραψεν* vulgo. Epigramma, quod Pausanias respicit, est in Anthol. Pal. T. II p. 748. *ἀνδρίας* ut IV, 25, 2. 29, 1. *ἀνδρείας* vul-

go. Marathoniam pugnam Plato quoque Legg. IV p. 167 Bip. (707) Salaminiae praefert.

§. 5 — cap. 19 extr. cf. Excursus.

§. 5. Ceramico relicto pergit ad Vulcani et Veneris Uraniae templa. Quod O. Mueller in Erschii et Gruberi Encycl. T. 6 p. 237 ex verbis hujus loci Ὑπὲρ δὲ — Ἡφαίστου colligit, hoc Vulcani templum collis cujusdam, forsan Areopagi, dorso impositum fuisse, id, quantum equidem videam, nullo nititur argumento. cf. quae modo ad §. 1 de v. ὑπὲρ dicta sunt. ὅτι μὲν ἄγαλμά οἱ Mosq. τὸν — λόγον. vide I, 2 extr. 18, 2. γλαυκὸς Letronne interpretatur non cum Claverio *bleu foncé*, sed *bleu tirant sur le jaune* seu *verdâtre*. τούτοις — θυγατέρα εἶναι. Idem habet Herodotus IV, 180. Quod in Notis ad Hellen. p. 377 diximus, per *Tritonidem* paludem et hic et apud Herodotum significari Deam seu Nympham ejus, id confirmatur Homeri Iliad. II, 865 τὼ Γυγαίη τέκε Λίμνη. ut hic recte Λίμνη, sic in nostro loco et Herodoti Λίμνης scribendum pro λίμνης. Ποσειδῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς Vindob.

§. 6. Ἀφροδίτη Οὐρανία apud Aegiratas teste Pausania VII, 26, 3 distinguebatur a *Dea Syria*. quidni quaeramus, an apud hos solos? Templorum *Veneris Uraniae* antiquissimum Ascalone fuit, et ad ejus exemplum illa in Cypro et Cytheris exstructa sunt teste Herodoto I, 105: idem hujus Deae cultum Persas ab Assyriis accepisse tradidit I, 131. De Venere in *Cytheris* culta Paus. III, 23. Sed Hesiodo auctore Theogon. 192 sq. Venus e Cytheris in Cyprum transiit. Venus Urania Athenis etiam in hortis habuit aedem. vide 19, 2. σέβειν et σέβεσθαι promiscue eadem potestate. cf. 26, 7 cum II, 7, 7. Similiter promiscue κατεστήσατο et κατέστησε. cf. 22, 3. IV, 1, 5. Plutarch. Camil. 20. Est autem hoc verbum proprium in *constituendis ritibus et religionibus*. καὶ ταῖς ἀδελφαῖς. Pausanias ut 5, 4 ita hoc loco Pandioni posteriori Procnen et Philomelam filias contribuit, easdem igitur Aegei dicit sorores fuisse. Aliam etiam Pandionis II filiam Aegeique sororem Pausanias commemorat 39, 5. A. Letronne legendum opinatur Ἀθηναίων Ἀθμονεῦσιν vel Ἀθηναίοις Ἀθμονεῦσιν, quia scilicet, si Ἀθμονέων pendeat a δῆμος, Genitivus carere non possit articulo; sed vide 31, 3 extr. Quibus missis tantum monemus, Ἀθηναίους h. l. esse Ἀττικούς. Similiter Ἀθῆναι de Attica. v. ad Hellen. p. 257. adde Herod. IV, 99, ubi Ἀθηναῖοι dicuntur Sunium habitare.

# CAPUT XV.

§. 1. *Poecilen* Aeschinis quidem aetate ad forum fuisse ex his ejus verbis contra Ctesiph. p. 156 Wunderl. (168 seu 575) intelligitur: *Προσέλθετε* (fors. *Προσέλθετε*) *οὖν τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην. Ἁπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων τὰ ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται.* Hoc confirmatur aeneo Mercurii simulacro, quod de foro ubi stetit *ἀγοραῖος Ἑρμῆς* dictum, vicinum Poecilae fuit. Sic enim Lucianus in Jove Trag. 33 *Ἑρμῆς ὁ ἀγοραῖος ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην,* ubi Scholiasta *Agoraei* cognomen ita interpretatur: *ὡς ἐν τῇ ἀγορᾷ ἱδρυμένος.* Sed apud Pausaniam nulla est significatio, Poecilen in foro fuisse; neque eam Ceramici finibus includit, sed extra eos ponit, ut patet e cap. 14, 5. Pausaniae sequentes vestigia, Poecilen inter Ceramicum, Vulcani Venerisque Uraniae templa, et inter eum fuisse locum, quem cap. 17, 1 *ἀγορὰν* vocat, quae necesse est diversa fuerit ab *ἀγορᾷ*, vulgo vetere dicta, et Ceramico attributa, ergo utrique foro et veteri et recentiori appellato interpositam cogitabimus vel vicinam. De hoc *Mercurio Agoraeo* cf. praeter d. l. Luciani etiam Philochori Fragm. p. 48 sq. ubi quae hic dicitur *πύλη*, vocatur *πυλίς.* Hanc portulam O. Mueller in Erschii et Gruberi Enc. T. 6 p. 232 probabiliter existimat fori fuisse, sed haud dubie pro recentiore voluit vetus significare forum, quum addat, Pausaniam per hanc portulam videri ad Poecilen perrexisse. Hawkinsius credidit, hanc *πύλην* et *τὰς τοῦ Κεραμεικοῦ πύλας* easdem esse, p. 509 in Walpolii Turkey. Hunc *Plistarchum* memorat etiam Diodorus Sic. XIX, 77. *ἐπέτραπτο* Mosq.

§. 2. De hoc et duobus proximis paragraphis observatiunculas quasdam Amaltheae volumini secundo inserendas nuper ad Boettigerum misimus. E verbis *ἐν τῷ μέσῳ τῶν τοίχων* apparet, hanc porticum a tribus partibus clausam, a quarta autem, qua aditus patebat, apertam fuisse. *ὁ μέσος τῶν τοίχων* apertae parti seu introeuntibus oppositus, reliquis duobus parietibus haud dubie longior fuit. De alia porticu loquens, medium ejus parietem *τοῖχον τὸν πέραν* dicit I, 3, 2. Pausanias Poecilen ingressus, primum accedit ad alterum ex parietibus ejus angustioribus, in quo erant picta, quae narrantur verbis *αὕτη δὲ — συνιόντες.* Hinc progreditur ad medium eumque ampliorem parietem, qui continebat res verbis *ἐν δὲ τῷ μέσῳ — καὶ Κασσάνδραν* §. 3 expositas. Inde se convertit ad alterum parietem breviorem, qui quae comprehenderit, enarrat §. 4.

De *Oenoë* ista II, 25, 2. Hujus pugnae ad Oenoën iterum fit mentio X, 10, 2. Pro *ταῖς γυναιξὶν* Clavier voluit *ταύταις γυναιξὶν* legi. At quoties articulus locum tenet pronominis! cf. I, 23, 10. II, 5, 4. 38, 7. *τὸ ἐς τοὺς κινδύνους ἀφειδὲς* „animus sibi non parcens in adeundis periculis.“ Sylburgius. *ἐς* pro vulg. *εἰς* Mosq. Hunc Amazonum exercitum contra Athenas profectum e solis constitisse mulieribus, veteres non crediderunt. Lysiae enim dicuntur *παραλαβοῦσαι τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν στρατεῦσαι ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν*. Epitaph. cap. 2. *εἰ δὲ* pro *εἶγε* Mosq. Victorius.

§. 3. *Trojam captam et Trojanas mulieres* hic pinxerat *Polygnotus*, ut constat e Plutarchi Cim. 4, ubi additur, historicos et Melanthium poetam memoriae prodidisse, Polygnotum gratuito hanc pinxisse porticum. Nolo reliqua persequi. v. Boettiger de raptu Cassandrae p. 42 et in Ideen zur Archaeol. der Malerei p. 284 sqq. 122. Winckelmanni Opp. VIII p. 326. *Ajacis* hoc facinus saepius arte expressum. cf. V, 11, 2. 19, 1.

§. 4. *τελευταῖοι* cum Claviero. Sic *τελευταία ἐν τῇ γραφῇ Πενθεσίλεια* V, 11, 2. et hic paulo post *ἔσχαται τῆς γραφῆς νῆες*. *τελευταῖον* Vulgata. Appositus autem Genitivus singularis *τῆς γραφῆς* locum tenens pluralis omnia significat quae in hac porticu picta erant. Similiter V, 11, 2 quum *Panaenον γραφὰς* commemorasset, de extrema earum parte loquens *τελευταία ἐν τῇ γραφῇ Πενθεσίλεια* dicit pro plurali *ἐν ταῖς γραφαῖς*. A *Panaeno* hic pictam esse *pugnam Marathoniam* constat e V, 11, 2 et Plinio XXXV, 8. Hujus autem pugnae pictae, de qua legi meretur Boettiger in Ideen zur Arch. d. Mal. p. 249, *tres* Pausanias ipse partes distinguit, *primam* et spectantium oculis quasi proximam verbis: *Βοιωτῶν — τὸ ἔργον*, *secundam* eamque mediam his: *τὸ δὲ ἔσω — ἀλλήλους*, *tertiam* et quidem remotissimam ita significans: *ἔσχαται — Ἕλληνες*. In qua *tertia* parte innuit fuisse Marathonem heroëm, Theseum, Minervam et Herculem, rursus in *prima* Callimachum, Miltiadem et Echetlum heroëm. Verba igitur *Βοιωτῶν κ. λ.* ita interpretanda sunt: *Πρῶτοι μὲν ταύτης τῆς γραφῆς εἰσὶ Βοιωτῶν οἱ Πλάταιαν ἔχοντες καὶ ὅσον ἦν Ἀττικὸν, ἰόντες ἐς χεῖρας τοῖς βαρβάροις*. *Nell' ultima parte poi è la battaglia di Maratona. Da un lato i Beozj di Platea, e tutte le truppe attiche vengono alle mani co' barbari.* Nibby. Verba *ἐστὶν ἴσα παρ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἔργον* similia sunt illis, *αὐτοῖς ἐξ ἴσου καθεστήκει ἡ μάχη* I, 17, 2. et *αὐτοῖς τὸ ἔργον ἐξ ἴσου καθέστηκε*. Post *ἔργον* majorem distinctionem adhi-

bui. τὸ ἔσω τῆς μάχης vera, me quidem judice, lectio est, quam Dom. Calderinus ita expressit: *intra proeliantium tumultum fuga est barbarorum.* τὸ ἔσω τῆς μάχης est *id quod est ultra, supra pugnam illam modo memoratam et in prima parte expressam, illa quasi remotius a spectantium oculis.* Simillime loquitur X, 29 de tabula quadam picta: ἐσωτέρω τῆς Κλυμένης Μεγάρα ὄψει ultra seu supra seu post Clymenen, ergo longius a spectantium oculis remota fuit Megara. Sensus est: *Quod autem attinet ad id, quod ulterius post illam pugnam est, et longius recedit a spectantibus, fugientes conspiciuntur barbari.* Loescher conjecit ἔσω τῆς γραφῆς, quod Nibbyi sequuta est interpretatio: *Nel centro della pittura poi veggonsi i barbari, che fuggono.* Sed non opus est hac medicina, quum sana sit Vulgata. Minus etiam probabitur quod Clavier edidit: ἔξω τῆς μάχης, *hors du champ de bataille.* ἐς τὸ ἕλος. Hoc in Etym. Mag. p. 332 τὸ πρὸς Μαραθῶνα ἕλος dicitur, et infra cap. 32, 6 λίμνη τὰ πολλὰ ἑλώδης. De qua palude cf. Chandler c. 35. Hobhousius autem scribit I p. 431: *the lake into which the Persians were driven, was that formed by the Charadrus under the hills of the isthmus of Rhamnus.* ἔσχαται Mosq. ἔσχατα Vulgata. Nibby bene vertit: *in fondo sono le navi fenicie.* ἐνταῦθα — Ἡρακλῆς. De praesentia horum heroum et Minervae (Poliadis) in pugna Marathonia cf. ad 32, 4. Quibus heroibus egregie insertus est *Theseus*, alter Athenarum conditor, cujus φάσμα τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον teste Plutarcho in Thes. 34. ἀρνιόντι pro ἀνιόντι est in Victorii Adnot. et in Vatican. ἐνομίσθη θεὸς πρώτοις Mosq. Vatican. Clavier, Porsonus, qui laudavit 34, 3. ἐνομίσθη θεὸς ἐν πρώτοις Vind. ἐνομίσθη ἐν πρώτοις Vulgata. Jam Loescher voc. θεὸς insertum voluerat; recte; cf. 32, 4. adde illud Diodori Sic. IV, 39: Ἀθηναῖοι πρῶτοι τῶν ἄλλων ὡς θεὸν ἐτίμησαν θυσίαις τὸν Ἡρακλέα. Herculis τέμενος in campo Marathonio memorat Herodotus VI, 108. 116. τῶν μαχομένων κ. λ. Satis est ablegavisse ad Cornel. Nep. Miltiad. 6. et Plin. XXXV, 8. ἦρητο Clavier, ut Facius emendaverat. *qui ab atheniensibus imperator electus fuerat* Dom. Calderinus: *era stato scelto* Nibby. De αἱρεῖσθαι ita constructo vide ad 6, 8. ἤρξατο Vulgata. ἤρτο Mosq. Vindob. Ἔχετλος etiam Amasaeus et Domit. Calderinus. Ἐχετλαῖος est 32, 4.

§. 6. De *Scionaeorum* defectione ab Atheniensibus et ὀλέθρῳ Philochori Fragm. p. 60. et Intrpp. ad Isocr. Paneg.

29. ἐπαλήλειμμένας Vindob. cf. Lobeckius ad Phryn. p. 32 sq. ἀλήλιπται est V, 11, 2 p. 402 in. adde Bekkeri Anecd. p. 20. 383. μή σφᾶς ὅ τε χρόνος λυμήνηται καὶ ὅσα Λακεδαιμονίων εἶναι λέγεται Vulgata, quanquam Aldina post ὅσα habet virgulam. Facius conjecit: μή—λυμήνηται καὶ ἰὸς, Λακεδαιμονίων. *et aerugo.* quod recepit Clavier et expressit Nibby. Porsonus quoque putavit καὶ ὅσα ortum esse ex ΚΑΙΙΟΣ. Hac autem nobis quidem verior videtur Kuhnii emendatio μή—λυμήνηται καὶ ὅσα ἄλλα, Λακεδαιμονίων. Facile intelligitur, quomodo vox ἄλλα inter ὅσα Λακεδαιμονίων excidere potuerit. Ad ὅσα ἄλλα animo additur e praecedentibus repetendum λυμαίνεται. Sane quidem aliis in locis plenius reperitur hoc loquendi genus, veluti X, 23, 5 extr. 25, 2. II, 27, 8. Hic autem quia λυμαίνεται e proximo repetitur, non opus erat additamento. Caeterum si opus sit, doceri potest, absolute etiam dici, ut V, 21, 1: οἵ τε ἀνδριάντες καὶ ὁπόσα ἄλλα, τὰ πάντα ἐστὶν ἀναθήματα.

---

# CAPUT XVI.

Digressio de *Seleuco*.

§. 1. ὀλίγον ἀπωτέρω, ut 38, 9. II, 3, 2. 20, 4. IV, 35, 2. V, 6, 4. sed etiam ὀλίγῳ—ἀπωτέρω. sic I, 39, 2. Hanc *Seleuci* statuam a Bryaxi factam esse, et a Plinio memorari XXXIV, 19, 13, Heynii opinio est in Antiq. Aufs. I, 232. ὡς ὡρμᾶτο Clavier, ut est in cod. Casaubon. et Sylburgius conjecerat. ὃς ὡρμ. Vulgata. cf. 31, 2. Σέλευκος—Λάγου, cf. 6, 4. τοῦ Λάγου Vind. αὐτὸν ἀπέκτεινεν Ἀντίγονον i. e. cum aliis regibus pugnavit adversus Antigonum, in quo proelio interfectus est Antigonus. vide 6, 7. Plutarchi Demetr. 658 Frob. ἐπιστρατεύσαντα Mosq. Victorius, Domit. Calderinus, Clavier. ἐπιστρατεύσας Vulgata. Demetrius ipse se tradidit Seleuco apud Plutarchum in Demetr. 666 Frob. adde Justin. XVI, 2.

§. 2. μὲν καὶ Mosq. Vind. Clavier. μὲν οὖν καὶ Vulgata. Similiter μὲν οὖν καὶ pro μὲν καὶ est II, 31, 9. Pro παρ' αὐτὸν est παρ' αὐτῇ in Victorii Adnot. προσιὼν estne in προϊὼν mutandum? λαθὼν Clavier, ut Kuhnius conjecerat, et est in Victorii Adnot. ut marginis lectio. *disoppiatto* Nibby. μαθὼν Vulgata. In vulgata διαρπάσαι δὲ ἐπιτρέψας τὰ χρήματα τοῖς βασιλεῦσιν, quam sequuti sunt Amasaeus et Dom. Calderinus, plerique offenderunt. Loescher conjecit τοῖς

*στρατιώταις*, Kuhnius et Goldhagenus *τοῖς ἐπιβουλεύουσιν*, Palmerius *τῶν βασιλείων*, Facius *τῶν βασιλέων*, quod Clavier et Nibby receperunt. Sane etiam I, 43, 2 *Μεγαρέων* et *Μεγαρεῦσι* sunt confusa; sed quem haec conjectura, eundem sensum habet Vulgata, si *τοῖς* mutaveris in *τὰ*, namque *τὰ χρήματα τὰ βασιλεῦσιν* idem est quod *τὰ χρήματα τῶν βασιλέων*, et Pausanias saepe Dativum loco Genitivi cum substantivo copulavit. vide ad I, 18 extr. *ἐβασίλευε* Mosq. *ἐβασίλευσε* Vulgata. De *Ptolemaeo Cerauno* ejusque caede Valesius ad Diod. Sic. Exc. p. 562.

§. 3. *τοῦτο μὲν — Ξέρξου*. Forsan Apollinis Didymei responsa de Seleuci futura felicitate hunc regem moverunt, ut istam statuam *ἐς Βραγχίδας* remitteret; quam suspicionem Wesselingius proposuit ad Diod. XIX, 90. *ὑπελίπετο* Vind. Mosq. etiam postea, *ὑπελείπετο* Vulg. cf. ad II, 3, 8.

---

## CAPUT XVII.

§. 1. Haec *ἀγορὰ* putatur esse recentior, et ita dicitur Meursio in Ceramico gem. 16. (ubi etiam *ἡ ἀρχαία* ex Harpocratione et Suida memoratur), Hawkinsio et O. Muellero, qui duo posteriores eam arci versus septentrionem posuerunt. adde Strabo X, 447. et dicta ad I, 15, 1. *ἐς ἅπαντας ἐπίσημα* *in vulgus nota*; nec video, cur Sylburgium Facius notaverit vertentem *omnibus nota*. De *Misericordiae ara Athenis* Meursii Ceram. 16. ubi etiam illud e Statii Th. XII, 481 sqq. affertur: *Nulla autem effigies, nulli commissa metallo Forma Deae.* In Dom. Calderini versione est *oleae ara*. Similis transformatio narrabitur ad II, 5, 5. Distinctio post *θεῶν* tollenda est inter *ᾧ* et *μάλιστα* ponenda. Letronne autem putavit *ᾧ — ὄντι ὠφελίμῳ* corrigendum esse. *Humanitatis* laudes hic Atheniensibus tributas confirmat Diodorus Sic. IV, 65 extr. et 57. *ἐς* inter *καὶ* et *θεοὺς* deest in Mosq. et Vindob. Caeterum de Atheniensium *δεισιδαιμονίᾳ* seu *σπουδῇ ἐς τὰ θεῖα* cf. etiam 24, 3. et Acta Apost. 17, 22. De *Verecundiae et Famae* aris Meursii Ath. Att. III, 2. Phavorinus: *Αἰδὼ*, *καὶ ὁ βωμὸς ὁ ἐν τῇ ἀκροπόλει*. *Αἰδοῦς ἄγαλμα* est III, 20, 10. *Φήμη* jam Hesiodo Dea est in Opp. extr. apud Homerum autem *Ossa* Jovis nuncia est, ipsi autem *πανομφαίῳ* ara fuit dicata. Sed locus classicus de dea *Fama* est apud Aeschinem adv. Timarch. p. 46 sq. in Biblioth. classica. *Ὁρμή*, quam interpretantur *Alacritatem*, *Vigilance*, *Valeur*, *Impeto*,

*impetum et strenuitatem bellicam*, nobis est *Alacritas* seu *Impetus ad res suscipiendas gerendasque.* Ab Augustino C. D. XIX, 4 ὁρμὴ redditur *impetus vel actionis appetitus*, et a Plutarcho de Stoic. Repugn. p. 461 Frob. explicatur τοῦ ἀνθρώπου λόγος προςτακτικὸς αὐτῷ τοῦ ποιεῖν. Apud Augustinum de Cic. D. IV, 11 est Dea *Stimula*, de stimulis, quibus ad actum homo impellitur; quae τῇ Ὁρμῇ simillima est. cf. praeterea Paus. I, 24, 3. Corayi conjectura est Ὀργῆς.

§. 2. Foro recenti vicinum Ptolemaeum gymnasium, et huic Theseum. Ptolemaeum gymnasium huic foro versus caurum, et rursus huic gymnasio Theseum versus caurum fuit. *Ptolemaeum gymnasium* prope forum fuit. cf. II, 10, 1. Scripsimus autem Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ — Πτολεμαίῳ — καλουμένῳ pro vulgato — Πτολεμαίου — καλουμένῳ. cf. ad 39, 5. Eandem emendationem nunc reperi in Victorii Adnot. Hoc gymnasium *Ptolemaeum* (sic etiam Dom. Calderinus) vocatum esse, docet Cicero de Fin. V, 1 init. Sylburgius tamen conjecit vel Πτολεμαίου (quod idem Letronnio in mentem venit) vel Πτολεμάῖον. Neque Lobeckius ad Phryn. p. 370 formam Πτολεμαῖον sine nota dimisit. λίθου cum Clavierio. λίθοι vulgo. Ἰόχας non vulgata est, ut Facius ait, sed vitium unius Kuhnianae editionis. Apud Strabonem XVII, 828. 829 scribitur Ἰούβας· prior tamen apud Horatium corripitur. καὶ ὁ Χρύσιππος Hosq. De *Chrysippi* statua Baylii Dict. Not. V. ea igitur in Ptolemaeo gymnasio Pausaniae aetate fuit. De hoc *Theseo* adhuc servato quis non dixit? Veterum locos congessit Meursius Attic. Lect. V, 15. et in Athen. Att. I, 6. Nunc in aedem christianam mutatum est S. Georgio dedicatam. *Dimensions of* 104 *feet by* 45 *feet* in Gellii Itiner. p. 36. γραφαὶ δὲ — τοίχων ἡ γραφή. Ergo *tres* hujus templi parietes erant picti, et res in iis pictas facile discernes. Cf. Boettigeri Ideen zur Arch. d. Mal. p. 257. Sunt qui putent, fuisse haec in plano expressa, sed coloribus ornata, et eam ob causam dicta γραφάς. v. Kunstbl. zum Morgenbl. 1817 N. 11. et Dodwelli Reise I, 2, 191. Sed quid juvet, conjecturas capere, quas quomodo probes non habeas? Age vero conjecturae conjecturam opponamus, non nostram, sed Reinesii. In Suida enim s. v. Πολύγνωτος est, Polygnotum ab Atheniensibus civitate donatum esse, ἐπεὶ, ὡς ἔνιοι, ἔγραψε τὰς ἐν τῷ Θησαυρῷ καὶ τὰς ἐν Ἀνακείῳ γραφὰς, scilicet προῖκα. Sed Reinesius in Observationibus in Suidam a Muellero meo editis ingeniose ἐν τῷ Θησαυρῷ mutat in: ἐν τῷ Θησέως ἱερῷ. Polygnotus igi-

tur et Micon ut in Anaceo fuerunt (vide cap. 18, 1), ita etiam in Theseo pingendo socii operis fuisse putandi erunt. Quae emendatio eo probabilior est, quod a Plinio fere semper hi duo pictores copulantur, ut XXXIII, 56. XXXV, 25. 35. Tantos autem pictores aliorum artis operibus colores illevisse? Neque templa tabulis pictis raro ornata esse dixeris. v. Winckelmanni Opp. VIII, 254. τῇ Ἀθηνᾷ Mosq. Dom. Calderinus. τῆς Ἀθηνᾶς vulgo. De hoc Minervae clypeo I, 24, 7. Amazonum et Thesei pugna hic quidem ἐπὶ τῷ βάθρῳ, sed V, 11, 2 p. 402 ἐπὶ τῷ ὑποθήματι Jovis Olympii facta dicitur. Qui velit, cum Voelkelio et Boettigero Pausaniam erroris reum agat. Fieri tamen potuit, ut Pausanias hoc loco non ἐπὶ τῷ βάθρῳ sed ἐπὶ τῷ θρανίῳ scriberet. En illud ipsum quod objiciunt ex V, 11, 2.: τὸ ὑπόθημα δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῖς ποσὶν, ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ καλούμενον θρανίον — Θησέως ἐπειργασμένην ἔχει μάχην τὴν πρὸς Ἀμαζόνας. Similiter in Eleorum rebus enarrandis non ἄλσος dicit sed Ἄλτις V, 11, 5. 15, 1. 3. 27, 7. ἐξ ἴσου, sed V, 17, 4 ἐξίσου.

§. 3. Eandem hanc de Theseo Minois annulum ex mari reportante fabulam narrat Hyginus Poet. Astr. II, 5. στόλος h. l. de *manu eaque parva hominum, qui in locum aliquem mittuntur seu ducuntur*. De hac *Periboea* 42, 1. ἐπεὶ ita constructum etiam 32, 5. Post χρυσοῦν et δῶρον distinximus.

§. 4. δεδίεσθαι τοι γὰρ Vind. δεδίεσθαι τε γὰρ Mosq. πεφονευκότα κ. λ. vide ad cap. 20, 1. Post ἤκουσα colon posui. Verba Πειρίθους γὰρ — ἐστράτευεν Kuhnius sollicitare non debuit, quum, quod maxime postulatur, significent, Pirithoum huic interfuisse expeditioni. τὸν γάμον σπεύδειν i. e. ἐπείγεσθαι, est Homeri, Odyss. XIX, 137, et Herodoti, III, 137. ὁ Θεσπρωτὸς nomen gentile. De *Cichyro* Palmerii Graec. Ant.

§. 5. πρὸς δὲ τῇ — ἀτερπέστατον. cf. Palmer. Graec. Ant. 281 sq. 284. Post Κωκυτὸς distinxi. ἔς τε — θέσθαι. *tum reliquam enarrationem de rerum apud inferos statu aggredi ausus esse, tum nomina infernalibus fluviis a Thesprotiae fluviis desumta imposuisse*.

§. 6. *Aphidnae* captae et praedae actae Pausanias iterum mentionem facit II, 22, 7 et III, 17, 3. quanquam idem proelium illo tempore ad Aphidnam commissum in dubium vocat; sed cf. ad 24, 7. Aphidnam ad Parnethis radices sitam fuisse, O. Muelleri suspicio est in Erschii et Gruberi Encycl. VI, 225. Ἄφιδνα etiam in Strab. IX, 396 Tzsch. et Steph.

Byz. sed *Ἀφίδνα* apud Diod. Sic. IV, 63. et Phavor. *Μενεσθέα ἐπὶ βασιλείᾳ κατήγαγον.* non significatur, Menestheum antea Athenarum regem fuisse, sed ei regnum Athenarum, quod Erechthidis per Aegeum et Theseum, quos iidem cum sua gente cognatos negabant, ereptum videbatur dicebaturque, restitutum esse. v. Plutarch. Thes. 13. 31. Paus. II, 25, 5. *τῶν μὲν — λόγον.* cf. Plutarch. Thes. 34. *Θησέα — ἀπωσθῆναι.* cf. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 205 sqq. de ratione, qua Theseus in exilium ejectus sit, disserentem. *στέλλεται — Κρήτην.* Hoc quodammodo confirmatur id, quod e Clitodemi fragmento p. 34 eruitur, Daedalum et Theseum cum hoc Deucalione cognatione junctos, et illos quidem Erechthidas, hunc autem Minoë II et Merope, Erechthei filia, natum fuisse. Kuhnii correctionem Facio probatam *οἱ θάνατον — ἐπεβούλευσεν* Clavier in contextum intulit; sed Vulgata *οἱ θάνατον — ἐβούλευσεν* non erat movenda; sic *Πυλάδης φαίνεται βουλεῦσαι Νεοπτολέμῳ τὸν φόνον*, et *ἠρνεῖτο, μὴ βουλεῦσαι Φώκῳ θάνατον* II, 29, 7 p. 179 et 180. *Φώκῳ Πηλεὺς ἐβούλευσε τοῦ βίου τὴν τελευτὴν* X, 30, 2. adde Xenoph. Anab. II, 5, 16 coll. cum 15. *ὁ Θησέως σηκὸς* videtur esse *sacellum in templi* §. 2 *memorati recessu exstructum et Thesei ossa custodiens.* Huc pertinet illud Plutarchi in Theseo extremo: *κεῖται (Θησεὺς) ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον*, et Valckenarii animadv. ad Ammon. p. 155. Pro *ἐγένετο* estne legendum *ἐγίνετο*? De verbis *Μαραθῶνα ἔσχον* v. ad 14, 4. *δίκην δὲ τοῦ Θησέως θανάτου id autem propter Thesei mortem* Sylburgius. *Scyron incolis desertam reddidit, ultus eo pacto Thesei mortem* Dom. Calderinus. Similiter in Aeschyli Prom. 619: *τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;* ubi Scholia: *χάριν τίνος καὶ ὑπὲρ ποίου ἁμαρτήματος ἀνταποδίδως ταύτην τὴν τιμωρίαν; τίνος ἕνεκα τιμωρῇ;* Facii rationem conjungentis *δίκην δὲ τοῦ Θησέως θανάτου* cum proximis *καὶ τὰ ὀστᾶ κομίσαντος ἐς Ἀθήνας*, ut *δίκην* pendeat a *κομίσαντος*, sequutus est Clavier. Nos distinctionem post *θανάτου* restituimus.

---

## CAPUT XVIII.

§. 1. A Theseo redit ad forum novum, et inde pergit ad Dioscurorum templum, quod putatur ei arcis parti subjectum fuisse, quae erat euroaquiloni opposita. A Polygnoto hujus Anacei partem pictam esse confirmat Suidas, cujus

verba ad 17, 2 attulimus. ἔχοντα — Λευκίππου. cf. III, 17, 8. et Boettigeri Ideen zur Arch. d. Maler. p. 291 sqq. et de proximis Μίκων δὲ κ. λ. ibid. 258 sq. καὶ οἱ κ. λ. spectant haec ludos funebres Peliae patri ab Acasto factos.

§. 2. A Dioscurorum templo versus orientem et simul meridiem euntibus fuit *Aglauri fanum*, orientali arcis lateri subjectum. Ἕρσῃ Aldina, Clavier, Etymol. M. p. 135 Lips. Lexicon περὶ πνευμ. ad Valcken. Ammon. p. 218. Ἕρσῃ Francof. Kuhn. Facii, atque cap. 2, 4 Aldina. κατὰ τῆς ἀκροπόλεως — νομίζοντας. Barbaros in arcem loco valde praerupto, qui versus orientem fuit, conscendisse, testatur Herodotus VIII, 53 his verbis: ἔμπροσθε πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ οὔτε τις ἐφύλασσε, οὔτ᾽ ἂν ἤλπισε μή κοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες (τῶν Περσῶν) κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοιπερ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. Quod recte vertitur: *ante arcem, sed in parte a porta et adscensu aversa* etc. ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον scil. αὐτῆς. Sic θεῖναι ἔνθα θηριωδέστατον εἴη τῶν οὐρέων Herod. I, 111. αὐτὰς ῥίψαι Mosq.

§. 3. Aglauri fano subjectum *Prytaneum* magis in meridiem vergebat, et ad arcis radices positum erat euronotum spectantes. ἐν ᾧ — γεγραμμένοι. cf. Harpocrat. s. v. Ἄξονες et Pollux VIII, 10. Estne haec *Vesta* ἡ Βουλαία in Aeschinis or. de falsa leg. p. 76 Bibliothecae classicae? De hujus *Autolyci* statua Plinius XXXIV, 19, 17 p. 242 Bip. τὰς γὰρ — μετέγραψαν illustratum est ad 2, 4.

§. 4. Hinc descendit ἐς τὰ κάτω τῆς πόλεως, et primum ad *Serapidis et Ilithyiae* templa versus euronotum arci objecta, de quibus hoc et 5 §. Σεράπιδος II, 34, 10. ἐπιφανέστατον — Ἀλεξανδρ. idem testatur Suidas. Ἄπιν recte, nam prior producitur. cf. et II, 5, 5. Ἄπιν Mosq. Clavier, et adhuc apud Herodot. III, 28.

§. 5. χωρίον — λέγουσι. Hoc inter Serapidis et Ilithyiae templa fuit. *Olenis* hymnum in Ilithyiam memorat etiam VIII, 21, 2. IX, 27, 2. δὲ χώρας τῆς Κνωσ. Vind. Mosq. δὲ τῆς χώρας τῆς Κν. Vulgata. De scriptura Κνωσσίας ad 14, 3, et de templo quod Ilithyia *Amnisi* habuit Strabo X, 476. Ilithyia *velata* etiam apud Aegienses VII, 23, 5. De hac *Erisichthonis* profectione Deliaca 31, 2.

§. 6 — 9. Hanc viam persequens descendit ad antiquum Jovis Olympii templum et ad ejusdem fanum ab Hadriano dedicatum, quod ante illud templum fuit. Cum his autem con-

jungit fanum Junonis Jovisque Panhellenii et commune omnium Deorum templum ab Hadriano exstructa, denique Hadriani gymnasium. Jovis Olympii et Apollinis Pythii (19, 1) templa Thucydides II, 15 ἐν τῷ ὑπ' ἀκρόπολιν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένῳ posuit. Sed si Hobhousium, Hawkinsium et O. Muellerum audias, templum fanumque Jovis Olympii arci objectum erat non a meridie sed ab euronoto.

§. 6. τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου §. 8 dicitur τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. Ab hoc distinguitur ναὸς scil. Jovis Olympii ab Hadriano dedicatus, qui fuit ante illud antiquum Jovis Olympii templum ab Ilithyiae templo descendentibus, et §. 8. ὁ ναὸς ὁ νῦν dicitur. ἱερὸν et ναὸς saepe junguntur; ἱερὸν *templum* est *totus ille locus qui Deo consecratus et humanis usibus exemtus est*; αὐτὸς ὁ προσιερωμένος τόπος τῷ θεῷ, ut ait Scholiasta Thucyd. IV, 90 (Heiligthum), sed ναὸς *fanum* i.e. *aedificium in loco illo consecrato seu templo exstructum, aedes sacra*; *in qua Deus quasi habitat, vales*· unde ναὸς habitaculum Dei. νεὼς, ἔνθα ἵδρυται αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τοῦ θεοῦ, ut idem Scholiasta l. l. Sed hoc discrimen non ubique servatum esse, patet e Paus. VII, 26, 3. III, 17, 3. Hoc loco dicitur non in templo sed ante templum Jovis Olympii fuisse aedes ejusdem ab Hadriano dedicata. Longe discedunt haec Clavierii: *C'est l'empereur Adrien, qui a fait ériger la nef du temple de Jupiter Olympien, et une statue de ce dieu, admirable* etc. Atque etiam Nibby rem aliter cogitavit et locum ita reddidit: *Prima di passare al tempio di Giove Olimpico, è da osservarsi, che Adriano Imperadore dedicò la cella, e la statua.* Quod hic ἀνέθηκε, in Ael. Spartiani vita Adriani 13, ubi de eadem hac aede, est *dedicavit*, sed apud Dionem Cassium, quem interpretes laudarunt, ἐξεποίησε. Post verba ὅτι μὴ — ἀποδείκνυται, quae Facius et Clavier parentheseos signis incluserunt, vulgo plenius interpungitur. Loescherus et Winckelmannus (v. Opp. VI, 2, 350 sq.) hunc locum depravatum esse putaverunt, sed nulla indiget emendatione. ὅτι μὴ in enunciationibus et negantibus et affirmantibus poni solitum, sequente verbo εἶναι, γίνεσθαι seu simili, est *nisi quod*. Sic III, 19, 2 ὅτι γὰρ μὴ πρόσωπον αὐτῷ καὶ πόδες εἰσὶν ἄκροι καὶ χεῖρες, τὸ λοιπὸν χαλκῷ κίονί ἐστιν εἰκασμένον. IV, 5, 1 extr. ὅτι γὰρ μὴ τὸ Μεσσηνίων τὸ εὔψυχον καὶ χρόνου μῆκος, ὃν ἐπολέμησαν, διάφορα ἐγένετο τῆς Ἀπολλοδώρου τυραννίδος, ἔς γε τὰς συμφορὰς οὐ πολλῷ τινι ἀποδέοι ἃ οἱ Κασσαν-

δρῦς πεπόνθασι. III, 8, 1 ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δὴ — ἄλλο δή γε Λακεδαιμονίων· τοῖς βασιλεῦσιν οὐδέν ἐστιν ἐς μνήμην. Interdum verbum omissum e vicinia assumendum est; ut I, 21, 1 ὅτι μὴ γὰρ Μένανδρος οὐδεὶς ἦν ποιητὴς κωμῳδίας τῶν ἐς δόξαν ἡκόντων. 22, 7 ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως ὅτι μὴ μόνον εἰς Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις. VI, 19, 8 ὅτι μὴ θέατρον καὶ περίβολος τείχους, ἄλλο ἐλείπετο οὐδέν. In his ultimis locis neglecta ellipsi ὅτι μὴ reddere possis simpliciter *nisi*, ut apud Herod. I, 18. III, 125. apud Pausan. II, 30, 4. I, 23, 4. sed I, 9, 6 est: *si exceperis*. Sensum nostri loci in Amasaei versione expressimus. Quatremere de Quincy in Jupiter Olympien p. 377 non male ita judicat: significari colossum satis magnum, si contendatur non cum aeneis Romae et Rhodi sub dio positis, sed cum aliis colossis ejusdem generis i. e. auro et ebore factis templique cellae inclusis. Post τὰ λοιπὰ ἀγάλματα Letronnius cum Clavierio κολοσσικὰ quam cum aliis τοῦ Διὸς animo addere malit. Caeterum dissimulare non debemus, Corayum quoque in hoc loco offendisse, eumque ita emendatum ivisse: ἄξιον, οὐ μεγέθει μὲν (ὅτι μὴ — οἱ κολοσσοὶ) τὰ λοιπὰ ἀγάλματα ὁμοίως ἀποδεῖ seu ἀπολείπεται. πεποίηται δέ. De *Thasio* et *Aegyptio* lapide cf. Winckelmanni Opp. III, 34. ὄπισθεν Mosq. cf. 40, 3. II, 5 in. X, 26, 2. 32, 9. ὄπισθε Vulgata. De qua varietate v. Lobeckium ad Phryn. p. 284. Caeterum *quatuor stadiis*, quae hic τῷ περιβόλῳ scil. ναοῦ, ab Hadriano dedicati, dantur, deesse 180 pedes, ait W. Gell in Itinerary p. 43.

§. 7. καὶ Ῥέας omisit Clavier non de industria. Idem conjecit: τέμενος γῆς τὴν ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας, aperte ex Theseo Plutarchi 26 (27), ubi est τὸ τῆς γῆς τῆς Ὀλυμπίας ἱερόν· scribendum certe esset Γῆς. An vero, quoniam teste Plutarcho de Orac. Def. p. 187 B. Frob. nonnulli ὀλυμπίαν γῆν *lunam* appellarunt, *Lunae templum* hic quoque sit cogitandum, nos quidem dubitamus. Forsan est ἱερὸν Γῆς intelligendum propter id, quod continuo adjungitur. Huc autem non dubitamus quin illud pertineat Κρόνιον τέμενος, τὸ παρὰ τὸ νῦν Ὀλύμπιον μέχρι τοῦ μητρῴου τοῦ ἐν ἀγορᾷ e Bekkeri Anecd. 273. τὴν, quod Vulgata habet ante ἐπίκλησιν, delevimus praeeunte Letronnio, qui laudavit I, 19, 1 in. 26, 4. 38, 5. 40, 2. 44, 7. II, 2, 4. 10. 11. 21. 22. 24. 27. 30. 31. 34 bis. 35. III, 23. IX, 8. adde III, 12, 9. 14, 5 extr. διαστῆναι τὴν γῆν 34, 2 etiam de *terrae hiatu*.

§. 8. De hac Isocratis statua Plutarchi vita Isocratis.

Pro *ἐπιμονώτατον* in codice Phralitae est *ἐπιπονώτατον*, perperam. *ἐπίμονος βίος* est etiam in Artemid. II, 37 p. 215 Reif. Simile est voc. *ἔμμονος*, quod legitur in Theonis loco apud C. Barthium ad Stat. Theb. III, 591. *πολιτείας ἀπεχόμενος*· Isocrates ipse se *τῶν πολιτικῶν ἐξεστηκότα* dicit Paneg. 45. Pro *κοινὰ* est *πολλὰ* in Vind. et Mosq. Post *ἐλευθερώτατον* excidit *δέ*. Verba *τοῦ δὲ Ὀλυμπίου — ἱερὸν* referuntur ad antiquum Jovis Olympii templum, quod fuit post *τὸν ναὸν τὸν νῦν*. Illud Marmoris Parii, *Δευκαλίων τοὺς ὄμβρους ἔφυγεν ἐκ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας πρὸς Κραναὸν, καὶ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο*, confirmat famam a Pausania servatam. *σημεῖον* Vind. Amasaeus. *σημεῖα* vulgo.

§. 9. Quae hic commemorantur Hadriani opera, quo locorum sint referenda, nemo facile dixerit. *θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινὸν* est supra 5, 5 commemoratum. Notanda autem haec varietas est, nam II, 25, 5 legimus *ναὸς θεοῖς πᾶσιν ἐς κοινὸν ἀνειμένος*. et III, 22, 6 *ἱερὸν κοινὸν θεῶν ἁπάντων*. Illud autem planum, ad hoc commune omnium deorum templum seu Pantheon pertinere, quae proximis commemorantur verbis: *τὰ δὲ ἐπιφανέστατα — βιβλία*. Fuit ergo hoc Pantheon circumdatum istis CXX columnis, indice Sponio in sex ordines ita distinctis, ut vicenas quisque comprehenderet, et porticus iis insertae habuerunt tum parietes eodem lapide Phrygio obductos, tum cellas seu aediculas et lacunari inaurato fulgentes atque alabastro, et simulacris tabulisque pictis instructas. Praeterea in eodem hoc communi Deorum templo fuit bibliotheca, etiam ab Hieronymo in Chron. Eusebii ad Ol. CCXXVII memorata. Etiamnunc in hac regione urbis, ortum meridiemque spectante, permagnas reperiri generis Corinthii columnas narrant, quas Hawkinsius quidem putat ad fanum Jovis pertinuisse Olympii, Hobhousius autem in Journey through Albania p. 322 ait, esse arci versus euronotum *sixteen Corinthian columns of the building finished by Hadrian, called by some the Pantheon, and by others the Temple of Jupiter Olympius*, et tabulam addidit pictam. *πεποίηνται — τοῖχοι* Facius interpretatus est: *parietes exstructos fuisse porticibus similes*; at *κατὰ τὰ αὐτὰ* refertur ad Phrygium lapidem, et Dativum *ταῖς στοαῖς* Pausanias, ut saepe, posuit pro Genitivo. Neque enim raro Pausaniam Dativum adhibuisse, ubi exspectes Genitivum, ex his patebit exemplis: *τῷ Ἀνδραίμονι ὁ τάφος ἐκ Κολοφῶνος ἰόντι ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ* VII, 3, 2 (cf. Viger. p. 57. sed in simillimo loco VII, 2, 3 Genitivus reperitur). *Οἴνωτρος ὁ*

*τῶν παίδων νεώτατος Λυκάονι* VIII, 8, 2. *τὸ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ* II, 7, 1. *τῶν δέ οἱ παίδων Ἀχαιὸς — κατῆλθεν* VII, 1, 2. *ἐς Φάλαικον περιεχώρησεν ἡ Φωκεῦσι δυναστεία* X, 2, 5. *τήν οἱ μητέρα δοθῆναί γυναῖκα Λάγῳ* I, 6, 2. *Ἀθηναίοις* (pro *Ἀθηναίων*) *εἴη τεῖχος ἑαλωκός* 20, 4. *ὁ πατήρ οἱ* VIII, 2 init. ubi v. adnotat. Melius igitur Goldhagenus: *aus welchem auch die Mauern der Hallen gemacht sind*; et similiter Clavier atque Nibby. Pro *κατάκειται δὲ ἐς αὐτὸ* Facius et Clavier conjecerunt legendum esse: *κατάκειται δὲ ἐνταῦθα*. Iidem, ut alia mittam, cur intactum reliquerunt *ἐς τοῦτο* I, 20, 1? Letronnius autem haec ita transponenda putavit: *καὶ γυμνάσιόν ἐστιν ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ· κατάκειται δὲ ἐς αὐτὸ βιβλία*, scilicet nesciens, quo pertineret *ἐς αὐτό*. Hoc vero cur dubitemus referre ad illud commune deorum templum, in quo quae Hadrianus templa exstruxisset vel ornasset, et quae Graecis barbarisque beneficia tribuisset, omnia perscripta fuisse Pausanias testatus est I, 5, 5? Cum his bibliothecam in eodem templo asservatam esse, quae causa est negandi? Hadriani gymnasium in hac vicinia fuisse opinati sunt Meursius in Ath. Att. III, 5 et Chandler Itin. c. 19. *Λυκίων* Mosq.

---

# CAPUT XIX.

§. 1. *Μετὰ — Πυθίου* pro *Μετὰ δὲ τὸν ναὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, πλησίον δὲ αὐτοῦ, ἄγαλμά ἐστι.* Apollo *Pythius* hic non tantum simulacrum, sed templum etiam certe antea habuit. v. Thucyd. II, 15. (cf. ad 18, 6.) VI, 54 et ibi Duck. Nec *Λέξεις Ῥητορικαὶ* in Bekkeri Anecd. p. 299 nisi Pythii Apollinis simulacrum Athenis dedicatum memorant. Apollinis Delphinii templum, Delphinium appellatum, O. Mueller removet ad Aegei portam, ut Castorum templo (18, 1) sit ab ortu oppositum. Fuisse ibi tribunal ejusdem nominis (I, 28, 10), possis opinari. *ἐς εὐπρεπὲς* Mosq. Vind. Clavier. *εὐπρεποῦς* Vulgata. *εὐπρεπῶς* Kuhnius conjecit. Caeterum huc pertinent illa: *Πολυξένη κατὰ τὰ εἰθισμένα παρθένοις ἀναπέπλεκται τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας* X, 25. et *οἷα δὴ παρθένος πλεξάμενος τὴν κόμην* VIII, 20, 2. *ἐγένετο* Clavier. *ἐγίνετο* vulgo. *ἀπολύσας — ἐποιοῦντο*. *culmum altius ejecerit quam templi culmen struebant* Dom. Calderinus. Calamos plaustro advectos, quibus ad tecta aedium conficienda usi sint, Theseum in altum projecisse, opinatur Facius; sed sic non intelligitur, cur Theseus plaustro disjunxerit boves. Mi-

hi quidem voc. ὄροφον videbatur suspectum, et in margine ad voc. sequentem στέγην scriptum, atque inde in orationem illatum esse contextam, ejecto alio vocabulo, quod conjiciebam fuisse ῥυμὸν *temonem*. Cui quum alligaretur jugum, equidem ῥυμὸν quam cum Loeschero ζυγὸν scribere malebam. Sic Theseus temonem plaustri cum jugo ipso altius ejecisset, quam quo templi tectum surgebat. Sed qui regi Saxoniae a provocationibus est, *de Bose*, vir graece doctissimus, τὸν ὄροφον plane deletum vult tanquam glossema, supra vel ad vocem στέγην scriptum, et librariorum ignorantia in eo loco, quem nunc tenet, collocatum. Sic ad ἀνέῤῥιψεν supplendum τὴν ἅμαξαν, et Theseus cogitandus esset totum plaustrum in altum ejecisse. Pro στέγῃ autem ὄροφον usurpari coeptum esse, notum est vel ex illo Phavorini: καὶ ἁπλῶς αἱ τῶν οἰκιῶν στέγαι πᾶσαι ὄροφοι λέγονται.

§. 2. τὸ χωρίον ὃ Κήπους ὀνομάζουσι judice O. Muellero recta subjectum fuit Delphinio versus meridiem. Intra pomoerium fuisse, colligas ex 27, 4. An lectio apud Plinium XXXVI, 4 (5), 3 *Venus extra muros, quae appellatur Aphrodite ἐν Κήποις. Huic summam manum ipse Phidias imposuisse dicitur*, sana sit, quaerendum est. Distinguuntur autem hic duo Veneris simulacra, alterum τῆς Ἀφροδίτης ἐν τοῖς Κήποις dictae, Alcamenis opus, et in fano, quod ibi fuit, positum; alterum τῆς Οὐρανίας Ἀφροδίτης, Parcarum natu maximae vocatae, Hermarum instar quadratum, nec procul ab illo fano, quod Alcamenis laudato opere insigne fuit, collocatum. *Venerem Uraniam unam ex Parcis fuisse*, id quodammodo concinit cum Epimenidis fragmento in scholiis ad Lycophr. 406 ed. Mueller. plenius servato, ubi *Saturnus et Euonyme dicuntur parentes Veneris et Parcarum.* Hanc Euonymen Ister in Fragm. p. 56 dixit haberi *Tellurem*. τῶν Ἀθήνησιν ἐν λόγοις θέας ἄξιον. Kuhnius maluit τῶν Ἀθήνησιν ἐν ὀλίγοις θέας ἄξιον. Facius ingeniosam dixit hanc emendationem, et Clavierio probabilis ea visa est. Estne vero corrupta Vulgata? minime, nam sensus est: *in iis quae Athenis hominum sermone celebrantur, spectatu dignum est.* Sensus autem Kuhnianae emendationis est: *inter pauca spectatu dignum est Athenis, seu in iis, quae Athenis sunt.* An vero Pausanias significare voluit, pauca Athenis esse visu digna? Quare cum Domit. Calderino acquiescimus in Vulgata.

§. 3. *Cynosarges* extra portas fuit (v. Themist. Plutarchi c. 1) et quidem Aegei, quibus illud recta fere oppositum

fuit ab ortu, judice O. Muellero. καὶ τὰ μὲν — χρησμόν. Hic ἔστι scripsimus, quum sit *licet*. cf. Hermannus de emend. gr. gr. rat. p. 89. ὅς — ἔργων. cf. VIII, 14, 6.

§. 4. Λύκιον Mosq. Vind. ut paulo post in Vulgata et 29, 16. Λύκειον Vulgata, ut Strabo IX, 397. Hoc loco est templum, non gymnasium, quod serius ad hoc templum aedificatum est. vide 29, 16. Lyceum O. Mueller infra Cynosarges ita ponit, ut ab eo recta linea versus occasum duci possit ad Pantheon et Serapeum. Λύκου Clavier, atque etiam paulo post, ut IV, 1, 5 et 2, 4 et apud Herodot. I, 173. Λυκίου Vulgata, quam Hemsterhusius ad Arist. Plut. p. 206 sq. defendendam putavit. De *Apolline Lycio* II, 9, 7. 19, 3. Blomfield in Glossar. ad Aesch. VII a. Th. v. 133 p. 113 voluit Λύκειος scribi e Sophocl. El. 6. Lycii antea Τερμίλαι dicti sunt testibus Herodoto I, 173. VII, 92 et Strabone XII, 573. XIV, 667.. Cum iis hic conspirat scriptura codd. Mosq. et Vindob. Τερμιλλεῖς et Dom. Calderini *ermiles*, leviter corrupta. Nihilominus ita scribi voluit Simsonus in Chron. cathol. A. M. 2723. atque edidit Clavier. Τερμισσεῖς est Vulgata. Nos Τερμίλαις scripsimus, constructionis ratione postulante: namque in epanalepsi pronomen demonstrativum sequi solet apud Pausaniam aliosque casum sui praecedentis nominis, veluti III, 22, 4 Μάγνησι — τούτοις ἐστὶν ἄγαλμα. X, 32, 8 τοῖς ἐνταῦθα — τούτοις εἰσὶν οἰκήσεις. ib. 34 ἐν ταῖς Φωκέων πόλεσιν — ἔστιν ἐν ταύταις. I, 36, 3 Μολόττου — καὶ τούτου. 24, 5 ἐς τὸν ναὸν — ἐς τοῦτον. 44, 4 ἐς τὸ ἐπίνειον — ἐς τοῦτο. II, 26, 7 Ἀσκληπιὸς — καὶ οὗτος. IX, 13, 5 καὶ Σκέδασος — οὗτος. adde II, 11, 7. 21, 8. 32, 1. I, 23, 3. 25, 2. 43, 3. Similiter apud Herodotum: τοὺς Αἰγυπτίους ἰητροὺς — τούτους ἐῤῥύσατο III, 132. Eadem ratio est enunciationis negantis apud Paus. II, 37, 5.

§. 5. Νῖσον recte. cf. Hom. Od. XVIII, 127. etiam apud latinos poëtas prior producitur. sed in Strabone IX, 392 est adhuc Νίσος. τρίχας — εἶναι. cf. Broukhus. ad Tibull. I, 4, 57. χρῆναι δὲ αὐτὸν τελευτᾶν ἐπὶ ταύταις ἀποκαρείσαις Mosq. Pro χρῆναι δὲ αὐτὸν Clavier infeliciter conjecit legendum esse: χρησθῆναι δὲ αὐτῷ, parum memor, χρῆναι dici etiam vel de necessario eorum eventu, quae ab oraculo praedicta, seu fato constituta sint, vel de faciendis iis, quae oraculum jusserit; ut I, 32, 5. II, 29, 6. Herod. I, 8. Euripid. Heracl. 450. Arrian. Exped. Al. II, 3, 11. Similiter adhibetur δεῖ, ut Herod. VIII, 53. ἐξ ἐπιδρομῆς ᾕρουν Mosq. Νίσαιαν, ut Tzschuck. ad Strabon. VIII, 334. IX, 391. voluit. Νισαίαν

vulgo. cf. 39, 4. καταφεύγοντα mutandum videtur in καταφυγόντα. *qui confugerat* Dom. Calderinus. cf. 20 extr. ἐρασθῆναι Μίνω, *impulsu Veneris*, ut ait Hyginus fab. 198.

§. 6. Ἐλισσὸς scripsimus. cf. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 182 sq. Ἐλισσός Vulgata. Ἰλισσὸς Strabo IX, 400. Plato Phaedro p. 228 T. 10 Bip. 283. Apollodor. III, 15, 2. Schol. Apollon. Rh. I, 212 et Apollonius ipse (ubi tamen in tribus codd. Εἰλισσός), Phavorinus, Stephanus Byz. Ἰλισὸς ex Frontone et Bekkeri Anecdotis Jacobsius protulit ad Anthol. Pal. T. III p. 886. Ad Hymettum est fons Ilissi; de eo et de *Eridano* Sibthorpius in Walpolii Turkey p. 149 ita: »Leaving the hill of Anchesmus, we passed along the banks of the Ilissus. Not far from the base of the mountain (Hymettus) it divided, and one of its branches was dignified formerly with the celebrated name of Eridanus.« Cf. etiam Strabo IX, 397 de hoc Eridano. καὶ Ἠριδανὸς Facius conjecit. ἔνθα παίζουσαν κ. λ. De hac attica fabula, etiam in artis operibus expressa (V, 19, 1), cf. Herod. VII, 189 et Baylii Dict. s. v. Boréa. Boreae Graecis adversus barbaros opem ferentis Pausanias iterum meminit VIII, 27, 9. Barthius ad Stat. Theb. IV, 52 conjecit: ἰθέλουσι — Ἐλισσὸν καὶ Μουσῶν· ὧν βωμός. Cum Vulgata non relinquenda conspirat Dom. Calderinus.

§. 7. Locus *Agrae* fuit ad sinistram Ilissi ripam. A Lyceo enim versus Africum descendentibus fuit pons, per quem ad Agras transibatur. De Agris cf. Bekkeri Anecd. p. 326 sq. 334. vetus Grammaticus in Biblioth. Coisl. p. 608. et inprimis Platon. Phaedr. p. 284 Bip. (229), ubi Socrates locum, unde Orithyia rapta sit, definiens ait: κάτωθεν, ὅσον δύ' ἢ τρία στάδια, ᾗ πρὸς τὸ τῆς Ἀγραίας διαβαίνομεν. καί πού τίς ἐστι βωμὸς αὐτόθι Βορέου. Cognomen Ἀγροτέρας male sollicitavit Palmerius. cf. 41, 4. Pindari Pyth. IX, 10. τὸ δὲ ἀκούσασι κ. λ. *Stadium Herodis Attici* ibidem fuit. Chandlero, qui c. 16 de hoc stadio loquitur, Pausanias videtur significasse, Herodem non tantum suis sed alienis etiam pecuniis hoc exstruxisse stadium. Quod igitur pecunias, quas ejus pater aliis debuit, filius non redditas huic operi insumserit, id multis non admodum gratum fuisse auditu. cf. Philostr. vita Sophistar. lib. 2 p. 548 sq. At sensus est: *stadium quod audientes non ita movet, ut videntes admiratione replet, est* etc. ἄνωθεν ὄρος κ. λ. Vulgata. ἄνωθεν ὄρους Facius e Vindob. et ita Kuhnius conjecerat. At vero ad ἄνωθεν intelligitur Genitivus τοῦ σταδίου, et sensus est: *Trans Ilissum supra stadium mons est, qui a circulo dimidiato incipiens de-*

*scendit duplex recta ad amnis ripam.* Hobhousio referente p. 244 stadium habuit *the shape of an oblong horse-shoe.* An longitudo ejus, quae Delphicum stadium 600 pedes longum 80 pedibus superet, satis definita sit, dubitat Gell in Itiner. of Greece p. 44. Vocabulum *οἰκοδομή* negant Phrynichus et Lobeckius p. 487 meliori aevo auditum esse.

---

## CAPUT XX.

Cap. 20—29, 1. cf. Excursus.

Nunc *ἐκ τῶν κάτω τῆς πόλεως* (I, 18, 4) denuo adscendit ad Prytaneum, et viam, quae versus meridiem erat, tripodum persequitur ab ortu versus occasum; qua relicta pergit ad theatrum et antiquissimum Bacchi templum.

§. 1. *καλουμένη οἱ Τρίποδες* malebat Schweighaeuserus ad Athen. XIII, 591 b. sed vide *χωρίον Ἄγραι καλούμενον* 19, 7. *τὸ χωρίον, ὃ Κήπους ὀνομάζουσι* ibid. §. 2 et Athenaeus ipse l. c. *τὸν ἐπὶ τριπόδων Σάτυρον* dixit. Vulgo ita interpungitur: *ἀφ' οὗ δὲ καλοῦσι τὸ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι, καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες κ. λ.* Clavier scripsit — *χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο* [*οὐ*] *μεγάλοι καί σφισιν* — et reddidit: *on lui donne ce nom à cause de quelques petits temples sur lesquelles sont des trépieds.* Hoc invento Nibby suam ornavit interpretationem: *che (tripodi) stanno sopra parecchi templi degli Dei, non multo grandi è vero, ma, che oggetti di arte racchiudono sommamente degni di essere rammentati.* Ut nos distinximus, ita legit Dom. Calderinus. Goldhagenus quoque corruptum quidem hunc locum esse judicavit, idem tamen vidit, *μεγάλοι* non ad *ναοὶ* sed ad *τρίποδες* referendum esse. Me quidem judice ne suspicio quidem depravati hujus loci potest oriri; explicandus enim ita est: *ἀφ' οὗ δὲ καλοῦσι τὸ χωρίον, τοῦτό ἐστι· ναοὶ κ. λ.* In talibus enim formulis, a pronominis relativi neutro genere incipientibus, pronomen demonstrativum cum verbo substantivo suppleri Reizius quoque voluit in Epim. ad Pros. gr. Acc. Incl. p. 19. Similiter Lucanus Phars. VI, 779: *quod mihi noscere contigit;* ubi supplendum, *hoc est.* Interdum ita ponitur neutrum Participii cum suo articulo, veluti I, 35, 6: *τὸ δ' ἐμοὶ θαῦμα παρασχόν· Λυδίας πόλις ἐστί.* His formulis, quas post Reizium illustravit Matthiae in Miscellan. 2, 2 p. 159, simillima est alia dicendi ratio: nonnunquam enim *τοῦ-*

τό seu ταὐτά ἐστι omittitur, quum adjectivum praecedit superlativi gradus, seu rem qualis sit indicans, et sine substantivo positum, quod deinde illico sequitur res exponenda; ut I, 17, 4 πιθανώτατα δὲ, ὧν ἤκουσα· Θησεὺς ἐς Θεσπρωτοὺς ἐμβαλὼν κ. λ. ἐς τοῦτο pro ἐν τούτῳ, ut 18, 9. μνήμης — εἰργασμένα Clavier non de templis ut Nibby, cujus interpretatio antea allata est, sed de tripodibus ita interpretatus est: *qui contiennent des statues d'un très grand prix*. O. Mueller in Erschii et Gruberi Encycl. T. 6 p. 238 intelligit *simulacra aenea, quae clari artifices inter tripodum pedes collocaverint*: bene, nam Pausanias non temere videtur addidisse, hos tripodes μεγάλους fuisse. μάλιστα ἄξια Mosq. Σάτυρος γὰρ κ. λ. De hoc *Praxitelis Satyro, Periboëto dicto,* Plinius XXXIV, 19, 10 p. 240 Bip. Winckelmanni Opp. VIII, 224. 327. Diversus ab hoc ille Praxitelis Satyrus fuit, cujus Pausanias mentionem facit I, 43, 5. ille Athenis aeneus, hic Megaris marmoreus fuit. Πραξιτέλην Mosq. Vind. Clavier. Πραξιτέλη vulgo. ὁμολογεῖν — τῶν ἔργων· haec desunt in Mosq. αὐτῷ οἱ. Facius ait αὐτῷ glossema ad οἱ adscriptum videri; sed ecce Herodot. III, 72 αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἔσται et Homer. Od. IV, 244 αὐτόν μιν, ubi nulla ejusmodi suspicio, et cf. Matthiae Gram. gr. §. 148. οὔμενουν πάντα γε Vulgata. γε Mosq. omisit, et οὔμενουν — γε ex hoc uno Pausaniae loco, ut vulgo legitur, Hoogeveenus et Vigerus protulerunt. οἱ καμόντι — πλέον *actum esse de suis laboribus, frustra se tantum operae temporisque consumsisse in artis operibus.* cf. ad 10, 3. κάμνοντι Mosq. κακόντι cod. Phralitae. ἀπέλαβε pro ἐπέλαβε Vind. *Cupido Praxitelis* e marmore Pentelico fuit, eumque in suo Cupidine imitatus est Menodorus Pausaniae aetate Thespiis dedicato. vide IX, 27. et adde Winckelmanni Opp. VIII, 16. 327. Inde ab ἐποίησε usque ad Ἀλκαμένης §. 2 desideratur in Mosq. Διονύσῳ δὲ — ἔκπωμα. Facius Διονύσου, Clavier autem Σάτυρος ἔτι παῖς δίδωσιν ἔκπωμα conjecit; sed nullis hic opus est conjecturis, quum καὶ δίδωσιν positum sit pro ὃς δίδωσιν, et καὶ interdum pronominis relativi locum tenere constet. cf. Not. ad Hellenica p. 307 sq. Dativus αὐτῷ poterat omitti propter antecedentem Διονύσῳ. Hunc Satyrum puerum diversum esse a Satyro Praxitelis, Heynium recte animadvertisse, manifestum est; quominus enim Praxitelis Satyrus, de quo Facius cogitavit, intelligi possit, impedit et omissio articuli ante v. Σάτυρος, qui, si Praxitelis innueretur, haud dubie additus esset, et adjunctio vocabuli παῖς, quod, si de Praxitelis Satyro sermo sit, perquam in-

commode hic insertum videatur. Hic *Thymilus* non aliunde notus.

§. 2. Ante Theatrum, ad quod pergit, fuit *Bacchi templum antiquissimum*; de Theatro dicet cap. 21. nunc autem de *illo Bacchi templo*, cujus περίβολος comprehendebat duo fana et duo Bacchi simulacra, quorum alterum Bacchus Eleuthereus dicebatur, alterum factum erat ab Alcamene. De hoc antiquissimo Bacchi templo Athenis locus est classicus hic Thucydidis II, 15 τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι, quod idem dicit arci subjectum fuisse versus notum. ὅν τε Ἐλευθερεύς Anonymus conjecit; significatur potius τὸ ξόανον ἐξ Ἐλευθερῶν Ἀθηναίοις κομισθὲν ἀρχαῖον, ut ait Pausanias I, 38, 8. Forsan aedes, in qua fuit hic Bacchus Eleuthereus, est ille Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως νεὼς, quem Clemens Alex. Protr. p. 35 narrat igni dirutum esse. Post αὐτόθι distinxi. Indicatur autem hoc vocabulo aedes, in qua stetit Bacchus ab Alcamene factus. *Tres* hic distingui *tabulas pictas* apertum est. Διόνυσός—ἤγαγε. cf. Hyginus fab. 166. Simile argumentum est in *Peintures de Vases antiques* editis a Clenero et Millino Fasc. 2 Tab. 9. Cf. Abbildungen zu Creuzers Symb. Tab. V N. 5 et ibid. pag. 32 N. 64. ἐπεί τε seu ἐπεί τε (cf. I, 2, 1. 22, 3. 23, 2) Herodoteum est, ut II, 56. adde Greg. Cor. 412. Hoc solium (θρόνον) Casaubonus ad Sueton. Octav. 43 comparat cum sellis, quibus olim tanquam laqueis usi sunt alienae vitae insidiantes; fabricam autem istarum sellarum videri non dissimilem fuisse sellis Romanorum curulibus. Adde Boettiger in griechisch. Vasengem. 2 p. 101. Infra III, 17, 3 est Vulcanus in artis opere matrem ἀπολύων τῶν δεσμῶν, quod confirmat Boettigeri interpretationem. θεῶν—πείθεσθαι deest in Mosq. γεγραμμένα εἰσὶ, καὶ Vulgata; at εἰσὶ referendum est ad sequentia. ἀναγόμενος· sic etiam ἀνήγετο 22, 5 de navi. ἁρπαγμὸν Vindob. idque Porsono placuit. sed cf. 14, 2. III, 17, 3. 12, 5. 18, 7, ubi ἁρπαγή, ut hic in Vulgata.

§. 3. Ἔστι δὲ—λέγεται· loquitur de *Periclis odeo*, quod *Themistocles* ornare coeperat teste Vitruvio V, 9, quod Hawkinsius inter illud Bacchi antiquissimum templum et inter theatrum ponit, Muellerus autem in Erschii ac Gruberi Encycl. longe inde removet ad orientale arcis latus, quum tamen Pausanias dixerit, πλησίον τοῦ τε ἱεροῦ τοῦ Διονύσου καὶ τοῦ θεάτρου fuisse. A partibus nostris stant et Guilletiere et Stuartus; ille de australi arcis latere loquens ait p. 307:

*Là auprès on voit quelques ruïnes de l' Odeon*; hic vero T. III p. 21: »The theatre of Bacchus, the Tripods, the Odeum of Pericles, and the temple in Limne are all South of the Acropolis.« σκηνῆς Dom. Calderinus, Amasaeus, Clavier. σκευῆς Vulgata. cf. et Boettigeri Andeutungen zu 24 Vorlesungen p. 67. πρόφασις Mosq. Vind. πρόφασιν vulgo. ἅλωσιν τῶν Ἀθηναίων Mosq. Vind. Clavier. ἅλωσιν τὴν Ἀθηναίων Vulgata. Ἀριστίων, deinde Ἀρίστωνα Mosq. Dom. Calderinus. Hic homo *Aristio* ab omnibus vocatus ab uno Athenaeo appellatur *Athenio*. cf. Schweigh. et Casaub. ad V, 211 d. f. ἐπεκδραμόντα Facius, Clavier cum Loeschero et Amasaeo. ἐπεκδραμόντας Vulgata.

§. 4. καθεστήκει ut II, 21, 8. cf. ad I, 6, 5. Non Τάξιλος sed Ταξίλλης est in Plutarchi Sylla 19. Ἀθήνας μὲν τοῦ στρατοῦ μέρος πολιορκεῖν ἀφῆκεν Vindob. Facius. — μέρει πολιορκεῖν ἀφῆκεν Vulgata, quam revocavit Clavier, quam bene nescio. Accusativum enim in hac structura tuetur Xenophon Oecon. 17, 2 πάντες πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν. Cyrop. I, 2, 2 πόλεις ἀφεῖσαι αὐτοὺς τοὺς πρεσβυτέρους ὅπως ἐθέλουσι διάγειν. De simili verborum quorundam constructione cum Infinitivo et Accusativo vide ad 6, 8. καθεῖρξεν Mosq. τὸν λαχόντα — ἑκάστης· haud ita dissimile illud, ἐκ δεκάδος ἕνα σφέων αὐτέων ἀποκληρώσαντες apud Herod. III, 25. ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ· apud Herod. III, 14 ἄγεσθαι ἐπὶ θάνατον. De verbis εἰ — ἐρημωθῆναι ad I, 7, 8. τούτοις — ἔχοντα. v. Plutarchi Thes. 23 cum Leop. adnot. ἢ ὡς post Comparativum. cf. ad IV, 18, 4. οὐκ αὐτὰ δὴ αἰτίαν γενέσθαι Clavier, ut Facius conjecerat. οὐκ αὐτὰ δὴ δι' αἰτίαν γενέσθαι Vulgata. οὐ τὰ αὐτὰ δι' αἰτίαν γενέσθαι Mosq. Vind. Hinc eruo: οὐ ταῦτα δὴ αἰτίαν γενέσθαι. atque idem legit Dom. Calderinus, vertens: *haec non fuisse ei aegritudinis causam existimo.* Hic νόσος ἐμπεσεῖν, ut II, 18, 4, sed IX, 36, 2 ἐπιπεσεῖν dicitur et 33, 4 ἐπιλαβεῖν, ubi etiam de hoc morbi genere exponitur. cf. Sturzius ad Pherec. Fragm. p. 15 et 25. Ἱκεσίου δὲ Διὸς μήνιμα Vindob. Ἀθηναῖοι pro Ἀθῆναι Mosq.

---

## CAPUT XXI.

De *Bacchi theatro* §. 1—5, quod sub australibus arcis partibus fuisse, tum ex 20, 2, tum ex hujus capitis §. 4 manifestum est, quibus adde 25, 2 et contende cum Plutarchi Anto-

nio c. 60. Cf. etiam de eo 29, 16. et Ruhnkenii Auctarium Emend. ad Hesych. ubi de Dionysiis. Etiam Sicyone theatrum arci subjectum fuit. v. II, 7, 5. et apud Phliasios II, 13, 3.

§. 1. Forsan scribendum ὅτι γὰρ μὴ, ut est in exemplis ad 18, 6 laudatis. Meursius Attic. Lect. V, 11 conjecit: τῶν φανερῶν Αἰσχύλος, Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς, partim judicio, quod §. 3 Pausanias de Aeschyli statua fert, partim Lycurgi lege a Plutarcho in Lycurgo dé X Rhetor. commemorata, horum trium tragicorum χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι, commotus. Sed Pausanias in hominum, de quibus deinceps dicendum est, nominibus proponendis non nunquam unum alterumve eorum omittit, ex sequentibus, ubi illud affertur, facile supplendum; sic h. l. sequentia nos jubent Euripidis atque Sophoclis statuis animo adjungere Aeschyli. Notabilis hanc in rem locus est I, 23, 11.

§. 2. *Sophoclis mortem* Marmor Parium et Diodorus Sic. XIII, 103 referunt ad Olymp. XCIII, 3 = 406 a. C. v. ibi Wessel. ἐπιστῆναι poni solet etiam *de iis, quos quis videtur sibi per quietem videre.* Sic mox §. 3. IV, 26, 5. coll. cum §. 6. (ubi ἐπελθεῖν eodem modo), IX, 23, 2 bis. Herodot. II, 141. V, 56. qui de ipso quoque *somnio* objecto adhibuit I, 34. 38. Apud Ant. Liber. 15 est de *diis,* qui nocturno tempore ad homines accesserunt, et apud Theocritum XXI, 5 ἐφίστασθαι de *curis*, quae, si pauper paulum se nocturno somno dederit, illico adstant. Inprimis autem huc pertinet Homeri Iliad. XXIII, 105: παννυχίη μοι Πατροκλῆος ψυχὴ ἐφεστήκει. Simillimum autem nostro loco illud est in graeca vita Sophoclis: Διόνυσος κατ' ὄναρ ἐπιστὰς Λυσάνδρῳ ἐκέλευσεν ἐπιτρέψαι τεθῆναι τὸν ἄνδρα εἰς τὸν τάφον. Eodem modo παραστῆναι usurpatum in Bionis Id. III. ἐπὶ ante τοῖς τεθνεῶσι deest in Vindob. τὴν Σειρῆνα τὴν νέαν (Νέαν vulgo) τιμᾶν congruit cum illo in graeca Sophoclis vita: φασὶ δὲ καὶ, ὅτι τῷ μνήματι αὐτοῦ Σειρῆνα ἐπέστησαν. Kuhnius conjecit: καὶ οἱ τὸ ὄναρ ἐς Σοφοκλέα—ἐφαίνετο ἔχειν. Facio se id probavit et Valckenario, qui laudat Abresch. Thucyd. p. 839, et Clavier edidit—ὄναρ [ἐς] Σοφοκλέα—ἔχειν. Mihi tamen persuaderi nondum potuit, opus esse hac emendatione; namque ἔχειν cum Accusativo rei aut personae dici etiam de *argumento somniorum* clarissimus docet locus II, 32, 5: Πὰν τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἔδειξεν ὀνείρατα, ἃ εἶχεν ἄκεσιν λοιμοῦ *quae monstrabant remedium pestilentiae*: ubi Facius, quem ibi Clavier non sequitur, non magis bene suspicatur, scribendum esse ἃ εἶχεν ἐς ἄκεσιν. Et cur ἔχειν, *tenere*, in

*se habere*, de somnio ejusque argumento adhibitum non sit, *monstrare, ostendere?* Vulgatam igitur retinendam ita interpretamur: *ei videbatur hujus somnii argumentum esse Sophocles et ejus poësis*, seu: *somnium ostendere Sophoclem ejusque poësin*. Nobiscum facit Dom. Calderinus ita interpretatus: *eique umbram illam visum sophoclem atque sophoclis tenere poema*. Simillime §. 3 de tabula picta est: *ἡ τὸ ἔργον ἔχει τὸ Μαραθῶνι*, *cujus argumentum est pugna Marathonia*. *εἰώθασι — εἰκάζειν*. Homerus de Sirenibus Od. XII, 39 *αἵ ῥά τε πάντας ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅτις — φθόγγον ἀκούσῃ*. Hinc Phavorinus *Σειρήνεια μέλη, γλυκύτατα*. Anthol. Pal. T. I p. 52 *Πιερικῆς Σειρῆνος ἀρήϊον ἔργον ὑφαίνων* de Homero. T. II p. 875 *σειρῆνα θεάτρων, τόνδε Μένανδρον*. (adde p. 867). Plutarch. X Rhet. v. Isocr. *Ἰσοκράτει ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπῆν κριὸς, ἐφ' οὗ Σειρὴν συμβολικῶς*. ubi adde Facium in Exc. e Plut. p. 227. *ὑπὸ τῶν λόγων ὥςπερ τινὸς Σειρῆνος κεκηλημένος* Heliod. I, 23. *νῦν ἐπὶ ποιημάτων* Mosq. Victorii Adnot.

§. 3. *τῆς γραφῆς — Μαραθῶνι* intelligitur illa cap. 15, 4. *τὸ Μαραθῶνι* Mosq. Vind. Aldina, Clavier. *τὸ ἐν Μαραθῶνι* Francofurtana, Kuhniana, Facius; sed ecce *οἱ μαχεσάμενοι Μαραθῶνι* 15, 4. *ὅσοι Μαραθῶνι ἠγωνίσαντο* 29, 4. *ἣν Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι ἐμαχέσαντο* IX, 1, 2. et similia; inprimis autem *τὸ Μαραθῶνι πρὸς Μήδους ἔργον* I, 25, 2. *Μιλτιάδου τὸ Μαραθῶνι ἔργον* III, 4, 6. *ὁ Μαραθῶνι ἀγὼν* IX, 1, 2. Ab his unus, quantum scio, Pausaniae locus diversus est IV, 25, 2 *τὸ Ἀθηναίων ἐν Μαραθῶνι ἔργον*· nam alia ratio est illorum: *ὡς θεοί σφισιν ἐν Μαραθῶνι καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοῦ ἔργου μετάσχοιεν* VIII, 10, 4. *τὸ ἔργον τὸ Ἀθηναίων ἐν Μαντινείᾳ* VIII, 9, 4. *τὸ ἔργον τὸ ἐν Λεύκτροις* IX, 6, 2. *τὸ ἀτύχημα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ* I, 25, 3. ut I, 3, 3. *ἡ ἐν Ἐλευσῖνι τελετὴ* I, 2, 4.

§. 4. *νοτίου* scripsi. *Νοτίου* vulgo. cf. 25, 2. Plutarcho teste in Cimone p. 355 Frob. populus Atheniensis ex praeda, quam Cimon, Persarum victor, egerat, *τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν*, et Cornelio Nepote Cim. 2: »His ex manubiis Athenarum arx, qua ad meridiem vergit, est ornata.« Est ergo hoc *νότιον τεῖχος* arcis, quod Pausanias I, 28, 3 Cimonem aedificasse tradit. Dodwellius I, 2, 112 non audiendus. *Μεδούσης — πεποίηται*. Quis hanc *aegidem* i. e. Minervae clypeum cum Medusae capite dedicaverit, aperit Pausanias V, 12, 2, qui locus, nostro illustrando aptus, ita habet: *οὗ* (Antiochi) *καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Ἀθήνῃσιν*

ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ, καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργώ. Fuit ergo aegis aurea, ex qua media Gorgonis caput inauratum exstitit, inserta huic muro.

§. 5. Ἐν δὲ τῇ κ. λ. nos ita explicamus: Theatrum arcis lateri australi ita subjectum fuit, ut ei arx atque Parthenon immineret. (v. Walpolii Turkey p. 498). Ad verticem theatri in saxi, cui imposita fuit arx, latere australi fuit hoc antrum cum tripode. De eodem hoc antro et tripode videtur loqui Philochorus apud Harpocrationem v. κατατομή· quod Pausaniae est σπήλαιον ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, id Philochorus dixit τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας· (quod enim Sponius de theatri quibusdam scalarum gradibus dicit, et arcis saxo incisis, et illud antrum continentibus, id non satis perspicuum est) et pro eo, quod apud Pausaniam est τρίπους ἔνεστι τῷ σπηλαίῳ, apud Philochorum legimus: Αἰσχραῖος Ἀναγυράσιος ἀνέθηκε τὸν ὑπὲρ θεάτρου τρίποδα. Rem magis etiam illustrat, quod Λέξεις Ῥητορικαὶ in Bekkeri Anecd. p. 270 referunt, theatrum ἐν ὄρει (haud dubie arcis) κατεσκευάσθαι· ergo theatrum accline fuit saxo ipsi, in quo arx eminebat. Idem Sponius tradidit et distincte; minus dilucida partim quidem haec sunt: »The theatre stood at the foot of the rock, on the southern side of the Acropolis; and there was a grotto or cavern immediately above it. Nothing now remains of the theatre but the cavea; but this is exactly in the position here described, a grotto occurring just above it.« Hawkins in Walpolii Turkey p. 492. τρίπους ἔνεστι *ad hoc antrum* seu *in limine hujus antri est tripus*, qui videtur ob victoriam aliquam inter choragos dedicatus fuisse. Ἀπόλλων δὲ κ. λ. Haec illustrabam in Not. ad Hellen. p. 284 sq. ἐν αὐτῷ Voelkel intelligit regulas, quibus pedes tripodis continerentur. pro ἡ δὲ in Vind. est τῇδε, in Mosq. ᾗδε.

§. 6. Hinc usque ad 22, 4 init. pergit a theatro Bacchi ad introitum in arcem, ergo a theatro conversus ad sinistram et ad caurum adscendit ad arcis gradus. Τάλως — Τάλων Clavier, sibi non constans, quippe qui I, 26, 5 Vulgatam Κάλω intactam reliquerit, quam nec Wesselingius ad Diod. Sic. IV, 76 rejecit, et Amasaeus expressit. Idem puer quum a Pausania iterum 26, 5 *Calos* appelletur, et in ea scriptura Suidas v. Πέρδικος ἱερόν, atque Clemens Alex. Protr. p. 30 Sylb. cum Pausania consentiant, equidem dubitavi Vulgatam in Pausania sine codicum auctoritate movere. Dom. Calderinus et hic et 26, 5 habet *Talos*. Apte autem Porsonus laudavit Schol. ad Soph. Oed. Col. 1320, ubi est Ταλαὸν ἔνιοι

διὰ τοῦ κ Καλαὸν προςαγορεύουσιν. ἀδελφῆς i. e. Πέρδικος teste Suida l. c. qui ejus ἱερὸν juxta arcem fuisse narrat.

§. 7. Τοῦ δ' Ἀσκληπιοῦ Clavier, ut Camerarius conjecerat. Τοῦ Ἀσκλ. Vulgata. Post πεποίηται distinxi, et καὶ τῶν παίδων ἐς τὰς γραφὰς e Vindob. scripsi pro vulgato καὶ τῶν παίδων, καὶ ἐς τὰς γραφάς. deinde ἐπὶ τούτῳ τῷ φόνῳ Clavier, ut Sylburgius, Kuhnius et Facius voluerant pro vulgato ὑπὸ τούτῳ τῷ φόνῳ. In auctoribus narrationis Ποσειδῶνος — γενέσθαι πρῶτον c. 28, 5 repetitae, fuit Hellanicus; idem hanc *Alcippen* ex Agraulo, Cecropis filia, natam tradidit. v. Bekkeri Anecd. p. 444.

§. 6. εἰςάγουσιν — τῶν ταύτῃ μάλιστα Mosq. Post ἐξεύρηταί σφισιν Goldhagenus putavit ταῦτα inserendum vel supplendum esse; de priore intercedimus; solet enim hoc verbum etiam omisso pronomine adhiberi, ut in loco perperam sollicitato IV, 15, 3 πρὸς ταῦτα ἐξευρίσκουσι. Herod. V, 67 ὡς δέ οἱ ἐξευρῆσθαι ἐδόκεε. Similis est constructio simplicis apud Pausaniam X, 13 5 Εὑρέθη δὲ καὶ ὕστερον τοῖς Φωκεῦσιν οὐκ ἀποδέον σοφίᾳ τῶν προτέρων. Adverbium ὧδε loco pronominis demonstrativi cum verbo ἐξευρίσκειν Herodotus interdum copulavit, ut IV, 61. I, 94. ὀστεΐνας bis Clavier et Goldhagenus, ut Palmerius correxerat probante Valckenario. οἰσυΐνας Vulgata. *junceas* Dom. Calderinus. οἰσίνας Mosq. οἰσύνας Vind. De forma ὀστέϊνος, quae VIII, 18, 2 recurrit, cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 262. Emendationem confirmat Tacitus de Germ. 46, ubi de *Fennis*, quos dubitat Germanis an Sarmatis accenseat, ait: »sola in sagittis spes, quas inopia ferri *ossibus* asperant.« Formam κράνινος contra Schneiderum tuetur Lobeckius l. l. σειραῖς περιβαλόντες τῶν πολεμίων ὁπόσοις καὶ τύχοιεν τοὺς ἵππους ἀποστρέψαντες, ἀνατρέπουσι τοὺς ἐνσχεθέντας ταῖς σειραῖς. Vulgata. — ὁπόσοις τύχοιεν καὶ τοὺς — Clavier, ut Facius conjecerat. — ὁπόσοις καὶ τύχοιεν τούς τε ἵππους — Kuhnius, sed — ὁπόσοις ἐπιτύχοιεν, τοὺς ἵππους — Loescher voluit, haud dubie ut pendentem fulciret Dativum. Quae ratio placeret, nisi verior leniorque esset haec: — ὁπόσους τύχοιεν, καὶ τοὺς ἵππους —. Ad ὁπόσους τύχοιεν repetitur animo ex praecedentibus περιβαλεῖν. Simillime loquitur Pausanias IV, 16, 3 συνάγων ὁπόσους τύχοι et ibid. 35, 4 ἐληΐζοντο ἄλλους τε, ὡς ἑκάστους τύχοιεν. *hostem cathenis implicant, quemcunque deprehendere possunt: atque ita obversis equis cathenis obvolutum distrahunt.* Dom. Calderinus. Sylburgius in Notis ad Dionys. Hal. Arch. p. 5, Kuhnius et Facius ut Dativum excusarent,

τύχοιεν pro ἐντύχοιεν vel ἐπιτύχοιεν accipi voluerunt nullis hoc confirmantes exemplis. cf. ad IV, 21, 1 Facius. περιβάλλοντες Vind. Mosq. Sylburgius ad Dion. Hal. l. l. et p. 14 Not. significat, περιλαβόντες etiam legi posse. ἀνασχεθέντας pro ἐνσχεθέντας Mosq. Vind. Wesselingius autem quum ad Herod. VII, 85, qui locus cum nostro conferendus est, mirabatur, cur hanc Sagartiorum, Persicae gentis, in pugnando habilitatem Pausanias Sarmatis contribuisset, memor non fuit eorum, quae et Kuester ad Suidam T. III. p. 303 et Lipsius in Analect. ad Milit. Rom. p. 443 de eadem Scytharum, Alanorum, Anchatum et Hunnorum consuetudine pugnandi ex veterum scriptis et Valesii Animadversionibus ad Ammian. Marc. exposuerant. Locus Suidae, nostrum illustrans, est:. Σειραῖς, πλεκτοῖς ἱμᾶσι· καὶ γένος Πάρθων, οἱ Σειροφόροι καλούμενοι. μάχονται δὲ ἀπὸ τῶν ἵππων, σειρὰς ἱμάντων ἑλίσσοντες· πελάσαντες δὲ τοῖς πολεμίοις ἐφιᾶσι τοὺς ἀπὸ τῶν ἱμάντων βρόχους· ἀποστρέψαντες δὲ τοὺς ἵππους ὀπίσω βιαίως ἐλαύνουσι· τοὺς δὲ ἁλόντας τοῖς βρόχοις τῇ ῥύμῃ τοῦ ἵππου ἀποθανόντας ἢ ζῶντας ἕλκουσι. ὡς ἂν — νομάδων *quum, ut videtur, terra neque in partes distributa sit, quas privati possideant, neque quidquam praeter agrestem silvam ferat, si quidem sunt nomades.* ἐμφερῆ δρακόντων φολίσιν Mosq. ὅστις δὲ οὐκ εἶδε· simillimo modo loquitur Herodotus IV, 81. ταῦτα διατρήσαντες refertur ad ἐμφερῆ δρακόντων φολίσιν. Sylburgius conjecit: καὶ γὰρ καὶ συστάδην, non male, opponuntur enim συστάδην τυπτόμενοι, quod ad gladios et hastas, et βληθέντες, quod ad sagittas pertinet. διιᾶσι — σίδηρον *transmittunt ferrum et praesertim si iis vis adhibeatur* i. e. *ferrum iis vehementius immittatur.* βιάζεσθαι passive I, 4, 3. 23, 7. Thucyd. VII, 84. Similiter βιώμενον apud Herod. I, 19. De *loricis corneis* Lipsius de Milit. Rom. III, 6 p. 149.

§. 9. ἄλλοις ἐστὶν ἱεροῖς Mosq. Γρυνείῳ scripsi. *Gryneo* Dom. Calderinus. idem voluit Sylburgius in Spicilegio edit. Francofurtanae p. 351. *Gryneum* nemus *Gryneo* Apollini sacrum ex Virgilii Ecl. VI, 72 notum est, ubi v. J. H. Vossius. τὰ Γρύνεια habet Stephanus Byz. Γρυνιαίῳ Vulgata. Γρυναίῳ Camerarius. *Linteae loricae* jam Troicis temporibus inventae erant. v. Homer. Iliad. II, 529. 830. Consecratae memorantur iterum a Pausania VI, 19, 4. De ratione eas faciendi Casaubonus ad Suet. Galb. 19. adde Lipsii Milit. Rom. III, 6 p. 151.

## CAPUT XXII.

§. 1. *πρὸ αὐτοῦ μνῆμα. Sepulcra saepe juxta templa seu aras fuerunt.* vide I, 37, 3. II, 11. 19. 21. Pindar. Ol. I, 149. Plutarch. Lycurg. 27 init. Aelian. V. H. VIII, 19. *τὴν* ante *τελευτὴν* omisit Mosq. *ἐκ καταρῶν.* cf. Eurip. Hipp. 44 sq. *δῆλα nota,* ut 38, 6. *ἕλλην ὢν βάρβαρον γλῶσσαν ἔμαθεν* Mosq.

§. 2. De *Hippolyti sepulcro* apud Troezenios II, 32, 1. Imperfectum *ἔμελλον* saepe cum Futuri Infinitivo apud Pausaniam junctum quanquam crebro, tamen non semper adhibetur vel de homine, qui in eo erat ut aliquid faceret aut pateretur, vel de re jam jam eventura; usus enim repugnantis exemplum clarissimum est IV, 34, 5 *ἔμελλον δὲ ἄρα διάλεκτόν τε ἀνὰ χρόνον καὶ ἔθη μεταμαθήσεσθαι τὰ Δωριέων.* Meziriacus ad Ovid. Her. I, 323 nostrum locum bene reddidit: *estant sur le point de se marier. Phaedram,* sororem suam, Deucalion, quum patri Minoi II mortuo successisset, et foedus cum Atheniensibus feriisset, Theseo nuptum dedisse dicitur Diodoro Sic. IV, 62. Quod Diodorus memoriae prodidit de foedere inter hunc Deucalionem et Athenienses icto, mirum Wesselingio visum est, et tamen Clitodemi confirmatur fragmento in Plut. Thes. 18 (19), et quodamodo Zenis seu Zenei Chii testimonio apud Athen. XIII, 8, 601. *βασίλειαν* pro *βασιλεύειν* Mosq. Idem et Vind. *πέμπει πρὸς Πιτθέα.* sed vide ad IV, 22, 3. *τραφησόμενον αὐτὸν* cf. Plut. Thes. 3. Diod. Sic. IV, 62 cum Meziriaco l. l. *βασιλεύοντα* Mosq. *χρόνῳ — ἐβούλευσε.* Haec non congruunt cum Plutarchi vita Thesei, ubi c. 13 Pallantidae narrantur a Theseo caesi ante ejus profectionem Siciliensem et Hippolytum natum; sed Pausanias refert a Troezeniis narrata, quibuscum partim conspirant Euripidea in Hippolyto 34 sqq. *καθαρσίων εἵνεκα* etiam II, 7, 7. III, 15, 8. Ad *φῦναι — λέγουσιν* animo repetendum: *ἔχουσαν τετρυπημένα φύλλα,* et proxima ita interpretanda sunt: *ἀλλὰ μυρσίνην ταύτην ἔχειν φύλλα τετρυπημένα τὸ ἔργον γεγε-*
ου
*νῆσθαι τῆς κ. λ.* Nostrum locum illustrat II, 32, 3. *ασης* Mosq. *ἀλλὰ διὰ ἔργον* Vindob. De hac *περόνῃ* Winckelmanni Opp. V, 50. II, 91.

§. 3. *'Αφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον, ἐπείτε 'Αθηναίοις Θησεὺς κ. λ.* est Vulgata, quam, quum Dativo hic nullus esse posse videretur locus, Facius et Clavier ita mutarunt — *ἐπείτε 'Αθηναίους Θησεὺς* —. Ex Dom. Calderini interpretatione *Venerem communem, quam Theseus a tribubus ad*

*civitatem duxit una cum Pitho, ex illius instituto venerantur* licet concludere, Dativum Ἀθηναίοις in aliis codicibus omissum, ut in Calderini, in aliis inepto loco positum esse; nos suum illi post Πάνδημον reddidisse arbitramur. Dativum hic necessarium esse, intelligitur e formulis κατέστησε seu κατεστήσατο seu κατέστη σέβειν seu σέβεσθαι, quibus Dativum fere adjunxit Pausanias. vide I, 26, 7. II, 7, 7. 33, 1. IV, 1, 5. IX, 27, 1. inprimis I, 14, 6. Ad ἐπεὶτε — πόλιν suppletur αὐτούς. vide ad I, 3, 1. Haec Venus autem Πάνδημος probe distinguenda est tum ab ea, quae VI, 25, 2 hirco insidet, tum ab illa, cui cognomen ἐπὶ ταῖς μίξεσι datum est IX, 16, 2. Alia plane est, quam Theseus constituit. Theseus enim quum consilium cepisset, dispersos Atticae incolas et vicatim habitantes in unum corpus, ἄστυ, cogendi, et persuasione et auctoritate utebatur ad id, quod volebat, assequendum. Quod quum effecisset, ut omnibus vinculis hos homines in unum locum congregatos inter se conjungeret, operam dabat maximam; quod eo magis necessarium erat, quod iisdem his hominibus antea interdum inimicitiae atque bella intercesserant. Itaque instituit Παναθήναια, Μετοίκια seu Ξυνοίκια et πανδημίαν (Thucyd. II, 15. Plut. Thes. 23. 24), atque cultum Veneris Πανδήμου et Πειθοῦς, ut inter omnes Atticae populos (πάντας δήμους) connubia (ἐπιγαμίαι) essent. Alia ratio affertur ab Apollodoro apud Harpocrat. Suid. ac Phavorin. s. v. Πάνδημος Ἀφροδ. Πειθὼ videtur h. l. Veneris comes ut 43, 6. seu unum ex quinque numinibus conjugalibus esse in Plutarchi Κεφ. γαμικ. Ῥωμ. non procul ab initio. Haec ἀγάλματα sunt hujus Veneris et Suadae. Hujus autem Veneris fanum in vetere ἀγορᾷ fuit. v. Meursii Ceramic. c. 16. Pergit ab Hippolyti tumulo ad *Telluris* et *Cereris* templa. De priore cf. Thucyd. II, 15. In Suidae notabili loco κουροτρόφος Γῆ latet forsan Ἀτθίδος alicujus fragmentum. Cererem Χλόην (i. e. et *viridem* et *flavam*, v. Schneid. Lex. gr. et Creuzeri Symb. IV, 314) vocavit etiam Eupolis in Schol. ad Soph. Oed. Col. 1600 (1671), sed Sophocles ipse εὔχλοον, et Scholiastes ibi addit, esse ejus ἱερὸν πρὸς τῇ ἀκροπόλει. Formula ἐς λόγους ἐλθεῖν τινι est Herodotea, veluti III, 4.

§. 4. usque ad 28, 4 spicilegium de *arce Athenarum*; cujus de memorabilibus tenenda illa est Pausaniae observatio V, 21, 1: ἐν ἀκροπόλει τῇ Ἀθήνῃσιν οἵ τε ἀνδριάντες καὶ ὁπόσα ἄλλα, τὰ πάντα ἐστὶν ὁμοίως ἀναθήματα. Ac de *donariis* in Athenarum arce quatuor libros conscripserat *Polemo Periegetes*, quod ejus opus simpliciter quoque de *arce* vo-

catur. De eadem magnum opus quindecim librorum vulgaverat *Heliodorus Periegetes.* cf. de eo ad I, 37, 1. Ergo vere *fuerunt, quibus unum opus erat intactae Palladis arces libro perpetuo celebrare;* quorum industriam Meursius imitatus est in Cecropia. Libri autem Polemonis, Heliodori aliorumque in causa potuerunt esse, cur Pausanias multa hic vel leviter tangeret, interdum ne sede quidem eorum indicata, vel plane omitteret. Quam ejus brevitatem vel taciturnitatem desinant aliquando multis verbis mirari. De arcis altitudine V, 11, 5. est CL pedum. Summa arx mille seu 1150 pedes longa, quingentos lata esse dicitur. Ac primum de *Propylaeis arcis* usque ad §. 7 extr. cf. Winckelmanni Opp. VIII, 213. et Boettigeri Andeutungen zu 24 Vorles. p. 77. Tenuia eorum magnificentiae restant vestigia. ἔσοδος Mosq. εἴσοδος Vulgata. ἰσχυρόν Mosq. λίθου — ἔχει. Lateres marmoreos Athenae Londinum nuper miserunt. τὰς μὲν — πεποιημέναι. Stuartus in Antiq. of Ath. T. II p. 89 Chandlerum sequutus de his statuis equestribus, quarum altera ante dextram, altera ante sinistram Propylaeorum alam fuit, ita: »whatever might originally have been the intention of these figures, one of them appears by an inscription still legible (v. Chandlerum cap. 9) to have been transferred to M. Agrippa, as the other probably was to Augustus.« παῖδε Mosq. ἐς ante εὐπρέπειαν deest in Mosq. et Aldina. τῶν δὲ — ναός i. e. si Sponium sequimur: *ad dextram per Propylaea ingressis jam in arcem Victoriae fanum est, eique ad sinistram viae oppositum* οἴκημα ἔχον γραφάς, de quo §. 6. Chandler ἐν δεξιᾷ intelligit de parte dextra Propylaeorum, non hominum intrantium. De hac Victoriae aede Hobhousius I p. 337 scripsit: »the last memorial of its existence was carried away by Lord Elgin.« In hoc fano ergo fuit dignum, quod Calamis imitaretur, *Victoriae simulacrum non alatum.* cf. de eo V, 26, 5. Harpocrat. s. v. Νίκη Ἀθηνᾶ et Boettigeri Comm. de Victoria in vol. 2 Ephem. Jen. a. 1803. Pausaniam III, 15, 5 referentem, quid Athenienses causae attulerint, *cur haec sua Victoria non esset alata,* nunc quidem, ut arbitror, nemo ridebit. Dom. Calderinus mire interpretatus est: *victoriae volucris aedes.* Juxta hanc Victoriae aedem positum fuit Hecates signum triplex, Alcamenis opus. vide II, 30, 2.

§. 5. ταύτῃ ῥίψας κ. λ. cf. Plut. Thes. 16. 21. Catulli Epithalamium 242 sqq. et praeter Sponium Meursius de regib. Athen. III, 4. Adeo Troezen prospiciebatur ex arce. v.

Eurip. Hipp. 80 et ibi Valcken. Nicocrates narrans, ex arce se in mare praecipitasse Aegeum, jam in Phavorino explosus est p. 56. τοῦ Μίνω pro τὸν Μίνω Mosq. *Aegei heroum* v. Meurs. l. c.

§. 6. »These three contiguous buildings (Propylaea, Victoriae aedes et hoc οἴκημα) formed one front, occupying the whole breadth of the rock from side to side at its western end, so that the only admission into the Acropolis was through the middle building« Stuart's Antiq. of Ath. II, 39. quae non videntur satis conspirare cum iis, quae ad §. 4 e Sponio allata sunt. Hoc οἴκημα ἔχον γραφὰς Sponio est *aedes*, Amasaeo *cella*, Chandlero, Stuarto et Clavierio *aedificium*, Goldhageno *Saal*, Nibbyo *camera*. Nobis *aedes* seu *sacellum*. cf. ad 26, 6. καὶ Ὀδυσσεὺς abest a Mosq. ἐκ Λήμνου Sylburgius conjecit; male. *in Lemno* Dom. Calderinus. τοὺς παῖδας τοὺς Ναυπλίου equidem scribendum esse censeo; cur enim hic Genitivus habeat articulum? Nauplii autem filii opem Aegistho ferre voluerunt propter cognationem. Catrei enim Cretensis filiae fuerunt Aërope et Clymene; illa Atreo seu Plistheni, haec Nauplio (de quo ad II, 38, 2) nupsit; illa Agamemnonem et Menelaum, haec Palamedem, Oeacem ac Nausimedontem peperit. v. Apollod. II, 1 extr. οὐδὲν ὁμοίως καὶ illustrat Sylburgius p. 932 ed. Kuhn.: »καὶ post ἴσος peculiari quadam significatione usurpat Pausanias, ut Latini suam *ac* et *atque*: 582 (VII, 23) ὅτι γυναιξὶν ἐν ἴσῳ καὶ πῦρ εἰσὶν αἱ ὠδῖνες *partus dolores mulieribus perinde sunt atque ignis.* 593 (VII, 26) ἀνὴρ ἤδη γέρων ἴσα καὶ ὀδυρόμενος *perinde ac flens* i. e. flentis speciem praeferens. Sic post οὐδὲν ὁμοίως: 52 (I, 22 qui ipse noster locus est) εὖ δέ μοι — δίαιταν ad verbum enim sonat, *nihil similiter atque ii qui dicunt* i. e. longe aliter quam ii qui dicunt.« Similiter Herodotus VII, 50 οἱ πρὸ ἐμοῦ γενόμενοι βασιλῆες γνώμῃσι ἐχρέοντο ὁμοίῃσι καὶ σύ. ubi ab editoribus laudantur c. 115 ἕκαστον τῶν ἐθνέων — ὁμοίως καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα. VI, 21 οὐδὲν ὁμοίως καὶ Ἀθηναῖοι. VII, 95 κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ δυωδεκαπόλιες Ἴωνες. IV, 109 Βουδῖνοι οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γελωνοί. Valckenarius autem »Structurae, inquit, rarioris sectator Pausanias IV p. 302 ἡ πεπρωμένη κατὰ ταὐτὰ ἐπικρύπτει καὶ ἡ ἰλὺς pro τῇ ἰλύϊ. I p. 101 κατὰ ταὐτὰ οὗτος ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα i. e. ὁμοίως κιθάρᾳ κρουσθείσῃ *perinde atque cithara pulsata resonat*, ut interpretatur G. Budaeus in Comm. Ling. Gr.« idem Valckenarius laudat Sylburgium, qui nostrum locum a Kuhnio

tentatum bene ceperit. ἐφίστασθαί τινι ut παρίστασθαι Homer. Iliad. II, 244 *adsistere alicui*, ἐφεστηκέναι *adstare* II, 1, 7 bis. 16, 4. I, 20, 1. ut παρεστηκέναι II, 17, 5. Male igitur Goldhagenus: *wie er bey den Weibern steht.* ἵππων κ. λ. *insunt in hac tabula signa ejus equorum victoriae ex ludis N. reportatae* i. e. signa, ejus equos victoriam ex ludis N. deportasse.

§. 7. Ἐπὶ δὲ τῶν κ. λ. *In his tabulis si quis praeterierit puerum — et palaestritem — in Musaeum incidit.* Pro vulgato ἐξελεξάμην scripsi ἐπελεξάμην e Victorii Adnotationibus. cf. ad 12, 3. ἐν οἷς ἐστι πτέσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον· pro quo est II, 5 in. δῶρον Ἀσώπου εἶναι λέγουσιν. et IX, 25, 6 Δήμητρος Καβειραίοις δῶρόν ἐστιν ἡ τελετή. De *re* cf. Vossii epp. mytholog. 2 p. 51. 52 sq. πτέσθαι pro vulgato πέτεσθαι scripsi a Loeschero et Sylburgio monitus. *volitasse* Amasaeus. ἐπιπέτεσθαι pro vulgato ἐστι πέτεσθαι Mosq. πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος· Etiam qui *Musaei* ferebantur χρησμοὶ, *Onomacrito* tributi sunt teste Clemente Alex. Strom. I p. 332. ἐς Δημήτερα Mosq. εἰς Δημ. Vulgata. Λυκομήδει Vulgata. Λυκομήδους *Lycomedis hymnus* Dom. Calderinus. Λυκομήδαις Clavier, ut Facius conjecit, Kuhnio et Goldhageno praeeuntibus. *pe' Licomedi* Nibby. Nos cum Palmerio et Meursio scripsimus Λυκομίδαις· ille enim in Exercit. ad IX, 27, 2, hic autem in Attic. Lect. II, 19 videntur probavisse, et ubique apud Pausaniam et in Plut. Them. 1 scribendum esse Λυκομίδαι, non Λυκομῆδαι, quum apud Hesychium ac Phavorinum sit Λυκομίδαι, γένος ἰθαγενῶν. Quum igitur Lycomidae prisca fuerint gens attica, forma, quae patronymicorum propria, atque etiam in ἰθαγενῶν nominibus usitata est, exiens in ίδης, alteri videtur praeponenda esse. Accedit quod non modo IV, 1, 4. 5 memoratur ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα et κλίσιον τὸ Λυκομιδῶν, sed lectiones etiam codicis Mosq. IX, 27, 2 et 30, 6 Λυκομίδια et Λυκομίδας veri ostendunt vestigia. Hoc patronymicum Λυκομίδαι erit, ut Palmerius jam animadvertit, derivandum a nomine Λύκομος. Quis vero hic *Lycomus* est? se nescire non dissimulat Palmerius; quod idem etsi nobis confitendum est, tamen quid suspicemur, liceat expromere. Lycus, Pandionis II filius, ut Hemsterhusius ad Arist. Plut. p. 206 sq. adnotavit, ab aliis Λύκιος, ab aliis Λύκων appellatus, et, relicta Attica, aliquamdiu in Peloponneso atque in Asia commoratus est et ibi inclaruit. v. Pausan. I, 19, 4. IV, 1, 4. 5. Quae causa esse potuit, ut nomen ejus varie pronunciaretur,

et inter orientis populos forsan in *Lycom* mutaretur, quod rursus Graeci ad domesticam formam Λύκων seu Λύκομος revocasse possunt existimari. Si quis mihi illum Pausaniae locum IV, 1, qui Lycum Pandionis filium Magnarum dearum sacra mystica Athenis in Messeniam attulisse, seu ista initia apud Messenios auxisse, et haec ejus merita inscriptione, ad Lycomidarum posita sacellum, praedicata perhibet, consideraverit, cum Kuhnio et Goldhageno statuere non dubitabit, Lycomidas genus suum ad eundem hunc retulisse Lycum, et hanc ipsam causam esse, cur in Cereris sacris hymnos in illam compositos canere munus Lycomidarum, et eorum τελεστήριον apud Phlyenses (de quo cap. 31) proprium fuerit. Forsan etiam erit qui dicat, Λυκομίδαι contractum esse ex Λυκομηδίδαι, ut Θρασυμίδης ex Θρασυμηδίδης in Etym. M. p. 165, 55.

§. 8. αὐτὴν deest in Vindob. De Mercurio προπυλαίῳ vide Spanhem. ad Callim. h. in Dian. 142. Σωκράτην Mosq. Σωκράτη Vulgata. *Gratias* hic *tres* positas fuisse, docet IX, 85, 1 p. 780, ex quo loco intelligitur, κατὰ τὴν ἔςοδον ἐς ἀκρόπολιν idem esse quod πρὸ τῆς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐσόδου. Clavier merito obsequutus est Sylburgio monenti, post Ἀνάχαρσιν et ἀφικόμενον distinguendum esse.

---

# CAPUT XXIII.

§. 1. ἧκεν ἐς κόσμον πολιτῶν *pertinebant ad colendos civium animos.* De formulis χρῆσθαι θυμῷ seu τῷ θυμῷ hic et hic apud Pausaniam occurrentibus diximus in Actis Philolog. Monacens. T. II Fasc. III p. 387. θυμὸς autem Platone interprete in Cratylo p. 419 ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχοι ἂν τοῦτο τὸ ὄνομα. et inde fluxit θυμοῦσθαι.

§. 2. λέγω — ἥκοντα. Ignotum ergo Pausaniae fuit, id jam scriptum esse a Plutarcho de garrulit. p. 335 Frob. 897 Frcf. qui docet, ubi posuerint hoc Leaenae signum, et quid eo indicare voluerint Athenienses. ἐς συγγραφὴν ἥκοντα seu, ut 39, 3. X, 32, 1, ἀνήκοντα sunt vel *litteris mandata,* ut h. l. vel *litteris mandanda, digna quae historia referat.* καὶ τὸ — δοξάζων abest a Mosq. Scribendum fuisse χαλκῆ λέαινα pro vulgato χαλκῆ Λέαινα quum per se planum est, tum ex Plutarchi l. c. et Plinii XXXIV, 19, 12 p. 241 Bip. ubi plura de hoc artis opere sunt, patet. Dedicatum autem erat ἐν πύλαις τῆς ἀκροπόλεως, ut ait Plutarchus l. c.

§. 3. De hac *Diotrephis expeditione*, quae ad Olymp. XCI, 4 pertinet, cf. Thucyd. VII, 29. *μισθωτούς*, quod Sylburgius restituit, legitur II, 8, 2. *κατὰ τὸν Χαλκιδικὸν κ. λ.* de his diximus ad 14, 4. *ἐν* pro *ἔνθα* Mosq. *Βοιωτῶν—ἦν.* Similiter Stephanus Byz. *Μυκαλησσός, πόλις μεσογεία Βοιωτίας*. De *Mycalesso* IX, 19, 4. Pro *ἐςαναβὰς* Letronne voluit scribi *ἐπαναβὰς*, quo verbo Thucydides l. d. in hac ipsa re usus sit; quanquam *ἐςαναβὰς* possit esse *ἀναβὰς ἐς τὴν γῆν*, ut *ἀνέβησαν εἰς τὴν Πελοπόννησον* apud Diod. Sic. XI, 78. *ἐπὶ τὴν ἅλωσιν* Mosq. Vind. Aldina. *μετὰ τὴν ἅλωσιν* Francofurtana, Kuhniana, Facius. Hoc ex correctione natum putans Kuhnius corrigi voluit *παρὰ τὴν ἅλωσιν statim ab expugnatione, dum vix expugnata erat.* *ὑπὸ τὴν ἅλωσιν* Clavier et Anonymus. Nos codicum vestigia sequuti et Aldinam *ἐπὶ τῇ ἁλώσει* dedimus; quod idem Porsono placuisse nunc video. cf. Vigerus p. 624. *captivitatis tempore* Dom. Calderinus. Pro lectione *ὑπὸ τὴν ἅλωσιν* non spernenda possis laudare IV, 14, 2 *φεύγοντες ὑπὸ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἀνδροκλέους*. adde ibid. 5, 4 extr. 23, 1. et *ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα* ex Herodot. I, 51. *αὖ τὴν πόλιν ἀνέλαβον* Vind. *ληφθέντας* Mosq.

§. 4. *Τοσοῦτον μὲν κ. λ.* pro: *Τοσοῦτον μὲν, ἄλλο δὲ οὐδὲν παρέστη μοι θαῦμα.* *Id tantum mirum mihi visum est.* *τοσοῦτο* pro *τοσοῦτο μόνον* Valckenarius jam illustravit ad Eurip. Hipp. 804. Simile est *τοσόνδε*, ut II, 32, 9 extr. *πάρεστι* pro *παρέστη* Mosq. Vind. Sed *παραστῆναι, παρίστασθαι* ita adhibentur a Pausania, veluti I, 33, 4. IV, 21, 4. 22, 2. cf. Phavorinus h. v. et Herodot. I, 23: *τῷ—θῶυμα μέγιστον παραστῆναι.* *Ἕλλησι γὰρ ὅτι* Mosq. *Λοκροὺς—ἴσμεν.* cf. Herod. VII, 203. 212. 217. *οὐδὲ* post *οὐ μὴν* abest a Mosq. *Μαλιεῖς* iidem qui Herodoto et aliis sunt *Μηλιεῖς*. vide Tzschuck. ad Strab. X, 444. *ἐπίστασθαι σφᾶς* scilicet *τοξεύειν* *artis sagittandi peritia excelluisse.* Ad *πρὶν ἢ Φιλοκτήτην* supplendum *ἐπίστασθαι τοξεύειν.* *οὐ διὰ μακροῦ* cum Clavierio; *haud diu post.* *οὐ διὰ μικροῦ* Vulgata.

§. 5. *Θεῶν ἀγάλματά* Dom. Calderinus, Amasaeus. Idem voluit Clavier. *θεῶν ἄγαλμά* Vulgata. Eadem in eodem hoc vocabulo fluctuatio est II, 1, 8. 22, 6. 31, 1. *Ὑγιείας* Dom. Calderinus, Clavier. *Ὑγείας* Mosq. *Ὑγίας* Vulgata. Pro nostra scriptura pugnant Herodotus II, 77. Orpheus h. 66. 67. Herodianus in Hermanni libro de emend. gr. gr. rat. p. 307. et Phavorinus. cf. Porsoni Adversaria p. 116. *Hygiea* Atheniensibus Aesculapii *filia* fuit, sed apud Orpheum l. c. ejus

conjux est. De Minerva cum Hygiea juncta 2, 4. VIII, 47, 1. De Minervae Hygieae simulacro in arce Plutarchi Pericl. 13.

§. 6. Eorum, quae usque ad 24, 4 memorantur, locus non indicatur. ὅσον, si nullam admittas ellipsin, erit *tantum* in his verbis: ὅσον καθίζεσθαι μικρὸν ἄνδρα. cf. 28, 4. Similiter ὅσον ἀκεσθῆναι τὸ τραῦμα IV, 16, 5. de qua loquendi forma cf. Vigerus p. 129 et ibi Hermannus p. 726. Σιληνὸν Mosq. et Vindob. semper. cf. ad II, 7, 8. Σειλήνὸν Vulgata. προσήκοντας — δὲ Σατύρων absunt a Mosq. εἴ τινες εἰσὶν Clavier conjecit. *equidem de satyris cum aliquid amplius scire cuperem* Dom. Calderinus. αὐτῶν τούτων εἵνεκα eodem modo Herod. III, 71. ubi Wesselingius laudat II, 8.

§. 7. καὶ ἀνὴρ Vind. γὰρ ἀνὴρ Mosq. Κἀρ ἀνὴρ Vulgata. εἶναι μὲν ἔλεγεν ἐρήμους Mosq. Clavier. ἔλεγεν a Vulgata abest, et judice Porsono, recte. ἐν δὲ ἄλλαις — ἀγρίους· ταύταις cum Clavierio. ἐν δὲ ταύταις — ἀγρίους· ἄλλαις Vulgata. ἐνοικούντων Vind. Mosq. Clavier. ἐνοίκων Vulgata. *Satyrides* Ortelio in Thesauro Geogr. videntur esse, quae a Pomponio Mela III, 9, 9 Gorgades vocentur, *Islas de Cabo verde.* καὶ ante πυῤῥοὺς forsan delendum est. Clavier autem conjecit καπυροὺς, ut est in Mosq. et Schaefer ad Longum p. 355 scribendum censuit. Possit afferri καπυρὰ νόσος ex Theocrito II, 85 metri causa ita scriptum pro καππυρὰ, et ex eodem idyllio καπυρίσασα vers. 24 *flamma correpta*, ubi Valckenarius maluit κάππυρος εὖσα i. e., ut ipse ait, κατάπυρος οὖσα, quod est contra Schneideri opinionem eos reprehendentis, qui κάππυρος dictum velint pro κατάπυρος. Si legatur καππύρους, erit *ardentes*, ratione habita coloris. Forsan scribi etiam possit καταπύῤῥους. Dom. Calderini codicem hic corruptum fuisse, ex hac ejus versione intelligitur: *incolae sunt corpore caudas in imo dorso habentes.*

§. 8. θεασάμενος οἶδα. Amat Pausanias hanc similesque formulas, in quibus οἶδα cum Nominativo singulari Participii Aoristorum jungitur; et reddi fere potest *memini*, ut hic *memini me spectare* et VII, 26, 3. VIII, 17, 3. X, 25 sub finem. Similiter ἀκούσας οἶδα IX, 23, 2 (et apud Herodotum I, 20). οἶδα ἐξευρὼν et ἀνευρὼν X, 38, 3. VI, 18, 2. (pro quo est μέμναμαι μαθὼν ἢ ἀκούσας apud Theocr. V, 39). Neque aliter interpretandum putamus illud saepius recurrens ἰδὼν οἶδα, ut I, 24, 7. 43 extr. II, 32, 3. IX, 32, 5. de quo aliter sensit Sylburgius. vide p. 926 ed. Kuhn. Amasaeus in his formulis reddendis varius est et inaequalis; nam οἶδα modo plane negligit, ut IX, 28. 32. VI, 18. modo ita exprimit: *contigit mihi*;

*potui; ipse;* ut X, 25. 38. IX, 32. semel etiam verbo *memini*, nimirum I, 24. In aliis locis paulo longius a verbis discedit, ut hoc ipso loco, et I, 43. Rursus *memini* pro *scio* interdum usurpatum est a Cicerone et Terentio. *Λυκίου τοῦ Μύρωνος* Clavier, ut Facius conjecerat. *et Lycii Mironis filii opus puerum — Myronis etiam opificium, perseum* Dom. Calderinus; unde suspicio suboritur, scribendum esse *καὶ Λυκίου. Λύκιον τοῦ Μύρωνος* Vulgata. *Λυκίου — παῖδα* desunt in Mosq. In quo arcis loco fuerit hic puer cum aquiminali, ne suspicari quidem licet, quanquam Casaubonus ad Theophrast. Char. 16 loca indicaverit, ubi solita sint collocari haec labra. adde Polluc. I, 8. Theodoriti Eccles. Hist. III, 16. Forsan hoc ipsum opus significans, *Lycii* mentionem fecit Polemo in libris de Athenarum arce (22, 4) apud Athenaeum XI, 11, 486. *Myronis Persea* laudat Plinius XXXIV, 19, 3 p. 237 Bip.

§. 9. De Praxitelis Diana, et hac *Brauronia* dicta, et altera *Anticyrana* (X, 37, 1) cf. Boettigeri Andeutungen zu 24 Vorles. 163. Post *Βραυρῶνι* distinxi.

§. 10. *Ἵππος κ. λ.* cf. Not. ad Hellenica nostra p. 319. *τὸ ποίημα τοῦτο* Lambinus ad Horatium conjecit. sed v. ad 15, 2. *ἐπιφέρειν εὐήθειαν* est Herodoteum. vide I, 131. *ἔχει* pro *ἔχοι* Vindob. Post *ταῦτα* plenius distinxi. *παρακύπτειν* apud Theocritum III, 7 est de puella ad antri ostium stante, et inde capite paulisper prolato prospiciente, pro quo ibidem VIII, 72 est *ἐκ τῶ ἄντρω ἰδοῖσα τὰς δαμάλας παρελεῦντα· sed ὑπερκύπτειν* h. l. de iis, qui ex alto equo desuper prospectant capite per foramen exerto.

§. 11. Voluit dicere, post equum durium statuas fuisse Epicharini, Oenobii, Hermolyci et Phormionis. cf. ad 21, 1. *Ἐπιχαρίνου* Mosq. Clavier. *ἐπὶ Χαρίνου* Vulgata. *Epicharmi* Dom. Calderinus. *Epicharmi* Amas. Goldhag. *ἐς Θουκυδ.* Mosq. *εἰς Θουκ.* Vulg. Marcellinus in Thucydidis vita p. 726 Lips. e Didymo Zopyroque refert, Thucydidem post cladem Siciliensem ab Atheniensibus una cum aliis exsulibus revocatum esse, et ab exsilio reversum violenta morte obiisse, sepultum autem esse in Cimoniis monumentis, quae ad *portas Melitides in Coela* fuerint. Regionem *Meliten* et portam de ea dictam O. Mueller arci versus euroaquilonem, Hawkinsius autem versus caurum fuisse existimat; quorum hic magis audiendus erit, siquidem parva illa vallis, cui nomen Coele fuit, inter arcem, Pnycem et Areopagum fuerit; quod tradunt Chateaubriandus in Reise von Paris nach Jerusalem T. I p.

116 ex interpretatione Muelleri et Lind. atque Chandlerus cap. 17. adde Panoramic view of Athens in Walpolii Turkey, Morgenblatt 1821 N. 186 p. 742. et W. Gellii Itinerary of Greece p. 36. ψήφισμα ἐνίκησεν forsan non sensu forensi: *probavit in judicio, decretum de Thucydide revocando scriptum non contrarium esse legibus et reipublicae*, sed populari accipiendum est: *effecit, ut ex sententia proposita de revocando Thucydide decretum fieret*; ut νικᾶν γνώμην. καθήει non Vulgata est, ut Facius ait, sed ed. Kuhnianae vitium.

§. 12. De hoc *Hermolyco* Herod. IX, 104. Hujus *Phormionis*, qui initio belli Peloponnesii inclaruit, meminerunt Thucydides, Diodorus Sic. et Suidas. Pater ejus et hic et X, 11 extr. *Asopichus*, sed in Thuc. I, 64 *Asopius* vocatur. Formam autem nominis Ἀσώπιχος bonam esse, patet ex Pindar. Ol. 14. Similia nomina allata sunt ad Gregor. Cor. p. 290 sq. Post δίαιταν majorem distinctionem adhibui. ἐς ὃ *quare*. ἀνεκτίση Mosq. πρὸς τοὺς — φρόνημα *sua auctoritate uti sibi non licere erga milites*. De formula φρόνημα παρέχεσθαι cf. 25, 2. ἐβούλοντο Amas. Dom. Calderinus (*cum omnino imperatorem optabant*); eodem modo correxit Kuhnius. ἐβουλεύοντο Vulgata.

---

## CAPUT XXIV.

§. 1. Ἐνταῦθα κ. λ. ergo prope statuas modo dictas. Hunc locum autem Nibby bene reddidit: *Ivi si vede scolpita Minerva.* De Marsya Sileno appellato II, 7, 8. 22, 9. Boettiger in Attico Museo I, 2 p. 354. et ibid. 320 de ejus castigatione. Σειληνὸν vulgo. cf. 23, 6.

§. 2. Τούτων — καὶ ταῦρος. Haec quoque videntur omnia fuisse extra fundum stantia. Ταῦρον τὸν Μίνω καλούμενον cf. II, 31, 1. εἴτε ἀνήρ· sic in Philochori fragm. p. 29 sq. εἴτε — λόγος i. e. εἴτε τοῖον θηρίον ἦν, ὁποῖον γεγονέναι κεκράτηκεν ὁ λόγος *fama obtinuit*. De *forma Minotauri* ad III, 18, 7 Not. ad Hellenica p. 175 sq. κριοῦ, καὶ θύσας Vulgata. καὶ omisit Mosq. ὡς εἰκάσαι. II, 37, 5 ὡς ἰδόντα εἰκάσαι. cf. Hermannus ad Viger. p. 744. *Laphystius* Jupiter de monte. vide IX, 34, 4. Porsonus tamen Διὶ ante τῷ Λαφυστίῳ inseri voluit. Ut hic et II, 11, 7 est μηροὺς ἐκτέμνειν, sic VIII, 38, 6 ἐκτέμνειν τὰ μηρία. Rursus μηροὺς καίειν et καθαγίζειν dixit II, 10, 1. 4. V, 13, 5. Scholiasta quidem ad Dionysii Thracis Grammaticam in Bekkeri Anecdot. II, 856

ait: μηρία τὰ ἐναγιζόμενα τοῖς θεοῖς, μηροὶ δὲ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα, et Etymologicus Magnus p. 585 (530 sq.) de differentia Masculini et Neutrius exponit, sed vereor, ne scriptores eam non semper sequuti sint. Pausaniae causa ex Eustathio ad Iliad. I, 460 p. 134 Rom. hoc excerpimus: τοὺς μηροὺς κνίσσῃ καλύπτοντες ἔκαιον· — ἣν σπουδὴ ὁλοκαυτωθῆναι τοὺς μηροὺς λαμπρῷ καταφλεχθέντας πυρί· — τοὺς μηροὺς ὥς τι τίμιον ὡλοκαύτουν. cf. Schneideri Lex. v. μηρίον. ἄγχει κ. λ. Hoc argumentum Zeuxis quoque pinxerat teste Plinio XXXV, 36, 2. Ἀθηνᾶ — Διός· v. ad §. 5 verba Ἀθηνᾶς γένεσιν. Coray corrigit ἐφ' ὅτῳ δέ.

§. 3. πρότερον. 17, 1. Ἐργάνη. cf. Facius et hic et ad III, 17, 4. Diod. Sic. V, 73 cum adnot. Wessel. adde, quod ex Pausaniae Lexico affert Phavorinus s. v. ἔργα ἐργάζεσθαι et Aelian. H. A. I, 21. Artis opera hanc Minervam ostendentia indicat Creuzer Symb. II, 752. Post ἀκώλους Ἑρμᾶς Porsonus recte jubet ἀνέθεσαν inseri. ἀκώλους i. e. ἄχειρας καὶ ἄποδας, ut ait Plutarchus in libro: An seni resp. gerenda. Haec signa Mercurii fuisse quadrangula, et hanc iis formam Athenienses dare solitos esse, nec ab aliis nisi ab illis hoc reliquos didicisse Graecos, docet Pausanias IV, 33, 4. VIII, 32, 1. adde Facium ad I, 17, 2. Galenus Protr. c. 3 de Mercurio: ἡ βάσις τὸ πάντων σχημάτων ἑδραιότατόν τε καὶ ἀμεταπτωτότατον ἔχει, τὸν κύβον· καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν τούτῳ τῷ σχήματι κοσμοῦσιν. ὁμοῦ *simul, insuper, praeterea.* σφισιν refer ad Athenienses, ut II, 3, 6 ad Corinthios. ἐν τῷ ναῷ an hoc sanum? in quanam aede? Clavierii et Nibbyi interpretatio *un temple, un tempio* probari non potest. Sin autem incorruptus locus est, erit intelligendus ὁ ναὸς, ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ad quem §. 5. progreditur, ubi rv. adnot. σπουδαίων δαίμων Aldina. σπουδαίων Δαίμων Francof. et Kuhn. Kuhnium autem putantem, Σπουδαίων nomen esse proprium daemonis, sequuti Goldhagenus, Facius, Clavier scripserunt Σπουδαίων. Hoc amplectentibus scribendum etiam fuit δαίμων, non Δαίμων. Comparari possit hic daemon cum dea *Strenua* apud August. C. D. IV, 11 a *strenuum faciendo* dicta. cf. etiam ad c. 17, 1. Amasaeus et Loescher reddiderunt *bonorum virorum et studiosorum genius*, Nibby autem *il Genio de' diligenti.* ὅστις δὲ κ. λ. Ex his verbis Martini recte collegit, quae ab initio hujus capitis usque ad hunc locum commemorata sint opera, magis antiquitate quam arte commendata fuisse. κράνος — Κλεοίτου. Statua hujus viri opus fuit *Cleoetae*, de quo vide VI, 20, 7. κράνος ἐπικείμενος ut V, 10, 2. πῖλον

ἐπικείμενος τῇ κεφαλῇ. X, 25, ἐπικείμενος τῇ κεφαλῇ κυνῆν. V, 27, 5. quod Matthiae in Miscell. II, 1, 8 explicat κυνῆν τῇ κεφαλῇ ἐπικειμένην ἔχων. Alio sensu μίασμα ἐπικείμενος IV, 10, 4, cui simile περικείμενος ὕβριν in Theocrit. XXIII, 14, quod nonnulli sollicitarunt. *ungues argentei* etiam in Minervae simulacro in Winckelmanni Opp. T. II p. 57. Γῆς ἄγαλμα. Phavorinus h. v. γυναῖκα πλάττουσι τὴν Ἑστίαν οἱονεὶ τὴν γῆν, τύμπανον βαστάζουσαν. cf. Winckelmanni Opp. II, 531. Nominativi absoluti συμβὰς αὐχμὸς exempla plura sunt, veluti 27, 4. II, 25, 7. VII, 21, 1. 11, 2. De *Timothei* et *Cononis* statuis ad 3, 1. Πεποίηται — Ποσειδῶν videntur pertinere ad Pandrosium. vide 26, 6.

§. 4. Scribendumne Διός ἐστιν ἀγάλματα? ἐς τ. θυσ. Mosq. εἰς τ. θυσ. Vulgata. Hos ritus latius forsan explicuerat Androtionis Atthis. v. ejus fragm. p. 111. In promtu autem est, loqui Pausaniam de *Diipoliis* i. e. sacris Jovi Polieo in Athenarum arce faciendis. v. Etym. M. et Hesych. διϊπολ. Idem festum appellatum volunt Βουφόνια. v. Aelian. V. H. VIII, 3. et editt. ad Hesych. v. Βούτης. Forsan Βουφόνια para fuerunt Diipoliorum serius addita, atque ita et tempus, quo, et ritus, quibus bos in Diipoliis mactabatur, nominata sunt. Hesychius certe ita distinguit: βούτης, ὁ τοῖς Διϊπολίοις τὰ βουφόνια δρῶν. add. Suidas v. βουφόνια. Fuerunt etiam, qui Diipolia et Diasia eadem putarent; sed illa in arce, ut diximus, haec extra urbem celebrabant. v. Thucyd. I, 126. Sacerdos bovem in Diipoliis feriens h. l. et 28, 11 βουφόνος, apud Hesychium βούτυπος et βούτης vocatur. De causa horum rituum, quam hic recusat aperire, cf. 28, 11 et Suid. βουφον. adde Matthiaei Misc. phil. I, 2, 153. καταθέντος Mosq. ταύτῃ — φεύγων, removendus hinc est et benevolus corrector, et multo magis injuriosus defensor; locum non mutilum esse, patet ex 28, 11. ταύτῃ est *ad, juxta aram Jovis Poliei*, ubi cecidit bovem. ὃς ἔδρασε Dom. Calder. (*facti auctorem*) Amas. Clavier, ut Kuhnius conjecerat. ὡς ἔδρασε Vulgata. ἐπάγουσι Vind. De vera lectione ἐς δίκην ὑπάγουσι satis dictum videtur ad Philochori fragm. p. 58. Securim hanc in jus vocatam esse, confirmat Aelianus l. l. et Pausanias repetit 28, 11. adde Sch. Arist. Nub. 983.

§. 5. »The Parthenon is on the right after passing the Propylaea« Gell. *Parthenon* dicebatur ὁ ναὸς ὁ μέγας τῆς Ἀθηνᾶς, ut 37, 1. forsan etiam simpliciter ὁ ναός. v. ad §. 3. Altitudo usque ad fastigia LXI, longitudo CCIV, latitudo XCVII pedum fuisse traditur. Scripserant de hac aede Miner-

vae dorica Ictinus et Carpio teste Vitruvio in Praef. lib. VII. Ejus architectus idem *Ictinus* memoratur VIII, 41, 5. »The Parthenon stood on the highest flat area of the hill of Acropolis« Hobhouse in Journ. I p. 338. cf. adnot. ad 21, 5. εἰςιοῦσιν Mosq. Verbis Ἐς δὲ τὸν ναὸν — ἔχει γένεσιν significantur τὰ ἔμπροσθεν ἐν τοῖς ἀετοῖς et *orientem spectantia*; proximis autem τὰ δὲ ὄπισθεν — ὑπὲρ τῆς γῆς *occidenti objecta*, et τὰ ὄπισθεν ἐν τοῖς ἀετοῖς seu τῶν ἀετῶν, ut est V, 10, 2. Sic the Quarterly Review No. XXVIII May 1816 p. 515 et proximo anno Hirtius in Wolfii Analect. litter. II, 350, nuperrime autem O. Mueller in Erschii atque Gruberi Encycl. 6 p. 239. Hobhousius in Journ. p. 349 sequutus est Stuartum; ut hic, sic J. D. Weber im Kunstblatt 1821 No. 54 Minervae natales denuo vindicat occidentali fastigio, argumentum repetens a veteribus horum fastigiorum descriptionibus. adde quae paulo post dicentur. De ἀετοῖς, *fastigiis templorum* Boettiger in Amalthea I, 71 sqq. τὰ ἐς τὴν Ἀθηνᾶς γένεσιν saepe in artis operibus expressa. vide §. 2. III, 17, 3. Winckelmanni Opp. VII, 369. Millini mythologische Gallerie Tab. 36 N. 125 et Tab. 37 N. 126. *Contentio Minervae cum Neptuno de Attica* et alio artis opere in arce nobilitata, v. §. 3, et numis, v. Millini myth. Galler. T. 37 N. 127. In hoc certamine praesentem fuisse Cecropem, narrat Apollodorus III, 14, 1. Regionis fluvii erant in certaminis judicibus, ut Argolidis fluvii contentionem Junonis et Neptuni de hac terra occupanda diremerunt suo judicio. v. Paus. II, 15, 5. Ergo haec signa in occidentali fastigio non mirabimur. αὐτὸ δὲ — γυναικῶν γένος §. 7. Haec est illa *eburnea Phidiae Minerva* in Parthenone adstans, ἡ καλουμένη Παρθένος (V, 11, 5. X, 34 extr.), de qua cf. Philochori fragm. p. 54. Plin. 36, 4 (5), 4. Plutarch. Pericl. 31. Thuc. II, 14. Arrian. Diss. Ep. II, 8. Max. Tyr. 26 (14). Βοιώτιά Mosq. γρύπες Mosq. etiam postea. γρῦπές Vulg. ἐπειργασμένοι, *a fundo elevati*, Heynio judice in Antiq. Aufs. I, 14 sq. cf. infra 44, 8. De *sphinge* cf. Dalec. ad Plin. l. l. et de *gryphibus* in hujus Minervae galea J. H. Vossius in d. alt. Weltkunde p. XXVIII.

§. 6. Τούτους τοὺς γρ. cf. Herodotus IV, 13. 27. et intrpp. adde Vossii epp. mythol. II, 16—18. Προκοννήσιος Mosq. De voce μονόφθαλμος hic recte usurpata Lobeckius ad Phryn. p. 136.

§. 7. καὶ οἱ — δόρυ ἔχει. Brevius haec, haud dubie quia ab aliis copiosius explicata erant: eandem ob causam levi-

ter attigit aegidem (cf. Max. Tyr. l. c.) et omisit indicare, Victoriam Minervae manui protensae impositam fuisse. Haec vero *praecipue mirabilis* fuit teste Plinio. Quod autem Hesiodus Scut. 339 de Minerva cecinerat, *Νίκην ἀθανάτης χερσὶν ἔχουσα*, id postea arte expressum est, ut idem Theog. 384 Victoriam persona induerat. De *περιαιρετῷ κόσμῳ* hujus signi 25, 6 et de modo, quo injuriam ab ejus ebore defenderint, V, 11. Forsan hujus brevitatis causa non perspecta Schweighaeuserus ad Arrian. l. c. verba *καὶ Νίκη — πηχῶν* mutilata esse significavit, sed nihil deest nisi *ἐστὶ*, ex praecedentibus repetendum: locum enim, ubi Victoria posita fuerit, noluit indicare Pausanias. Quanquam vero *καὶ — τε* reperitur I, 40, 2. VII, 10, 2. X, 13, 5, hic tamen suspiceris, a Pausania scriptum esse *καὶ Νίκη ὅσον τε τεσσ. πηχ.* ut est 27, 2. 5. IX, 24, 5. Herod. IV, 122. atque idem placuisse Porsono video. Rursus autem objici potest Paus. VIII, 51 *καὶ τῶν Εἱλώτων τε ἀπέδοτο ὅσον τρισχιλίους*. De forma *πηχῶν* cf. Lobeckius ad Phryn. p. 245 sq. De artis opere in *clypeo* (*ἀσπίδι*) *Minervae* hic nihil; alibi indicavit. vide 17, 2. X, 34 extr. »In scuto Amazonum proelium caelavit intumescente ambitu parmae: ejusdem concava parte Deorum et gigantum dimicationem« Plinius l. l. Amazoniae pugnae in hoc clypeo imitationem deprehendisse sibi videntur in vase quodam picto. v. Millini mythol. Galler. Tab. 135. *δούρατος* Mosq. *Δράκων* Vulgata. »Periti mirantur et serpentem« Plinius. *Erichthonium* interpretans hunc draconem Pausanias videtur sequutus esse fabulam ab Hygino P. A. II, 13 servatam: ex Vulcani semine in terram effuso natum esse Erichthonium anguem, et hunc e cista, in qua reconditus fuerit a Minerva, a Cecropis filiabus custodientibus aperta, prolapsum ad Minervae clypeum confugisse, et ab ea esse educatum. Erichthonium a Minerva educatum tradidit etiam Apollodorus III, 14, 6. Atque hic est forsan magnus ille draco, arcis custos, et in Minervae templo nutritus apud Herod. VIII, 41. De Erichthonii parentibus Paus. I, 2 extr. Plutarchus de Iside et Osir. p. 279 suam opinionem, dracone Minervae addito significari, *τὰς παρθένους φυλακῆς δεομένας*, nemini probabit. *ἐπειργασμένη* Vind. Clavier. *ἐπειργασμένα* Vulgata. »In base quod caelatum est, Pandoras genesin appellavit.« Plinius. De *Pandorae ortu* Hesiodus non modo in Opp. et D. 60 sqq. sed etiam in Theog. 570 sqq. exposuit; quo posteriore loco tradit, *Pandoram primam fuisse mulierem*. Illud autem ne miremur, quod hoc in Theogonia scriptum Pausanias nulla dubi-

tatione Hesiodo tribuerit, quum (IX, 27. 35) dubitaret, Hesiodi an cujus alius esset Theogonia; sequitur enim hic illic eorum opinionem, qui eam Hesiodi esse vellent; VIII, 18, 1. IX, 30, 2. I, 28, 6. Cf. quae de simili diversitate ad 17, 6 adnotata sunt. Caeterum videmus hic aliud exemplum ejusdem rei ab Hesiodo bis tractatae. cf. ad 3, 1. Quidni hoc cogitetur, quum etiam Pausanias de nonnullis rebus bis scripserit, veluti de septem Graeciae sapientibus, de Galatarum in Graeciam expeditione?

§. 8. ἀποτρέψειν — ἀπέτρεψεν Mosq. Clavier. Sic V, 14, 2 ἀποτραπῆναι τὰς μυίας. VIII, 41, 5 ἀποτρέψας τούτοις τὴν νόσον. adde Herod. IX, 16 jam ad 5, 4 laudatum. ἀποστρέψειν — ἀπέστρεψεν Vulg. ἐξέωσε βίαιος ἄνεμος ἐμπεσών, ut Exodi 10, 19.

---

## CAPUT XXV.

§. 1. Hic *Pericles* Ctesilai fuerit, *Olympius* dictus, et a Plinio XXXIV, 19, 14 p. 241 Bip. laudatus, an alius, non liquet. Ejus iterum mentio fit 28, 2. Ξάνθιππος — Μήδοις, cf. Herod. VIII, 131. IX, 89 sqq. Paus. VIII, 52. ἄλλος μὲν Clavier conjecit; Vulgatam non movendam ἀλλ' ὁ μὲν etiam D. Calder. expressit: *sed Periclis statua*. Pro Vulgata non deserenda τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου Porsonus τοῦ δὲ Ξανθίππου voluit. *Anacreontis* quaedam statua memoratur in Winckelm. Opp. VII. 213. σχῆμα τουτέστι ἡ θέσις, ὥσπερ σχῆμα ἀνδριάντος δηλοῖ αὐτὴν τὴν στάσιν καὶ τὸν τύπον. Bekkeri Anecd. II, 859. *Dinomenem* Plinius laudat XXXIV, 19, 15 p. 242 Bip. eumque p. 235 scribit Olympiade XCV floruisse. cf. Winckelmannus VI, 1, 76. 2, 132.

§. 2. Νοτίῳ Vulgata. cf. 21, 4. Γιγάντων — πόλεμον. Hoc opus *Gigantomachia* appellatum notissimum est e Plutarchi Antonio 60 p. 688 Frob. Caeterum cf. de hac pugna VIII, 29, 2. Millini mythol. Gallerie p. 196. περὶ Θρᾴκην — ᾤκησαν *per Thraciam circumquaque et isthmum Pallenes habitaverant*. Sic 35, 3 οἱ περὶ τὴν Σαλαμῖνα οἰκοῦντες. II, 7, 1 περὶ Καρίαν αἱ πόλεις *quae sunt per Cariam circumquaque*. Herod. I, 175 οὗτοι τῶν περὶ Καρίαν ἀνδρῶν. adde Thucyd. VI, 2. Porsonum ὅσον γε mutantem in ὅσον τε sequuti sumus. *Olympiodorus* ad eundem hunc murum videtur stetisse. τῶν καιρῶν pendet a voc. μεγέθει· *magnitudine calamitatis temporum*; namque καιρὸς de *tristi tempore* est etiam in his: τοσοῦτον ἄγων φθόρον (Ald.) καὶ κίνδυνον ἅμα μετ' αἰσχύνης

καιρὸς ἐπὶ τὴν πόλιν Plut. Camil. 12. φρόνημα ἀνθρώποις παρασχόμενος Clavier. *animos civium erexit* Dom. Calderinus. Similiter Amasaeus et Goldhagenus; atque etiam III, 5, 8 est: Ἀθηναίοις δεῖμα αἱ διοσημεῖαι παρείχοντο (sui metum Atheniensibus incusserunt). At φρόνημα παρέχεσθαι videtur potius significare: *fidente animo esse.* Sic paulo ante 23, 12 de Phermione, et III, 4, 6 Ξέρξῃ παρασχομένῳ μέγιστον φρόνημα. Itaque Vulgatae φρόνημα ἐν ἀνθρώποις παρασχόμενος sensus erit: *fidente animo erat inter homines continuis cladibus affectos et desperantes.* »mostrò tanto coraggio fra uomini« Nibby.

§. 3. usque ad 26, 3 extr. digressio de Atheniensium rebus post cladem Chaeronensem, et Olympiodori de republica meritis. Τὸ γὰρ ἀτύχημα κ. λ. De *servitute* Graecis omnibus post illam cladem imposita cf. Aelian. V. H. VI, 1. ubi Perizonius in nostro loco bene, ut nobis videtur, κατὰ Μακεδόνων pro μετὰ Μακεδόνων scribi voluit, ut sensus esset: *clades ad Chaeroneam omnibus Graecis causa fuit mali, nec minus in servitutem redegit eos, qui communem causam neglexerant, quam qui contra Macedones steterant.* Μετὰ et κατὰ non raro inter se confusa esse, notissimum est. Vulgata nil nisi praecedentium repetitionem continet.

§. 4. Θηβῶν ἠρημωμένων Amasaeus, Clavier. Θηβαίων ἠρημ. Vulgata non defendenda; sic Φωκαίην ἐρημωθεῖσαν ἀνδρῶν Herod. I, 164. δέει δὲ Mosq. δὲ a Vulgata abest. ἦρτο Vind. Mosq. cf. ad 6, 8. Ἀθηναῖος Λεωσθένης Mosq. ὑπῆρχε — Εὐρώπην. idem est VIII, 52. ἐνοικίσαι Vind. τότε καὶ Mosq. ἐς — ἤλπισαν ἔργα idem. εἰς — ἤλπ. τὰ ἔργα Vulgata. De *Leosthenis morte* III, 6, 1. καὶ διὰ — ἔσχον significat pugnam ad *Cranonem* in Thessalia. vide X, 3. Diod. Sic. XVIII, 17. Plut. Phoc. p. 548 Frob. Eandem Pausanias I, 8, 4 τὴν ἐν Λαμίᾳ πληγὴν dixerat. Monente Wesselingio ad eandem hanc cladem potissimum pertinet, quod Pausanias VII, 10 narrat, quanquam ad Lamiam non plus ducenti Athenienses ceciderint, tamen Athenas a Macedonibus in servitutem redactas esse, et Demadem cum aliis proditoribus in causa fuisse, cur Antipater praesidium in urbe Athenarum collocaverit. cf. Plutarch. l. l. Diod. S. XVIII, 18 et de Leosthenis expeditione Paus. I, 1, 3. 29, 11. δι' αὐτὸ pro διὰ τοῦτο Mosq.

§. 5. ἐς Ἀθηναίους Sylburgius et Clavier conjecerunt, sed non deterior est Vulgata ἐπ' Ἀθηναίους. cf. Matthiaei Gram. gr. §. 586 extr. *Panactum* hic τεῖχος, aliis φρούριον

seu ἐπιτείχισμα, Atheniensium castellum fuit in confiniis Atticae et Boeotiae. cf. Thucyd. VI, 3, 42. Plutarch. in Demetr. p. 656 Frob. Stephan. Byz. Suid. et Harpocrat. nunc *Gifto Castro* judice O. Muellero. τὰ πρόσθεν Clavier conjecit, sed vulgata τὰ πρὸς δόξαν sunt *quae ad gloriam spectant, gloriae sunt.* Letronne comparavit τὰ ἐς δόξαν 28, 1, 43, 3. *Τοῦτον μὲν δὴ κ. λ.* cf. Diod. Sic. XX, 45 sq. Plut. Demetr. p. 651 Frob. ἐς ante Ἀθηναίους deest in Mosq. Λαχάρην Vind. Mosq. Clavier. Λαχάρη Vulgata. τυραννίδα ἔπεισε βουλεῦσαι iidem. τυραννεῖν ἔπεισε βουλεῦσαι Vulg. cf. 28, 1. τά τε Clavier. τότε Vulg. Pro ἀφειδέστατον Sylburgio Amasaeus videtur legisse ἀσεβέστατον. Similis est Calderini interpretatio: *neque in religionem magis impium.* Sylburgio ἀφειδὴς est *qui sibi non parcit aliqua in re,* ut 15, 2 τὸ ἐς κινδύνους ἀφειδές· sed est etiam ἀνελεήμων, ut ait Phavorinus, *qui aliis non parcit;* ergo ἐς τὸ θεῖον ἀφειδὴς *qui ne sacris quidem rebus parcit.* Quam suam ἐς τὸ θεῖον ἀφειδίαν idem iste Lachares paulo post dicitur testatus esse in Minervae ἀσπίσι χρυσαῖς et περιαιρετῷ κόσμῳ. Videns igitur istum hominem multis illis similem fuisse Fortunae sectatoribus, qui Galeno Protrept. c. 4 dicuntur μηδὲ τῶν θεῶν αὐτῶν πεφεισμένοι, ἀλλὰ καὶ τούτων ἱερὰ συλήσαντες, negabis hunc Pausaniae locum emendatione indigere. Sylburgius emendavit διαφορὰ, *contentio* Dom. Calderinus. διάφορα Vulgata. Similiter depravatus est locus VI, 18, 8. Quam διαφορὰν optime explanat Plutarchus in Demetrio p. 657. 659 Frob. narrans, primum illud aegerrime tulisse Athenienses, quod Demetrius ipsos jusserit CCL talenta cito solvere, eaque ille soluta Lamiae ejusque amicis ad unguentum dederit; deinde post victum occisumque Antigonum Athenienses Demetrium et dimissa ejus uxore, et facto decreto, ut nemo regum, ergo nec Demetrius, in urbem reciperetur, offendisse. καθεῖλεν ὅμως Mosq. De re Plut. Demetr. p. 660. ubi etiam de Lachare. περιαιρετὸν κόσμον etiam Thucyd. II, 13. μεγάλων χρημάτων Clavier. *grandem haberet pecuniam* D. Calder. μεγάλως χρημάτων Vulg. φυγὴν Vind. quod tacite recepit Clavier. σφαγὴν Vulg. φαγὴν Aldina. οὐκ ἀπέδωκε κ. λ. Teste Plutarcho in Demetr. p. 660 Dromoclides, rhetor, decretum fecit, ut Piraeeus et Munychia Demetrio traderetur, Demetrius ipse autem, nullo hanc in rem decreto facto, praesidium in Museo collocavit, ut populum contineret. πολέμῳ κρατήσας· est bellum, quod hoc ipso tempore Demetrius adversus Athenienses, Lacharis potestati subjectos, gessit.

§. 6. τοῦ περιβόλου [τοῦ] ἀρχαίου Clavier. Porsonus quoque articulum ante adjectivum, qui a Vulgata abest, inseri voluit, laudans ἅτε τοῦ περιβόλου τοῦ ἀρχαίου καθαιρεθέντος e cap. 41, 5. Quod non evertit Sylburgii animadversionem, *articulum interdum Substantivo praepositum esse a Pausania,* veluti I, 10, 5 τῆς γυναικὸς 'Οδρυσιάδος. 13, 4 τῇ νήσῳ Σφακτηρίᾳ. III, 21, 2 τὴν πηγὴν Πελλανίδα. IV, 25, 4 ἐς τὸ ἔτος δέκατον. Pro Μουσεῖον est σημεῖον in Vindob. Collis *Museum* arci, qua sol a meridie in occasum inclinat, oppositus, urbisque moenibus hic in angulum excurrentibus inclusus est teste Hawkinsio, quocum convenit O. Muellero p. 230. ἀπ' ἀντικρὺ Vulgata. cf. II, 2, 3. Pro γήραϊ Sylburgius monuit II, 33, 3. III, 7, 5 γήρᾳ scribi; sed in usu harum formarum sibi ipse non videtur constitisse Pausanias. ὕστερον — Σύρῳ. Hic Syrus, *Philopappus* nominatus, regio Syrorum genere ortus fuit. v. Chandler cap. 17. Antiq. of Ath. by Stuart III c. 5. O. Mueller l. c. Ipsum hoc Philopappi monumentum, in Panoramic View of Athens Plate IV in Walpolii Turkey turris instar eminens, Williams dicit esse Romanae structurae et candido marmore factum ita, ut prope accedat ad circuli dimidiati formam.

---

## CAPUT XXVI.

§. 1. κατορθοῦσθαι in *bello et rebus hujus generis* poni, jam docuit Thom. Magister; neque aliter apud Pausaniam IV, 26, 3. X, 15, 3. III, 17, 3. et h. l. *rem bene gestum iri bello.* Sed aliter VII, 19, 2, ubi Activum est: *cupiditati satisfacere;* et IV, 9, 5. VII, 26, 3, ubi Passivum denotat: *bene cedere.* Mox §. 2 κατόρθωμα de *re fortiter bello gesta.* v. Editt. Thom. Magistri. φυγόντων — ἠλευθερώθησαν. Cf. 29, 11. ἀπὸ Μακεδ. Clavier, ut Sylburgius emendaverat. ὑπὸ Μακεδ. Vulgata.

§. 2. ἀνέθησαν Mosq. ut §. 3. κατόρθωμα non apud veteres, sed apud Polybium, Dionysium Halic. Strabonem, Plutarchum et Lucianum tritum esse, monuit Lobeckius ad Phryn. p. 251. Audiendus tamen Longinus in Scholio Ms. ad Aristidem in Longino Weiskii p. XCII: σημείωσαι, ὅτι εἶπε κατορθώματα· φασὶ δὲ μὴ λέγεσθαι τὴν λέξιν. Λέγει δὲ ὁ Λογγῖνος, ὅτι εὕρηται πολλαχῶς πολλαχοῦ.

§. 3. δὲ καὶ τόδε Mosq. ποιουμένων δὲ idem. δὲ abest a Vulgata. αἴτιον et αἴτιος cum Infinitivo simpliciter. v. Schaeferi Meletem. p. 23. adde Paus. I, 22, 6. 19, 4. X, 12, 2. τὸν Κάσσανδρον pro τὸν Κασσάνδρου Mosq.

§. 4. Apud Strabonem XIV, 647 scribitur hoc Dianae cognomen Λευκοφρυήνη, et a Nicandro apud Athen. XV, 683 Λεύκοφρυς, sed cum Nostro, sibi constante III, 18, 6, consentit Clem. Alexandrinus Protrept. p. 29 narrans, Leucophrynen in templo Dianae sepultam esse Magnesiae, quod de Nympha hujus nominis accipiendum est, ut apud Theodoretum idem narrantem, quem laudavit Heynius in Antiq. Aufs. I, 109 sq.

§. 5. De *Endoeo* cf. Winckelmanni Opp. VIII, 310. ποιήσειεν Vulg. ποιήσειε etiam Clavier.

§. 6. usque ad 27, 4 de Ἐρεχθείῳ, Minervae Poliadis aede et Pandroseo. »Das Erechtheion zerfällt in eine östliche Cella, welche das Erechtheion im engern Sinne heisst, in ein inneres nicht unmittelbar zugängliches Adyton, das Heiligthum der Athene Polias, und in eine hintere durch Fenster erleuchtete Nachzelle, das Pandroseion, welcher auf der einen Seite eine kleine Karyatidenporticus, nach der andern eine weite offene Säulenhalle am Haupteingange angebauet ist« O. Mueller in Erschii et Gruberi Enc. 6, 239. In Morgenblatt 1821 No. 181 aedes Minervae dicitur septentrionem, Pandrosi meridiem, et Erechthei orientem spectare. Pausanias ipse loquitur tantum de διπλῷ οἰκήματι, et Wilkins in Walpolii Turkey p. 582 eos erroris accusandos putat, qui tria fana, Erechthei, Minervae Poliadis et Pandrosi conjuncta cogitent: Pausaniae διπλοῦν οἴκημα esse Minervae Poliadis et Pandrosi fana contigua, eaque illum Ἐρεχθείου nomine comprehendisse, quia locum, ubi antea Erechthei aedes fuerit, occupaverint. *Erechtheum* est a Parthenone versus septentrionem euntibus, et distat ab eo centum quinquaginta ferme pedibus; sic Wilkins l. l. Hobhousius p. 343, Dodwell et Williams. Aeri incisum est in Walpolii Turkey p. 591. et O. Muelleri libro de Minerva Poliade. οἴκημα *aedes*, *fanum*, namque Herodoto VIII, 55 est Ἐρεχθῆος νηός. Eandem huic vocabulo potestatem tribuit Pausanias I, 18, 9. II, 10, 2. πρὸ δὲ—νομίζουσιν. cf. locus illustris VIII, 2, 1. et de Jove Ὑπάτῳ ad III, 17, 6. ἐκ του μαντεύματος cum Clavierio et Porsono. ἐκ τοῦ μαντ. Vulgata. *Butes* Apollodoro quidem III, 14, 8. 15, 1 est Pandionis filius, Erechthei II frater et Neptuni sacerdos, Hesiodo autem in Catalogo apud Eustathium ad Hom. Iliad. p. 13 Rom. Neptuni filius. Ab eo gens descendit *Butadarum* s. *Eteobutadarum*. v. Eustath. l. l. Harpocrat. Hesych. *Vulcano* cur hic ara fuerit, docet fabula de Erechthei I origine ad illum relata. καὶ διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ

οἴκημα, καὶ Vulgata. Nos διπλοῦν — οἴκημα parentheseos signis, proximum autem καὶ uncis inclusimus. Ejusmodi διπλοῦν οἴκημα est etiam II, 10, 2 et διπλοῦς ναὸς VI, 20, 2. Plura laudavit Dodwell I, 2, 166. De anteriore parte hujus nostri fani duplicis (τῷ προτέρῳ) sunt illa ἐςελθοῦσι — Βουταδῶν, de interiore autem (τῷ ἐνδοτέρῳ) haec καὶ (διπλοῦν — φρέατι. ergo ἔνδον in parte interiore, Pandrosio. Hoc ὕδωρ θαλάσσιον ἐν φρέατι et τριαίνης σχῆμα ἐν τῇ πέτρᾳ, signa illa Neptuni contentionis de Attica, Pausanias videtur antea 24, 3 verbis κῦμα ἀναφαίνων Ποσειδῶν indicavisse. Putamus autem fuisse in Pandrosio. v. ad 27, 2. Caeterum de hac aqua marina, quam Neptunus in arce elicuit, cf. Vossius ad Virg. Georg. p. 52. et Pausan. VIII, 10, 3. ubi idem de his *Caribus.* Qui ibi dicuntur *Mylasa habitantes,* h. l. audiunt *Aphrodisienses* de promontorio Aphrodisio. μεσόγαια substantivum esse, monuit Lobeckius ad Phryn. 298. ἐν τῇ πέτρᾳ· in quanam? ut nobis quidem videtur, in eadem, in qua factum erat illud φρέαρ. ταῦτα κ. λ. *Haec dicitur Neptunus protulisse ut testimonia sui de regione certaminis.*

§. 7. usque ad 27, 1 extr. pertinent ad *Poliadis aedem,* de qua peculiarem librum scripsit O. Mueller Gottingae 1820, 4. ἐν κοινῷ, cf. ad 29, 4. ἔτεσιν ἢ συνῆλθον Clavier, ut Loescher et Kuhnius emendaverant. ἔτεσι συνῆλθεν Vulgata. ἐν τῇ νῦν — πόλει. Confirmat Thucydides II, 15. ubi v. Intrpp. et Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 260. δὲ post τότε abest a Mosq. λύχνον κ. λ. Haec *lucerna* fuit in Minervae Poliadis fano teste Strabone IX, 369. hoc judice O. Muellero de Min. Pol. p. 25 obscurum requirebat lucernam. καὶ ante κατὰ τὰ delevit Clavier. Pro λίνδυ Καρπασίου Politus ad Eustathium T. II p. 587 voluit: λίνου Καρυστίου. Eorum, quae hanc in rem disputavit, summa proposita est in Comm. Soc. Philol. Lips. IV, 1 p. 4. θρυαλλὶς magis attice quam ἐλλύχνιον auctore Phrynicho. λίνων μόνον Mosq. *unum ex omni lini genere* Domit. Calderinus. λίνον μόνον Vulgata. ὁ δὲ Καλλίμαχος ὁ τὸν λύχνον ποιήσας, ut Sylburgius et cum eo Schneiderus emendaverat. — Καλλίμαχος [ὁ] τὸν — Clavier. ὁ post Καλλίμαχος deest in Vulgata. Pro vulgato κακιζότεχνον teste Clavierio in Lettre à Coray codd. mssti habent κατατηξίτεχνον (sic etiam Vaticanus) seu κατηξότεχνον. Similiter in Plinii loco mox afferendo codices quidam offerunt κακοτηξίτεχνος pro κακιζότεχνος, et Dom. Calderinus in nostro loco *catextechnus.* Clavierius in illa epistola κατάτεχνον apud Pausaniam scribendum censuit atque ita edidit, quia

*κακιζότεχνος* plus reprehensionis quam laudis contineat, et quia Callimachus a Dionysio et Vitruvio non reprehendatur sed laudetur, atque adeo apud Vitruvium hoc ipsum *κατάτεχνος* non *κακιζότεχνος* legatur. Dionysius enim Halicarnassensis de Isocr. p. 95 Sylb. Lysiae, quem Cicero quoque Brut. 9 *egregie subtilem* dicit scriptorem, rhetoricen cum Calamidis et Callimachi artis operibus *τῆς λεπτότητος εἵνεκα καὶ τῆς χάριτος* comparat; Vitruvius autem IV, 1 de eodem ita scripsit: »Callimachus, qui propter elegantiam et subtilitatem artis marmoreae ab Atheniensibus *κατάτεχνος* fuerat nominatus.« Sed ut recte apud Vitruvium ita legatur, ex eo non continuo sequitur, eodem modo scribendum esse apud Pausaniam; imo invito Pausaniae haec obtruderetur scriptura: hic enim refert, Callimachum hoc cognomen vel ipsum assumsisse, vel ab aliis datum usurpasse. Eum vero sibi ipsum induisse cognomen *κατάτεχνον*, quam non est credibile, sive illud *omnibus artis regulis diligenter satisfacientem* sive cum Schneidero interpreteris *der Gekünstelte!* Huc accedit, quod vulgatam Pausaniae scripturam egregie confirmat ille locus Plinii XXXIV, 8, 19 p. 246 Bip.: »Ex omnibus maxime cognomine insignis est Callimachus, *semper calumniator sui, nec finem habens diligentiae*, ob id *Cacizotechnos* appellatus, memorabili exemplo adhibendi curae modum. Hujus sunt saltantes Lacaenae, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit.« Ex quibus patet, *κακιζότεχνον* esse *nunquam contentum suis artis operibus, semper calumniatorem suorum artis operum.* Gesnerus in Chrestom. Plin. p. 928 interpretatur: *nocentem arti suae, et diligentia eam corrumpentem.* Callimachum vero ipsum se *artis corruptorem* voluisse cognominari, quis crediderit? Melius in Linguae Romanae Thesauro redditur: *improbans suum artificium*; namque *κακίζω τὸ ψέγω, κακίζει, ἐπισκώπτει* interpretatur Phavorinus. Ut igitur concedimus, in Vitruvio recte legi *κατάτεχνος*, ita negamus, hoc in Pausaniam transferendum esse. Fieri enim potuit, ut idem ab aliis propter elegantiam et subtilitatem artis laudaretur diceretur que *κατάτεχνος*, id quod factum esse Vitruvius significat, ab aliis autem ob nimiam diligentiam reprehenderetur et *κακιζότεχνος* vocaretur, vel ipse sibi hoc cognominis imponeret, male suis operibus contentus; quod Pausanias cum Plinio sequutus est. Eadem fere fuit sententia Matth. Gesneri. v. Thesaur. s. v. Catatechnus. Schneiderus quanquam rem aliter cogitans tamen suam utrique scriptori lectionem relinquit s. v. *κακιζότ.* Nib-

by reddens *critico dell' arte* videtur vulgatum *κακιζότεχνον* exprimere voluisse; quam bene, artium viderint judices. *αὐτῷ* pro *αὐτῷ* Mosq. *καταστῆσαι ἐφ' αὐτῷ accommodare sibi*, sed *καθεστηκέναι ἐπί τινι* IX, 30, 2 *accommodare se ad aliquid.*

---

## CAPUT XXVII.

§. 1. *Κεῖται κ. λ.* Meursium temere h. l. sollicitasse, monitum est in Comm. Soc. Philol. Lips. IV, 1 p. 5. *ὑπὸ — οὐ σύνοπτος* Mosq. Vind. Facius, Clavier, ut Kuhnius conjecerat. — *εὐσύνοπτος* Vulg. Ex VIII, 39 extr. II, 11, 6. III, 26, 1 patet, in more positum fuisse, simulacra deorum *sacrarum arborum ramis, capillis, fasciis fimbriatis et corollis* ornare. *Myrtus* autem *τῶν νεκρῶν στέφος* forsan significat *χθόνιον* Mercurium. Alia est O. Muelleri sententia. v. de Min. Poliade p. 28. *ἐκ λαδίας ἦν δαιδάλου* Excerpta Cod. Palatini. De *Masistii thorace* Herod. IX, 22. Masistius interfectus erat ab Atheniensibus. Herod. ib. 21. Similiter Sauli thorax in Astarothi templo positus est. 1 Sam. 31, 10. Cf. Paus. I, 21 extr. *Μαρδονίου δὲ κ. λ.* negat Pausanias, hunc verum esse Mardonii acinacem, aliis contrarium credentibus. v. Meursii Cecrop. c. 21. Spartiatae, qui Mardonium occidit, nomen est apud Herod. IX, 64 et Plut. Arist. 19. *οὐδ' ἂν κ. λ. videntur Lacedaemonii neque ipsi omnino potiti esse hoc acinace, neque, ut credere par est, eum, si captus esset, auferendum permisisse Atheniensibus.* Valckenarius ad haec verba laudavit Abresch. Thucyd. p. 552. *ὑποδέξαιντο* Kuhnius conjecit.

§. 2 et 3 de *Pandrosio.* In eo fuit illa olea, quam Minerva in Attica plantasse ferebatur in testimonium sui de illa regione certaminis. v. Philochori Fragm. p. 2 et 80 sq. ubi quod scripsi, *Pausanias illam oleam in Minervae Poliadis aede fuisse significat*, retracto. Pausanias enim de illa olea prius, quam de loco, ubi illa fuit, loquutus esse judicandus est. Sed non tantum Minervae, verum Neptuni etiam signum illius de Attica certaminis videtur in Pandrosio servatum esse; utrumque 24, 3 conjungitur et ubi de solo Neptuni testimonio sermo est 26, 6, id satis perspicue ad interiorem aedem i. e. ad Pandrosium refertur. *πήχυς* pro *πήχεις* Mosq.

§. 4. *μὲν οὖν οὐκ* Mosq. *χρόνον μέν τινα.* cf. Harpocrat. v. *δειπνοφ.* *ἀῤῥηφόρους* Vind. Vatican. Dom. Calderinus,

Clavier. κανηφόρους Vulg. καννηφόρους Mosq. Cf. Meursii Graec. feriata ἀῤῥηφ. Schneideri Lex. gr. et O. Mueller de Minerva Poliade p. 14 sq. ἀναθεῖσαι—παρθένοι. Nominativum ἀναθεῖσαι ad ταύτῃ κατίασιν referendum, ἔστι δὲ περίβολος αὐτομάτη, quia explicationem sequentium habeant, anteposita esse, nec formam αὐτομάτη in Lexicis [excipe Passovii] reperiri, Franc. Goeller in Act. Monac. T. II Fasc. III p. 351. 335 jam adnotavit. Pro his οὔτε ἡ διδοῦσα—ἐπισταμέναις Wesselingius ad Diod. Sic. XVII, 36 Genitivos collocari potuisse, recte ille quidem animadvertit, explicanda autem ita videntur esse: οὔτε ἡ διδοῦσα δίδωσιν εἰδυῖα ὁποῖόν τι, οὔτε δίδωσι ταῖς φερούσαις ἐπισταμέναις. In Mosq. est φέρουσα pro διδοῦσα et ταῖς ante φερούσαις desideratur. οὔτε τῆς φερούσης ἐπισταμένης Excerpta cod. Palat. offerunt. ἐς τὴν Mosq. εἰς τὴν Vulg. Duas ejusmodi virgines, sacra arcana capitibus sustinentes, et sacerdotem (quae ex gente Eteobutadarum legebatur. v. Harpocr.) vides in Stuarti Antiq. of Athen II Tab. XXIV.

§. 5. εὔηρις *affabre elaborata* Amasaeus, recte. εὐήρας ἵππους, εὖ ἡρμοσμένους. Hesych. Phavor. De Foeminino cf. Fischeri Not. ad Weller. II, 68 sq. εὐήρας Vatic. Toupius ad Suidam T. 2 p. 155 scripsit, Εὔηριν esse nomen proprium; imo nomen hujus ministrae fuit *Lysimache*. Verborum enim φαμένη κ. λ. sensus est: *dicens* (in inscriptione apposita) *se esse Lysimachen, Deae ministram.* Similiter φησὶ de ipsa inscriptione II, 27, 4. Rem confirmat Plut. περὶ Δυςωπίας p. 823 Frob. Λυσιμάχη Ἀθήνῃσιν ἡ τῆς Πολιάδος ἱέρεια. Λυσιμάχη Ald. Clav. Λυσιμάχῃ Francof. Kuhn. Facii. πρεσβύτης Mosq. Vind. εὐήρης Vind. Senes mulieres artis probandae causa interdum factae. v. Plin. XXXIV, 19, 26 p. 245 Bip. Pro vulgato πῆχος Sylburgius voluit πῆχυς, Facius πηχύιος, quidni πήχυιος seu potius πηχυία? Clavier edidit πηχυαῖος, unde, nescio. Equidem scribendum censeo πήχεος, *unius cubiti.* Eodem modo corrigit Porsonus. Ejusdem parvitatis Hercules est VIII, 31, 1. ἔστι δὲ κ. λ. Notabile, quod hic ἀνδρῶν ἀγάλματα commemorantur, sed sunt ἡρώων, de quibus nonnunquam h. v. Pausanias adhibuit; de Agamemnone V, 25, 5. Achille III, 19, 11. Amphictyone I, 2, 4. Theseo 3, 1. Ajace 35, 2. de heroinis VIII, 26, 3. X, 18, 7. I, 37, 2. ἄνδρες deest in Mosq. οὐδὲ ante Ἀθηναίων Porsonus in οὐδένα mutandum censuit. De hac *Erechthei* et *Immaradi* pugna cf. 38, 3. τὸν ante ἀποθανόντα omisit Vind.

§. 6. ἀνδριάντες εἰσὶν ἐντὸς, οἷς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ, καὶ αὐτὸς Τολμίδης Vulgata. Τολμίδης pro Τολμίδῃ Camerarius et Hartungius voluerunt. Kuhnius conjecit: "Ἔνδοιος, ὃς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ fingens nomen vatis, quo usus sit Tolmides; Triller in Observ. crit. I, 7 ἔνθεος, ὃς ἐμ. Τομίδῃ vates, qui; Lobeckius in indice lectionum anni 1816 μάντεως, ὃς ἐμ. Τολμίδῃ. O. Mueller de Minerva Poliade p. 32 μάντις, ὃς ἐμ. Τολμίδῃ. Elsner in schediasmate critico c. 7 p. 58 a Valckenario et Schneidero citatus Θεαίνετος, ὃς ἐμαντ. Τολμίδῃ e Thucydide III, 20. Facius ἐντὸς, οἷς συνεστρατεύετο Τολμίδης. Clavier autem edidit: ἀνδριάντες εἰσὶν * ἐντὸς, * ὃς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ. Goldhagenus vertit: *an dem Fussgestell ist das Bildniss des Wahrsagers, den Tolmides zu Rathe zog.* Nos scripsimus ἀνδριάντες εἰσὶν, ἐκτὸς ὃς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ, καὶ αὐτὸς Τολμίδης, codicem Vindob. sequuti, in quo est ἐκτός. *In basi etiam statuae sunt, praeter eum, qui vaticinabatur Tolmidae, et ipse Tolmides* Rursus ἐντὸς in ἐκτὸς depravatum vides VI, 20, 2. ἐκτὸς pro ἐντὸς Amasaeus legit IV, 23, 5. Eadem utriusque vocis confusio est Herod. III, 80. ἐκτὸς *praeter* significans est in Xenoph. Hellen. I, 2, 2 ἀπέκτειναν ἅπαντας — ἐκτὸς ὀλίγων. ib. 6, 24 ἀπώλοντο νῆες — ἐκτὸς ὀλίγων. Caeterum hi ἀνδριάντες in basi illorum simulacrorum haud dubie fuerunt *effigies in plano elevatae*, quod Martinio quoque probabile visum est. »On a placé sur un piédestal la statue« Clavier; »Sopra un piedestallo sono altre statue« Nibby; male. *Tolmides*, Tolmaei filius, Myronidis laudem aemulans has res gessit Olympiade LXXXI. De *Gythio* III, 21. Idem Tolmidae Gythii fecit Philopoemen VIII, 50, 5. Βοιὰς pro Εὔβοιαν cum Clavierio. *Boeae* in Eleutherolaconibus postea fuerunt. III, 21, 6. Goldhagenus conjecerat: καὶ τὰ τῶν περιοίκων· Εὔβοιάν τε. In Mosq. est Εὐβοίας. *Euboiaeque proximas* D. Calder. De Atheniensium κληρούχοις et κληρουχίαις Diod. Sic. XV, 23 et ibi Wessel. Spanhemius ad Arist. Nub. 203. Schol. Soph. Aj. 508. Ἁλιαρτία scil. χώρα, ut apud Suidam. Similiter X, 35, 2. IX, 18, 3. 16, 4. VII, 3, 1. De hac Atheniensium clade et Tolmidae interitu Olymp. LXXXIII, 2 Diod. S. XII, 6. Thuc. I, 113.

§. 7. ἐπέλαβε γὰρ καὶ Mosq. *nam* D. Calder. ἐπέλ. δὲ καὶ Vulg. ἐπέλαυε pro ἐπέλαβε Vatic. ἡ φλὸξ ἐπέλαβε fuit etiam I, 20, 1. Pro vulg. σαφὲς οὐδὲν οἶδα est σαφῶς οὐκ οἶδα in Vindob. Sed simile est οὐδὲν ἔχω σαφὲς εἰπεῖν 28, 1. Pro Κύκνος est μυκλὸς in Vatic. sed κυκνὸς in margine. De hoc *Cycno* Hesiodi Scut. 57 sq. 353. 380. 474 sqq. τὸν post ποτα-

*μὸν* deletum vult Porsonus. sed ecce *ἐν τῷ ὄρει τῷ Παρνασ-σῷ* VIII, 4, 3. *ἐν τῷ ὄρει τῷ Κοτυλίῳ* ib. 41, 6. *περὶ τὸ ὄρος τὸ Παρ-θένιον* I, 28, 4. Ubi haec Minervae simulacra, haec apri venatio, hic Cycnus fuerint, Pausanias non indicat. Herculis autem mentione injecta, §. 8. 9. pauca de Hercule et Theseo inseruntur.

§. 8. De Herculis *λεοντῇ* V, 25, 7. Pro *κατέθεντο*, quod recurrit 38, 9, Porsonus *καταθεῖτο* scribi hic voluit; sed v. Matthiaei Gramm. gr. §. 208 p. 275. *ἐξελθόντα* pro *ὑπεξελθόντα* Mosq. *τῶν λόγων — ὁ δὲ* abest a Mosq. *ἀνέσαν-τα, οἴχεσθαι τὴν παραχ.* Clavier. *ἀνῴξαντα οἴχεσθαι, καὶ τὴν παραχ.* Vulgata, nisi quod Facius *ἀνέσαντα* e Vind. et Mosq. restituit. *τούτου δὲ — πέτρας.* »M. le Duc d' Orleans a dans son cabinet une cornaline antique, où cette action de Thesée est gravée. On en peut voir la description dans le recueil de Beger.« Gedoyn.

§. 9. *ἐπὶ τῷ ποταμῷ* Vind. Wesselingius ad Diod. Sic. V, 72 scripsit, eundem fluvium esse videri, quem Pausanias *Τεθρίνα*, Diodorus *Θήρηνα* vocaverit, nam fuisse in Gnossiorum agro, ideoque hunc taurum a Pausania V, 10, 2 *τὸν ἐν Κνωσσῷ* appellari. Wesselingius ipse, uter rectius hunc fluvium nominaverit, in medio relinquit; equidem Pausaniae scripturam praetulerim, quia in Diodoro alii *Θήρηνος*, alii *Θηρινὸς*, alii *Θήρονος* habent. Scripsimus *Κρομυῶνι*. cf. ad II, 1, 3. *Κρομμυῶνι* Vulg. *ὥστε* cum Sylburgio. *ὥς τε* Vulg. *ἐς τὴν γῆν* Mosq. Vind. *ἐς γῆν* Vulgata. sed cf. I, 6, 4. II, 14, 2. III, 22, 9. Et hunc Cretenses taurum Neptuni ita *suae terrae* immissum narrabant: est enim *τοῦ κτήματος τὸ ἄρθρον*, ut ait Grammaticus in Bekkeri Anecd. II p. 918. adde ibidem p. 899 extr. *ὅτι — τιμῇ.* ubi *οὐδενὸς μᾶλλον* est *οὐ μᾶλλόν τινος.* *Ποσειδῶνος* Mosq. *ἄλλου θεῶν* Vind. Clavier. *ἄλλου θεοῦ* Vulg. *τοῦτον τὸν ταῦρόν* Vind. Mosq. *τὸν ταῦρον τοῦτόν* Vulg. *τῶν ἄθλων* Clavier, assentiente Domit. Calderino. *τὸν ἄθλον* Vulg. *ἐς τὸ πεδ.* Mosq. *εἰς τὸ πεδ.* Vulg. *δῆμον τὸν Μαραθω-νίων* Vind. Clavier, ut Sylburgius conjecerat. cf. ad 3, 5. *Δῆμον τῶν Μαραθ.* Vulg. Fama de hoc tauro Cretico et eodem Marathonio paulo aliter refertur ab Apollodoro II, 5, 7. *ὁπό-σοις ἐπέτυχε* Clavier, ut Sylburgius emendaverat. *ὁπόσους ἐπέ-τυχε* Vulg. *ἐπ' Ἀθηναίους* Clavier. *adversus Athenienses* Dom. Calderinus. *ἐς Ἀθήνας* vulgo. pro *ἑπτὰ καὶ* in margine Mosq. *ἑπτακαίδεκα* est. *ἀνάθεμα* Mosq. *Δήμου* Vulg.

---

# CAPUT XXVIII.

§. 1. βουλεύσαντα — ἐγένετο οὐκ deest in Mosq. ἀνελόμενος — Ὀλυμπικήν. cf. Herod. V, 71. Thucyd. 1, 126 et intrpp. ad Thuc. καὶ οἱ — ἐτυράννησε. cf. 40, 1.

§. 2. χωρὶς — κατέλεξα. vide 14, 4. 27, 1. δύο μὲν κ. λ. Haec duo opera, ex decimis praedae bellicae facta, erant *simulacrum Minervae aeneum*, cujus iterum fit mentio IX, 4, 1, et *currus aeneus*, illud de Medis, hoc de Boeotis ac Chalcidensibus. τέχνη Mosq. καί οἱ τὴν κ. λ. οἱ refer ad deam. τὴν — Λαπιθῶν πρὸς Κενταύρους [μάχην] Clavier; sed similiter in illo 13, 4 πρὸ τῆς ἐν Λεύκτροις hoc vocabulum omissum est. De v. ἐπεργάζεσθαι ad III, 17. Heynius existimavit, hic quoque eo exprimi, quod nobis est *Relief*. Nibby reddidit: *si dicono intagli di Mis.* λέγουσι τορεῦσαι Μῦν. *Mys caelavit in hoc clypeo pugnam Lapitharum et Centaurorum ad descriptionem factam a Parrhasio.* Mys, clarus caelator, etiam ex Athen. XI, 4, 782 (215) et Plinio XXXIII, 12, 55 notus est. Ut hic καταγράψαι *describere, delineare, dessiner*, sic in epigrammate apud Athenaeum l. c. Γράμματα Παῤῥασίοιο, (quae Jacobsii emendatio etiam Schneidero probata est) τέχνα Μυός, est γράμμα *descriptio*, *dessin.* v. ibi intrpp. et Quatremère-de-Quincy in Jupiter Olymp. p. 94 sqq. Aeneus igitur hujus Minervae aeneae clypeus fuit, quem eburneum fortasse non dixisset Ernestius in Archaeologia 5, 26, nisi temere sequutus esset Winckelmannum VI, 1, 37. Heynius in Antiq. Aufs. II p. 180 jam monuerat, effigies a fundo elevatas fuisse in aere hujus clypei fuso (ein Guss in Bronze und die Figuren erhoben); Clavierius autem reddidit: »a gravé sur le bouclier — il a gravé ce bouclier et ses autres ouvrages d' après les dessins de Parrhasius.« ταύτης — σύνοπτα. Hoc loco nonnulli ad inanes disputationes de oculorum acie, qua Graeci excelluerint, misere abusi sunt. v. lib. menstr. *Genius temporis* a. 1799 Part. 7. Hobhousius autem et Lechevalier negant, per altos montes, qui Sunium cingant, ejus incolis unquam licuisse Minervae templum aut signum in arce conspicere. An vero, quod illi putant, Pausanias dixit? Pausanias non loquitur de Sunii incolis, sed de iis, qui a Sunio subnavigent; quod Dodwell quoque animadvertit: et arcem satis altam fuisse, idem significat V, 11. καὶ ἅρμα — Εὐβοίᾳ. cf. omnino Herod. V, 77, qui locum quoque arcis, ubi hic currus fuerit, indicat. De *Periclis* hac statua 25, 1 καὶ τῶν — Λημνίας. De hac Phidiae Minerva perfectissimae artis cf.

Plin. XXXIV, 19, 1. Lucian. Imag. 4 et 6. ex quibus Luciani locis simul intelligitur, male in Vind. legi *Λιμνίας*. adde Winckelmanni Opp. V, 573. VI, 2, 70.

§. 3. *πλὴν — Μιλτιάδου.* Hoc est τὸ Κιμώνιον. v. Schol. Soph. Oed. Col. 489 et cf. ad 21, 4. *περιβαλεῖν κ. λ.* *Pelasgos Athenas venisse*, constans fama fuit. v. Strab. V, 221 extr. Philochori Fragm. p. 13. Thucyd. IV, 109. Herodot. VI, 137 sq. ad quem locum propter Hecataeum excitatum testem cf. ejus fragmenta a Creuzero collecta p. 41. Dionysio enim Halicarnassensi auctore Arch. I, 17 sq. Pelasgi e Thessalia, quam aliquamdiu tenuerant, a Deucalione pulsi late dispersi sunt, atque etiam in Boeotiam eorum pars delata; quae teste Strabone IX, 401 a Boeotis, e Thessalia reversis, rursus e Boeotia in Atticam ejecta, sedes sub Hymetto posuit circiter sexagesimo post Ilium eversum anno. v. Thucyd. I, 12. quo tempore etiam Penthilus cum Aeolica colonia in Boeotiam venit. v. Strabo XIII, 582. Hecataeus autem apud Herodotum narrat, Athenienses Pelasgis regionem sub Hymetto colendam, mercedem muri quondam circum arcem ducti, concessisse. Quae Hecataei Strabonisque testimonia videntur quodammodo probare, ab illis Pelasgis, qui LX fere annis post Ilium excisum e Boeotia in Atticam exciderint, murum hunc exstructum esse. Sed incerta est res, quum Pausanias ipse nihil comperire potuerit nisi hoc unum, hujus muri exstructores, *Agrolam* et *Hyperbium*, origine Siculos fuisse; quibus nominibus vel duces, vel tribus videntur significari. In Plinio VI, 56 *Laterarias ac domos constituerunt Hyperbius et Euryalus Athenis* Mueller in Geschichten Hellen. Stämme p. 440 corrigit *Agrólas*. In his *φασὶ γὰρ — Ὑπέρβιον* aliquid deesse, Loescher recte judicavit. Ex Italia olim Pelasgos quosdam Athenas trajecisse, refert Strabo V, 226, atque his Pelasgis ex Italia profectis arcis Athenarum muros aedificatos tribuit Clavier in Hist. d. prem. temps de la Grèce II, 100. parum firmo argumento, quod iidem Pelasgi Tyrrheni vocentur. Nos acquiescimus in suspicione, Pelasgis e Boeotia in Atticam delatis addidisse se Pelasgos ex Italia traductos. *Πελασγικὸν* non modo septentrionalis murorum arcis pars dicebatur, quae a Pelasgis exstructa ferebatur, (v. Meurs. Cecrop. c. 5. Photii Lex.) verum etiam ipsius Athenarum urbis regio, arcis muro boreali subjecta. v. Strabo IX, 401. Thucyd. II, 17. Lucian. bis accus. 9 cum Schol. Herod. VI, 137. adde Hawkinsium et O. Muellerum in Erschii et Grub. Enc. 6 p. 230. *ἐς Ἀκαρνανίαν μετοικῆσαι* Kuhnius conjecerat, et

Clavier tacite scripsit. Sic II, 4, 2 μετοικήσαντος ἐς Λυκίαν. 30, 8 μετοικοῦσιν ἐς τὴν Ἀττικήν: nec huc vocaverim τὸ κατὰ γᾶς κνέφας θέλω μετοικεῖν Eurip. Hippol. 837. (830), quod referente Valckenario auctor Trag. Χριστ. Πάσχ. imitatus est.

§. 4. πηγή τε ὕδατος mira visu est Letronnio, itaque non dubitavit corrigere πηγή τε μικροῦ ὕδατος. An etiam corrupta ὕδατος ἐν τῷ ὄρει τῷ Κοτυλίῳ πηγή VIII, 41, 6, vel πηγὴ ὕδατος in Apollon. Dysc. c. 14? Mox Clavier scripsit: καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ· Κρεούσῃ δὲ θυγατρὶ Ἐρεχθέως Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι: ἐνταῦθα καὶ τοῦ Πανὸς ἱερόν. Φασὶν ὡς πεμφθείη. Sed incorrupta nobis quidem videtur esse Vulgata, nisi quod virgula inter σπηλαίῳ et καὶ Πανός removenda sit. Sane quidem καὶ Πανός deest in Mosq. Vind. et Dom. Calderini versione, et postea περὶ δὲ τοῦ Πανός φασιν in Mosq. et Vaticano; sed quis non videt repetitum Genitivum Πανὸς fraudem fecisse librariorum oculis? in medio posita omissa erant; error deinde animadversus correctus est; quae correctio varias peperit lectiones. Inprimis autem illud Vulgatam commendat, quod alii quoque antrum hic Pani sacratum testantur; veluti Euripides Ion. 936 οἶσθα Κεκροπίας πέτρας πρόσβοῤῥον ἄντρον; οἶδ᾽, ἔνθα Πανὸς ἄδυτα. ibid. ὦ Πάν, τοῖαι σοῖς ἐν ἄντροις. In eodem antro congressa erat Creusa cum Apolline, ut ibid. est 16: ἀπήνεγκε βρέφος εἰς ταὐτὸν ἄντρον, οὗπερ ηὐνάσθη θεῷ. Tum nondum sacrum erat Pani; quo tempore ei dicatum sit, paulo post indicat Pausanias. Adde etiam illud Luciani bis accus. 9: τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος (Pan) οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ (cod. Gorlic. ὑπὲρ) τοῦ Πελασγικοῦ. Fuit quidem in eodem hoc antro Apollinis et Panis ἱερόν, sed videtur seriori tempore ob Panis de Atheniensibus merita consuetudo invaluisse, ut Panis diceretur antrum. O. Mueller ponit id in areis saxo caurum spectante; Chandlerus c. 12 ait sub dextro Propylaeorum cornu fuisse, et Hobhousius I p. 336: »on the left hand about half way up the hill is the cave of Apollon and Pan.« adde Stuarti Antiq. of Athens I p. 15. Nibby sequutus est Vulgatam, sed mutavit interpunctionem; vertit enim: »ivi vicino un tempio di Apollo, e Pane entro una spelonca.« Lectionem Φιλιππίδης movere non sustinui, commendatam illam et altero loco VIII, 54 et a Dom. Calderino, Suida s. v. Ἱππίας, Clemente Alex. Protr. p. 28, Plinio H. N. VII, 20 et Cornelio Nep. Milt. 4. In Herodoto est Φειδιππίδης· in Cornelio variant codices; Guenther recepit Phidippidem. ὑπερβάλλεσθαι

Mosq. ὑπερβαλέσθαι Vulg. δὴ ante νόμον deest in Mosq. ἥξει Mosq. ἥξοι Vulg. τετίμηται· quomodo, docent Herodotus VI, 105 et Lucianus bis accus. 10. Valckenarius ad l. l. Herod. suspicatur, hanc fraudem a Miltiade excogitatam esse. Pausanias tamen auctor est VIII, 54, quae Athenienses, eadem de hac re narrare Tegeatas.

§. 5. Καθὸ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος Vulgata, quam Kuhnius interpretatur: *in qua seu ex qua parte est etiam Areopagus*; Sylburgius *secundum haec*; Facius *quo loco*. Dom. Calderinus totum omisit locum. καθ' ὃ est quidem *ubi* apud Dicaearchum in Creuzeri Melet. 3, 194; sed hoc alienum ab hoc loco est; itaque cum Clavierio scribendum censeo; Κάτω δὲ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος. i. e. ἐν τῇ κάτω πόλει §. 4. καὶ autem ante Ἄρειος πάγος respondet sequentibus: καὶ βωμός ἐστιν Ἀθηνᾶς Ἀρείας. Areopagus δίκας τὰς φονικὰς ἐδίκαζεν ἐκ παλαιοῦ Paus. IV, 5, 1. Hinc ei nomen, ἐπεὶ τὰ φονικά. Bekk. Anecd. p. 444. Areopagus quam vicinus arci fuerit, ostendunt haec: »The Areopagus is within a stone's throw of the craggy sides of the Acropolis« Hobhouse's Journey p. 312. ἔστι δὲ κ. λ. vide 21, 7. cf. Marm. Parium, ubi etiam de *Oreste*. *Minerva Area* de Martio colle. ἀργοὺς λίθους Clavier, ut Goldhagenus correxerat; sunt *rudes*. Scripturam ἀναιδείας sollicitandam esse, jam negavimus ad Istri Fragm. p. 62. Cf. Heinrichius in Epimenide p. 97. Auctoribus Clemente Alex. Protr. p. 16 B. et Cicerone Legg. II, 11 Athenienses Cylonio scelere expiato fecerunt Epimenide suadente *Contumeliae et Impudentiae* aras seu fanum. Quod hi Impudentiae aram seu fanum, Ister Ἀναιδείας ἱερὸν vocat. Sed a fano seu aris horum numinum diversi fuerunt isti rudes lapides, in quibus reus et actor stabant, videntur autem his lapidibus de aris illarum dearum nomina imposita esse. Eosdem hos lapides putamus in Eurip. Iph. T. 962 βάθρα dici. αὐτῶν Mosq. Clav. αὐτοῖς Vulgata.

§. 6. ἃς — Σεμνάς· iterum II, 11, 4. et ibi adnotata. Phylarcho quidem teste *duo* fuerunt Athenis *Furiarum* simulacra, Polemone autem *tria*. v. Schol. Soph. Oed. Col. 39. Cujus quae diversitatis causa sit, locus aperit Clementis Alex. Protr. p. 30 Sylb. ubi e Polemone affertur, *harum Furiarum duas Scopam ex lapide lychnite, quam vero illae mediam habeant, Calum fecisse.* οὔτε τούτοις — φοβερόν. Pausanias significat, *Furias in his simulacris nihil horribile prae se tulisse, nec qualem in poetarum carminibus habuisse formam.* ἄλλα κεῖται pro ἄλλα ἀνάκειται Vatican. Ut hic, sic in Aeschyli Persis 628

Tellus χθονίοις δαίμοσι accensetur. ἐξεγένετο Vatic. θύουσι δὲ καὶ Clavier. θύουσί τε καὶ Vulg.

§. 7. δὲ καὶ ἐντὸς Mosq. καὶ abest a Vulgata. πολυπραγμονῶν δὲ — ἀγωνίσασθαι. Hunc locum si quis mihi attento animo legerit eumque cum I, 30, 4 contulerit, is mecum non dubitabit, quin e verbis πολυπραγμονῶν — κομισθέντα exciderit negatio. Negat enim se reperisse sciscitantem, Oedipi ossa Thebis deportata, et vera esse a Sophocle de Oedipi morte tradita, quippe quae conciliari nequeant cum iis, quae Homerus de ejus et morte et sepultura cecinerit. Sunt autem haec Iliad. XXIII, 677 sqq.:

Εὐρύαλος δέ οἱ οἶος ἀνίστατο, ἰσόθεος φώς,
Μηκιστέος υἱὸς, Ταλαϊονίδαο ἄνακτος,
ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.

Legendum igitur existimamus: πολυπραγμονῶν δὲ οὐχ εὕρισκον τὰ ὀστᾶ ἐκ Θηβῶν κομισθέντα. E Mosq. scripsimus εἶα με pro vulgato εἶα μοι, quum εἶα requirat Accusativum. v. II, 29, 7. p. 180. Ad ἐπιτάφιον, quod minime sollicitandum est, animo additur ἀγῶνα. Plene dixerunt Suidas s. v. Θεμιστοκλῆς et Scholiasta minor ad Homer. Iliad. XXIII, 619. Similiter in Etym. M. p. 744 ἐν τῷ ἐπιταφίῳ Πατρόκλου scil. ἀγῶνι. ἐλθόντας Mosq.

§. 8. usque ad capitis finem de *reliquis Atheniensium tribunalibus*, de quibus cf. Meursii Areop. c. 11. In *Trigono* latere Pnycem, nusquam illam a Pausania memoratam, Dodwellii est opinio I, 2, 236. τὸν μὲν οὖν καλούμενον Mosq. Vind. Aldina. τῶν μὲν οὖν καλούμενον Francof. Kuhn. Facii e Xylandri correctione. τῶν μὲν οὖν καλουμένων Clavier, ut Facius conjecerat. Sed quum casui Participii passivi verbi καλεῖσθαι adjungatur idem casus nominis (v. ad I, 39, 5), hoc verum non esse rati scribimus cum Vaticano: τὸ μὲν οὖν καλούμενον, quod idem voluerat Sylburgius. Deinde simillimum nostro loco illud est, jam a Sylburgio indicatum: ὁ δὲ τρίτος ὁ λόγων καὶ ὁ τέταρτος, ὁ μὲν — ὁ δὲ X, 38, 1. et de geminato μὲν cf. Comment. Soc. Philol. Lips. II, 1 p. 99. Ad τὸ μὲν — ὃν καὶ — αὐτὸ ex sequentibus assumendum est: ἔχει τὸ ὄνομα, quod pertinet ad Παράβυστον· cujus quae hic affertur nominis ratio, confirmatur a Grammaticis. Παράβυστον, παρακεκρυμμένον, λάθρα γινόμενον. — ἦν δὲ καὶ παράβυστον δικαστήριον, ὃ λάθρα ἔκρινε. ἐν παραβύστῳ, ἐν γωνίᾳ. Zonaras et Etym. M. p. 651. cf. Meurs. Attic. Lect. II, 9. melius Nester: ἐν ἀφανεῖ τῆς πόλεως· ita enim Vaticanus. τῆς a Vulgata abest.

*Βατραχιοῦν*· Reinesius in Observ. in Suidam p. 50 suspicatur, palum ante fores hujus tribunalis positum, vel januae obicem fuisse hoc colore (*βατραχείῳ*) tinctum. *ἀπὸ χρωμάτων καὶ ἐς τόδε — ὀνομάζεσθαι. τὸ δὲ μέγιστον* Clavier, assentiente Dom. Calderino. *ἀπὸ χρωμάτων· τὸ δὲ καὶ ἐς τόδε διαμεμ. ὀνομάζεσθαι. τὸ δὲ μεγ.* Aldina, Francof. Kuhn. Post *ὀνομάζεσθαι* Facius virgula distinxit. *Ἡλιαίαν*. Si sequaris Schol. ad Eurip. Orest. 859, factum dicas hoc nomen ab *ἁλίζειν*, et inde *Ἁλιαία*, *Ἡλιαία*. Eadem notatio est in Bekk. An. 311 (ubi *ἁλίζεσθαι* legendum) et in Etym. M. 427.

§. 9. usque ad finem capitis de *quatuor judiciis, in quibus caedis causae agebantur:* de iis cf. A. Matthiae in Miscell. Phil. I, 2 p. 149. *Ὁπόσα δὲ ἐπὶ τοῖς φονεῦσίν ἐστιν ἄλλα, καὶ ἐπὶ Παλλαδίῳ καλοῦσι, καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ὡς κρίσις καθέστηκε* Vulgata, nisi quod in Aldina post *ἐστιν*, in Facii editione post *φονεῦσιν* et *ἄλλα* interpungitur. Kuhnius ita correxit: — *φονεῦσίν ἐστιν, ἄλλα τε καὶ ὃ ἐπὶ Παλλαδίῳ καλοῦσι, τοῖς ἀποκτείνασιν ὡς κρ. καθ.* Quod se probavit Goldhageno atque Facio, quorum ille praeterea correxit: *τοῖς ἀποκτείνασιν ἀκουσίως κρίσις καθέστηκε* ex Polluce VIII, 118. quod probatum Claverio sequutus est Nibby: hic vero *καὶ (ὃ) τοῖς ἀποκτείνασιν ἀκουσίως κρ. καθ.* Sed Vulgata est sana, nisi quod interpunctio corrigenda, et vocabulum *ἀκουσίως* in locum particulae *ὡς* substituendum sit; legimus igitur ita: *Ὁπόσα δὲ ἐπὶ τοῖς φονεῦσιν, ἐστὶν ἄλλα· καὶ ἐπὶ Παλλαδίῳ καλοῦσι, καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ἀκουσίως κρίσις καθέστηκε.* scil. *ἐνταῦθα*. *Quod vero omnino attinet ad ea, quae constituta sunt in homicidis, alia sunt judicia; atque eorum unum nominant ἐπὶ Παλλαδίῳ, et hic iis, qui caedem non voluntariam patrarunt, judicium constitutum est.* Ista *ἄλλα* quae sint, scriptor deinceps usque ad finem capitis explicat; ea autem opponit iis, quae §. 8 commemoraverat. Rursus autem inserto vocabulo *ἀκουσίως*, quod hic necessarium est (v. ad Phanodemi Fragm. p. 11. adde Zonaram s. v. *ἐπὶ Παλλαδίῳ*), judicium *ἐπὶ Παλλαδίῳ* distinguitur a judiciis caedes alius generis spectantibus, quae postea recensentur: namque haec non minus, quam quod *ἐπὶ Παλλαδίῳ* dicebatur, ad caedem non voluntariam pertinuisse, invito quidem et repugnante Pausania scripsit A. Matthiae in Miscell. Philol. *Ὁπόσα — ἐπὶ Παλλαδίῳ καλοῦσι* desunt in Vind. *καλοῦσιν* et *καθέστηκεν* Vatican. Nomen *Δημοφῶν* contractum ex *Δημοφάων*, v. Bekkeri Anecd. II, 757. Etym. M. 684 (620 sq.), denotat *τὸν ἐν τῷ δήμῳ φαινόμενον*. Sic Etym. M. p. 610

(553). Alia de hoc nomine legantur in Creuzeri Symb. II, 690. IV, 272. Pro οὐδένες Clavier voluit οὐδέν, haud dubie non memor, pluralem alibi quoque reperiri, veluti I, 31, 2. Dom. Calderinus habet *nemo*, et οὐδεν ἐσεφότῳ Vaticanus. ἐφ' ὅτῳ κ. λ. Haec diversitas etiam in Phanodemi ac Clitodemi Fragmentis p. 11. 37 tangitur. Διομήδην Mosq. Clavier. Διομήδη vulgo. sed Διομίδην φασιν omisso γὰρ Vaticanus. νύκτα ἐπέχειν. cf. VIII, 40, 3. Φαληρὸν vulgo. ἄνδρας αὐτῶν. ad IV, 24, 2. τὸ Παλλάδιον — οἴχεσθαι. De hoc Palladio cf. Clemens Alex. Protr. p. 30 D.

§. 10. Iudicium ἐπὶ Δελφινίῳ ubi fuerit, vide ad I, 19, 1. Δελφίνιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενον. ἔνθα ἦν τὸ ἐν (leg. ἐπὶ) Δελφινίῳ δικαστήριον. Phavorinus. ἐργάσασθαι — φαμένοις. Confirmant haec Harpocrationis: Ἐπὶ Δελφινίῳ — δικάζονται δὲ ἐνταῦθα, οἱ ὁμολογοῦντες μὲν ἀπεκτονέναι, δικαίως δὲ πεποιηκέναι τοῦτο λέγοντες. In Vatic. est φόνῳ pro φόνον, et postea ἔκτεινεν. De locutione σὺν τῷ δικαίῳ cf. II, 3, 6. πρὶν abest a Mosq. sed cf. I, 1, 2.

§. 11. ἐν Πρυτανείῳ· forsan legendum ἐπὶ Πρυτανείῳ. Sic apud Harpocrat. Phavor. et in Etym. M. Πολύως Vatic. καὶ ὁ μὲν — κρίνεται. Cf. omnino I, 24, 4. Creuzero V. C. in Comm. Herod. I p. 35 haec ita interpretato: »Attici buphoniorum festo cultrum, tanquam omnis flagitii auctorem, in aquam projiciebant« assentiri non possumus. ἀφείθη Amasaeus eum Goldhageno et Clavierio recte reddidit. Pausanias scribens ἔργον δὲ — ἀκινάκης respexisse Valckenario visus est Herod. III, 64, ubi idem Amasaeum notavit.

§. 12. Φρεαττύς. cf. ad 31, 2. πεφεύγοντες Vatic. ἀπελφθόντας idem. Τεῦκρον κ. λ. Telamo ipse simili modo causam dixerat. II, 29, 7. καὶ ante Τεῦκρον Corayus vult inseri. cf. ad II, 25 extr. εἰργάσθαι Clavier, ut Sylburgius correxerat. cf. 17, 6. εἰργάσασθαι Vulgata. γνῶναι ὁπόσης μέτεστι σπουδῆς εἰς τὰ δικαστήρια Vulgata. Camerarius et Kuhnius recte correxerunt ὁπόσοις. et miramur Sylburgium, qui Vulgatam retineri posse crediderit, subaudito Dativo τοῖς Ἀθηναίοις. Nos scripsimus ὁπόσοις, quum nondum vidissemus, hoc idem offerre Vaticanum. Praeterea Kuhnius emendavit τὰ εἰς δικαστήρια· nos dedimus τὰ εἰς τὰ δικαστήρια.

# CAPUT XXIX.

§. 1. *ναῦς κ. λ.* de hac *navi* Meursii Panathen. c. 19. *ἐς τὴν* Mosq. *εἰς τὴν* Vulg. *Τὸ δὲ — καταστρωμάτων*. De his cf. Palmerii Exercit. ad h. l. et p. 178. Salmasius ad Jus Attic. p. 685. 688 sqq. *οὐδεναπον — ἀρέτας* Vatic. Lectio *καθῆκον — καταστρωμ.* Loeschero suspecta fuit.

§. 2. Haec usque ad 30, 2 Meursius ad Ceramicum extra urbem referens persequutus est in Ceram. gem. c. 19 sqq. *δήμοις* etiam Clavier. *Δήμοις* vulgo. De *Academia* Guilletière p. 255 ait: »de l' Areopage à l' Academie il y a une grande lieuë, et il faut traverser toute la ville.« In Walpolii Turkey autem p. 146 legitur: »the Academy is known at present by the name Acathymia; it is a low hill about a mile to the north of the city.« Similiter Gell in Itin. p. 48: »The academy is supposed to have been in the direction of Sepolia.« Cf. etiam Cicero Fin. V, 1 cum Goerenzii adnot. De Diana *Καλλίστῃ* VIII, 35, 7. Hesych. h. v. *τὰ ἔπη τῆς Σαπφοῦς* Exc. Cod. Pal. *ταύτῃ* abest a Vind.

§. 3. Hinc usque ad finem capitis Pausanias, ut ipse V, 10 ait, *τὰ Ἀθήνῃσιν ἐπέξεισι μνήματα clarorum et bene meritorum virorum*. *Περὶ τῶν μνημάτων* scripserat *Heliodorus* Atheniensis. v. Meursii Bibl. Attica lib. 3. *λόγιμοι* Vatican. Clavier. *γόνιμοι* Vulgata. *δόκιμοι* Porsonus conjecit. *τοσάδε* Mosq. Vind. *τοσάδε* Vulg. *ἐπὶ δὲ αὐτῷ* Clavier, Porsonus: *ἐπὶ δὲ αὐτοῦ* Vulg.

§. 4. *Ἔστι — πεζαῖς*. Huc locus pertinet nobilissimus Demosthenis pro Corona c. 60 p. 160 (184 Wunderl.). *καὶ ἐν μάχαις* omisit Vatic. *κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν στενὴν τὴν ἐς Ἀκαδ.* Mosq. Vind. *viam angustam. inter sepulcra?* *οὓς — ἐπιθέμενοι*. Hoc pertinet ad *Cimonis* tempora, v. Thucyd. I, 100. Plut. Cimon. 855 Frob. Cornel. Nep. Cim. 2. Thucydidis narratione, Athenienses, primum in Thracia victores, ulterius in mediterranea progressos, *ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἠδωνικῇ* caesos esse, hic locus illustratur. *Drabescus* in Strabone VII, 331 est urbs ad Strymonicum sinum, apud Steph. Byz. *χωρίον*. *πέσσειν* Mosq. Pro *Δεκελεὺς* Porsonus voluit *Δεκελεεύς*, ut est apud Herod. IX, 72. Stephanus Byz. offert *Δεκελειεύς* sed in tribus inscriptionibus Sponii ad Meursii lib. de pop. Attic. p. 708 in Gron. Thes. vol. IV *Δεκελεὺς* legitur. *Σωφάνης* Clavier, ut Sylburgius correxerat ex Herod. IX, 72. 73. *Σωφονὴς* Vulg. *ἀνῃρημένων* Vatic. *Τρισὶν* idem. *ἀπὸ κοινοῦ λόγου communi consilio*: minime est, quod Kuhnius putavit,

λόγου ut glossema ejiciendum. Sic III, 10, 4: ἀπὸ κοινοῦ λόγου — σφίσιν ἤμυνον. V, 22, 3: ὄνομα ἀπὸ κοινοῦ λόγου θέμενοι. Herod. I, 166 κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι. III, 119 κοινῷ λόγῳ ποιεῖν. adde V, 91. ἐν κοινῷ erat supra 26, 7. δευτέραν pro vulg. δεύτερον Mosq. Forsan corrigendum δευτέρα. cf. ad 7, 1.

§. 5. Τοῦ μνήματος §. 4 in. memorati. *Melanopus* natus est e Xenoph. Hellen. VI, 3; 2. Μακρότατος Vatican. ἐναντία cum *Genitivo* ut hic §. 11. I, 15, 2. III, 11, 6. cum *Dativo* I, 37 in. ἡνίκα — κινδύνου pertinet ad praecedentia καὶ Θεσσαλῶν — στρατιᾷ. De *Argivis* et *Cleonaeis* §. 7. Formula τοῦ λόγου μοι κατελθόντος ἐς frequens est apud Pausaniam. cf. 36 extr. III, 7, 5. VII, 1, 3. 19, 1.

§. 6. De *libertate data sub finem belli Peloponnesii* Justin. V, 6. τῶν ἐπ' Ὄλυνθον ἐλθόντων. Hoc pertinet ad Olymp. CVII, 4 seu Olymp. CVIII, 1. cf. Philoch. Fragm. p. 73.

§. 7. πολεμοῦντες Mosq. De hoc bello 25, 5. 26, 3. συμμαχήσαντές ποτε Clavier, ut Kuhnius conjecerat. συμμαχήσαντες τότε Vulg. πραχθῆναι Clavier, ut Loescher et Kuhnius emendaverant. προαχθῆναι Vulg. λέγουσιν Vatic. τὴν πόλιν — σείσαντος. cf. de hoc terrae motu IV, 24, 2. ἀπίστηλαν Vatic. ἄνδρας στέλλουσιν idem. ὕστερον δὲ — Ἀθηναίους. Hujus pugnae ad Tanagram Thucydides I, 107 sq. Diodorus Sic. XI, 80 mentionem fecerunt. Thucydides praeter *Argivos* mille numero alios quoque Atheniensium socios memorat; in his fuerunt teste Pausania §. 5 *Cleonaei* et *Iones*. vide V, 10, 2. Lacedaemonios victores etiam a Thucydide dictos, victoriae nomine decimas Olympiam misisse, cognoscimus e Pausan. V, 10, 2. De *Thessalorum proditione* paria apud Thucydidem et Diodorum Sic. δὲ post καταλέξαι omiserunt Mosq. et Dom. Calderinus. Ἀρσίτου Clavier, ut Kuhnius emendaverat. Ἀρίστου Vulg. Ἀρίσου Vind. *Arsites* in Arriani Exp. Al. I, 12, 14 est ὁ τῆς πρὸς Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας ὕπαρχος, atque etiam a Diodoro Sic. memoratur XVII, 19. τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας. Sic Strabo XII, 571. Diod. S. XVIII, 3. 39. sed apud eundem XVII, 18 extr. est Φρυγίας τῆς ἐφ' Ἑλλήσποντον· ubi Wesselingius laudat e Polybio τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου. Cf. Paus. II, 1, 5. III, 20, 6. *Phrygia ad Hellespontum* est μικρὰ et Ἐπίκτητος teste Strabone l. c. Hujus *Eubuli*, Probalisii, mentio fit in Demosthene c. Neaer. p. 580. Goldhagenus corrigendum putavit τοῖς μὲν οὖν — τοῖς δὲ οἱ (voluit οἷ) τοῦ Πειρ. quia, quae esset constructio, non viderat. Id ve-

ro indicabitur ad §. 9. οὖν post τοῖς μὲν omisit Vatic. et κατάλειψιν offert.

§. 8. Κεῖνται—πεσόντες. pertinet ad bellum Corinthiacum Olymp. XCVI, 3 coeptum (v. Diod. S. XVI, 86) et ad pugnam prope Corinthum hoc bello commissam, quam memorat Xenophon Hellen. IV, 2, 9. Post ἀνδρείους in Vulg. est virgula, sed junge τοὺς—ἀνδρείους τὸ μηδὲν ἄνευ τύχης εἶναι. Sic enim loquuntur Graeci: τὸν Ἕκτορα τὸ μηδὲν εἶναι καὶ κακὸν νομίζετε Eurip. Rhes. 819. τὰ σεμνὰ οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν (ὄντων) id. Troad. 411. γέροντος οὕνεκα τύμβου, τὸ μηδὲν ὄντος id. Heraclid. 168 (ubi cf. Elmsley). τὴν ἀνθρωπίνην ἐκφλαυρίσαι δύναμιν, ὡς ἄπιστον καὶ τὸ μηδὲν οὖσαν Plut. Philop. 267 Frob. τὸ μηδὲν σχεδὸν ἦσαν Eustath. ad Hom. Iliad. IX, 648. Et Pausanias iterum VIII, 33, 1 ταῦτα ἐποίησεν ὁ δαίμων εἶναι τὸ μηδέν. adde Lobeckium ad Soph. Aj. 1218. et quem nobis Elmsleyus indicavit Herodoti locum VIII, 106. ergo neque adlaborabis κατὰ vel ἐς, neque quidquam in nostro loco corrigendum esse credes. τότε in proelio illo ad Corinthum.

§. 9. στήλην—Σικελίᾳ. Haec posita sunt pro vulgari: — τοῖς μὲν —τελευτήσασι, τοῖς δὲ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἀσιανῆς ἠπείρου διαφθαρεῖσιν, ὡς δηλοῖ τὰ ἐλεγεῖα, τοῖς δὲ ἐν Σικελίᾳ· nam τοῖς μὲν — τοὺς δὲ — τοὺς δὲ sunt partes totius pronomine τοῖςδε declarati. Variata est constructio, ut §. 7, ubi vulgari modo ita procederet oratio: τοῖς μὲν οὖν—Λαχάρει, τοῖς δὲ τοῦ Πειραιῶς κατάληψιν βουλεύσασι Μακεδόνων φρουρούντων, καὶ, ὅτι πρὶν εἰργάσθαι τὸ ἔργον ὑπὸ τῶν συνειδότων ἐμηνύθησαν, ἀπολομένοις. In Vatic. est τελευτήσασιν. in *Euboea:* hoc pertinet ad Olymp. LXXXIII, 3, ubi Athenienses Euboeam subegerunt. v. Thucyd. I, 114. In *Chio* pugnatum est Olymp. XCI, 4 et XCII, 1, teste Thucydide VIII, 24. Possit vero etiam de *bello sociali*, quod incidit in Olymp. CVI, quo Athenienses Chium oppugnabant, auctore Cornelio Nep. Chabr. 4, intelligi. γεγραμμένοι εἰσὶν i. e. ἐγγεγραμμένα ἐστὶν ὀνόματα τῇ στήλῃ. Pro vulg. αὐτὸν ἐπιχειρεῖν Clavier αὐτὸν ἐπιχ. edidit. τοὺς παράδοσιν Vatic. ταύτων ἕνεκα Mosq. ἐλθελοντὴς Vatic.

§. 10. οἱ μαχεσ. περὶ τὴν Θρᾴκην. Hoc forsan ad *Aegospotamos* et ad portum *Coelum* (v. Pompon. Mel. II, 2, 88) referendum est, ut ἐν Μεγάροις fortasse ad Olymp. LXXXIX, 1. vide Thucyd. IV, 66—72. καὶ ἡνίκα—ἀποστῆναι. Haec Alcibiadis expeditio in Peloponnesum cecidit in Olymp. XC, 1. vide Thucyd. IV, 52. superiore autem anno idem Argivos,

Mantineos, et Eleos ad Atheniensium societatem traduxerat, teste Thucydide V, 43 sqq. adde Diod. Sic. XII, 79.

§. 11. οἱ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον ναυμαχήσαντες. Olymp. XCII, 2. vide Thucyd. VIII, 102 sqq. Xenoph. Hellen. I, 1. καὶ οἱ μετὰ — στρατεύσαντες. Olymp. LXXXIX, 3. *Cleon* periit in proelio ad Amphipolin. cf. Thucyd. V, 10. Androtion. Fragm. p. 119. οἳ τεῖν — τελευτήσαντες. Haec desunt in Mosq. Ad *Delium* clade Athenienses afflicti Olymp. LXXXIX, 1. vide Thucyd. IV, 90—96. Diod. Sic. XII, 70. De *Leosthenis* hac expeditione Pausan. I, 1, 3. 25, 4.

§. 12. οὖν ἐνταῦθα καὶ τούτοις Vatic.

§. 14. ἐπ' Εὐρυμέδοντι deest in Vind. et Mosq. ἐπὶ τῇ πεζῇ Mosq. ἐν τῇ πεζικῇ Vind.

§. 15. *Μνασίου* scripsimus e Suida, Diogene Laertio VII, init. et ipso Pausania II, 8, 4. *Μνασείου* Vulg. *Μνασίου* Vind. Vatic. De loco, ubi *Zeno* sepultus fuerit, Lipsii Manud. ad Stoic. Phil. I, 10. Meurs. Cer. gem. c. 24. De *Nicia* Winckelmanni Opp. VIII, 320. *Νικομίδου* Vind. *Νικομήδου* Mosq. ἑαυτοῦ Mosq. Exc. Cod. Palat. αὐτοῦ Vulg. *Lycurgus* publice sepultus ubi monumentum habuerit, vide in Plut. X Rhet. Lycurg.

§. 16. Testante Gronovio in Praefatione ad Thes. Ant. gr. vol. V Meursius ita correxit: *Λυκούργῳ δὲ ἐπορίσθη μὲν τάλαντα ἐς τὸ δημόσιον πεντήκοντα πλείονα καὶ ἑξακοσίοις ἢ ὅσα Περικλῆς ὁ Ξανθίππου συνήγαγε*, et, ni fallor, recte; Aristides enim CCCCLX talenta sociis imposuerat, Pericles DC. Lycurgo ergo addidit fere DCL talenta, ut circiter MCCL talenta socii solverent. Quod confirmat Plutarchus in Arist. c. 24 referens, demagogos post Periclis mortem sociorum tributum εἰς χιλίων καὶ τριακοσίων ταλάντων κεφάλαιον ἀναγαγεῖν. Adde quod in Pseudoplut. X Rhet. Lyc. de hoc ipso Lycurgo est: χίλια διακόσια τάλαντα προσόδου τῇ πόλει κατέστησε, πρότερον τετρακοσίων καὶ ἑξήκοντα (sic Meurs. corr.) προσιόντων scil. Aristidis tempore. cf. etiam Meurs. de Fort. Ath. c. 7. Medium ergo inter MCCC et MCC videtur posuisse Pausanias. μὲν post ἐπορίσθη deest in Vind. et Mosq. πομπεῖα memorat etiam Pseudoplut. l. c. Cf. de h. v. Philochori Fragm. p. 69. νίκας vulgo. Nec has Victorias praetermisit Pseudoplut. l. l. Victorias Minervae, haud dubie παρθένῳ, consecratas memorant etiam Etym. M. et Harpocratio v. ταμίαι. Philochorus quoque videtur narravisse p. 66, ex aureis Victoriis numos esse cusos. παρθένοις pompam Panathenaicam comitantibus. Hunc virginum mundum forsan Harpocra-

tio l. l. comprehendit verbis *καὶ τὸν ἄλλον κόσμον*, quem ille refert aerarii praefectos una cum Minervae simulacro, Victoriis et pecuniis publicis *παραλαμβάνειν ἐναντίον τῆς βουλῆς*. Pro *ὅπλοις καὶ βέλεσι* Pseudoplut. *σκευοθήκην* posuit. *τετρακοσίας τριήρεις*. cf. Tzschuckius ad Strab. IX, 395 bene hunc numerum apud Strabonem defendens. *ἐπετέλεσε μὲν τὸ θέατρον ἑτέρων ὑπαρξαμένων*. Similiter Pseudoplut. l. c. *τὸ ἐν Διονύσου θέατρον ἐπιστατῶν ἐτελεύτησε*, ubi supplendum est *ἱερῷ*· ex quo loco colligas, theatrum Bacchi *περιβόλῳ* templi antiquissimi, quod Bacchus in Limnis habuit, de quo Pausanias dixit 20, 2. 3. inclusum fuisse. Quod nemo mirabitur, qui meminerit, etiam apud Epidaurios theatrum fuisse *ἐν τῷ ἱερῷ* Aesculapii. v. Paus. II, 27, 5. Caeterum cf. de hoc theatro Bacchi 21, 1. *αὐτῆς πολιτείας* Vatic. De *νεωςοίκοις* et de hoc *gymnasio* Pseudoplut. l. d. *νεὼς — οἶκοι* ad I, 1, 2. De *Lyceo templo* Pausanias dixerat 19, 4. *Gymnasium* autem *Lyceum* alii Pisistrato, alii Pericle duce aedificatum tradiderunt. v. Harpocr. Suid. Photii Lex. v. *Λύκειον*. *καὶ πρὸς τῷ* Mosq. *καὶ τῷ* Vatic. *καὶ τὸ πρὸς τῷ* Vulg. Letronnius *πρὸς* hic interpretatur *ἐν*, quia Pseudoplut. l. c. ita dixerit; sed utrunque dici poterat.

---

## CAPUT XXX.

§. 1. *Πρὸ δὲ — ἀναθεῖη*. cf. Clitodemi Fragm. p. 46. 85. *πρῶτος Ἔρωτος* Vatic. De *Anterote* Boettiger ad tabulam aeri incisam in Ephem. litter. Jenens. a. 1803. et Schneider in Lex. gr. dixerunt. *λέγουσιν* Vatic. De *μετοίκοις* Athenarum Valckenarius in Anim. ad Ammon. *ὅτι Μέλης κ. λ.* Aelianus in V. H. Fragmentis s. v. *Μέλιτος*, unde sua hausit Suidas, rem aliter narrat; quem Pausanias Meletem, Aelianus Timagoram, et quem Pausanias Timagoram, Aelianus Melitum appellat. *ἡ πέτρα* est *arx Athenarum*. Sic de Cecropis filiabus, quae indidem se praecipitarunt, *σκόπελον ῥῆξαν πέτρας* in Eurip. Ione 274, et *πέτρα Παλλάδος* in ejusdem Hipp. 30. *αὑτὸν* Clavier. *αὐτὸν* Vulg. *πάντα* Vind. Vatican. Clavier. *πάντων* Vulg. *καὶ δὴ φέρων* Mosq. Cum hoc *φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκε* congruit illud Aeliani l. c. *ἑαυτὸν ἔῤῥιψε φέρων*. De hoc usu Participii *φέρων* cf. Hermannus ad Viger. p. 777 sq. Herodotus autem *ἀπῆκε ἑωυτὸν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω* dixit III, 75. *ἀφεὶς αὐτὸν* Mosq. cf. 22, 5. *ἀλάστορι* h. l. Nemesios partes tributae sunt, ut in Aeschyli Persis 351.

§. 2. Ἐν Ἀκαδημίᾳ — ἡ νίκη. De hoc certamine cf. Istri Fragm. p. 60 et Meurs. Graec. fer. v. Λαμπάς. Arae autem Promethei, Musarum et Mercurii videntur in ipso Academiae aditu fuisse, nam opponuntur quae intus fuerunt: ἔνδον Ἀθηνᾶς, τὸν δὲ Ἡρακλέους ἐποίησαν. In Mosq. est ἔστι δὲ καὶ Μουσῶν, a Vulgata καὶ abest. Μουσῶν βωμὸς Vind. Mosq. Μουσῶν τε βωμὸς Vulg. ἔνδον [τὸν μὲν] Ἀθηνᾶς, Clavier. quem quis nostrum hic sequatur? De articulo cum μὲν omisso pauca dicemus ad III, 11, 8. καὶ φυτὸν κ. λ. De oleis sacris Minervae in Academia, quo earum ramus ex arce translatus erat, Istri Fragm. p. 60.

§. 3. Teste Diogene Laert. III, 39 Plato sepultus est ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, sed hoc quoque possit esse *juxta Academiam*. ὁ προσεσήμαινεν. Vatic. προτέρᾳ idem. ἔσεσθαι οἱ μαθητής idem. οἱ abest a Vulg. ἐπτῆναι — ἐς τὸν κόνπον Vatic. in Vulg. est εἰς. *Socratis somnium de Platone* nimis ornavit Diogenes Laert. I, 5. adde Apulej. de Habit. I p. 158 Bip. Fabulam de *Cygno Ligurico* in olorem transformato docte illustravit J. H. Vossius in epp. mythol. 2 p. 96 sqq. ἐγὼ δὲ κ. λ. Constructio est: ἐγὼ δὲ πείθομαι μὲν, βασιλεῦσαι Λίγυσιν ἄνδρα μουσικὸν, ἄπιστον δέ μοι scil. ἐστὶν, γενέσθαι ὄρνιθα ἀπ' ἀνδρός. Namque βασιλεύειν simpliciter Dativo junctum reperitur in Homeri Odyss. VII, 59 ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασίλευεν· et apud Pausaniam III, 10, 6 Εὐδαμίδας Λακεδαιμονίοις ἐβασίλευσεν ἄγουσιν εἰρήνην. VII, 25 Κόδρου τοῖς Ἀθηναίοις βασιλεύοντος. Similiter ἀνάσσειν et ἄρχειν interdum regunt Dativum. De v. δυναστεύειν v. Isocrat. Paneg. c. 22, ubi codd. ἐν omittunt. Nonnunquam βασιλεύειν construitur cum ἐν, ut Homer. Odyss. II, 46. Pausan. II, 25, 2. IV, 4, 3.

§. 4. *Timonis turris*. v. in Voyage d. j. Anachars. tabulam de Academia. οἶδε Vind. Clavier. *noverat* Dom. Calderinus. εἶδε vulgo. εἶπε conjecit Corayus. Ἵππειος et Ἱππείου Vatic. Ἱππείου et Ἱππείας Mosq. Vind. Media vulgo simplex jota habet. Wesselingius ad Diod. Sic. V, 69 monuit, Ἵππιος et Ἵππειος promiscue a veteribus scribi. De *colono Hippio* Meursius de popul. Attic. et eadem tabula in Voy. d. j. Anach. »The colonus Hippius is now a small rocky eminence just out of the olive-groves, about north-north-east from the Acropolis« Hobhouse in Journey through Albania p. 360. »Il est à l'Orient de l'Academie« Guilletiere p. 275. Vulgo legitur: διάφορα μέντοι καὶ ταῦτα τῇ Ὁμήρου ποιήσει· λέγουσι δ' οὖν καὶ βωμὸν — Ἱππίας· nos scripsimus:

διάφορα μὲν καὶ ταῦτα—ποιήσει, λέγουσι δ' οὖν. καὶ βωμὸς —Ἱππείας. Nam μὲν pro μέντοι habent Mosq. Vatic. Clavier. Deinde formula λέγουσι δ' οὖν praecedente μὲν est Herodotea, h.. prorsus oblitterata, et in rebus, quae vel ipsi auctori, vel aliis minus credibiles vel incertae viderentur, narrandis ita adhibebatur, ut significaret: *nihilominus tamen id narrant.* Sic Herod. IV, 5: Τοῦ Ταργιτάου τούτου τοὺς τοκέας λέγουσι εἶναι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, λέγουσι δ' ὦν, Δία τε καὶ Βορυσθένεος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. III, 80: καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἄπιστοι μὲν ἐνίοισι Ἑλλήνων, ἐλέχθησαν δ' ὦν. ubi v. Valckenarium. Cognata est formula λέγουσι δὲ ὅμως II, 19 extr. quam in nostrum locum transferre, eumque ita scribere voluit Clavier: λέγουσι δ' ὅμως καὶ ἔχουσι βωμόν. sed Nominativus βωμὸς reponendus pendet a praecedente verbo δείκνυται. Quum Letronnius hujus loci structuram non magis perspexisset quam Clavierius, Claverio felicior esse non potuit in hoc loco tractando; corrigit enim: ἔχουσι δ' οὖν καὶ βωμὸν Ποσ. seu λέγουσι δ' εἶναι καὶ βωμὸν Ποσ. Hic similesque loci docent, injustas saepe esse querelas nostras de Pausaniae obscuritate et lacunis, et quae jure in illum culpa transferatur, si quid in ejus libris non intelligamus. Suam de *Neptuni Hippii* cognomine opinionem promit Pausanias VII, 21, 8. Idem VIII, 47 Manthuriensium affert fabulam de *Minerva Hippia.* Apud Suidam v. Ἱππεία et in Bekkeri Anecd. p. 350 auctore Mnasea dicitur e Neptuno et Coryphe, seu Core, Oceani filia, nata ἅρμα πρώτη κατασκευάσασα. cf. etiam ad IV, 36, 2. Pro ἡρῷον est ἱερεῖον in Vaticano. Cur praeter *Oedipum Adrastus* hujus heroi particeps factus sit, e Thesei rebus cognoscitur. τὸ δὲ ἄλσος κ. λ. cf. cap. 1, 1. Sylburgio videtur Amasaeus legisse non ἄλλοτε, sed ἄλλοθι.

---

# CAPUT XXXI.

De δήμοις Atticae, qui hic recensentur, veterum locos studiose congesserunt Meursius de Populis Atticae in Gron. Thes. IV et Vindingius in Hellené ibid. XI. adde Chandlerum c. 31. 33 sqq. inprimis O. Muellerum in Erschii et Gruberi Encycl. 6, 220 sqq. Partim certe eorum situs cognosci potest e Strab. IX, 398 sq. De vocabulo ipso v. ad I, 1, 2.

§. 1. Initium hujus loci Porsonus ita restituit: Δῆμοι δὲ οἱ μικροὶ τῆς Ἀττικῆς, ὡς ἔτυχεν ἕκαστος οἰκισθεὶς, τάδε

εἰς μνήμην παρείχοντο. laudans II, 29 init. ἡ πόλις παρείχετο ἐς μνήμην τάδε. III, 19, 6 Ἀμύκλαι παρείχοντο τοσαῦτα ἐς μνήμην. Schneider quoque corrigit τάδε. Quod nos sequuti sumus videntes, Amasaeum eodem modo legisse. Vulgata est Δῆμοι—οἰκισθεὶς· ἃ δὲ εἰς μνήμην παρείχοντο, Ἁλιμουσίοις. Post Ἁλιμουσίοις et Ζωστῆρι desunt μὲν et δὲ in Mosq. Pausanias descendens a Phalero per oram ad Sunium incidit primum in *Alimusios*, qui XXXV stadiis aberant ab urbe. v. Strabo et Meurs. l. c. quorum posterior τὰ ἐν Ἁλιμοῦντι μυστήρια memorat; apud priorem est Ἁλιμούσιοι, de qua scriptura cf. Sylb. ad Etym. M. Spiritum lenem habet etiam Zonaras. *Zoster* in longo promontorio cognomine infra Alimusios fuit. v. Strabo. nunc *Alikes* vocatur teste Dodwellio. Prope hoc promontorium est Bari seu Vari in continentis littore. ἐπὶ θαλάσσης Vind. Mosq. cf. I, 1, 3. ἐπὶ θαλάσσῃ Vulg. *Prospaltii* in mediterraneis. Meursius scripsit Προσπαλτίοις δὲ ἤδη pro vulgato δὲ ἔτι, et vertit *jam*, sed Clavier δέ ἐστι. *Anagyrasii* in ora occidentali infra Zosterem. v. Strabo. Auctore scholiasta Ruhnkenii in Platon. p. 88 τῆς Αἰαντίδος, non, ut Suidas ait, Ἐρεχθηΐδος φυλῆς fuerunt. Anagyrus nunc Agyra O. Muellero et Gellio: posterior in Itin. of Gr. p. 89 addit: »the regular road from Bari to Athens passes near or trough Agyra.« Nomen proximae curiae scriptum reperitur Κεφαλή, sed ex h. l. et Aristoph. Av. 417 patet, plurali quoque numero elatum esse Κεφαλαί, ut Ἀλωπεκή et Ἀλωπεκαί, Ἄγρα et Ἄγραι, Ἀχάρνα et Ἀχαρναί, Ἕρμος et Ἑρμοί, Θημακὸς et Θημακοί. nam, nisi fallor, Σπάρτησι, Ῥώμησι non affertur. *Cephalae* videntur in mediterranea recessisse. νομίζειν apud Pausaniam interdum positum reperitur pro σέβειν. III, 14, 5 dixerat Lacedaemonios Δήμητρα Χθονίαν σέβειν, tum pergit: δόξῃ δὲ ἐμῇ διὰ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἑρμιόνῃ κατέστη καὶ τούτοις Χθονίαν νομίζειν Δήμητρα. VII, 5, 1 Νεμέσεις πλείους νομίζουσιν ἀντὶ μιᾶς. IX, 31, 2 Λαμψακηνοὶ ἐς πλέον ἢ θεοὺς τοὺς ἄλλους νομίζουσι scil. Πρίαπον. Similiter Philostratus v. Apollon. VI, 9 ὑμᾶς καταγελᾷν τοῦ θείου μᾶλλον ἢ νομίζειν αὐτό. Hic usus fluxit e formula θεοὺς νομίζειν, de qua plures laudantur in Porsoni Adversar. p. 238. μεγάλους θεούς. Hemsterhusius ad Lucian. I, 282 satis exploratum esse ait, θεοὺς μεγάλους Samothracum, sive Cabiros, jam diu antequam Tyndaridae nascerentur, et dictos fuisse Διοσκούρους et existimatos.

§. 2. *Prasiae* in orientali Atticae latere supra Potamios paene ex adverso Euboeae. v. Thucyd. VIII, 95. Strabo l. c.

nunc *Raphti* seu *Port Raphti* vocantur testibus Chandlero et Hobhousio, quorum posterior I p. 424 ait esse *about fifteen miles from Athens*. cf. adnotata ad 33, 1. Pars hujus portus adhuc dicitur *Prassae* teste Gellio in Itin. of Gr. p. 78. ἐνταῦθα — οὐδένων. Cum his omnino cf. Herod. IV, 32 sqq. et Callim. h. in Del. 284 sqq. ubi multa editores. Pausanias Atheniensium sequutus narrationes addit λέγεται. ὅς ἐκομίζετο Vulg. nos ὡς ἐκομίζετο scripsimus. *cum domum ex Delo rediret* Dom. Calderinus. Sic II, 23, 1 συμβάσης τοῖς Ἕλλησιν, ὡς ἐκομίζοντο ἐξ Ἰλίου, τῆς ναυαγίας. Similiter peccatum vidimus I, 16, 1. φυγόντα δὲ αὐτὸν σὺν τοῖς στρατιώταις Vulgata. *Cranaus cum suis militibus fugit?* quis hoc de illis temporibus ferat? Vitium non admodum latens Amasaei et Clavierii interpretationibus: *cum suis copiis, avec ses troupes*, quodammodo tectum est. Goldhagenus et Nibbyus bona fide reddiderunt: *mit den Soldaten*, *insieme co' soldati*. Sed quotusquisque erit, qui non illico videat, reponendum esse στασιώταις pro στρατιώταις? namque de turbis civilibus est sermo, quarum Pausanias jam antea mentionem fecerat I, 2, 5 Κραναὸ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ, παύει τῆς ἀρχῆς, ubi non στρατιῶται sed στασιῶται cogitantur; et ut Amphictyon ita Cranaus quoque suos habebat στασιώτας. Similiter IV, 28, 8: τοὺς τὰ Λακεδαιμονίων φρονοῦντας ἐδίωξαν, καὶ ἐπιτρέπουσι τοῖς στασιώταις τοῖς αὐτῶν τὴν πόλιν *iis qui a suis stabant partibus*. Hic quoque vera lectio στασιώταις in Mosq. depravata est in στρατιώταις. In Herod. I, 13 pro οἱ τοῦ Γύγεω στασιῶται antea στρατιῶται legebatur. Neque vero ille σὺν αὐτῷ στρατὸς II, 26, 2 huic pertimescendus erit emendationi. Λαμπτρέα — Λαμπτρεῦσι Mosq. Clavier. Λαμπρέα — Λαμπρεῦσι Vulgata, quam defenderunt Vindingius in Hellene, Tzschuckius ad Strab. l. l. et Valckenarius in Anim. ad Ammon. p. 47. *Lampra* in occidentali Atticae latere infra Anagyrasios. v. Strabo. Sponius nimis vage inter Sunium et Phalerum collocavit. φασιν pro λέγουσι Vatic. οὗτος post καὶ γὰρ deest in Vind. et Mosq. ἐν Ποταμοῖς ἐστι τῆς χώρας Vulgata. ἐν Ποταμίοις Facius conjecit propter VII, 1. quod quodammodo confirmat D. Calderini interpretatio: *apud Potamios*; sed obstat adjunctus Genitivus τῆς χώρας, requirens non incolarum sed loci nomen additum; nam loci fere minoris nomini Genitivus regionis, cujus ille pars est, nunc praefigi nunc subjungi solet. Itaque scribendum potius putavi ἐν Ποταμοῖ e correctione T. Hemsterhusii ad Arist. Plut. p. 471 proposita. ἐν enim et ἐκ cum Adverbiis

loci, quae vulgo habentur, interdum jungi notum est. v. Bastii Epist. crit. p. 189 et Schaefer ad Gregor. Cor. p. 369. Judicium Φρεαττὺς I, 28, 12 aliis ἐν Φρεαττοῖ dicitur. v. Bekker. Anecd. I, 251. 311. Etym. M. Harpocr. Gron. Thes. X, 982. Curia *Potamus* in orientali Atticae latere fuit inter Sunium et Prasias. *Myrrhinusii* in eodem latere sed supra Prasias et Brauronem sedem habuerunt. v. Strabo l. d. et O. Mueller. Myrrhinusiis autem finitimos fuisse Phlyenses, docet hic locus. Populi nomen, de quo cf. ad IV, 1, 4, non modo Φλύα sed etiam Φλυαὶ videtur fuisse, ut patet et forma Φλυῆσι in Plut. Them. 1 et Steph. Byz. cf. ad §. 1. Apud Phlyenses duobus in templis horum numinum arae fuerunt, quae hoc §. enumerantur. Apollo *Διονυσόδοτος*, *a Baccho datus*, est Bacchi filius. De qua Apollinis origine ab Aegyptiis prodita, et haud dubie etiam in graecis mysteriis tradita, pauca diximus ad Istri Fragm. p. 67. Alia attulit Creuzerus in Comm. Her. I p. 261. Diana σελασφόρος eadem quae *Luna*. Suidas: σέλας, τὸ φῶς τῆς σελήνης. Hesychius: σέλας, λαμπρότης τοῦ πυρός, ἔνθεν καὶ σελήνη παρὰ τὴν λαμπρότητα τὴν περὶ αὐτὴν γινομένην τοῦ ἡλίου. Apud Messenios eadem φωσφόρος dicta est IV, 31, 8. Bacchus Ἄνθιος in Attica non, ut Facius putavit, idem est qui apud Achaeos Ἀνθεύς, de Achajae urbe Anthea dictus in Pausan. VII, 21, 2, sed est *floridus*, *floribus gaudens*. Quod intelligitur inprimis ex illo Phanodemi fragmento apud Athen. XI, 3, 465, quod narrat, Athenienses ad aedem Bacchi in Limnis huic deo mustum aqua miscere, et deinde ipsos inde bibere, eosque laetos hac temperatione carminibus celebrare Bacchum saltantes, eumque invocare Εὐανθῆ. Mox Athenaeus affert, Bacchum ab Euripide (incert. fragm. CLXIX) φιλανθῆ vocatum esse; unde patet, Schweighaeusero in Phanodemo non fuisse conjectandum Εὔαντα seu Εὐάν τε. Ex adjuncta autem Cereris ἀνησιδώρας mentione intelligitur, Bacchum floribus gaudentem esse *florere arbores facientem*. Quod confirmatur illis Plutarchi in Symp. Quaest. IX, 4 p. 586 Frob. καὶ γὰρ ἡμῖν ἐστι Δημήτηρ ἀνησιδώρα καὶ Διόνυσος δενδρέων νομὸν πολυγαθὴς αὐξάνων, ἁγνὸν φέγγος ὀπώρας, ὥς Πίνδαρός φησι in fragm. incert. XXXIII, ubi interpretes jam laudarunt Bacchum δενδρίτην. Epitheton ἀνησιδώρα Hesychius et Phavorinus cum Etymologico M. afferunt de *terra*, ἀναξιδώρα autem Hesychius ac Phavorinus de *Cerere*, de qua nostrum vocabulum est in codice quodam Palatino. v. Creuzeri Melet. I p. 25. De Jove *Ctesio* cf. ad Athen. XI, 473 b. c. Mi-

nervae cognomen *Τιθρωνῆς* mihi quidem ignotum Goldhagenus et Gedoynus repetunt ab urbe Phocidis *Tithronio*; quae origo postularet *Τιθρωνίας*· sed metuo, ne subsit vitium, et aliud quoddam hic lateat; et cognomen, quod reliquorum deorum nominibus suffigitur, quid erat cur Minervae praefigeretur? Praeterea deest copula ante *Διὸς Κτησίου*. Dom. Calderinus reddidit *et almae Palladis*. Nos, quod huic vulneri sanando utile esset, nondum invenimus, neque Creuzer. v. Symbol. IV, 213. *Τριτωνία* est VIII, 14, 4. *Proserpinae* cognomen *πρωτογόνης* videtur mysticum fuisse, ut *φύσεως* in Orphei Hym. IX (X). Quam opinionem confirmat conjunctio cum *Eumenidibus*, quarum mater fuisse traditur Proserpina in iisdem hymnis XXVIII (XXIX). Cognomina enim deorum, quibus in his duobus templis arae erant, magnam partem in mysteriis usitata fuisse, ex eo quoque patet, quod teste Plutarcho in Themist. c. 1 apud Phlyenses *τελεστήριον ἦν Λυκομιδῶν κοινόν*.

§. 3. *Κολαινίδος* scil. *Ἀρτέμιδος*. cf. Sch. Arist. Av. 873 et Phavor. v. *Κολαινίς*. *Ἀθμονῆς* Vulg. *Ἀθμονεῖς* Vatic. Clavier. *Ἀσθμονεῖς* Vind. *σαφῶς* Vatic. *ἐς αὐτὰ* Vulg. *ad utrumque cognomen*, sed melius *ἐς αὐτὰς* Vatic. *Ἀμάρυνθος* scripsimus e Stephano Byz. Strabone X, 448 et Etymologico M. *Ἀμαρυνθὸς* Vulg. *οἱ ταύτῃ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν* Vulg. sed *Ἄρτεμιν* Mosq. Vatic. et Dom. Calderinus omiserunt. *ἐπὶ τούτῳ* Clavier, ut Sylburgius correxerat. *ἐπὶ τοῦτο* Vulg. antea *ταύτην μὲν* pro *ταύτῃ μὲν* Vatic. *τὴν δὲ — καλεῖσθαι*. cf. Schol. Arist. Av. l. c. Suid. et Hesych. *γέγραπται — ἄρξαντος*. vide I, 2, 5. 14, 6. Pro vulgato *τῶν ἐν τοῖς* Mosq. *εἶναι ἐν τοῖς* et Vind. *οἷον ἐν τοῖς*. quae Facio non debuerunt suspicionem mendi movere. Dom. Calderinus expressit Vulgatam: *multi ex his, qui in populis degunt, referunt*. Deinde in Mosq. saepe *τῶν* depravatum est in *εἶναι*, veluti 41, 3. II, 1, 4. 14, 3. III, 6, 4. 10, 4. *Κόλαινος* scribendum; paulo ante recte *Κολαίνου*. cf. IV, 34, 5. *Κολαινὸς* Vulg. *Ἀχαρναὶ* Vulg. *Ἀχαρναίων* Mosq. *Ἀχαρνέων* Porsonus maluit; sed ὁ *δημότης* non modo *Ἀχαρνεὺς*, verum etiam *Ἀχαρνίτης* et *Ἀχαρναῖος* dicebatur teste Stephano Byz. *Acharnae* populorum Atticae maximus auctore Thucydide II, 19. ex quo loco et c. 21 situs hujus curiae quodammodo cognosci potest. Nunc quidem putant, a septentrione versus meridiem euntibus Athenas fuisse Acharnas, duarum horarum intervallo a Parnethe; unius horae spatio a pago Kasha remotas, ubi nunc aedes *Ἅγιοι σαράντα* posita est. v. O. Mueller l. c. Dodwellium sequutus. *Menidi* nunc putatur esse, ubi olim Acharnae fuerunt, sed Menidi

non sexaginta, ut Acharnae apud Thucydidem, sed octoginta stadia distat ab Athenis, indice Gellio in Itin. of Gr. p. 23. Apollo Ἀγυιεὺς non modo apud Acharnenses, sed etiam apud Argivos, Megalopolitanos et Tegeatas cultus est. v. II, 19, 7 et ibi Facius. VIII, 32. 53. Est vero, si omnia comprehendimus, *Apollo Agyieus*, i. e. ἐφόδιος (v. Steph. B.), forsan idem qui θυραῖος, προστατήριος, ἀλεξίκακος, ἀκέσιος, βοηδρόμιος, ἐπικούριος, ἀποτρόπαιος ab aliis alio tempore appellatus est. Hinc »Dauniae defende decus levis Agyieu« Horat. IV, 6. jamque apud Aeschylum Agam. 1094 Apollo Ἀγυιεὺς in rebus *trepidis* invocatur. Teste Pausania V, 15, 2 τοὺς ὑπὸ Ἀθηναίων καλουμένους στενωποὺς ἀγυιὰς ὀνομάζουσιν οἱ Ἠλεῖοι, quod, quum Elei Dorienses facti essent, de omnibus Doriensibus potest intelligi. Huic Apollini *Hercules* forsan propterea junctus est, quod Hercules quoque in diis fuit ἀποτροπαίοις. Eandem fortasse ob causam ara hic fuit Minervae Ὑγιείας. Ὑγείας Vulg. cf. ad 23, 5. Saxum in agro Attico repertum cum epigrammate hanc Minervae aram fuisse, suspicatus est Orvillius. v. ad Charit. p. 463. τὴνδ' Ἱππίαν Vulg. τὴν θ' Ἱππ. olim scripsi e Sylburgii conjectura et D. Calderini interpretatione *palladem item nuncupant*; nunc autem video, scribendum esse τὴν δὲ Ἱππίαν. Voluit dicere duas Minervae aras fuisse, alteram Ὑγιείας, alteram vero Ἱππίας. De Baccho Μελπομένῳ cf. Millini Exposé du cours de mythologie Par. 1809 p. 84 sq. adde Creuzeri Symbol. III, 181. Bacchus Κισσὸς apud Suidam Κισσεύς· *hederaceus* Dom. Calderinus. τὸν κισσὸν — λέγοντες· hinc apud Suidam et in Anth. Pal. I, 312 Ἀχαρνείτης κισσός.

---

## CAPUT XXXII.

§. 1 et 2 de *montibus Athenarum urbi vicinis*, Pentelico, Parnethe, Hymetto et Anchesmo; quorum de situ dixit O. Mueller in Erschii et Gruberi Enc. 6, 216.

§. 1. λιθοτομία Mosq. ut 19 extr. λιθοτομίαι Vulg. De *Hymetto* et *Pentelensi* Hobhousius I p. 337. 391 ita: »To the south-east of Athens the country is intersected by mount Hymettus, which approaches within three miles of the city. The range of Pentelicus runs from about north-west to south-east. The highest peak of Pentele is in a direction east-north-east from Athens.« — »Pentelicus to Athens 2 hours 18 minutes. Athens to Parnes 4 hours 25 minutes. Athens to

the top of Hymettus 2 hours 37 minutes« Gell's Itin. Hymettus altitudine cedit Parnethi et vix aequat Pentelicum. v. Sibthorp in Walpolii Turk. p. 149. Hymettus Athenis versus euronotum, Pentelicus versus euroaquilonem fuit. cf. Strabon. IX, 399. *Parnes*, nunc *Ozia* seu *Nozea*, Athenis versus septentrionem objectus vicinus fuit pago Phylae. Harma enim Atticum, locus in Parnethe, dicitur prope Phylen, et finitimum Tanagricae fuisse. v. Hesych. *Διάρματος*. Eustath. ad Iliad. p. 236 et 266. Strab. IX, 404. Parnes ab Aegaleo diremtus est valle, per quam Eleusine itur Athenas. v. Chateaubriandi Reise von Paris nach Jerusal. T. I p. 105. *Ἀλιζώνων* Vulg. *Ἀλαζόνων* Vind. Aldina. *Ἀλαζώνων* Mosq. Equidem *Ἁλιζώνων* scribendum puto cum Xylandro et Amasaeo, ut est in Hom. Iliad. II, 856. Lex. de spirit. ad Ammon. et Etym. M. Distinguendi enim sunt *Ἁλίζωνοι* seu *Ἁλιζῶνες*, quorum Homerus meminit atque ex eo Strabo XII, 549 sqq. et *Ἀλαζῶνες* Herodoti IV, 17. *illi* in Ponto ad Halyn fuerunt Paphlagonibus ab oriente finitimi (Mannert VI, 2, 433), *hi* Scythica gens in Scythia Europaea, v. Mannert IV, 94. Quamvis vero *apes Scythicae* et *mel*, *quod Scythae vendiderint*, laudentur ab Herodoto V, 10, et Aeliano V. H. II, 53, tamen quod h. l. Pausanias refert, magis videtur in illos Asianos quam in hos Europaeos convenire, praesertim quum Aristoteles H. A. V, 22 testetur, in multis Ponti regionibus apes effossis latebris sub terra fovere larem vel in arborum exesarum antris, et Herodotus ipse, quod de illis apibus narrat, in dubium vocet. Distinximus *Ἀλιζῶσι γάρ*, *συνήθεις — ἰοῦσιν*, *εἰσιν Halizonibus enim*, *familiares istis hominibus una pabulatum exeuntibus*, *apes etiam sunt liberae*. sed forsan cum Sylburgio *αἱ μέλισσαι* pro *καὶ μέλισσαι* scribendum est. *πλὴν γῆς τῆς — ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις* Coray corrigit et vertit: *chez les Halizons les abeilles vont librement pâturer comme les autres bestiaux*. *σε* post *ἐργάζονται* deest in Mosq. quod placuit Facio.

§. 2. In Hymetto *ὄμβριον* Jovis ara, quia hic mons instantis pluviae ac tempestatis signa dare putabatur. v. Theophrasti locos a Meursio de Pop. Att. s. v. Hymettus allatos. Jovis aras in Hymetto et Parnethe memorat etiam Etym. M. v. *Ἐπάκριος*. Eadem fortasse causa Apollinis cognomine *Προοψίου* ibidem culti fuit, *praevidentis tempestates et de iis monentis*. *Σημαλέου signa dantis* i. e. *non modo tempestatem sed etiam serenitatem indicantis*. v. Theophr. in Addend. ad Meurs. de Pop. Attic. *Ἰκμαλέου* maluit Valckenarius ad Herodot. p. 401 Wess. sed Dom. Calderinus Vulgatam sequu-

tus est. τοτὲ — τοτὲ Facius e Sylburgii correctione; τότε — τότε Vulgata, ad quam Clavier nescio qua de causa rediit. ἀπήμιος videtur idem esse quod ἀπήμων *calamitatem avertens*; apud Callimachum h. in Jov. 92 δώτωρ ἀπημονίης. De *Anchesmo* Hobhousius I p. 292: »The Anchesmus is about three quarters of a mile from the walls of the city in a north-easterly direction from the Acropolis.«

§. 3. Hinc usque ad 33 extr. persequitur in reliquis Atticae curiis, quarum mentio nondum facta est, memorabilia. His adjungit Oropum 34. Tum dicit de insulis Atticae 35. 36, 2. Quo facto transit in agrum Eleusinium 36, 3 — 39, 3, et postea in Megaricum 39, 4 ad finem.

Marathon Pentelico atque Athenis versus euroaquilonem fuit, et circiter septem aut octo horarum intervallo remotus Athenis. v. O. Mueller p. 217 et the Plain of Marathon from the papers of Colonel Squire in Walpolii Turkey p. 327. 333. τάφος κ. λ. cf. 29, 4. Distinctionem post Βοιωτῶν Sylburgii auctoritate a Facio mutatam restituit jam Clavier. Monumenti *Miltiadi* facti basin superesse dicunt. v. O. Mueller l. l. ἔστιν αἰσθέσθαι scripsimus. ἐς ἐναργῆ deest in Mosq. Post ἐπίτηδες μὲν, ubi vulgo non interpungitur, cum Clavierio distinxi, qui etiam post θέαν virgulam fixit cum Vulgata. Idem nescio unde sed haud dubie perperam edidit συμβάντι, reddens: *ceux qui passent là par hazard.* Nos Vulgatae inhaerentes locum ita interpretamur: *Hoc ut clare perciperet quicunque de industria quidem accesserit, non impune tulit, sin autem ignaro hujus rei et casu id contigerit, non irascuntur daemones.*

§. 4. τε post τούτοις deest in Mosq. τὸ ὄνομα τῷ δήμῳ ex Vind. et Mosq. τῷ δήμῳ τὸ ὄνομα Vulg. De *Marathone* heroe I, 15, 4. II, 1, 1. ubi etiam de *Hercule* a Marathoniis praecipue culto. Ἐχετλαῖον· quae forma alteri Ἔχετλος 15, 4 praeferenda est; nomen enim factum est ab ἐχέτλη, de qua v. Etym. M. Nobiscum facit Meursius de Popul. Attic. Facio contrarium placuit. Cujus generis hoc aratrum fuerit, et ubi hujus Echetlaei effigies expressa deprehendatur, ostendit Winckelmannus. v. ejus Opp. VIII, 73. De auxilio Atheniensibus in pugna Marathonia Salaminiaque a diis et heroibus praestito cf. 15, 4 et ad 36, 1. inprimis autem VIII, 10, 4 ᾄδεται ὑπὸ Ἀθηναίων, ὡς θεοὶ σφισιν ἐν Μαραθῶνι καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοῦ ἔργου μετάσχοιεν. Pro ἦν ἰδεῖν in Vind. ἰδεῖν ἐστιν legitur. τύχοιεν ἔβαλόν Vatic.

§. 5. *Fons Macaria* est adhuc »a copious fountain, surrounded by a circular foundation of ancient masonry« teste Squirio in Walpolii Turkey p. 326. An nomen hujus fontis in Pausania recte scriptum sit *Μακαρία*, male dubitavit Tzschuckius ad Strab. VIII, 377, quum Pausanias paulo post clarissimis verbis dicat, eum de Macaria, Herculis filia, nominatum esse, cujus caedem memorat etiam Plutarchus Pelop. 21. *Acaria* Strabonis videtur ad Corinthum, ergo diversa a *Macaria Marathonia* fuisse. τοῖα δὲ εἰς Mosq. Ἡρακλῆς κ. λ. Ad *hanc Herculis fugam* videtur allusisse Euripides Heraclid. 163 sq. et ad *Ceyca Trachinium* ib. 194. ἐζήτει Vulg. ἐξῄτει Mosq. Clavier; eundem in modum correxerunt Wesselingius ad Diod. S. IV, 79 in Add. et Emend. Porsonus atque Schaefer in Melet. p. 75. adde II, 33, 4. VII, 4, 5. et cf. IV, 5, 2. τὴν αὐτοῦ Mosq. Post ἀφικόμενοι δὲ οἱ παῖδες ἱκέται videtur aliquid excidisse, quod miror ab editoribus animadversum non esse. δὲ οἱ Aldina. ἐνταῦθα Μακαρία Mosq. Vatic. ἐνταῦθα ἡ Μακαρία Vulg. ἀφ' αὐτῆς Mosq. Hujus Macariae et ejus generosi facinoris apud Suidam quoque mentio est.

§. 6. De hac *palude* cf. 15, 4. Dicitur esse ad fines campi Marathonii euroaquiloni objectos. v. Walpolii Turkey 327. 333. τὸν πόνον pro vulg. τ. φόνον Vind. ἐκβολὴν Mosq. Vatic. Clavier. ἐςβολὴν Vulg. ἔσοδος Mosq. εἴσοδος Vulg.

---

## CAPUT XXXIII.

§. 1. *Μαραθῶνος δὲ ἀπέχει τῇ μὲν Βραυρών* Vulgata; ubi Facius »Cum hic distantiae, inquit, mensura, tum in sequentibus τῇ δὲ deesse videtur; sed Pausanias minus accurate hoc servat.« At vero τῇ μὲν abest a Mosquensi; hoc non adnotavit Facius, et tamen negligentiae accusat Pausaniam! quanto modestius Sylburgius: »verbo ἀπέχει certum mensurae spatium non est additum.« Sed Dom. Calderinus et Amasaeus vertentes: *a marathone parum distat brauron, A Marathone non multum abest Brauron,* videntur legisse vel supplevisse οὐ πολύ, nec τῇ μὲν in suis codicibus reperisse. Letronnius corrigit ἀπέχει τι μὲν Βραυρὼν vulgata lectione τῇ μὲν deceptus. *Brauron*, ἀγχίαλος apud Euphorionem in Schol. Arist. Lys. 646, nunc *Urana* seu *Uranna*, abest a Marathone dimidio milliarii italici. v. Sponii Itin. T. 2 p. 395. Chandler c. 34. Hoc si verum est, O. Mueller in sua Atticae

descriptione Brauronem justo longius distraxit a Marathone. Gell's Itin. of Greece p. 77 sq. Brauronem a Prasiis unius horae spatio deficiente sexta ferme parte removet. τὸ 'Αρτέμιδος Vind. τῆς 'Αρτέμιδος Vulg. τὸ δὲ ἐκ — δηλώσω. Constructio est: οἵτινες δὲ κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν ἔχουσι τὸ ἐκ τῶν βαρβάρων scil. ξόανον κομισθὲν, ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δηλώσω. Rem illustrat III, 16. Dianae Tauricae signum alii Brauronem, alii Alas Araphenides delatum dicebant; in his Callimachus h. in Dian. 173 et sine dubio Strabo IX, 399. Sed quum Alae hae vicinae essent Brauroni, ob locorum viciniam factum videtur, ut simulacrum hoc Dianae modo huic modo illis adscriberetur. Ita sensit Spanhemius. v. eum ad l. l. Callim.

§. 2. A Marathone ad Rhamnuntem via est duarum horarum deficiente sexta horae parte. Sic in Walpolii Turkey p. 307. sed teste Pausania tria dimidia milliarii geographici interjecta sunt. Reliquiae Rhamnuntis nunc *Uraeo Castro* vocantur. v. Walpole ib. ubi etiam de ruinis templi, quod Nemesis ibi habuit. adde Gellii Itin. of Gr. p. 60, qui dicit, *Hebraeo Kastro* nunc nominari. καταφρονήσαντες γάρ σφισιν ἐμποδὼν εἶναι τὰς 'Αθήνας, ἑλεῖν λίθον Πάριον, ὃν ὡς ἐπ' ἐξειργασμένοις ἦγον ἐς τροπαίου ποίησιν. Τοῦτον Φειδίας κ. λ. Aldina, Francof. Kuhn. καφρονήσαντες — ἐπεξειργασμένοις Mosq. καταφρονήσαντας Sylburgius conjecit. Kuhnius distinctionem post 'Αθήνας sublatam adhibuit post γὰρ et ἑλεῖν, ὃν autem plane expunxit. Quod sequutus Clavierius praeterea scripsit ἐκ ποδῶν pro ἐμποδὼν et Πάρων. Vertit: »N' imaginant pas qu' Athènes pût leur resister.« Nos ἐμποδὼν retinentes interpretamur cum Etymologico M. ἐμπόδιον, ἐμπόδισμα, κώλυμα. καταφρονεῖν est *contemnere, negligere, non timere. Negligere* hac potestate, ut sit *non timere,* adhibuit Horatius Od. III, 8, 25, ubi v. Bentl. Sensus: *Non timentes, ne sibi impedimentum objiceretur capiendi Athenas;* et est animo addendum τι. Πάριος λίθος est V, 11, 5. IV, 31, 9. 5. cf. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 169 et Suid.

§. 3. usque ad finem capitis de *Phidiae Nemesi Rhamnusia*, de qua qui et quid opinati sint recensere non est hujus loci. *Cervos* in corona hujus deae Comes Natalis Myth. IX, 19 p. 1012 putat significare, *timidos reddi, quos semel Nemesis percusserit;* Winckelmannus autem (v. Opp. VIII, 186) *aeternitatem* seu *diuturnitatem;* melius Herderus (Comment. de Nemesi in Zerstr. Blätt. T. 2 p. 236) *fugam Persarum.* Atque *Victoriolae* haud dubie ob Graecorum de Persis victoriam insertae erant. Huc pertinet epigramma in Brun-

ckii Anal. T. 2 p. 515 in Nemesin Rhamnusiam. *Νίκης* etiam Clavier. *νίκης* Vulg. *ἔχει* deest in Vind. et Mosq. *μηλέας* *mali arboris*; recte; sic Hesychius, Suidas, Phavorinus, Zenob. Cent. V Prov. 82. Sed Dom. Calderinus et Amasaeus habent *fraxini*, quasi *μελίας* legerint; quod Winckelmannus et Comes Natalis sequuti sunt. Sed lectionem *μηλέας* illud quoque tuetur, quod Pausanias §. 6 addit: *ἐπιφαίνεσθαι τὴν θεὸν* (Nemesin) *μάλιστα ἐπὶ τῷ ἐρᾷν ἐθέλουσιν*, in quo *mala* maxime adhiberi solebant, cf. II, 10, 4. Atque hoc ipsum est, quod in Pausaniae quidem loco hoc interpretando inprimis, et multo magis sequendum putamus, quam quod Suidas et Plinius XXXVI, 5 de Venere in Nemesin transformata referunt, Pausanias autem plane praetermisit. Tenentes igitur quod Pausanias affert, vix dubitabimus, quin Nemesi inter alia hoc quoque tributum sit, ut vindex esset Veneris contemtae, quemadmodum Anteros ultor Cupidinis spreti. *τὸ ἐπὶ τοὺς Αἰθ.* Vind. Mosq. *γὰρ Αἰθίοπας ἐπ' αὐτῷ* Mosq. Clavier. *γὰρ ἐπ' αὐτῷ τοὺς Αἰθίοπας* Vulg. Phialam in Nemeseos dextra Aethiopes habentem insculptos varie interpretati sunt Com. Natalis, Winckelmannus, Herderus, Kuhnius, Censor Artemidori Reifiani in Ephem. litt. Jenens. 1811 N. 266 p. 344. Licet vero arrogantius videri possit, explicandum suscipere, quod ipse Pausanias explicare se non posse fassus est, tamen si una earum, quas illi viri protulerunt, opinionum amplectenda sit, equidem cum Winckelmanno dixerim, Homeri *ἀμύμονας Αἰθιοπῆας*, et ut reliquis diis, ita Nemesi caros, videri hic expressos fuisse, praesertim quum phiala cultus divini significationem habeat satis apertam; constat enim, phialam praecipue libationibus inserviisse. cf. Pindar. Pyth. IV, 343. Isth. VI, 58. Aristoph. Pac. 432. Simili modo Pindarus Pyth. X, 65 sqq. Hyperboreorum pietatem videtur significasse, dicens eos *φυγόντας ὑπέρδικον Νέμεσιν*. Forsan igitur significatum est: *Nemesin hac phiala ostensa homines numinis in omnibus rebus pie colendi, et ejus irae placandae admonere, eosque hortari velle, ut, si Coelestium iram evitare cupiant, sint ἀμύμονες, et Aethiopum exemplum imitentur.* *τῶν συνιέντων — πατέρα Ὠκεανόν*, significat Athenienses, hoc dicentes, ut patet ex VII, 5, 1. *Nemesis Oceani filia* etiam apud Tzetzam ad Lycophr. 88.

§. 4. *Ὠκεανῷ γὰρ — Ὠκεανῷ.* Scriptor *negat*, *Aethiopes ad Oceanum habitare fluvium*; rejicit enim Oceanum fluvium ut Herodotus II, 23. IV, 36. *Ἴβηρες* Mosq. *Βρεττανῶν*

sed VIII, 43, 3 est *Βριττανία*· apud Horat. O. III, 5, 3 *Britannis*, prima correpta. *Αἰθιόπων δὲ τῶν* Vind. Clavier. *ἀνθρώπων δὲ τῶν* Vulg. cui sequentia *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι — Αἰθίοπες* adversantur. *Ἰχθυοφάγων ὀνομάζεται* Mosq. Vind. Clavier. *Ἰχθυφάγων ὀνομ.* Vatic. *Ἰχθυοφάγος ὀνομ.* Vulg. Qui hic *δικαιότατοι*, Straboni XVII, 822 dicuntur *πάντων ἀγιστεύειν μάλιστα*, quod forsan ductum est ex Iliad. I, 423. adde Diod. S. III, 2. Herodotus autem eos, apud quos *solis mensa* fuerit, vocat *μακροβίους* III, 17. et qualis haec mensa fuerit, narrat c. 18, ubi cf. Intrpp. et qui ab iis laudatur Heerenius in Ideen T. 2. adde Pompon. Mel. III, 9, 4. Hos Aethiopes Noster a mari vult remotos, Herodotus autem l. c. ait *οἰκημένους Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ*. In Mosq. est *οὐ δέ σφισι*. Ex more indigenarum atque Romanorum *Μαῦροι*, sed *Μαυρούσιοι* Graecis dicebantur. v. Strabo XVII, 825. *Νασαμῶνες γὰρ — ἀγρίων*. Retinui quidem Vulgatam, nisi quod *Λιξίτας* pro *Λοξίτας* scripsi, sed locus depravatus me quidem judice hunc in modum est restituendus: *Νασαμῶνες γὰρ, οὓς Ἄτλαντας Ἡρόδοτος οἶδε, (μέτρα φάμενοι γῆς εἰδέναι Λιξίτας καλοῦσι), Λιβύων οἱ ἔσχατοι, πρὸς Ἄτλαντι οἰκοῦσι, σπείροντες μὲν οὐδὲν, ἀπὸ δὲ ἀμπέλων ζῶντες ἀγρίων. Nasamones enim, quos Herodotus quidem Atlantas appellari audivit, ii autem, qui se dicunt orbis terrarum spatia nosse, Lixitas vocant, Libyum extremi sunt, et habitant ad Atlantem nihil serentes.* Ex mente Pausaniae Nasamones Libyum extremi sunt versus Atlantem, quem idem VIII, 43, 3 in extremis Libyae oris ponit, et hujus montis accolae. Eum ita sensisse, intelligitur etiam e §. 5, ubi de altera Atlantis parte ait: *τὰ πρὸς τοὺς Νασαμῶνας αὐτοῦ γιγνώσκεται.* Hos eosdem Herodotus, interprete Pausania, Atlantas vocari tradidit. Verba ipsa Herodoti IV, 184 sunt: *ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος οἱ ἄνθρωποι ἐπώνυμοι ἐγένοντο· καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες.* Eosdem autem hos alii vocabant *Λιξίτας*· ita enim pro *Λοξίτας* (quos Nibby interpretatur *Obliqui!*) scribendum est e cod. Mosq. et Dom. Calderini interpretatione; atque jam Ortelius in Thes. geogr. ita scribi voluit propter *Lixum*, urbem et fluvium hoc tractu. v. Plin. H. N. V init. et Hannon. Peripl. ubi *Λιξῖται*, Nomades, habitare dicuntur ad Lixum, fluvium magnum, et e Libya, e terra Aethiopum ferorum descendentem. Apud Strabon. XVII, 825 est *ἡ Λίξος*. Qui autem hunc populum Lixitas nominatum volebant, ii Pausaniae dicuntur *μέτρα φάμενοι γῆς εἰδέναι*· quibus verbis homines videntur indicari, *qui se accura-*

*tiori orbis terrarum cognitione instructos haberi cuperent.* Quae formula ducta est ex Apollinis responso apud Herodotum I, 47 οἶδα μέτρα θαλάσσης. In hominem hujus generis est in Anth. Pal. II, 416: εἰπὲ πόθεν σὺ μετρεῖς κόσμον καὶ πείρατα γαίης. Similiter dixerunt μέτρον ἔχειν et ἐπίστασθαι. v. Iacobs ad Anth. Pal. III, 906. Sin parenthesis a nobis adhibita displiceat, possis ita legere: οὓς Ἄτλαντας Ἡρόδοτος οἶδεν, οἱ δὲ μέτρα φάμενοι γῆς εἰδέναι Λιξίτας καλοῦσι. Sic qui Herodoto opponuntur, magis distinguuntur, et οἱ δὲ praecedente οἶδε facillime absorberi potuit. Λιβύων οἱ ἔσχατοι ex nostra emendatione appositio est subjecti Νασαμῶνες. De ingentibus Mauritaniae *vitibus et uvis* loquitur Strabo XVII, 826. πρὸς τῷ Ἄτλαντι ὕδωρ Letronnius mutandum putavit in πρὸς τοῦ Ἄτλαντος ὕδωρ, ut πρὸς idem quod ἐκ denotaret; sed hoc nullis confirmavit exemplis. Mox legendum existimamus: οὕτως Αἰθίοπες ποταμῷ γε οὐδενὶ προσοικοῦσιν Ὠκεανῷ, exterminato ἢ, quod in Vulgata est ante Ὠκεανῷ, haud dubie ex praecedente ν ortum; refutat enim Pausanias quod nonnulli dixerunt, Aethiopes factos esse in illa phiala διὰ ποταμὸν Ὠκεανὸν, οἰκεῖν γὰρ Αἰθίοπας ἐπ' αὐτῷ §. 3. ἢ igitur ut h. l. ita II, 29, 2 perperam illatum est; rursus autem IV, 10, 1 excidit. De utroque vitii genere v. omnino Schaeferi Melet. p. 11. πηχυαίων Clavier, ut Sylburgius correxerat. πήχεων Vulg. πηχυῖων Facius voluit. Idem Sylburgius in Amasaei versione correxit *bicubitalibus nihilo minores* propter II, 28 in.

§. 5. Cum his de *Atlante* cf. Herod. IV, 184. et de hac loquendi ratione ὁ Ἄτλας ὑψηλόν ἐστι II, 13, 4. ὑπὸ τοῦ ὕδατος Mosq. Articulus a Vulgata abest.

§. 6. Locum corruptum ἐπειδὴ κ. λ. ex Vulgata quidem scripsimus, sed eum ita corrigendum existimamus: ἐπειδὴ δὲ Σμυρναίοις τὰ ἁγιώτατα ξόανα ἔχειν πτερὰ οἶδα ὕστερον, ἐπιφαίνεσθαι γὰρ τὴν θεὸν μάλιστα ἐπὶ τῷ ἐρᾶν ἐθέλουσιν, ἐπὶ τούτῳ ἂν Νεμέσει πτερὰ ὥσπερ Ἔρωτι ποιοῦσι. *Quum autem apud Smyrnaeos religiosissime culta hujus deae simulacra alas habere postea cognovissem, (volunt enim hanc deam maxime in amore vim suam exserere), eam ob causam Nemesi sicut Cupidini alas dari credidi.* Putantes enim ἐρᾶν pendere ab ἐθέλουσιν, et ἐθέλουσιν Dativum esse, ἐπὶ τῷ mutarunt in ἐπὶ τοῖς. Sed ἐθέλειν, ut *velle* pro *dicere, contendere*, est etiam II, 32, 1. ἐπὶ τοῖς ἐρῶσιν Facius et Clavierius conjecerunt. Pro eo, quod antea hic legebatur ἐπὶ τούτων Νεμέσει Facius e Sylburgii correctione et e Vind. rece-

pit ἐπὶ τούτῳ Νεμ. Sed ἐπὶ τούτων Νεμ. videtur natum esse ex ἐπὶ τούτῳ ἂν Νεμέσει. Pausanias enim non certam rem affert, sed suam opinionem de consuetudine, alis instruendi Nemesin. De *Nemesi a Smyrnaeis culta* VII, 5, 1. Totum autem hoc ἐπειδὴ δὲ — ποιοῦσι videtur serius a scriptore additum esse, quum post Atticam perlustratam in Ioniam profectus esset.

§. 7. Ἑλένης μητέρα Νέμεσιν Vind. *Helenae mater Nemesis* est in carminibus Cypriis apud Athen. VIII, 334, quod alii sequuti sunt. cf. Apollod. III, 10, 7. Tzetz. ad Lyc. 88. Scholiasta ad Callim. h. in Dian. 232, ubi Helena Ῥαμνουσὶς vocatur, ait, in Rhamnunte, Atticae pago, Jovem coiisse cum Nemesi etc. μαστὸν ἐπισχεῖν. Similiter ἐπισχεῖν γάλα IX, 25, 2. ἐπέχειν μαστὸν Strabo XVII, 827. itaque non erat, cur Porsonus in Advers. p. 223 in Eurip. And. 224 ὑπέσχον quam ἐπέσχον mallet. πεποίηκεν Clavier. πεποίηται Vulg. καθεστηκότα Mosq. pro παρεστηκ. Pro ἐς τοῦτο scribendum est vel ἐς τούτω vel ἐς τούτους· *de quibus; de his* Dom. Calderinus et Amasaeus. De curia *Oenoë* O. Mueller l. l. p. 220 sq. 224. Gellio est Oenoë *Gypto* seu *Gifto Kastro,* »which commands all the passes of Cithaeron, and is about five geographic miles distant from Blachi.« Itin. of Gr. p. 18, 29. 108.

## CAPUT XXXIV.

§. 1. Scripsimus Βοιωτῶν τοξαρχῆς οὖσαν· *cum olim ad boeotios pertinerent* Dom. Calderinus. *olim tenebant Boeotii* Amasaeus. Βοιωτίαν τοξαρχῆς οὖσαν Vulg. *Oropus* n. Ropo seu Oropo. De situ loci Strabo IX, 403. 399. et O. Mueller p. 220, eorum, quae Pausanias hic scripsit, non memor. »A poor village, situated about 20 minutes distant from the sea, 5 hours 5 minutes from Rhamnus, 8 hours 2 minutes from Athens by Kalamo« Gell's Itin. of Greece p. 65 sqq. »Oropo to village of Marathon 6 h. 48 minutes« ibid. 139.

§. 2. *Amphiaraus terra absorptus.* v. ad Apollod. III, 6, 8 et Baylii Dict. ὑποδέχεσθαι de eadem re iterum II, 23, 2. Pro οἱ δὲ in Mosq. et Vatic. est πλήν. et πλὴν οὐ est non modo III, 21, 1, sed etiam Herod. VI, 31. Pro ἀλλά ἐστιν haud dubie ἀλλ' ἢ ἐστιν scribendnm est. ποτὲ Kuhnius et Clavier maluerunt quam τότε· sed hoc interdum est *prius, antea, olim.* v. ad Philochorum p. 11. adde Thucyd. I, 101. ἔχουσιν· τοῖς Vulg. Ἐλεοὺς Mosq. *Neleus* Dom. Calderinus. sed Ἐλεοῦς et

iam Strabo VII fin. §. 27 p. 331. ac Suidas. cf. Pomp. M. II, 2, 94 et Paus. III, 4, 5. Ἐλαιοῦς est in Herod. VII, 22 Schaef. et Schweigh. Continebat haec Chersonesi Thracicae urbs Protesilai ossa delubro consecrata. Λεβάδεια scribendum fuit. cf. IX, 39. καὶ Ὠρωπίοις usque ad finem capitis *de Amphiarai templo et oraculo apud Oropios.* cf. Baylii Dict. O. Mueller l. l. p. 220. μέρη πέντε Facius et Clavier conjecerunt; at numerus, ex subsequentibus ille facilis inventu, haud dubie ab auctore ipso est omissus. Numerus *quinarius* videtur mysticus (v. Plut. περὶ τοῦ ει ἐν Δελφ.), ideoque Hygieae signum pentagonon fuisse. *Prima* hujus arae pars Jovi, qui et ipse oracula edidit, ejusque duobus filiis, Herculi et Apollini sacra fuit. *Hercules* hic est μάντις, πᾶσιν ἀρωγός, νούσων θελκτήρια πάντα κομίζων, ἐξελαύνων δὲ κακὰς ἄτας, ut est in Orphei h. XI. *Secunda* heroibus et eorum conjugibus. videntur autem significari *daemones locales*, ἐγχώριοι. v. Disp. de heroum graecor. educatione P. I p. 18. *Tertia* Vestae, Mercurio, Amphiarao et Amphilocho; *Vestae*, quia putabatur θεῖναι ἀειθαλέας et ἁγνούς, et ἐπιπνείειν ὑγίειαν, ut legimus in Orph. h. LXXXIII. *Mercurio*, quia habebatur ἡγήτωρ ὀνείρων. Per somnia autem opem ferre credebatur Amphiaraus. τῶν παίδων Ἀμφιλόχου *ex Amphiarai filiis, Amphilocho.* ita etiam Baylius in Dict. (s. v. Amphilochus), qui suam correctionem καὶ τοῦ παιδὸς Ἀμφιλόχου mox ipse rejicit. οὔτε ἐν Ἀμφιαράου κ. λ. *neque in Amphiarai aede uspiam honor ei contigit, neque ejus particeps est, qui Amphilocho in hac arae parte habetur.* Ut hic locus cum Livii XLV, 27, ubi Amphilochi templum memoratur, in concordiam redigeretur, Facius h. l. legi voluit παρὰ τῷ Ἀμφιλόχου scil. ἱερῷ. At quis praeter Livium testatur, Amphilochi templum fuisse Oropi? quod si fuisset, atque Pausanias significare voluisset, nonne potius ἐν Ἀμφιλόχου quam παρὰ τῷ Ἀμφιλόχου dixisset? Neque tantum Kuhnius Livium hic posthabuit Pausaniae, sed Baylius etiam, qui Livium dicit confudisse patrem cum filio, et l. l. addit: »Pausanias, qui s' étoit fait une étude particuliere de ces choses, et qui avoit beaucoup de talens pour y réussir, est beaucoup plus digne de foi que Tite Live.« *Quarta* Veneri, Panaceae, Iaso, Hygieae et Minervae Paeoniae. *Veneri* forsan γεννοδοτείρᾳ, ut in Orphei h. LIV. *Panacea, Iaso, Hygiea* Aesculapii filiae. cf. Sch. ad Arist. Plut. 701 et Hemsterh. quanquam Iaso Aristophanes Amphiarao natam tradiderat. Apud Suidam legimus, vel conjugem

vel filiam ejus fuisse. De Hygiëa, Aesculapii filia, Paus. I, 23, 5., de Minerva Paeonia ad I, 2, 4. Quinta Nymphis, Pani, Acheloo et Cephisso. Nymphae sunt κουροτρόφοι, παιωνίδες, νᾶμα χέουσαι ὑγιεινὸν apud Orpheum h. L. Earum σύγχορος Pan βώσκει ἀνθρώπων γενεὴν κατ᾽ ἀπείρονα κόσμον in Orph. h. X. Fluviis, Acheloo, fluviorum regi, et Cephisso vicino, pars hujus arae data est, quia fluvialis aqua signum habebatur fertilitatis. v. Eustath. ad Hom. p. 1293. Mallum condiderat Amphilochus cum Mopso (Strabo XIV, 675), hinc Malloti dicuntur coloni Argivorum, et Alexander M. ibi Amphilocho, ut heroi, sacra fecit. v. Arrian. Exp. Al. II, 5.

§. 8. νόσου — πηγήν. Hanc consuetudinem illustrat ad Suet. Oct. 57 Casaubonus. ἀνελθεῖν, quum antea absorptus esset terra. Ἰοφῶν δὲ Κνώσσιος εἷς τῶν ἐξηγητῶν Clavier conjecit; male; nec probatum est Letronnio. Vulgatam enim Ἰοφῶν δὲ Κνώσσιος τῶν ἐξηγητῶν idonea exemplorum copia tuetur: Πρωτοφάνης τῶν ἀστῶν 35, 4. Φαμένωφα τῶν ἐγχωρίων 42, 2. Εὔμηλος τῶν Βακχιαδῶν II, 1, 1. Βοιὸς τῶν Ἡρακλειδῶν III, 22, 9. Θρασύβουλος Αἰνέου τῶν Ἰαμιδῶν VIII, 10, 4. Ex quibus testimoniis fluit emendatio loci III, 18, 7. Est vero haec loquendi forma contracta, ut patet ex illo Herod. V, 97 Μελάνθιον, ἄνδρα τῶν ἀστῶν. Hic Iophon oracula cecinit Amphiarai, ut Onomacritus Musaei, qui Herodoto VII, 6. χρησμολόγος et διαθέτης χρησμῶν τῶν Μουσαίου vocatur. Ruhnkenio ad Tim. Lex. v. ἐξηγ. hic Iophon est sacrorum et oraculorum interpres. Post ταῦτα τὰ ἔπη in Aldina est ΔΕΙΠΕΙ, in Francof. et Kuhniana ΔΕΙΠΕΙ ὁ χρησμός. In Dom. Calderini interpretatione vacuum spatium relictum est. Nihil deesse, et ταῦτα τὰ ἔπη esse ipsos illos χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ, qui modo memorati sint, monuit Facius. τὸ ἐς — εἶχε continet, quod jam Amasaeus vidit, locum communem: quod multitudinem allicit, mirum in modum retinebat, ergo τὸ non, quod Facius putavit, pro τοῦτο positum est, sed pertinet ad ἐπαγωγὸν, ut I, 21, 2 τὸ ἐπαγωγὸν et Herod. III, 53 τὰ ἐπαγωγότατα. Caeterum ἐπαγωγότατα ἐς τοὺς πολλοὺς dixit Pausanias etiam IX, 12, 4. χωρὶς δὲ πλὴν Lobeckius ad Phryn. p. 459 in hoc pleonasmo non offendit. χρησμολόγος qui oracula edit Apollinis numine afflatus. Sic Amphilytus dicitur χρησμολόγος ἀνὴρ et χρᾷν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ et ἐνθεάζων Herod. I, 62. 63. Rursus apud eundem est oraculorum interpres, quales Themistoclis aetate Athenis plures fuerunt. vide VII, 6. 142 sq. ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι

apud Homerum κρίνεσθαι ὀνείρους. Pausanias frequenter utitur formula προσκεῖσθαί τινι, *occupatum in aliqua re esse, ei deditum, addictum, sequi eam, ei tribuere aliquid*, ut II, 21 extr. IV, 9, 2. X, 28, 3. Hoc quoque est Herodoteum; sic ille ἔστι καὶ ἄλλος λόγος, τῷ μάλιστα λεγομένῳ αὐτὸς πρόςκειμαι IV, 11. οἴνῳ προςκείμενον III, 34. δῆλον δὲ — καταστησάμενος. Locus ita expediendus: ἡνίκα ἐνομίσθη θεὸς, δι' ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος ἐνομίσθη. *manifestum autem est: quum enim inter deos relatus est, hoc ei contigit propter constitutam per somnia divinationem.* »ed è chiaro, che fu egli promosso agli onori divini, per avere stabilito la divinazione de' sogni« Nibby. χρησόμενος etiam Clavier, ut Kuhnius conjecit. cf. ad 41, 5. ἐπὶ ταὐτὸ *in eodem loco, in eadem ara.* Sic IX, 32, 2 τὸ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὐτοῦ γεωργοῦσι. Sed pro ταὐτὸ est τὸ et inter hoc atque τὰ vacuum spatium in Mosq. et Vatic. κριὸν κ. λ. cf. Virg. A. VII, 86 sqq.

---

## CAPUT XXXV.

§. 1. ὧν ἡ μὲν Mosq. ὧν ἡ μία μὲν Vind. ἡ μὲν Clavier. μία μὲν Vulg. *una, quae* D. Calder. *earum una* Amas. Nos sequuti sumus Clavierium. τὰ δὲ — δεδήλωται. v. I, 1 in. ἐν ἀριστερᾷ cum Vaticano. ἐν a Vulg. abest, ut II, 3, 5. sed τὴν 'Αττικὴν ἐν ἀριστερᾷ πλέουσιν an sanum sit dubitantibus se nobis offerunt duae emendationes, quarum altera est τὴν 'Αττικὴν ἐν ἀριστερᾷ παραπλέουσιν, altera autem τῆς 'Αττικῆς ἐν ἀριστερᾷ πλέουσιν. De insula *Helena* VIII, 14. Strabo IX, 399. Sch. Hom. Iliad. III, 445. nunc *Macri* dicitur.

§. 2. De *Salamine* Strabo IX, 393, quo auctore ejus longitudo est LXX vel LXXX stadiorum. πρῶτον δὲ τῇ νήσῳ [τοὔνομα] θέσθαι τοῦτο [Κυχρέα] ἀπὸ τῆς μητρὸς Σαλαμῖνος τῆς 'Ασώπου Clavier, ut Sylburgius, Kuhnius et Goldhagenus conjecerant. Nos autem ita corrigendum putamus: πρῶτον δὲ ὄνομα τῇ νήσῳ τεθεῖσθαι τοῦτο ἀπὸ Σαλαμῖνος τῆς 'Ασώπου sequentes tum codicem Mosq. qui habet ἐν inter δὲ et τῇ, tum Dom. Calderini atque Amasaei interpretationem: *insulae nomen a Salamine inditum.* Sylburgius ipse in Spicilegio p. 851 ed. Francof. vertit: *a Salamine Asopi filia, nomen inditum.* Genitivus τῆς μητρὸς potuit e margine inferri. Non minus simpliciter narrat Diod. S. IV, 72 Σαλαμὶς δὲ ὑπὸ Ποσειδῶνος ἁρπαγεῖσα ἐκομίσθη εἰς τὴν ἀπ' αὐτῆς νῆσον Σαλαμῖνα προσαγορευθεῖσαν. *Philaei* nomen varie corruptum est

apud Pherecydem in Marcellini v. Thucyd. princ. in *Φιλαίας*; apud Tzetz. ad Lyc. 53 in *Φίλιος*. Amasaeus legit *Phylaeus*; quod Kuhnius etiam defendit, sed frustra. v. Wessel. ad Herod. VI, 35, ubi est *Φιλαίου*, ut apud Stephan. Byz. quod sequuti sunt Loescher et Dom. Calderinus. Et quum testantibus Plutarcho Sol. 10 (ubi est *Φιλαῖος*) ac Stephano Byz. δῆμος *Φιλαΐδῶν* de hoc Philaeo dictus sit, de scriptura incerti esse non possumus. Majus autem est, quod Pausanias Philaeum Eurysacis filium et Ajacis nepotem perhibeat, quem Herodotus, Pherecydes, Plutarchus, Stephanus Byz. et Tzetzes ll. ll. Ajacis filium fuisse tradiderunt. Sed vix dubitamus, quin hic error non potius ipsi Pausaniae quam librariis ac correctoribus tribuendus, et hic locus ex Herodoto ita corrigendus sit: *Φίλαιον δὲ τὸν Αἴαντος παραδοῦναι λέγουσιν Ἀθηναίοις τὴν νῆσον*. Quod sic de uno Philaeo, id apud Plutarchum de utroque Ajacis filio, Philaeo et Eurysace, refertur; fieri ergo potuit, ut quis ex Plutarcho in margine nostri loci scriberet *Φίλαιον δὲ καὶ Εὐρυσάκην τοὺς Αἴαντος*, et alii Eurysacis nomen in contextum translatum cum reliquis conjungerent. Atque adeo *καὶ τὸν Εὐρυσάκη* scribi jubet Schneider. Quam emendationem veram non esse, proxima arguunt *γενόμενον ὑπ' αὐτῶν Ἀθηναῖον*· pluralem enim posuisset Pausanias *γενομένους — Ἀθηναίους*, si de utroque, Philaeo et Eurysace, loquutus esset. Sane quidem corrigit idem vir celeb. *γενομένους — Ἀθηναίους*, sed nonne hoc nimium est? In D. Calderini interpretatione Eurysacis et Ajacis nomina plane desunt; nos *Εὐρυσάκους τοῦ* uncis inclusimus. *γενόμενον Ἀθηναῖον* eadem hac formula de eodem hoc Philaeo utitur Herodotus l. c. qui in his obversatus est Pausaniae. *ὑπ' αὐτῶν Ἀθηναίων* Vind. Pro *καὶ — τε* Sylburgius voluit *καὶ — δέ*. cf. ad 24, 7. *Asceadem* habet Dom. Calderinus. *ἀπομνημονεύειν* Vatic. Quae in *foro* Salaminis fuit, *Solonis* statuam ab Aeschine adv. Tim. p. 21 memoratam Pausanias non vidit. *ἐξ ἐβένου ξύλου* Vatic. Vind. Facius; antea *ἐξ ἐβένου λίθου*. *διαμένουσι δὲ κ. λ.* Schneider laudat Schol. ad Pind. Nem. 2, 19. *Eurysacis ara* in Colono mercenario seu in Melite fuit. cf. Philoch. Fragm. p. 57. Pollux VII, 29. Pro *ἐπὶ τοῦτον* cum Sylburgio *ἐπὶ τούτου* seu *ἐπὶ τούτῳ* scribendum censemus. *στόλον τῶν Ἑλλήνων* Mosq.

§. 3. *οἱ περὶ τὴν Σαλ. οἰκ.* cf. ad 25, 2. *τὸ ἄνθος κ. λ.* *flos Ajacis nomen inscriptus*. *σφίσιν ἐν τῇ γῇ* Vatic. *καὶ ὑπέρυθρον* Vindob. *γράμματα κ. λ.* distinguitur sic, quod jam Goldhagenus animadvertit, ab hyacintho, quem ex Ajacis

sanguine ortum Euphorio tradideret teste Eustathio ad Iliad. p. 285. ἤκουσαν Vatic. Vindob. Facio judice, haud male; imo haud bene: Pausanias enim narrat, quae ipse partim ab Aeolensibus, partim a Myso quodam audiverit; neque Dom. Calderinus et Amasaeus Vulgatam non sequuti sunt. De *Ajacis opinato sepulcro* inter Rhoeteum ac Sigeum cf. Strabo XIII, 595 (320) et Philostratus Her. p. 640 ed. Par. qui ait: ὀστᾶ ἐν αὐτῷ φανῆναι κατὰ ἑνδεκάπηχυν ἄνθρωπον· nunc vocatur *En Tepé*. τοῦ γὰρ — θάλασσαν. In Walpolii Turkey p. 101 dubitatur, an mare hujus collis pedem potuerit alluere, sed p. 111 narratur, esse ibi famam »of the sea having formerly washed the foot of En Tepé.« τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμά οἱ χαλεπὴν ποιῆσαι Meursius, τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμα αὐτοῦ χαλεπὴν ποιῆσαι Facius conjecit; neuter bene. Jam Baylius in Dict. s. v. Ajax Oilei Not. D contra Meursium disputans monuit: »au contraire il racontoit à Pausanias, que la mer avoit été cause, qu' on y avoit vu la grosseur d' un des os d' Ajax. Il faut donc entendre, que la mer aiant fait ébouler des terres, avoit rendu cet endroit plus accessible, moint escarpé.« γὰρ post πεντάθλου declarandi vim habet. κρημνὸν pro κρυμὸν Vatic. καὶ Καρεῖς Vulg. Καβαρεῖς Vind. Clavier. *Cebarenses* Amasaeus. Βαρεῖς Mosq. *kares* D. Calderin. Καιβαρεῖς Vatic. unde Schneider se dicit scribere Καυαρεῖς et laudat e Plin. H. N. III, 5 *Cauares* (quos Harduinus ait a confluente Isarae in Rhodanum ad Druentiam usque oram omnem tenuisse, quae Rhodano alluitur), et quod paulo post ibidem legitur: *In agro Cauarum Valentia. — Avenio Cauarum*. Καρηνοὺς voluit Kuhnius assentiente Goldhageno; sed haud dubie reliquis praestat Schneideri scriptura. οἳ — οὐδέν τι διαφόρως ἔχουσιν Αἰγυπτίων Clavier, ut Loescher et Kuhnius correxerant. — οὐδέν τι διαφόρους ἔχ. Αἰγ. Vulg. De Aegyptiorum proceritate Winckelmanni Opp. III, 69. VII, 17.

§. 4. Πρωτοφάνης [εἰς] τῶν ἀστῶν Clavier. sed vide ad 34, 4. κερδανεῖν πού τι Vulg. θεασάμενοι Vind.

§. 5. De *Lada* Mileto vicina Thucyd. VIII, 17. Strabo XIV, 635. Plin. V, 37, 31. τὴν ἑτέραν. cf. 2, 4. ἐν ταύτῃ pro ἐν αὐτῇ Vatic. καὶ τὸν Ἀστέριον — Ἄνακτος deest in Mosq. Ad h. l. et parallelum VII, 2, 3 cf. Bocharti Chan. p. 364, qui *Anactem* terrae filium interpretatur.

§. 6. παρασχὸν Λυδίας Vulg. cf. ad I, 20, 1. θῆραι pro θύραι Vatic. *Themenu Thyrae* in Phrygiae Lydiaeque confiniis. v. Mannert VI, 3, 115. περιφραγέντος Vulg. παραφαγέν-

τος Mosq. Vatic. *ambesus* Amas. παραγέντος et ἐκριαραγέντος in duobus Vindob. περιῤῥαγέντος Lambinus ad Horatium correxit, quod Sylburgio, Goldhageno Facioque probatum Clavier recepit. *tumulo quodam hiscente* Dom. Calderinus. χειμῶνα de *magnis imbribus* Letronnius recte accepit. cf. X, 6, 2. Cicer. Off. III, 9 init. ὀστᾶ ἐφάνη τὸ σχῆμα περιέχοντα ἐς πίστιν Vulg. Pro περιέχοντα Kuhnius, Facius, Clavier voluerunt παρέχοντα, quibus suffragatur Vaticanus. Recepimus, sed interpretamur ita: *ossa, quae, quod ad formam attinet, ostendunt quaedam, quae fidem faciant, esse hominis.* τὸ σχῆμα non potest pendere a παρέχοντα, quoniam Pausanias σχῆμα παρέχεσθαι solet dicere. cf. ad X, 29, 2. Itaque ad παρέχοντα animo addimus τινά. Quanquam scrupulus residet, quod Pausanias consuevit dicere παρέχεσθαι ἐς πίστιν VII, 27, 3. ut ἐς συγγραφήν, ἐς μνήμην. Possis ergo suspicari, non παρέχοντα sed παρεχόμενα scribendum esse. Χείμαρον Vatic. qui Ὠκεανὸν omisit. οὐ μνῆμα — μορφάς. Vulgatam retinui, quanquam videatur depravata. οὐ μνῆμα μὲν ἢ Mosq: δένδρων Mosq. Vind. *varias ostendi arborum formas* Dom. Calderinus. Schneider omisso οὐ corrigit μνῆμα μὲν οὔ, δένδρων δὲ παρεχόμενος διαφ. μορφάς. Ego servato οὐ i. e. *ubi* scripserim δένδρω δὲ παρεχομένω, ut *duae* significentur arbores, sicut apud Philostr. v. Apoll. V, 1 et Tzetz. ad Lycophr. 652. Ille ait: ἰδεῖν δὲ δένδρα φασὶν ἐνταῦθα, οἷα οὐχ ἑτέρωθι τῆς γῆς, καὶ Γηρυόνεια μὲν καλεῖσθαι αὐτά, δύο δὲ εἶναι. φύεσθαι δὲ τοῦ σήματος, ὃ ἐπὶ τῷ Γηρυόνῃ ἕστηκε, παραλλάττοντα ἐκ πίτυός τε καὶ πεύκης ἐς εἶδος ἕτερον. hic autem: δύο δὲ δένδρα περὶ τὸν τάφον ἐκείνου. Iisdem eodem modo relatis Phavorinus addit: Γηρυόνεια δένδρα καὶ Γηρυόνειον μνῆμα, quae pariter apud Suidam leguntur. Pausanias non negat ibi esse Geryonis sepulcrum, sed sepulcrum ad memoriam ejus conservandam exstructum, μνῆμα, locum autem sepulcri indicari duabus arboribus. Similiter Alcmaeonis sepulcro cupressi additae VIII, 24, 4. Schneider monuit, videri easdem arbores dicere Posidonium apud Strab. III p. 468 Siebenk. ubi tamen *una* arbor tantum memoratur. τὸν ὄντα ἐδείκνυον λόγον· ut VI, 7, 2 τὸν ὄντα εἶπε λόγον. I, 41, 5 τὸν ὄντα λόγον εἰδότες ἐπικρύπτουσι. Herod. I, 116 τὸν ἐόντα λόγον ἔφαινε. I, 30 τῷ ἐόντι χρησάμενος λόγῳ. De *Hyllo* Lydiae fluvio Mannert. VI, 3, 376. Philostratus in Her. p. 643 Par. ponit *Phrygiam* et *Hylli Herculе nati* ossa.

---

# CAPUT XXXVI.

§. 1. *τρόπαιον ἕστηκεν ἀπὸ τῆς νίκης.* De hac formula cf. Wolfius ad Demosth. Lept. p. 296. Hujus in Salamine tropaei Lycurgus quoque mentionem fecit c. Leocr. 17, 12. *δράκοντα — ἥρωα.* Lycophro in Cassandra 110 Salamina appellat *νῆσον δράκοντος* i. e. *Cychrei,* qui *ὄφις* cognominatus est propter morum asperitatem. v. Steph. Byz. v. *Κυχρ.* et Meurs. ad Lyc. adde Bocharti Chan. lib. 1 c. 21 p. 497. De heroibus Persas cogentibus a Graecis ad Salaminem superari cf. ad 32, 4. Herod. VIII, 64. 83. Plut. Them. 15. *Κιχρέως, Κιχρέα* Vind. Cf. de scriptura Wessel. ad Diod. S. IV, 72.

§. 2. *Ψυττάλεια* scribitur in Herod. VIII, 76. 95. Schol. ad Aesch. Pers. 445 sqq. Plut. Aristid. 9. et Steph. Byz. quorum ultimus adnotavit, germanam hanc et antiquiorem esse formam videri, sed a Strabone IX, 395, Alciphrone Epp. II, 3, 64 et Himerio apud Meurs. de Pop. Att. *Ψυτταλία,* atque etiam apud Pausaniam IV, 36, 4. In Suida est *Ψιττάλεια,* in Plinio IV, 20 *Psytalia.* n. *Lipsocatalia* seu *Lipsocoutalia* apud Chandlerum ac Sponium.. Herodotus et Plutarchus eam inter Salamina et Atticam ponunt (cf. Karte der Bay von Salamis apud Chandlerum) et CV stadiis a Salamine abesse scripsit Sch. ad Aesch. Pers. 447. Positus insulae ex eo cognoscitur, quod teste Strabone eam nonnulli dixerint *portum Piraeei,* quanquam ea Aeschylo vocatur *δύσορμος ναυσίν.* Quod hic, apud Aeschylum et Plutarchum. ll. ll. *πρὸ Σαλαμῖνος,* apud Plinium *ante Salaminem,* id est infra IV, 36 *ἐπὶ Σαλαμῖνι.* De his *ἐς ταύτην — Ἑλλήνων* cf. omnino Aeschylus, Herodotus, Plutarchus ll. ll. *Quadringentos,* nisi fallor, Pausanias solus perhibet. *ὅσον τε τετρακοσίους* Porsonus voluit. *ἡττωμένου κ. λ. quum res Persarum jam inclinarent, eorum classis jam vinceretur. ἐπιβάντων* Mosq. *ἐς Ψυττάλειαν* Vatic. *ὡς ἕκαστόν ἔτυχε πεποιημένα* opponuntur *τοῖς σὺν τέχνῃ πεποιημένοις, unumquodque sine arte.* Quomodo et Aegyptii et Graeci Pana pinxerint sculpserintque, docet Herodotus II, 46. adde Winckelmanni Opp. VIII, 196. A Pane hanc insulam frequenter adiri, fama fuit (v. Aeschylus), qua loci solitudinem declarari Scholiasta cum Stanlejo putavit: dicitur etiam a Strabone *ἔρημος.*

§. 3. De hac *via sacra* Meursii Eleusin. c. 27. *Anthemocriti* sepulcrum cum statua fuit ad portam Thriasiam, postea Dipylon dictam. v. praeter locos a Meursio de Ath. Attic. III, 5 indicatos Phavorinus et Plutarchus in Pericle 30, ubi

idem Megarensium scelus Periclis tempore in hoc Anthemocrito commissum memoratur, quod Pausanias iterum tangit III, 4, 5. τὴν χώραν scil. ἱερὰν, proprie ὀργάδα dictam. Ei opponitur ἐργάσιμον χωρίον. hinc de colendo illo agro verba usurpata ἐπεργάζεσθαι et ἐργάζεσθαι. Megarenses ipsi negabant, *ab ipsis interfectum esse Anthemocritum*. v. Plut. l. c. τοῖν θεοῖν· bene, quanquam Harpocratio, Phavorinus et Helladius in Gron. Thes. X p. 977 habent ταῖν θεαῖν. nam τὼ θεὼ saepe de *Cerere* et *Proserpina*. v. Phrynich. p. 193 Lob. adde Fischer. ad Weller. I, 370. 316. III, 308. Pausan. I, 38, 3. Etiam Pluralis masculini generis de iisdem deabus apud Nostrum III, 4, 5. ὥστε καὶ ἐπαυξηθῆναι *ut opibus etiam* (sicut reliqui) *augerentur*. τε, quod Vulgata habet post Μολόττου, abest a Mosq. Quum Philippus, Macedo, copias in Euboeam trajecisset, *Plutarchus*, Eretriensis, Athenienses, ut insulam a Macedonibus liberarent, rogavit. Hi miserunt cum copiis Phocionem; qui quum re bene gesta rediisset, loco ejus ab Atheniensibus in Euboeam missus est *Molossus*, sed is vivus captus ab hostibus. v. Plutarchi Phoc. 12 sq. 545. Frob. Σκῖρον Vulg. Σκεῖρον Vatic. Σκίρα Strabo IX, 393. Σκίρον Steph. Byz. Σκῖρος Vulg. Σκίρος Clavier. Hujus herois atque vatis meminerunt Philochorus in Fragm. p. 31 et Stephanus Byz. De *Sciradis* Minervae templo I, 1, 4. χειμάρρου Vatic.

§. 4. Μακεδόνων βασιλεύοντι Mosq. Vind. Clavier. sed cf. ad I, 30, 3. Hic *Philippus* est III seu V, Demetrii II filius, Antigoni Gonatae nepos, et Demetrii Poliorcetae seu I, qui, ut Pausanias postea ait, primus ex ea gente Macedoniae rex fuit, pronepos, regnum Macedoniae tenens ab Olympiade CXL. cf. de eo Paus. VII, 7. Ex quibus, quo tempore hic *Cephissodorus* vixerit, colligitur, ac neque de Archonte Olymp. CIII, 3 apud Diod. S. XV, 76, neque de illo Cephissodoro cogitari posse, qui teste Diodoro Sic. XVIII, 2 Olymp. CXIV, 2 summus Athenarum magistratus fuit. Φίλιππος δὲ ἦν κ. λ. Palmerius jam animadvertit de duobus Demetriis loqui Pausaniam, primum de II, deinde de I seu Poliorceta; nam de hoc esse πρῶτος γὰρ ταύτης — ἀρχήν. Videtur autem legendum ὁ ἀποκτείνας. Sic nihil deesse apparet, neque fuisse, cur Clavier post ὁ Δημητρίου stellulam poneret. ὡς — λόγον. v. I, 10, 1.

# CAPUT XXXVII.

§. 1. Quod Facius conjecerat, τέθαπται μὲν Ἡλιόδωρος Ἁλεὺς, id valde miratus sum qui locum invenerit in ipso contextu editionis Clavierii. Ἁλεὺς esset oriundus e Boeotiae urbe, cui nomen fuit Ἁλαὶ apud Paus. IX, 24 extr. et Steph. Byz. Hujus peregrini ignotique hominis non modo hic sepulcrum, sed in ipso etiam Parthenone pictam fuisse effigiem? quidni potius sumamus, Atheniensem sive Periegeten, sive tragicum poetam hujus nominis (de utroque v. Meursii Bibliotheca attica, et de priore supra ad 22, 4) significari? Horum de alterutro convenientius erit Ἁλαιεὺς, *ex curia Atticae Alis* (non Ἁλαεὺς. v. Tzschuck. ad Strab. IX, 398.). Confirmat conjecturam *Aliensis* in Amasaei interpretatione. ἐστὶν ἰδεῖν Mosq. nos scripsimus ἔστι. cf. I, 32, 3. *magna aedes Minervae.* v. ad I,24, 5. τοῦ Ξέρξη Vind. I et II. Aldina, Porsonus, Clavier. Articulus deest in Mosq. τῷ Ξέρξῃ Vulg. *Λέοντος* Vulg. *Λεοντίδος* Vind. I et II. Mosq. Vatic. Exempla nominum propriorum in ις exeuntium, et accentum in antepenultima vel penultima habentium, collegit Sturzius de Nom. Graecor. III p.9. δὲ post τούτους i. q. δή. cf. II, 3 extr. ubi Sylburgius monet in epanalepsi ita δὲ adhiberi. O. Mueller de Min. Pol. p. 45 hoc δὲ expunctum voluit, rursus autem παρα δὲ τὸν βίον scribi. ὑπῆρχε Vatic. Post γενέσθαι interpungendum, sed post αὐτῆς distinctionem removendam esse, id Clavier quoque animadverterat. Vulgata enim est: δᾳδούχους πάντας ὑπῆρξε γενέσθαι παρὰ τὸν βίον τὸν αὐτῆς. In Mosq. deest τὸν ante αὐτῆς. ταύτης μὲν τύχην Vind. I et II. Mosq. Vatic. λέγουσιν. Προελθοῦσι intactum reliqui. δὲ ἐς ὀλίγον Mosq. *Λακιάδας* jam Meursius de Pop. Attic. et Heusinger ad Cicer. Offic. II, 18, 16 correxerant. *Λακίδας* vulgo.

§. 2. Phytali domum Gellii Itin. of Gr. p. 30 in eo loco ponit, ubi nunc aedes sacra Hagiae Sabae, quae 1477 passus distat ab Athenis. Φύταλόν φασιν κ. λ. Schneider laudavit Plut. 12 et 28. ἀντὶ τούτου Vind. I et Mosq. Forma *Δήμητραν* videtur esse recentior. Scholia enim ad Pind. Ol. VI, 160, ubi Accusativus est *Δάματρα*, ponunt *Δήμητραν*. De ἱερᾷ συκῇ cf. Athen. III, 74. d. et ibi Casaub. Ab hoc *Phytalo* gens attica *Φυταλιδῶν* duxit originem. cf. §. 3 et Hesych. Hic *Cephissus* est *atticus*, qui Athenis versus occasum descendit per longos inter Piraeeum et urbem muros in Phalericum portum, ergo idem, de quo loquitur Strabo IX, 400, sed diversus ab eo, qui fuit ad Eleusinem. cf. 38, 5. »but the water

is at present almost absorbed in the irrigation of gardens and olive-grounds, before it crosses the road« ait W. Gell in Itin. of Gr. p. 31. ἄριστα omisit Vatic. Inter ποταμῷ et *Μνησιμάχης* virgulam posui, positam post ἕτερον delevi. ἀνάθημα κειρομένου οἱ τὴν κόμην τοῦ παιδὸς ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ Mosq. Vatic. Clavier. οἳ τὴν κόμην ἔκειραν τοῦ παιδὸς ἐπὶ τῷ Κηφ. Vind. I. οἳ τὴν κόμην τοῦ παιδὸς ἔκειραν ἐπὶ τῷ Κηφ. Vind. II. ἀνάθημα κειρομένου τὴν κόμην τοῦ παιδός οἱ ἐπὶ τῷ Κηφ. Vulgata. Pausanias voluit dicere: *Propter fluvium duo sunt simulacra, unum Mnesimaches, alterum filii, qui sibi in honorem Cephissi tondet crinem ut donarium.* οἱ τοῦ παιδὸς i. e. τοῦ παιδὸς αὐτῆς, nam οἱ non pertinet ad κειρομένου. cf. ad II, 3, 6. Ex vocabulo ἀγάλματα patet, heroici aevi hominum fuisse haec signa. φησι post εὔξασθαι abest a Mosq.

§. 3. ἐπὶ τούτῳ — συγγενῆ. cf. omnino Plut. Thes. 12 et 24. *Σῖνιν* Mosq. sed prior corripitur. v. Valckenarius ad Eurip. Hipp. 977. De hoc *Theodecta* adde qui mox proferetur Plutarchi locum et epigramma in Anth. Pal. T. II p. 818. *Mnesitheus* medicus laudatur in Plinii H. N. indice scriptor. lib. XXI. et in indice auctorum Athenaei; quibus adde Th. Reinesii V. L. II, 6 p. 163. ἀναθῆναι Vind. I. ᾠκοδόμηται — Κυαμίτου. Corruptum Hesychii locum v. Κυαμ. Meursius Attic. Lect IV, 20 ita restitui voluerat: Κυαμίτης ὁ Βάκχος καλούμενος· quod sequutus Sopingius ad Hesych. conjecit: Κυαμίτης ὁ Ἴακχος καλούμενος. Quam suam emendationem uterque confirmari credidit hoc nostro loco, putans ad ναὸς οὐ μέγας subaudiendum esse nomen Bacchi seu Iacchi. Quae quo firmiori talo starent, Salmasius hoc nostro loco legendum censuit ᾠκοδόμηται δὲ οἱ κατὰ τὴν ὁδὸν ναὸς οὐ μέγας· id quod tanquam certum plures sequuti sunt, veluti Chandlerus in Itin. p. 260 sq. Sturzius ad Empedocl. p. 655. Lobeckius in Prol. I de Thriis Delphic. p. 8. nobis autem semper visum est alienum esse a Pausaniae mente, proximis verbis satis declarata. Nec cum Vulgata non conspirant Dom. Calderini et Amasaei interpretationes; ille enim sic: *in via aedes strata est, quem (quam) Cyamite fabarii appellant.* εἴτε τινὰ ἐπευφήμησαν ἥρωα Vulg. — ἐφήμησαν — Vatic. εἴτε τινὰ οὕτως ἐπευφήμησαν ἥρωα Clavier tentavit. Nos pro ἐπευφήμησαν scripsimus ἐπεφήμισαν ex emendatione T. Hemsterhusii ad Lucian. I p. 24 Amst. qui ad hoc verbum supplet τῇ τῶν κυάμων σπορᾷ, interpretans: *compertum autem nihil habeo dicere, primusne hic Cyamites fabas severit, an huic*

*invento heroem quendam Cyamitae titulo donatum inscripserint*; et laudat hos similes locos e Pausania I, 41 extr. V, 1, 5. adde VII, 23, 6. Philostr. v. Apollon. V, 6 ἐπιφημίζοντες αὐτοῖς (ὄρεσιν ἐμπύροις) γίγαντας. Not. ad Hellen. nostra p. 277 sq. sed inprimis Lobeckius ad Phryn. p. 596 sqq. de h. v. consulendus est. *Cyamiten heroem* agnoscunt etiam Photii Lex. atque *Λεξ. ῥητορ.* in Bekkeri Anecd. p. 274. Ergo Καλαμίτης ἥρως e Demosthenis orat. de corona §. 40 p. 306 Harl. (270) huc non vocandus erit. Ager, in quo ejus fanum fuit, dictus est ἡ Κυαμῖτις teste Plutarcho in v. Isocratis, ubi Isocratis discipulis accensetur paulo ante a Pausania memoratus *Theodectes Phaselites*, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας, οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὴν Κυαμῖτιν πορευομένοις κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα, τὰ νῦν κατερηρειμένον. Illud addo, si hic Κυαμίτης et ille Καλαμίτης in Demosthenis l. c. fuerit idem, Demosthenem e Pausania corrigendum esse. ὅτι τῶν — λέγω. Hic σφίσι refertus ad initiatos. τὰ Ὀρφικὰ an hic sint Orphei τελεταί (v. Fabric. Bibl. gr. I, 144), incertum est. Caeterum noster locus illustratur altero VIII, 15, 1. cf. etiam quod Herodotus II, 37 de Aegyptiorum sacerdotibus tradidit.

§. 4. ἃ — ἥκει. i. e. ἃ μεγέθους εἵνεκα καὶ κόσμου μάλιστα θέας ἄξιά ἐστι. In Vatic. est καὶ Ἀλεξάνδρου φίλους. mox πρότερον δέ γε Clavierius. πρότερον δὲ ἔτι Vulg. πειθιονίκην in margine Exc. cod. Palat. ἔρωτος Facius e Vind. et Mosq. ἔρωτα Vulg. De *Pythionices* sepulcro, quod Harpalus fecit, Plutarchus in Phoc. 22 ait: διαμένει ἔτι νῦν ἐν Ἑρμεῖ (v. Plut. Thes. 11 et ibi Leop.), ᾗ βαδίζομεν ἐξ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα. In Mosq. deest ἐστι post ὁπόσα Ἕλλησιν, ut 48 extr. Δηΐονος Mosq. Vatic. Clavier. *Deionis* Dom. Calderinus, ut X, 29. Δηϊονέως Vulg. ut apud Apollod. II, 4, 7. Strabo X, 456. Eustath. ad Iliad. p. 308 et Suid. συνεξελθόντα Vatic. Aldina. συνεξελόντα correxit Xylander, quod deinde receptum est pro germano, sed adversatur ei tum lectio Mosquensis συνεξελθόντι, tum interpretatio et Dom. Calderini *una cum Amphitrione ad Teleboas venisse*, et Amasaei *cum Amphitryone ad Teleboas profectum*. Ex quibus omnibus intelligitur, veram lectionem esse hanc: συνεξελθόντα λέγουσιν Ἀμφιτρύωνι ἐπὶ Τηλεβόας. Quibus illa similia sunt et Epaphroditi in Etym. M. v. Κεφαλλ. σὺν Ἀμφιτρύωνι στρατεύεται κατὰ Τηλεβόων et Strabonis l. c. Ἀμφιτρύωνα δεῦρο στρατεῦσαι μετὰ Κεφάλου. De *Telebois* cf. Baylii Dict. τὴν νῆσον — ἐξ Ἀθηνῶν. cf. Not. ad Hellenica p. 114. Κεφαλλήνεια Vatic. Χαλκίνος Vindob.

*Chalcinus et Deactus* Dom. Calder. *Humi currentem triremem* interpretati sunt *draconem*. Gedoynus intelligit lacertam ternis utrinque pedibus, tanquam remis instructam, et ideo cum trireme comparatam; forsan lacertam anguinam sex pedes habentem. *Poècilus* neque a Strabone neque a Plinio memoratur. A nonnullis putatur esse qui nunc vocatur *Agios Elias*, via sacra euntibus ad orientem situs. Pro φαίνεσθαι est ἐπιφαίνεσθαι in simili re III, 22, 9. Hoc *Veneris* templum circiter 6463 passus distat ab Athenis, si vera retulit W. Gell in Itin. p. 32. τεῖχος κ. λ. Hic murus spectatu dignus esse potuit, quod, ut Goldhagenus monuit, ex rudibus lapidibus artificiose factus esset.

---

## CAPUT XXXVIII.

§. 1. Ῥειτοὶ Vulgata, Hesychius, Suidas, Phavorinus, Etymologicum M. Ῥῖτοι Herodianus in Etym. M. et Scholiasta ad Thuc. II, 19. sed Ῥεῖτοι Thucydides ipse l. c. quod secutus sum, nam ῥειτοὶ *fluentes* adjectivum est apud Phavorinum v. ῥείτης. *Rhiti* D. Calder. *Rheti* Amas. »the Rhiti are insignificant streams« Walpolii Turk. 333. Gellio dicuntur *two lakes*. θάλασσά ἐστιν ὅ σφισι Mosq. θάλασσά ἐστι σφίσι Vulg. χαλκιδέων ος Vind. I et II. Mosq. Vatic. ὑπὸ τῆς γῆς Clavier. ἀπὸ τῆς γῆς Vulg. κοῖλος interdum de situ *humili et depresso*. cf. Not. ad Hellenica p. 271. Euripid. Cresph. n. XII. Haec opinio de Rhitis repetitur II, 24, 7. Ad radices Aegalei in mare exeunt referente Dodwellio I, 2 p. 85. Eos sacros fuisse Cereri et Proserpinae, Hesychius quoque tradidit. οὗτοι δὲ Mosq. δὲ a Vulgata abest. Usque ad *hos terminos* Gell. 8113 passus numerat, profectus Athenis.

§. 2. Καὶ διαβᾶσι κ. λ. »After the Rhiti commences the plain of Thria or Eleusis; from the Rhiti to Eleusis is a distance of an hour and a half« Walpolii Turkey p. 333. Hujus *Croconis*, qui Celei gener fuit, nihil nisi posteros, τοὺς Κρονωνίδας, et fratrem spurium *Coeronem* invenio memorari ab Istro apud Harpocrat. v. Κοιρωνίδαι. Coeron et Crocon dicuntur filii fuisse Triptolemi in Bekk. Anecd. 273. adde ib. 1102. Σαισάρᾳ Vatic. Goldhagenus, Clavier, ut Sylburgius conjecerat propter §. 3. et Hesychii atque Phavorini hoc testimonium: Σαισαρία ἡ Ἐλευσὶν πρότερον. *Saesara* Amasaeus. *Bassara* Dom. Calderinus. Βαισάρᾳ Vulgata. Σκαμβωνιδῶν Vulg. Σκαμμωνιδῶν Vatic. Σκαβωνιδῶν Vind. I. Σκαμ-

βωνιδῶν Clavier, ut Sylburgius correxerat. cf. Hesych. κυφ-μην. ἄτραπ. In Suida est Σκαμωνίδαι, sed Stephanus Byz. Harpocratio, Photius et Phavorinus β inserunt, ut Hesychius l. c. G. Gellius quaerit in Itin. of Gr. p. 19, an Scambonidae inter Eleusinem et Kastiam, vicum infra Parnethem in Thriasio campo situm, fuerint. adde p. 24. 83.

§. 3. Eumolpus *Chionides* Ovidio ex Ponto III, 3, 42. adde Lycurg. adv. Leocr. 24, 2. οὐδὲν αὐτοῦ πεποιημ. Mosq. Vatic. αὐτοῦ πεποιημένον οὐδὲν Vulg. ἀγήνωρα Vatic. Ἰμμάραδος Εὐμόλπου Mosq. Vatic. καταλύονται κ. λ. cf. II, 14, 2. et Schol. Aristid. in Creuzeri Symb. IV, 344. Βαισάραν Mosq.

§. 4. Ἱπποθόωντος Sylburgius correxit e Steph. Byz. Hesych. et Suida. adde Harpocr. v. Ἀλόπη et quos laudavit Creuzer in Symb. IV, 352 sq. Ἱπποθόόντος Vulg. Ἱπποθόαντος Vatic. cf. Creuzer l. c.

§. 5. Hic *Cephissus ad Eleusinem* probe distinguendus est ab *attico* 37, 2. quem Pausanias h. l. τὸν πρότερον vocat. Distinxit etiam O. Mueller in Ersch. et Grub. Enc. 6 p. 217. et Ed. Dodwell. in Reise durch Griechenl. I, 2 p. 85. 297 sq. *Eleusinium Cephissum* memorant Bartholdy in Bruchst. zur Kenntn. d. heut. Griechenl. p. 227 et Chateaubriand in Reise von Par. n. Jerus. I, 104. eumque nunc vocari referunt *Saranta Potamoi* i. e. quadraginta fluvii. Sponius narrat, nunc dici *Nero is to palaeo milo*. Dodwellio teste sylvester quidam tractus inter Eleutheras et Athenas *Saranta Potamoi* vocatur. cf. ad §. 8. Ad hoc Cephissorum discrimen significandum pertinent etiam quae sequuntur πρὸς τούτῳ τῷ Κηφισσῷ. Pro vulgato καὶ παρ' αὐτῷ καλοῦσιν Ἐρινεὸν scribendum quispiam putet: καὶ τὸ παρ' αὐτῷ καλοῦσιν Ἐρ. Valckenarius post αὐτῷ insertum voluit ὃ, et laudavit Abresch. Thucyd. 839. [Vulg. bene habet. v. Ind. ad Greg. Cor. p. 986. *G. H. S.*] »Turn to the left at the end of the hill of Eleusis, perhaps anciently called Erineos, 1966 yards from Eleusis.« W. Gell in Itiner. of Greece p. 13. *Proserpinam ex Attica raptam esse*, narraverat Phanodemus. v. Fragm. p. 6. Apud Plutarchum Thes. 11 hic latro *Procrustes* cognominatus, vocatur *Damastes*.

§. 6. Προπυλαία Ἄρτεμις est forsan eadem, quae in Prooem. h. Orph. 45 appellatur Ἑκάτη εἰνοδία, τριοδῖτις. Apud Hesychium et Phavorinum est πρόπυλα ἡ Ἑκάτη, ubi πρόπυλα videtur idem esse quod προπυλαία, nisi ita legendum sit. Adde ex VIII, 36, 7. 37, 3 apud Arcades ante templum Despoenae aedem fuisse Dianae Ἡγεμόνης cum ejusdem simulacro, faces tenente, et Aegyptiis quidem Dianam Cere-

ris filiam dictam esse, nec dubitabis credere, Proserpinam hic nomine προπυλαίας Ἀρτέμιδος cultam esse. Hoc si sumamus, Neptuni cognomen *patris* h. l. referendum erit ad Proserpinam, cujus ille perhibebatur pater VIII, 37, 7. Alia videtur esse Lobeckii de hoc loco sententia, isque legi velle πατρῴου pro πατρός de Tritop. I p. 4. Lectio Mosq. καὶ Ποσειδῶνος πρός potest quidem explicari: *et praeterea Neptuni*, cf. Herod. VIII, 29, potest vero etiam corrupta videri non potius ex πατρῴου quam ex πατρός. De *Callichoro* Meursii Eleus. c. 3. Spanh. ad Callim. h. in Cer. 16. Gellii Itinerary p. 13 Callichorum ponit ubi »on the North side of the hill of Eleusis a well, surrounded with ancient blocks.« Ῥάριον scripsi sine spiritu aspero et προπαροξυτόνως. v. Schol. Venet. et Lips. quae laudavit Hermannus ad Hom. h. in Cer. 450, et Lex. περὶ πνευμ. ad Ammon. p. 242. Ῥαρίον vulgo. Prope φρέαρ Ἄνθιον (c. 39, 1) fuisse campum Rarium putat W. Gellius, v. ejus Itiner. of Greece p. 14. τὸ ὄνειρον illud, cujus mentio facta est 14, 2. malo igitur et Goldhagenus *ein Traum*, et Clavier *un songe*. ὁπόσων Facius, Clavier, ut Valckenarius vulgatum ὅπως ὧν correxerat in Diatr. in Eurip. *quorumcunque visu arceantur*. μετεῖναι e Xylandri correctione. μήτ' εἶναι Mosq. Aldina. De *Eleusine* et vetere et recente W. Gell's Itinerary of Greece p. 26. »three hours or 12098 paces distant from Athens« ibid. p. 30 sqq.

§. 7. *Eleusis de Eleusine heroe appellata*. v. Mezir. ad Ovid. I, 348. et de *Dairae*, cui propria sedes in mysteriis Eleusiniis fuit, interpretationibus variis Eustath. ad Iliad. VI p. 648 (510), Phavor. Etym. M. et Tzetz. ad Lyc. 708—710. Adde Phanodemi Fragm. p. 7 sq. 81. Daira Eleusinis mater etiam apud Eustath. ad Iliad. IV p. 347. *Oceani* filia dicta est forsan ut Stygis soror, ab aliis *Ogygi* ad summam ejus vetustatem indicandam, vel quod Ogygus Eleusinis ferebatur conditor. v. Castor et Jul. African. apud Meurs. de Pop. Att. Ἐλευσίνιοι—τῶν ἡρώων. Kuhnius assentientibus Clavierio et Lobeckio καὶ μάλιστα emendavit. Lobeckius ipse de Bello Eleusinio P. I p. 6 conjicit: Ἐλευσίνιοι γὰρ ἀρχαῖοι, ἅτε οὐ προσόντων σφίσι γενεαλόγων, ἄλλα τε πλάσασθαι δεδώκασι, καὶ μάλιστα κ. λ. Clavierio οἱ λόγοι γενεῶν fuerunt *ouvrages sur les genéalogies*, nobis sunt γενεαλογίαι et sensus: *Eleusinii prisci quum genealogias non haberent, fingendi occasionem dederunt quum alia, tum inprimis quod attinet ad heroum stirpes*. Omnino diversas esse Graecorum narrationes ἐπὶ τοῖς γένεσι Pausanias monet VIII, 53, 2.

§. 8. usque ad 39, 1 de duabus viis ab Eleusine ducentibus in Boeotiam et Megaridem. »From Eleusis is a road into Boeotia two hours across the plain to the north, then trough a part of Mount Parnes; beyond is the plain of Eleutherae.« Walpolii Turkey p. 334. adde 332. »Trough Saranta Potamoi the road runs to Thebes by the plain of Eleutherae, which forms a division in Mt Cythaeron.« Gell's Itin. of Gr. p. 18. *Πλαταιῖς* Vind. I et II. Facius, Clavier. *Πλαταιῖς* Vulg. cf. II, 6, 2. et Lobeckius ad Phryn. 41. *Ἐλευθερεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἦσαν*· an haec sana sint dubitamus, putantes hoc Pausaniam voluisse dicere: *τοῖς Βοιωτοῖς ἐν Ἐλευθερεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἦσαν*. De his *τὸ ξόανον* — *τὸ ἀρχαῖον* cf. 20, 2. 29, 2.

§. 9. Pro vulg. *περὶ δὲ τῆς πηγῆς* in margine Vatic. *ἐπὶ δὲ τῆς πηγῆς* legitur. *τὸν ποιμένα*, illum, cujus haec narratio mentionem faciebat, veluti apud Apollod. III, 5. *Eleutherae* etiam IX, 1, 3, sed *Eleuther* quoque reperitur, de qua varietate cf. Wolf ad Hes. Theog. p. 70

---

# CAPUT XXXIX.

§. 1. *ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα.* »From Eleusis to Megara a distance of four hours.« Walpolii Turkey p. 334. seu »of 3 hours 10 minutes« referente Gellio in Itin. of Gr. p. 13 ss. qui addit: »20 minutes from Eleusis a well and source, possibly that anciently called Anthios. Blichi, supposed the ancient Anthios in the Rharian plain.« *Ἄνθιον* Aldina, Clavier. *ἄνθινον* Francof. Kuhn. et Facii ed. e Xylandri correctione. *floridus* D. Calder. Amasaeus. *Παρθένιον* Ruhnkenius conjecit scribendum esse ex Hom. h. in Cerer. 99. quia ibi Ceres dicitur consedisse ad *Παρθένιον φρέαρ*· sed alii idem transferebant ad Callichorum. v. Meursii Eleusin. c. 3. *γραΐ.* v. adnot. ad II, 35, 4. *ἄτε γυναῖκα γραῖαν* idem Ruhnkenius pro *ἄτε γυναῖκα Ἀργείαν* voluit ibid. ad 105. Etiam Dom. Calderinus Vulgatam tuetur. *ὑπὸ τῶν θυγατέρων.* Ovidius Fast. IV, 511. 544 *unam filiam* memorat. Hunc *Celeum* in Messenia *Cauconem* (IV, 1) nominatum volunt Creuzer et Welcker. v. illius Symb. IV, 272. *Metaneira* aliis dicitur quae hic *Meganeira.* De confusione vocum *μέγα* et *μετὰ* v. Bastius ad Greg. Cor. p. 710.

§. 2. οἱ ἐς Θήβας ut illud ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Plenius est I, 34, 3 τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείων. Eadem brevitate dixit τὸ ἐκ βαρβάρων I, 33, 1. ἐς autem h. l. i. q. ἐπί. Sic I, 29, 6 τῶν ἐπ' Ὄλυνθον ἐλθόντων. IX, 37, 2 δύναμιν συλλέξαντες ἦλθον ἐπὶ τὰς Θήβας. Ad Λαοδάμαντα κ. λ. Schneider laudavit Eurip. Suppl. 1244 cum adnot. Hermanni.

§. 3. Ἱπποθόοντα Vulg. cf. 38, 4. Κερκυῶνος Vind. I et II. Mosq. sic Nominativus est Κερκυών, ut apud Suidam et Eustathium 1827 Κερκύωνος Clavier. sed Κερκύονος fuit 5, 2. 14, 2. etiam in Clavierii editione, atque apud Phavorinum et Harpocrationem v. Ἀλόπη. Ita Nominativus erit Κερκύων ut h. l. καὶ παλαίειν — παλαίστρα omisit Vatic. Cercyonis palaestram Gell in Itin. of Gr. p. 14 removet ab Eleusine horae spatio, deficiente tertia parte. βουλομένους etiam Clavier. βουλομένοις Vulg. τέχνην εὗρε Mosq. *Palaestrices inventae* laus h. l. Theseo vindicata, ab aliis ejus paedotribae seu aurigae, Phorbanti, est tributa. De v. παλαιστικὸς v. Phrynichus. δὲ post πρότερον abest a Mosq. τοσαῦτα — ἀνήκοντα. Hic est finis τῆς Ἀτθίδος συγγραφῆς. Est hic locus de instituto, quod Pausanias in scribendo sequutus est, et conferendus cum III, 11, 1, ubi pro τὰ πολλὰ est πολλὰ καὶ οὐκ ἄξια ἀφηγήσεως, et pro τὰ ἐς συγγραφὴν ἀνήκοντα ibi dixit τὰ ἀξιολογώτατα.

§. 4. Hinc usque ad finem hujus libri de *Megaride et rebus Megaricis*; quae hujus primi libri pars ab auctore ipso II, 19, 7 vocatur ἡ Μεγαρικὴ συγγραφή, et IX, 19, 2 ἡ συγγραφὴ ἡ Μεγαρίς. *Megarica* scripserant *Dieuchidas*, Megarensis (v. Maussac. ad Harpocrat. Leopold. ad Plut. Lycurg. 2. Schaefer ad Sch. Apoll. Rh. I, 517. inprimis Clemens Alex. Strom. VI p. 629 A.), *Heragoras* seu *Hesagoras* apud Sch. Apollon. I, 211. *Armenides* ibid. 551. cf. Berkel ad Steph. B. v. Ἀλλαρτος. Megaris priscis temporibus incolebatur quinquefariam divisis civibus per vicos, erantque illorum haec nomina: Heraënses, Piraënses, Megarenses, Cynosurienses, Tripodiscaei. Pro vulgato ἤδη Clavier conjecit legendum esse ἡ δή. Sed ἤδη munit transitum et sensus est: *Nunc excipit nos Eleusini vicina Megaris; haec quoque olim Atheniensium fuit*, ut Eleutherae 38, 8. De v. πλησιόχωρος non improbanda cf. Duker ad Thucyd. IV, 79. adde Herod. IV, 13. Πανδίονι Clavier, ut Sylburgius Kuhniusque correxerant. Πανδίονος Vulg. νεῖσος pro Νῖσος Aldina. Κορίνθου pro Κορινθίων Vatic. Νισαία Vulg. cf. 19, 5. Νείσαια Vatic. Sed nescio an Νίσεια verius sit, si, ut h. l. traditur, est de Niso factum nomen. Quam ob rem in Ovidii Fast. IV, 500 *Niseos canes* voluerunt

scribi. De *Nisi* regno Strabo IX, 392. *Nisaea* nunc *Dodeca Ecclesiais* teste Chateaubriando I p. 95, sed Villoisono in Proleg. ad Homer. p. XLIX *Palaeochorio*. Cum priore facit Chandler Itin. p. 278. Distabat a Megaris XVIII stadiis auctore Strabone 391, cum iis longo muro conjuncta. v. Wessel. ad Diod. Sic. XII, 66. *ἔδωκαν οἰκῆσαι*. Similiter Herod. III, 159 *ἀπέδωκε οἰκέειν*. Post *Φορωνέως* virgulam, quae in Vulgata est, Clavier quoque delevit. *αὐτοῖς, τότε ἀνθρώπους* Vatic. *μέγαρα* Phavorino sunt *κατάγεια οἰκήματα ταῖν θεαῖν*, Ammonio autem *τὸ μέγαρον ἡ περιῳκοδομημένη ἑστία, ἔνθα τὰ μυστικὰ τῆς Δήμητρος*. ubi adde Valcken. animadv.

§. 5. Verba *ἐν Ὀγχηστῷ—οἰκοῦντα* virgulis distinxi. cf. 42, 1. Hellanicus apud Steph. Byz. v. *Νίσαια*, et Apollodorus III, 15, 8, ubi v. Heynium de Megarei patre. *ἀφικέσθαι* [*σὺν*] *στρατιᾷ* Clavier. Sane IV, 29, 5 est *σὺν ἱππεῦσιν ὀλίγοις ἀφικομένου*· rursus apud Thucydidem I, 9 *φαίνεται ναυσὶ πλείσταις ἀφικόμενος*. Pausan. II, 8, 2 *ἀφικόμενος Σικυωνίων φυγάσι* (ubi Clavier idem tentat). IX, 13, 2 *οἱ Λακεδαιμόνιοι δυνάμει καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμμάχων ἐπὶ τοὺς Θηβαίους ἦσαν*. I, 6, 6 *Δημήτριον ἐπὶ Ῥοδίους στρατιᾷ πολλῇ καὶ ναυσὶν ἔστειλε*. cf. Matthiaei Gramm. graec. §. 400. *τὸν πρὸς Μίνω πόλεμον* etiam Clavier sed tacite edidit. *πρὸς τὸν Μίνω πόλεμον* Vulg. *διαφέρειν τὸν πόλεμον* est etiam apud Thucydidem I, 11. adde Fragm. Lex. gr. in Hermanni lib. de emend. rat. gr. gr. p. 332. *πεσόντα — καλουμένῃ*. idem tradiderat Scymnus Chius. v. Heynius ad Apoll. l. c. *Νίσᾳ καλουμένῃ* scripsimus pro vulgato *Νίσα καλουμένῃ*. Sic IV, 1, 2 *ἐν τῇ νῦν Λακωνικῇ, τότε δὲ Λελεγίᾳ καλουμένῃ*. V, 7, 8 *πρὸς λιμένι ὀνομαζομένῳ Πανόρμῳ*. ibid. §. 4 *τοῖς Ἰδαίοις Δακτύλοις, καλουμένοις δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ Κούρησιν*. VII, 5, 3 *πρὸς ἄκρᾳ καλουμένῃ Μεσάτῃ*. VIII, 24 *ἀπὸ τοῦ Ἀκαρνᾶνος τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ τὸ ὄνομα τὸ νῦν γενέσθαι τὰ πρὸ τοῦ Κούρησι καλουμένοις*. II, 28, 3 *ἐκείνοις προςήκειν σφαγεῦσιν ὀνομάζεσθαι μᾶλλον ἢ παισί*. adde I, 44, 11. 17, 2. Eadem ratio est Genitivi I, 42, 1. 4. 44, 3. Accusativi I, 40, 5. Nominativi I, 28, 8. Quos suam commendaturus correctionem Letronnius ad I, 17, 2 locos excitavit I, 2, 4. 41, 6, alius generis sunt. *δὲ* post *δωδεκάτῃ* deest in Mosq. De *Lelege* in Megaridem delato 44, 5. et de *Lelegibus* e Megaride in Messeniam a Pyla ductis, ibique Pylam condentibus IV, 36, 1. Urbs Megarorum in Ovidii Met. VII, 443 dicitur *Lelegia moenia*. De hoc *Scirone* 44, 10. Plutarchus in Thes. 10. *Πύλα Σκίρου συνοικῆσαι* Mosq. *Σκίρου συνοικῆσαι* Vatic.

nec Dom. Calderinus τοῦτον expressit. *Πανδίωνος* Vatic: *Αἰακόν σφισι δικάσας* Mosq. *Μεγαρέα δὲ τὸν Ποσειδῶνος* Vind. I et II. Mosq. Amasaeus, Facius, Clavier. *Μεγ. δὲ τὸν Πανδίονος* Aldina, Francof. Kuhn. *τὸν δὲ — εἰδέναι.* cf. 41, 5.

## CAPUT XL.

§. 1. Inter urbes *Megara* et *Corinthum* spatium est octo horarum teste W. Gellio in Itiner. p. 5. qui p. 15 sq. de urbe Megarorum, quae nunc est, dicit. *μεγέθους ἕνεκα* Mosq. *ἄξιον* pro *ἀξίαν* Vatic. A verbis *μιᾷ δὲ αὐτῶν θυγατρὶ συγγενέσθαι Δία* vocem *θυγατρὶ* alienam esse ratus, eam uncis inclusi. Nibby bene: *ed ad una di loro essersi congiunto Giove.* *Γερανείας* etiam Clavier. Sic Thucyd. I, 105. Lysiae Epitaph. c. 10 (ubi cod. Uffenb. *'Ερανεία* offert), Etym. M. Phavor. *'Ηερίη Γεράνεια* Anthol. Pal. I p. 458. *Γερανίας* Vulg. Sic et postea. cf. de hoc monte Schol. ad Thucyd. l. c. et Chandler p. 276. »The ordinary route from Boeotia and Attica into the Peloponnesus was over the summits of the mountain Gerenia, which forms the first barrier of the isthmus towards Greece.« Walpolii Turkey p. 341. Nunc Gerania vocatur Derbeni Bouno; ab ea Cythaeron distat duo ferme milliaria Britannica referente Gellio in Itiner. p. 6, Corinthus autem sex horarum spatio ib. p. 8 sqq. *οὐκ ἔχοντός πω* Mosq. Vatic. *οὐκ ἐχόντός που* Vulg. *Γερανείαν* Clavier.

§. 2. De Persis in Megaridem usque progressis consentit Herodotus IX, 14. *τῆς χώρας τραπέσθαι* Mosq. *πειθομένους δὲ στράτευμα ἐγγὺς εἶναι πολέμιον* Clavier. *πειρομένους δὲ εἰ στράτευμα ἐγγὺς εἴη πολέμιον* Cod. Phralitae. Pro vulgato *οἰομένους δὲ στράτευμα ἐγγὺς εἶναι πολέμιον* pugnant Dom. Calderinus et Amasaeus; ille *ubi cum hostilem exercitum in proximo esse suspicarentur*; hic vertit *ibi objecta hostilis agminis specie.* *τοὺς δὲ αὖθις τοξεύειν προθυμίᾳ πλέονι· τέλος δὲ αὐτοῖς ἀναλωθῆναι τοὺς οἰστοὺς ἐς ἄνδρας πολεμίους τοξεύειν προθυμίᾳ πλέονι νομίζουσιν· ἡμέρα τε ὑπεφαίνετο καὶ οἱ Μεγαρεῖς ἐπῄεσαν* Vulgata. Verba *προθυμίᾳ πλέονι* e praecedentibus perperam repetita esse, Sylburgius jam viderat. Sed hic *πλέονι* Vind. I omisit. In Vaticano ita legitur: *τοὺς δὲ αὖθις τοξεύειν προθυμίᾳ πλέονι νομίζουσιν· τέλος.* In Mosq. deest *τε* post *ἡμέρα*, quod *ἡμέρᾳ* scribitur in Ald. Francof. et Kuhn. sed Sylburgius jam correxit. Ut Clavierius ita scripsi hunc locum sequutus Domit. Calderinum, qui ita red-

didit: *quarum repercussu quoniam rupes proxima gemitum edebat, ardentiores, ut ajunt, ad sagittandum facti sunt, putantes hostium corporibus sagittas contineri: interea dies illuxit.* Post ἐπήεσαν Facius colon mutaverat in comma. Scripturam ἄνοπλος non inusitatam esse, ostendit Lobeckius ad Phryn. 729.

§. 3. Ὀλυμπιεῖον scripsimus. cf. Lobeckius ad Phryn. 371. Ὀλυμπίειον Vulg. ἐξειργάσθη τοῦ Διὸς Vind. I. Mosq. Vatic. Clavier. Articulus a Vulgata abest. ἐπιλαβεῖν saepe intransitive apud Pausaniam. cf. II, 20, 1. IV, 7. 12, 6. 26, 6. VIII, 53, 1. Pro τοὺς οἴκους Jacobsius in Exercit. 2 p. 186 τοὺς ἐνοίκους voluit. Sed οἱ οἶκοι τῇ χώρᾳ et τοῖς κοινοῖς oppositi, non sunt *tecta*, verum potius *familiae* i. e. patres familias cum suis. Sic εὑρήσομεν καὶ τοὺς οἴκους ἰδίους πρὸς εὐδαιμονίαν πλεῖστον ἐπιδόντας, καὶ τὰς πόλεις μεγίστας γενομένας. Isocr. Pan. 30. τῷ δὲ ἀγάλματι — Μοῖραι. Quod de h. l. nuper Boettigero scripsi, id forsan secundo Amaltheae volumini insertum legetur. *Aurum in facie hujus Jovis eburnea* interpretati sumus comam frontis temporumque auream, nondum his Callistrati de Narcisso lectis: ἐκ λίθου λευκοῦ πεποιημένος κόμαις ἐπιχρύσοις ἤστραπτε. Et postea magis etiam confirmatam nostram rationem vidimus, quum in clarissimum incidissemus Winckelmanni locum, qui est in Opp. T. V p. 52 §. 12. Clavier in versione verba gravissima καὶ χρυσοῦ praeteriit; quam dissimulationem, a Letronnio non patefactam, Quatremère-de-Quincy in Jupiter Olympien p. 253 imitatus ut ille nihil de isto προσώπῳ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ scribendum putavit nisi hoc: *la tête fut en ivoire.* Heynius non minus quam hi Francogalli incertus fuit, qui aurum in hujus Jovis facie locum repererit. v. ejus Antiq. Aufs. II p. 155. τὰ δὲ — γύψου. »On fit le corps de terre et de gypse, c'est à dire, que la masse ou le noyau fut composée de terre cuite, sur laquelle Theocosme aura établi un enduit probablement de la même manière, que se font ces stucs, qui imitent le poli et la finesse des marbres.« Quatremère-de-Quincy l. l. quod an verum sit, aliorum sit judicium. ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς κ. λ. Hoc diversis modis Heynius interpretans in Antiq. Aufs. l. c. et I p. 10 dicit, quod antea negaverat. Amasaei interpretationem *In Jovis capite Horae et Parcae insistunt* sequuta est Goldhageni *Auf dem Haupte des Jupiter sind die Horae und Moerae.* Melius Clavier *au-dessus de la tête du dieu sont* et Nibby *sul capo di Giove sono.* Sed Boettiger in Mythol. der Juno p. 135 non dubitavit dice-

re: *die Parzen und Horen waren auf dem Kopfe des Gottes stehend gebildet;* nec tamen ullo modo idem mihi videri potest. Existimamus enim hoc simulacrum sedentis speciem tulisse, et Horas cum Parcis sellae seu throni postico lateri institisse, atque ita fuisse super Jovis capite dicique potuisse. Idem judicasse video Voelkelium über den gross. Temp. und die Stat. d. Jup. zu Olymp. p. 198. cf. omnino V, 11, 2. et de *Jove Moeragela* V, 15, 4. adde ex Orphei Fragm. III, 4 de Jove: ᾧ *Μοῖραι πείθονται ἀμείλικτοί περ ἐοῦσαι.* Ὥρα Mosq. *κεκρωμένην* Vulg. cf. VIII, 21, 2. *εἰς τὸ δέον*. Similiter *ἐς δέον* apud Herod. I, 119. 186. et *ἐς τὸ δέον* apud eundem I, 32. Utrumque et *εἰς δέον* et *εἰς τὸ δέον* etiam apud Suidam. ὄπισθεν etiam Mosq. ὄπισθε Vulg. cf. 18, 6. 19, 5. ὄπισθεν *τοῦ ναοῦ* est h. l. *ἐν τοῦ ναοῦ τῷ ὄπισθεν*, ut IV, 31, 9, seu *ἐν ὀπισθοδόμῳ*. Sic et Herod. IX, 117 (118) ὄπισθεν *τοῦ τείχους καταβάντες a posteriori muri parte delapsi.* ξύλα — Διός. cf. Heynii Antiq. Aufs. II, 154. adde Arnobium adv. gent. VI p. 198 de la Bar.

§. 4. Ἐνταῦθα — ἔμβολον. Videtur legendum esse Ἐνταῦθα *τοῦ ναοῦ· in eadem templi parte* Amasaeus. Nibby autem reddidit: *In questo tempio si vede*, quasi legisset *ἐν τούτῳ τῷ ναῷ*. sed cf. ad II, 37, 2. ὁ ἔμβολος est V, 15, 4, ut Herodot. I, 166. In Mosq. et Vatic. est *λαβεῖν φασι*; Vulgatam *περὶ Σαλαμῖνα* tuetur Dom. Calderini interpretatio *juxta Salamina*; sed Amasaeus reddidit *de Salamine*; quare Sylburgius et Clavier conjecerunt *περὶ Σαλαμῖνος*. Nibby *nelle vicinanze di Salamina*. *δὲ καὶ Ἀθηναῖοι* Vind. I. Clavier. *καὶ* a Vulgata abest. *Μεγαρεῦσιν ἀποστῆναι τῆς νήσου Megarensibus cessisse insulam*, ut II, 13, 1 *πολλῶν καὶ ἀγαθῶν τοῖς Δωριεῦσιν ἀφίστασθαι*. Inverso ordine *ὕστερόν φασι* Vatic. *καταστῆναι* — *Ἀθηναίοις·* retinui quidem Vulgatam, sed quum Mosquensis *ἀμφισβητοῦσιν Ἀθηναῖοι* praebeat, legendum existimo *καταστῆναι δὲ ἐπὶ τούτοις ἐς ἀμφισβήτησιν Ἀθηναίους*. Eadem haec structura legitur 18, 3. cf. 9, 9. Mox necessario scribendum fuit *κρατήσαντες*, quod est in Mosq. pro vulgato *κρατήσαντας*. Hanc quoque lectionem Mosquensem Facius praetermisit. Dom. Calderinus bene: *Sed carmine Solonis elegiaco se postea incitatos in bellum pro ea insula descendisse, victoresque eam rursus in potestatem redegisse.*

§. 5. Ἐπιστροφία Gyraldo est *Recticordia*. *νυκτὸς* Vulg. *ἐστι μαντεῖον* Dom. Calderinus, Clavier. *ἐπιμαντεῖον* Vulg. *ἐπὶ μαντεῖον* Kuhnius assentiente Valckenario conjecit Amasaeum sequutus. *Noctem* etiam Delphis oracula edidisse legimus in

graeca ὑποθέσει τῶν Πυθίων Pindari. τὸ ἄγαλμα Vatic. De *Bryaxide* Winckelmanni Opp. VIII, 308. Ὑγείαν Vulg.

---

# CAPUT XLI.

§. 1. De morte ac sepulcro *Alcmenes* Baylii Dict. De scriptura Ὀλυμπίου ad II, 26, 7. Ὀλυμπιείου Clavier. An *Μεγάροις* scribendum pro *Μεγαρικοῖς*?

§. 2. Ῥοῦν. Schneider laudavit Plutarch. Thes. 26. Θεαγένης — τρέψας Vind. I et Mosq. Θεαγενες — στρέψαι Vatic.

§. 3. αὕτη — βασιλεύοντος. De h. l. diximus in Matthiaei Miscellan. Phil. II, 3 p. 78. cf. etiam Paus. VIII, 5, 1. καλοῖτο ἂν ὀρθῶς στρατεία εἶναι Ἡρακλειδῶν Mosq. Sed in hoc codice τῶν saepe in εἶναι depravatum esse monitum est ad 31, 3.

§. 4. *Alcathous* Pelopis F. etiam ex Apollod. III, 12 extr. et Theognide 752 (772) notus est. φασι — λέοντα τὸν omisit Vatic. Τίμολκον Vat. Τίμαλον Mosq. sic etiam §. 5. et 42. στρατεύοντος Vatic. ὡς διάδοχον ἕξειν Vind. I. Sed post verba dicendi cum Accusativo et Infinitivo copulata saepe apud Pausaniam sequitur καὶ ὡς non tantum cum Optativo sed etiam cum Indicativo, veluti I, 34, 2. 19, 5. Adde V, 13, 1, ubi λέγεται geminatur, et prius cum Nominativo et Infinitivo, posterius cum ὡς et Indicativo jungitur. ἐβασίλευεν Vatic. De *Apolline Agraeo* Winckelmanni Opp. II p. 494 sq.

§. 5. οὖν post Ταῦτα μὲν omisit Vatic. ἐγὼ δὲ — πάντα σφίσιν. Pro εὕρωμαι Clavier συμφέρωμαι, Porsonus ἕψομαι conjecerunt. Nos ad πάντα animo repetentes ὁμολογοῦντα interpretamur: *non habeo autem quomodo inveniam omnia cum illis* (i. e. cum iis quae ab illis dicuntur) *convenientia*. Quae autem Megarensium adversentur narrationi, Pausanias dicit haec tria esse: 1) Μεγαρέως δὲ — ἔγραψε; 2) πῶς δ' ἂν — συμπράξοντα. 3) ὅστις — Πέλοπος. Huic ποιήσας ᾆσμα ἐς τοὺς Διοσκούρους, ὡς Ἀθήνας ἕλοιεν simile est illud V, 7, 4 ᾠδὴν Μελάνωπος ἐς Ὦπιν καὶ Ἑκαέργην ᾖσεν, ὡς ἀφίκοντο. Clavier edidit Ἄφιδναν pro Ἀθήνας, atque ita Kuhnius et Valckenarius conjecerant. Quum hoc Alcmanis carmen ipsum non exstet, quis neget, quod Pausanias affert, in eo scriptum fuisse? et quod Apollodorus III, 10, 7 narrat, Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ εἰς Ἀθήνας ἐπιστρατεύσαντες, ἐν ᾅδου Θησέως ὄντος, αἱροῦσι τὴν πόλιν καὶ τὴν Θησέως μητέρα Αἴθραν ἄγουσιν αἰχμάλωτον, quis movere sustineat? Πίν-

θαρος δὲ τούτοις τε κατὰ ταυτὰ ἐποίησε καὶ γαμβρὸν τοῖς Διοςκούροις εἶναι βουλόμενος, ἐς ὃ ἀπελθεῖν αὐτὸν Πειρίθῳ τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξαντα Vulgata. Nos distinximus post ἐποίησε, scripsimus βουλόμενον et συμπράξοντα, et post βουλόμενον majorem distinctionem adhibuimus, Heynio et Schneidero in Pindari Fragm. T. III p. 117, inprimis autem Dom. Calderino et Amasaeo praeeuntibus; ille enim reddidit: *Pindarus vero cum eadem cecinit, tum addidit, theseum optantem sororem Castoris et Pollucis uxorem ad conficiendas nuptias socium pirithoo profectum*; hic autem: *Theseum, quum affinitatem Castorum sibi expetivisset.* Similiter Libanius in Meursii Thes. c. 26 Θησέως αὐτὴν (Helenam) βουλομένου γυναῖκα ποιήσασθαι. Est autem τε — ἐποίησε, καὶ explicandum: τε — ἐποίησε καὶ ἔλεξε. καμβρὸν Vatic. ἐς ὃ *quam ob rem*, ut II, 29, 6. Herod. II, 116. αὐτὸν post ἀπελθεῖν deëst in Vind. I et Mosq. De συμπράξοντα, quod Corayus quoque et Welcker in Fragm. Alcmanis p. 20 reponi voluerunt, cf. I, 34, 3. III, 4, 2. συμπράττειν γάμον est in Plut. Thes. 30 de eadem hac re. Sensus totius loci est: *Pindarus autem his similia scripsit, et Theseum se Dioscurorum affinem esse voluisse (i. e. Helenae nuptias ambiisse): quamobrem eum peregre abiisse, Pirithoo ad nuptias, quae narrantur, praesto futurum.* Dubitamus igitur, an Clavier recte post βουλόμενος (hoc ille vitium retinuit) stellulam posuerit. ὅστις κ. λ. *quicunque generationes computavit, aperte videt, magna esse inscitia Megarenses, quandoquidem Theseus pronepos Pelopis fuit.* Megarenses enim voluerunt, Nisi, Pandione II nati, generum Megareum, Megarei autem Alcathoum, Pelopis filium fuisse. c. 39 extr. 41, 4. Iidem quum dicerent, Megarei filium Timalcum, Alcathoi, Pelope nati, aequalem et levirum a Theseo interfectum esse, miratur Pausanias, qui hoc fieri potuerit, quum Theseus, Pelopis pronepos, Timalco et Alcathoo inferior aetate fuerit. δῆλον ὡς ut δῆλον ὅτι *aperte*. συνειδέναι *videre, nosse* apud Joseph. c. Apion. II, 15. 16. Xenoph. Anab. I, 5, Paus. 9. II, 9, 7. Cum Dativo personae et Accusativo rei *scire, videre esse in aliquo aliquid, esse aliquem aliqua re*. οἱ βουλόμενοι Vatic. ἐφθαρμένων Μεγαρ. Mosq. Clavierii conjectura, post Ἦλιδος inserendum esse βασιλεῦσαι, nulla est. φαίνεται cum Participio (v. ad I, 1, 2) notissimum est. οὖν post μὲν Vind. Mosq. et Vatic. omiserunt. cf. ad IV, 17, 3. ἑτέρως Vatic.

§. 6. κατιοῦσι τοῦ ἱεροῦ Mosq. ἠθυίας Vind. Mosq. Aldina. Ἠθυίαις Vatic. Αἰθυίας scribendum esse patet ex I, 5,

3 (ubi Mosq. offert *Αἰθύας*), Lycophr. 359, Tzetza ad h. l. et Herodiano in Hermanni lib. de emend. gr. gr. rat. p. 307. cf. ad II, 34, 8. de hoc Minervae epitheto. *τιμὰς δὲ καὶ* Clavier. *καὶ* a Vulgata abest.

§. 7. *συνέβη* deest in Vind. I et II nec non in Mosq. *αὐτῶν μαχομένας* Mosq. *ἐνταῦθα* omisit. Vatic. De *Amazonico clypeo* Intrpp. ad Virg. A. I, 409. XI, 663.

§. 8. *περὶ τὰς Πηγὰς* scripsimus ex 44, 6. ubi v. adnot. Eodem modo correxit Larcher in Chronol. Herodot. *περὶ τὰς Παγὰς* Clavier. *περὶ τὰς πηγὰς* Vulg. Post *ἑλεῖν* Goldhagenus vult *δὲ* inseri, tum vero proximum *καὶ* ante *ὁ μὲν* delendum esset. An articulus ante *ἔποπα* delendus est? cf. Comm. Societ. Philol. Lips. IV, 1 p. 7. *ἐπεφήμησαν* Mosq.

---

# CAPUT XLII.

§. 1. *καὶ ἄλλη κ. λ.* »the town (Megara) on two small eminences, about two miles from the sea.« Walpolii Turk. p. 334. *τὴν* inter *γὰρ* et *ἀκρόπολιν* deest in Vind. I et Mosq. *ἐς ταύτην τὴν ἀκρόπολιν* Clavier conjecit. Vulgata corrupta est. *θεοὶ Προδομεῖς* qui fuerint, non habeo dicere; an legendum *Προδόμων* a *πρόδομος qui est, stat ante aedes? λέγουσιν* post *σφισιν* deest in Mosq. *καταθῆναι* Vind. I. *Ἀπόλλωνα — συνεργαζόμενον*. Secundum Theognidem 751 est hoc de arce intelligendum, ergo de ea arce, quam Pausanias de Alcathoo appellatam tradidit. *Δηλοῖ δέ τί μοι* Mosq. *Atticae olim pars Megaris.* v. Strabo IX, 392. 395. Plin H. N. IV, 11. p. 266 Bip. Not. ad Hellen. nostra p. 162. 257. Hinc *Alcathous Actaeus* vocatur in Virgil. Ciri 105. *φαίνεται γὰρ τὴν θυγατέρα Ἀλκάθους — πέμψαι* etiam Clavier. *φαίνεται — Ἀλκάθου — πέμψαι* Vulg. *Περίβιαν* Vind. Mosq. *κατὰ τὸν δασμὸν tributi pendendi tempore. τότε — χρουσθεῖσα.* cf. Meziriacus ad Ovid. T. I p. 448 sq. adde Virgil. l. c. *συνεργάζεταί τε* cum Clavierio ac Porsono. *συνεργάζεταί γε* Vulg. De *γε* et *τε* confusis Bastius ad Greg. Cor. p. 710. v. supra 25, 2. *τὸ τεῖχος* pro *τύχῃ* Mosq. *κατὰ — κρουσθεῖσα.* vide adnot. ad 22, 6. In hunc lapidem *κιθαριστὴν* epigramma est in Anthol. Pal. II p. 710.

§. 2. *πολλῷ μᾶλλον* Vind. I cum lectione vulgata *μάλιστα* in margine. Ad *ὁ κολοσσὸς — Αἰγυπτίαις* supplendum *ὤν*. *Syringes Aegypti* fuerunt *subterranei quidam et flexuosi secessus,* qui quem ad usum et a quibus structi sint, docet Ammianus Marc. XXII, 15 p. 324 Bip. adde Phrynichum in

Bekkeri Anecd. 64 et Schneid. Lex. gr. Deinde scripsi: *εἶδον ἔτι καθήμενον ἄγαλμα Ἡλίου, Μέμνονα ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί* pro vulgato: *ἔστι γὰρ ἔτι καθήμενον ἄγαλμα Ἠλεῖον Μέμνονα ὀνομάζουσι οἱ πολλοί.* Namque pro *ἔστι γὰρ* est *εἶδον* in Vind. I et II, in Mosq. Vatic. *ὁδόν ἐστι καθήμενον ἄγαλμα ἡλίου* in codice Phralitae. *vidi* habet Dom. Calderinus, *Εἶδον γὰρ* Clavier. Idem conjecit *Ἡλίου, ὃν Μέμνονα ὀνομάζουσιν.* sed pronomine relativo opus non est; cf. I, 43, 2, ubi similiter pro relativo parentheticum est enunciatum. Nec Dom. Calderinus legit hoc pronomen vertens: *eum plerique eleubini memnonem vocant.* *Ἡλίου* etiam Valckenarius restitui voluit. *ἔστι γὰρ ἔτι καθήμενον ἄγαλμα ἠχεῖον* seu *ἠχῆεν, Μέμνονα ὀνομ. οἱ πολλοί* Scaliger conjecerat ad Eusebium f. 25. De loco, ubi Memnonis statua posita fuerit, Strabo XVII, 816 et Asclepiodoti Epigr. in Anth. Pal. II p. 759. An corrigendum *καὶ ἔνθεν ἄχρι Σούσων*? Herodotus de Susis *τοῦτο Μεμνόνιον ἄστυ καλέεται* V, 54. *ἀλλὰ — ἦν* *At vero non Memnonem Thebani dicunt, sed esse Phamenophem indigenarum aliquem, cujus hoc signum fuerit.* In Anth. Pal. T. II p. 879 est *Φαμένωφ*, indeclinabile. Similis *Memnonis* et *Sesostris* confusio notatur ab Herodoto II, 106. A *Cambyse* fractum esse hunc colossum, legimus etiam in Anth. Pal. l. c. hinc *dimidius Memnon* Juvenali XV, 5. *ἐστιν ἀπεῤῥιμμένον* Vind. Mosq. Dom. Calderinus, Clavier. *ἦν ἀπεῤῥιμ.* Vulg. *δὲ* inter *τὸ* et *λοιπὸν* abest a Vind. et Mosq. *ἀνίσχοντος ἡλίου βοᾷ.* idem in Lucian. Tox. 27 et Asclepiodoti epigrammate laudato. *μάλιστ' ἂν εἰκάσειέ τις* etiam Clavier. Sic *εἰκάσαις ἂν θηρευούσῃ τὴν Ἄρτεμιν* II, 29, 1. *εἰκάσειέ* jam Scaliger l. c. correxerat, et legitur in Exc. Codic. Palat. *μάλιστα εἰκάσει τις* Vulg. Deinde scribendum existimamus *ῥαγείσῃ χορδῇ* seu *ῥαγείσαις χορδαῖς*, atque ita Amasaeum legisse, jam Sylburgius suspicatus est. *similem dixeris diruptae chordae lyrae aut citharae* Dom. Calderinus. De eodem Juven. XV, 5 *magicae resonant ubi Memnone chordae*, ubi Scholia male de *aenea Memnonis statua, citharam tenente*, narrant. Similia de alio Aegypti monumento saxeo et de saxis quibusdam Americae relata legimus im Litter. Bl. des Morgenbl. 1819 N. 53. Sonum hunc aëris vi in saxeam Memnonis basin, ex qua ille audiatur, effici credunt.

§. 3. *οὐκ* ante *ἔφην* haud dubie typothetarum errore omissum est in Facii ed. cf. 41, 5.

§. 4. *Periboea* (§. 1) Telamonis uxor, Ajacis mater. cf. Lobeckius ad Soph. Aj. 570 et Leop. ad Plut. Thes. 28. *Αἴαντα οὖν κ. λ.* cf. ad II, 29, 4.

§. 5. Apollo δεκατηφόρος de praedae bellicae decimis ei consecrandis. Callimacho h. in Del. 278 decimae ipsae δεκατηφόροι dicuntur. De artis operibus *Aegyptiis et Aegineticis* cf. Winckelmanni Opp. VIII p. 3 sqq. Ἀρχηγέτης ut conditor civitatis, quia Alcathoum in exstruendis Megarorum moenibus adjuverat. ὁμοίως πάντα Mosq.

§. 7. Καλλιπόλιδος recte. v. Bekkeri Anecd. p. 1192. Ἐσχέπολις Mosq. et hic et 43, 2. nec non Dom. Calderinus. Ad ἐνέκαεν Porsonus scripsit verbum κάω, haud dubie significans esse verbi ἐγκάω. Mox scribendum censemus: παίσας ἐς τὴν κεφαλὴν τῶν ἀποῤῥιφθέντων ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ξύλῳ pro vulg. ξύλων. ξύλῳ Schneider quoque cum Corayo voluit, et Amasaeus legit. ἀποῤῥιφέντων Vatic.

§. 8. Θριγχὸς Mosq. Vatic. θριγκὸς voluit Camerarius; atque hoc reperitur V, 13, 1. VIII, 31, 2 et in Etym. M. θριγγὸς Vulgata, est II, 15, 3. X, 38, 3 atque etiam II, 35, 7 in Vind. et Mosq. ἐς τὰ Vat. ἐπὶ τὰ Vulg. ἄγειν omisit Vatic.

---

## CAPUT XLIII.

§. 1. εἶναι καὶ Ἰφιγενείας Clavier. καὶ abest a Vulg. πρὸς τῇ Σκυθικῇ Vatic. Clavier. ἐν τῇ Σκυθ. Vulg. Letronnius πρὸς interpretans *in*, et vertens *les Taures peuple de Scythie*, non consuluit Herod. IV, 99, qui locus praeter cap. 103 maxime huc pertinet. αἰτίαν Clavier. αἴτια Vulg. υἱοῦ λέγουσι, quae ante γενέσθαι Vulg. habet, Vind. Mosq. Clavier omiserunt assentiente Porsono. *mortis causam senectutem et Aegialei obitum* Dom. Calderinus. τελευτὴν Vatic. De *Aegialei morte* Apollod. III, 7, 3.

§. 2. Ἐν δὲ τῷ πρυτανείῳ. Vulg. τῷ Mosq. omisit. Scripsi τεθάφθαι μὲν — τεθάφθαι δέ. nam μὲν, quod a Vulgata abest, Kuhnius recte jussit inseri; sic 42, 2 παρέσχε μὲν — παρέσχε δέ. II, 6, 2 τιτρώσκεται μὲν — ἐτρώθη δέ. I, 2, 4 ἔχει μὲν — ἔχει δέ. 16, 3 ὑπελίπετο μὲν — ὑπελίπετο δέ. 44, 11 λέγεται μὲν — λέγεται δέ. adde II, 21, 10. X, 32, 7. Herod. V, 94 ἐδίδου μὲν — ἐδίδοσαν δέ. 117 εἷλε μὲν — εἷλε δέ. Clavier scripsit τετάφθαι [μὲν] Μένιππον. Pro vulgato τετάφθαι scripsimus τεθάφθαι, ut Vulg. I, 4, 5, et Porsono praeeunte. cf. Fischer ad Weller.

T. I p. 149. Matthiaei Gramm. gr. §. 86. Sic quoque apud Lycurg. c. Leocr. 30, 5. Pro Μεγαρέως Sponius (apud Meurs. de Popul. Att. v. Ἀχαρν.) scribi voluit Μεγακλέως (Μεγακλέους) propter hanc inscriptionem Athenis repertam: Μενιππος Μεγακλεος Αχαρνευς· sed populi nomen adjectum hanc lectionem non commendat. Ἐχέπολιν. v. 42, 7. Ἀνακλήθραν Vind. Quam lectionem haec Etymologici M. p. 87 Lips. confirmant: Ἀνακληθρὶς, πέτρα ἐν Μεγάροις. ὅτι ἡ Δήμητρα καθεσθεῖσα ἐπ' αὐτῆς ἀνεκαλεῖτο τὴν κόρην· καὶ ἐκ τῆς ἀνακλήσεως τὴν πέτραν ἀνακληθρίδα καλοῦσιν. In Vulg. est Ἀνάκληθρα. καὶ ante ἐνταῦθα omisit Vatic. εἰκότα Schneider commode in ἐοικότα mutatum vult. τάφοι Μεγαρεῦσιν Vind. Vat. Clavier. τάφοι Μεγαρῶσιν Mosq. τ. Μεγαρέων Vulg. Hoc Αἰσύμνιον fuit diciturque §. 3 βουλευτήριον.

§. 3. Ὑπερίονος — Σανδίονος Mosq. *Pandione* Dom. Calderinus. τούτου — ἀλλήλων. cf. Dionys. Hal. V, 74. τῶν ἐς δόξαν — παρὰ τῶν θεῶν Mosq. idem τῶν ante πλειόνων non habet.

§. 4. δὲ post μνῆμα Vat. inserit. αὐτὴν φασιν Mosq. Ὤπιδι ex ipso Pausania V, 7, 4 et Herod. IV, 34 sq. restituendum reposuit Clavier praeeunte Wesselingio ad l. l. Herodoti, ubi pro *Heoaërga* est *Arge*; ibidem, in quo Pausanias cum Callimacho ab Herodoto discesserit, a Valckenario indicatum est, qui pariter Ὤπιδι corrigit. ὅπῃ δὴ Vulg. ὁπηδὴ Mosq. De nomine Οὖπις multus est Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 204. adde ex Schol. in Creuzeri Mel. I, 52 ἀμαλλοφόρον Οὖπιν. ἀπεκείροντο Clavier. ἀπεκείραντο Vulg. Totum hoc καθὰ — Δηλίων Dom. Calderinus omisit.

§. 5. ἔσοδον Mosq. εἴσοδον Vulg. *Coeranum* Pherecydes in Schol. Homer. Heyn. T. VI p. 648 non Abantis sed Cliti filium facit, Clitus autem fuit filius Mantii, Melampode nati. Duo hic *Coerani* distinguuntur; alter Polyidi pater, alter Polyidi filius. Ἀλκάθου Mosq. καθῆραι vulg. ὁ ante Πολύειδος deest in Mosq. De hoc Satyro Praxitelis ad 20, 1. Sylburgium sequutus post καλοῦσιν majorem, post ὀνομάζοντες minorem distinctionem posui; contrarium est in Vulgata. Διονύσιον sine dubio mutandum est in Διόνυσον· simili errore V, 26, 3 e Dionyso Dionysius factus est. Vel Διονύσιον plane tollendum; nam Δασύλλιος, ὁ Διόνυσος, παρὰ τὸ δασύνειν τὰς ἀμπέλους Etym. M. et Phavorin. Εὐήνωρ in Etym. M. p. 400 Πολυΐδου μάντεος υἱὸς dicitur. Κοιρανίνου habet h. l. Vatic.

§. 6. Ἀφροδίτης πεποιημένον Vind. Ἀφροδίτῃ πεπ. Vulg. Πρᾶξις de *rebus Venereis*; sic in Eurip. Hipp. 1004, ubi Scholiastes τοῦ λέχους οὐκ οἶδα πρᾶξιν interpretatur. Aeschines adv. Tim. p. 28 in Biblioth. class. ἐπὶ μισθῷ τὴν πρᾶξιν ποιούμενος et saepe sic ibidem. Similiter πρᾶγμα, ut apud eundem p. 25. 29. *Suada* Veneris comes, ut I, 22, 3. et Mercurius facundus in Horat. Od. I, 30. Παρηγόρα Vind. Mosq. Vatic. Παρήγορος Amasaeo, Winckelmanno, Clavierio est *Consolatrix*, Goldhageno *die ermahnende oder tröstende*; nobis videtur esse Πάρφασις, quae auctore Homero Iliad. XIV, 217 in Veneris cesto sedem habens ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων, et forsan eo differebat a Suada, quod huic ἔργα γάμοιο, illi ἔργα ἔρωτος ἐμέλησε. Παρήγορον interpretari vel Χάρμα vel Πειθώ, neque usus loquendi neque hujus loci nexus permittit. Loescherum divise legentem εἰ δὴ sequutus est et Clavierius, vertens »si toutefois ce n'est pas la même divinité sous trois noms differents« et Nibby, qui interpretatus est »seppure queste tre Divinità non sono che la stessa sotto nomi diversi.« Vulgatam εἴδη Amasaeus et Dom. Calderinus expresserunt, nec ea deserenda est, dummodo post Πόθος, ubi Vulgata virgulam ponit, plenius interpungatur. Sensus est: *ut nomina et potestates, quae iis tribuuntur, ita species (formae) iis sunt diversae*; εἴδη διάφορα Σκόπας ἔδωκεν αὐτοῖς, ὥσπερ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ἔργα, ἃ διδοῦσιν αὐτοῖς, διάφορά ἐστι. Sed ut Clavierii Nibbyique ratio everti, sic nostra confirmari videtur Ammonii loco, ubi ἔρως, πόθος, ἵμερος, ἐρᾶν et ποθεῖν distinguuntur; adde Phavorinum v. ἵμερος et πόθος. Thom. Mag. v. ἐρῶ. Lennepii Etym. ἵμερος ergo κυρίως ἐπὶ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας, *de cupiditate, quae spectat id quod adest*, ὁ πόθος δὲ ἀεὶ λέγεται ἐπὶ ἀπόντων, *de desiderio, quod pertinet ad non praesentia*. Sic Theocr. X, 8 οὐδαμά τοι συνέβα ποθέσαι τινὰ τῶν ἀπεόντων; Denique ἔρως est non tantum ἐπιβολὴ φιλοποιΐας (v. Schneid. Lex. gr.) sed etiam, ut cum Theocrito VII, 55 loquamur, εἴ τις ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτης ῥύεται, seu φιλεύντων ὁμόνοια. Gemma est, in quo nonnulli Erota, Himeron et Pothon expressos esse crediderunt. v. Winckelmanni Opp. I, 178. Alii contulerunt Plinii locum XXXVI, 4, 7: »Scopas fecit Venerem et Pothon et Phaethontem, qui Samothrace sanctissimis caeremoniis coluntur.« eum vero quomodo cum nostro concilient, haud scio an nondum invenerint.

§. 7. τὰ — ἔπη *quae de eo a poetis narrantur*. ὅμως ὄντα cum Clavierio. ὄντα, in Vulgata omissum, est etiam in

Vatic. qui ὅμως non habet. τοῖς Ἀργείοις Clavier. sed τὰ Ἀργείων *res Argivorum*. ἐπὶ Κροτώπου — φόνου τῆς Ποινῆς. Hanc fabulam fusius exposuit Statius Theb. I, 562 — 666. τοῦ πατρὸς ἰσχυρῶς Mosq. Schneider mavult ἰσχυρῷ quam quod Vulgata praebet, ἰσχυρῶς. Haec Ποινὴ fuit non *Furiarum una*, sed *monstrum quoddam caedis poenam repetens*, seu, si cum Democrito apud S. Empir. adv. Phys. IX, 19 loqui velimus, εἴδωλόν τι κακοποιόν, quod Statius ita pingit:

Monstrum infandis Acheronte sub imo
Conceptum Eumenidum thalamis: cui virginis ora
Pectoraque; aeternum stridens a vertice surgit
Et ferrugineam frontem discriminat anguis.

Pausanias, qui, ut ipse ait III, 15, 4, τὰς τιμωρίας οἱ παλαιοὶ ὠνόμαζον ποινάς, vocavit luem hic intelligendam Ποινήν, sed auctor epigrammatis in Anth. Pal. I p. 348 huc pertinentis Κῆρα. In Lindavii libello Griechenland und die Griechen p. 57 hoc legitur: »Die Griechen stellen die Pest unter einem Bilde dar, wie ihre Vorfahren es auch thaten. Es ist eine alte, schwarzgekleidete Frau, die während der Nacht auf jedes Haus, wo sie vorübergeht, ein tödliches Gift haucht.« Cum Claverio ἐς χάριν Ἀργείων pro vulg. Ἀργείοις. Sic VII, 4, 5 ἐς χάριν Δαιδάλου. ἐνταῦθα — ὁ τρίπους deest in Mosq. Γερανίαν Vulg. cf. ad 40, 1. ᾤκισε Clavier, ut Facius conjecit. οἰκίσαι Vulg. *De Tripodiscis* Strabo IX, 394. adde ad Paus. I, 39, 4. γέγρ. ἐλεγεῖα κ. λ. cf. epigramma modo laudatum Anthol. Pal. l. c. ἐστὶν post πεποιημ. deest in Mosq. cf. 37, 4.

---

## CAPUT XLIV.

§. 1. Ὄρσιππος sic etiam in Etymolog. Mag. p. 220 Lips. Ὄρσιππος Schol. min. et Ven. ad Hom. Iliad. XXIII, 683. Ὄῤῥιππος epigramma in Anth. Pal. II p. 848. Ex eodem epigrammate huc maxime pertinente pro vulgato περιεζωσμένο scribendum fuit περιεζωσμένων· sic Palmerius, Camerarius, Clavier. E proximis verbis φασὶ δὲ καὶ στρατηγοῦντα ὕστερον τὸν Ὄρσιππον ἀποτεμέσθαι χώραν τῶν προσοίκων petenda est et emendatio et interpretatio ejusdem illius, quod modo excitavi, epigrammatis medii:

ὃς δὴ πλείστους μὲν ὅρους ἀπελύσατο πάτρᾳ
πολλὰν δυσμενέων γᾶν ἀποτεμνομένων.

Est enim, quod olim a nobis in Comment. Societ. Philol.

Lips. IV, 1 p. 8 propositum est, ex nostro Pausaniae loco in hoc epigrammate ἀποτεμνόμενος legendum pro eo, quod adhuc nescio quo pacto circumfertur, ἀποτεμνομένων. Nam sensus hujus distichi est: *qui longissime protulit patriae fines multam hostium terram auferens.* Alia leges apud Jacobsium in Anth. Pal. T. III p. 945. δοκῶ κ. λ. Pausanias videtur hic refutare eos voluisse, qui dicerent, ei non volenti in currendo excidisse περίζωμα, in quibus fuit, quem sequuti sunt Schol. ad Homeri l. l. et Etym. M. auctor p. 220 Lips. qui etiam tradiderunt, eam ipsam ob causam victoria excidisse Orsippum. Iidem hunc Orsippi cursum referunt ad Olymp. XXXII. et in Etym. M. Oro auctore *Orsippus* primus dicitur nudus Olympiae cucurrisse. Dionysius Halicarnassensis Arch. Rom. VII, 72 p. 475 primum *Acanthum* narrans sine subligaculo cucurrisse Olympiade XV, videtur honorem confudisse cum Acanthi victoria Olympica ἐπὶ τῷ διαύλῳ, quae incidit in hanc Olympiadem. v. Paus. V, 8 p. 894. Quod autem Homerus ipse d. l. ζῶμα vocat, id scholiastes postea περίζωμα appellatum scribit. περιῤῥυῆναι Mosq. Clavier. περιρυῆναι Vulg. cf. §. 4. ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾷόν ἐστιν ἀνδρὶ γυμνῷ Clavier, nescio unde. Sic autem ἀνδρὸς περιεζωσμένου positum est pro ἢ ἀνδρὶ περιεζωσμένῳ. Quod quanquam ferri possit, cf. ad II, 9, 1, tamen fonte illius correctionis latente adhaerescimus Vulgatae, ῥᾴων δραμεῖν interpretantes: *expeditior ad currendum.* Haud dissimilia nostro sunt *celer sequi* seu *volvere*, *impiger vexare*, ὠκὺς seu ταχὺς διώκειν.

§. 2. εὐθείας vulg. κατιοῦσι τῆς ὁδοῦ· sic Xenoph. Cyrop. VII, 2 in. τῆς ἐπ' οἶκον ὁδοῦ ἕκαστος ἀπεχώρει· similiterque nos: *gehet eures Weges.* cf. Hermannus in Mus. Ant. stud. I, 1 p. 158. Προστατήριος Ἀπόλλων. cf. Hesych. Phavor. Sch. ad Soph. El. 637. Dorvill. ad Char. p. 349 sq. ἐκτραπέντα ἐκ τῆς ὁδοῦ· frequens Pausaniae formula. §. 6 ἐκτραπομένοις τῆς λεωφόρου. II, 36, 8 τοῖς ἐκτραπεῖσιν ἐκ τῆς εὐθείας. VIII, 44, 4 ἐκτραπεῖσιν ἐς ἀριστερὰν ἀπὸ τοῦ χώματος. adde I, 38, 8. II, 22, 9. X, 35, 1. VIII, 11, 2 et ad III, 20, 8. Praeiverat Herodotus, quem vide II, 80. Simplex est ibid. IV, 12. cf. supra ad 4, 1. ἔστιν — ἄνευρ. scripsimus pro vulg. ἐστὶν — ἄνευρ. Antea putavi post ποιήσαντος verba Αὐτὸ καὶ οἱ παῖδες eliminanda esse; nunc assentior Sylburgii sententiae, inter ἀγάλματα et ἐστὶ interponendam esse puncti notam. Nibby bene: »In esso è un' Apollo — una Diana, una Latona, ed altre statue. Prassitele fece quelle che rap-

presentano Latona ed i figli.« *ἄλλα ἀγάλματά ἐστι Πραξιτέλους ποιήσαντος, Λητὼ καὶ οἱ παῖδες* Vulgata.

§. 3. *Κάρνειον* Sylburgius conjecit pro vulgato *Καρινὸν* legendum, Goldhagenus autem opinatus est, *Καρινὸν* ductum esse de *Care* Megarensium rege cap. 39, 4 memorato; tum vero scribendum fuisset *Κάριον*, ut arx de eodem appellata *Καρία* 40, 5. *Εἰλειθυιῶν* Mosq. Vind. Vatic. Clavier. idem voluerat Boettiger in Ilithyia p. 25, ut VIII, 21, 2. *Εἰλειθυιῶς* Aldina. *Εἰλειθυίας* Francof. Kuhniana, Facii, Amasaeus et D. Calderinus. *ἐπιδείξειν παρέχετο* Vulg. sed *παρείχετο* jam Sylburgius correxit. *ἐπίδειξιν παρείχετο* Mosq. sed scribendum est *ἐς ἐπίδειξιν παρείχετο*. Sic Clavier et Porsonus. cf. II, 7, 1. 30, 9.

§. 4. *ἐστιν Νισαίου* Vatic. *Νισαίαν* Vulgata. cf. ad 19, 6. *ἐστι καὶ Μαλοφόρου* Vatic. *καταῤῥυῆναι* Mosq. Clavier. *καταρυῆναι* Vulg.

§. 5. *παρήκει—Κρητῶν*. De hac parva insula, *Minoa* dicta, v. Thucyd. III, 51. Strabo IX, 391. *παρήκειν* cum *παρὰ* ut h. l. etiam VI, 20 in. sed ibid. 19 in. cum *κατὰ* et Genitivo.

§. 6. *Παγαὶ* Clavier, ut §. 7 Aldina. cf. 41, 8. De scriptura v. Tzschuck. ad Strab. IX, 409 (446). Apud Pausan. IX, 19, 2 in. Vulgata habet *Παγαὶ*, sed Mosq. *Πηγαὶ*, ut h. l. Vulg. *Pagae* est apud Plinium IV, 11 p. 266. Bip. De earum positu v. Strab. l. c. et VIII, 380. et quod paulo post affertur: inter eas et Piraeeum fuerunt circiter CCCL stadia eodem teste p. 391. *Αἰγόσθενα* Steph. Byz. qui h. l. Pausaniae excitat, Xenoph. Hell. VI, 4, 26. V, 4, 18. Clavier, ut Berkelius, Camerarius, Volaterranus (in Ortelii Thes. geogr.) conjecerant. Accedunt codd. Mosq. et Vind. §. 8 et *Aegosthenienses* Plinii l. c. *Αἰγίσθαινα* Vulg. *Αἰγίσθενα* Vatic. »the village of Porto Gernano (ad sinum Corinthiacum) may be considered the ancient Aegosthenae. Beyond this village in the way toward Livadostro is another called Psatho, near which must have been the ancient *Pagae*. These places seem to have been situated in two gulphs formed by the projections of Cithaeron.« Gell's Itin. of Gr. p. 7.

§. 7. *ὑπελείπετο* Mosq. Vatic. *ὑπελίπετο* Vulg. Contrarium fuit 16, 3 extr. *ἴσον* Vulg. alibi *ἴσον*. De *Aegalei sepulcro* iterum IX, 19, 2. *Γλισᾶντι*· sic etiam in Vulgata IX, 8, 3. 9, 2. 19, 2. 3. sed *Γλίσαντα* IX, 5, 7, ut apud Strabon. cf. Tzschuck. ad IX, 411. Hoc posterius est Homericum, v.

Iliad. II, 504. et Scholia, Eustathius atque Phavorinus τὴν μὲν ἀκρίβειαν προπαροξύνειν τὸ ὄνομα, τὴν δὲ συνήθειαν προπερισπᾶν tradiderunt. Adde σεσημείωται ἐν τοῖς κυρίοις τὸ Γλισᾶς Γλισᾶντος περιττοσυλλάβως κλιθέν· ἔστι δὲ ὄνομα πόλεως ex Bekkeri Anecd. p. 1186. θάπτουσι κομίσαντες Mosq. Παγὰς Aldina, Clav. cf. §. 6.

§. 8. Αἰγοσθένοις Mosq. Vind. Αἰγισθένοις Vulg. cf. §. 6. ἐπειργασμένος ἐν στήλῃ. Ejusmodi artis opera sunt II, 20, 7. VIII, 9, 1. 2. 48, 1. 53, 5, ubi varia constructio notanda est; nam non modo ἐπειργασμένον ἐν στήλῃ sed etiam ἐπὶ στήλῃ, ἐς στήλην et simpliciter στήλῃ dixit, et pro his etiam πεποιημένον ἐπὶ στήλῃ, ἐκτετυπωμένον ἐπὶ στήλῃ VIII, 48, 1. 3. Quibus formulis significari videntur *effigies in columnis elaboratae et a fundo elevatae*, cf. Heynii Ant. Aufs. I p. 14. ἐπειργασμένον a Plinio redditur *caelatum*. vide 24, 7. τόδε δὴ ἄλλο Vatic. Ἐρινία τὶς κώμη (seu κώμη τὶς) Μεγαρίδος. Παυσανίας ά habet Steph. Byz. W. Gell in Itin. p. 11 ponit inter Megara et Kontoura. συμβάντι ὡς λέγεται ab Amasaeo, Goldhageno et Clavierio neglecta significant: *quae* (mors) *eo quo traditur modo acciderit*.

§. 9. *Via Megaris Corinthum ducens*. »The nearest road to the Isthmus is along the sea-shore, and the Scironian rocks. — the road from Megara into Peloponnesus is along a narrow cornice on the Saronic gulf, artificially formed in the rocks, which rise perpendicularly from the sea.« Walpolii Turk. p. 334. 341. De *Telephane* auleta v. quos laudavit Schweighaenser ad Athen. VIII, 351. λίθος κογχίτης *marmo conchite* Nibby. *marbre à coquille* Clavier. *Muschelmarmor* Goldhagenus, laudans Lesserum, qui hunc lapidem in Schwarzburgici ducatus agro Strausbergensi frequentem esse testatus sit. Schneider huc vocat λίθον κογχυλιάτην e Xenoph. An. III, 4, 10 videnturque ei hinc dicta signa Megarica Ciceronis ad Attic. I, 8 et 9. ἄλλου λίθου de alio seu vulgari marmore accipiunt.

§. 10. Σκίρων — ἐπολεμάρχει Clavier ut nos. Petrus Elmsley nimius fuit ad Eurip. Heraclid. p. 137 καὶ ἐς τόδε Σκιρώνην uncis includens. Σκιρώνην, ἡνίκα — ἐπολεμ. Vulgata. Sed si ipsum viae nomen ponere voluisset Pausanias, haud dubie cum Herodoto VIII, 71 dixisset Σκιρωνίδα· nam e Σκίρων fiebat Σκιρωνὶς, non Σκιρώνη (cf. Strabo VIII, 380 et ibi Tzsch. IX, 391), ut Μεμνονίς, Ἰωνίς, Λακωνίς. In Eurip. Heraclid. 860 sunt πέτραι Σκειρωνίδες. De *Scirone*, Megarensium polemarcho, de quo cf. 39, 5, dicta est, ut Pau-

sanias refert, *Scironis via*, sed *saxa Scironia*, ut vulgo tradunt, de *Scirone latrone.* Qualis illa via fuerit, discimus e Strabone IX, 391. ex quo loco patet, eam per saxa Scironia apertam fuisse. adde Chandler. c. 44. Sponii Itiner. lib. 6. ὁδεύειν συζώνοις Mosq. δὲ post Ἀδριανὸς Vatic. omisit. ὡς καὶ μὲν ἅρματα — ἐλαύνῃ habet idem, sed ὡς καὶ ἣν ἅρματα — ἐλαύνηται Mosq. Vind.

§. 11. De *saxis Scironiis* Plin. H. N. IV, 7. Hemsterh. ad Lucian. I, 307. *Moluris* petra pars Geraniae. In Anthol. Pal. I p. 458 est Μελουριὰς, sed in Schol. ad Lycophr. 229 Μολουρίς. ὡς ἀπὸ ταύτης κ. λ. cf. Apollod. I, 9, 1. 2. III, 4, 3. Κλέαρχον habet Tzetza ad Lyc. 229, sed Λέαρχον ab aliis dictum refert ad 22. λέγεται μὲν καὶ — λέγεται δὲ καὶ etiam Schol. Theocr. II, 3. ἐς τὴν Ἰνὼ Mosq. εἰς τ. Ἰ. Vulg. λιμὸν Vind. I. Amas. Clavier, ut Loescher conjecerat. λοιμὸν Vulg. οὐ τὸ θεῖον Mosq. Aldina, Amas. Facius, Clavier. οὐ τ. θ. Francof. Kuhn. βουλεῦσαι ἐπὶ τούτοις πᾶσι *haec omnia machinatam esse.* αὐτὴν pro αὐτὴν Mosq.

§. 12. Σκίρος — ἐτύγχανεν Vatic. ἤφλη Mosq. ἤφίει est etiam II, 5, 5. et cf. Etym. M. p. 177 (160) s. v. Ἀφίει. Auctore Plutarcho Thes. 10 crebrior fama fuit, Scironem latrocinia in viatoribus exercuisse; quod quoniam a vero non abhorrebat, quum seriori quoque aevo in his scopulis latrones viatoribus insidiarentur (v. Alciphr. III, 70. Harduin. ad Plin. IV, 7. Chandler c. 44), Strabo etiam sequutus videtur IX, 391. De hac *testudine* cf. Sch. ad Eurip. Hipp. 979. adde Heyn. ad Virg. Cir. 466.

§. 13. Facius conjecit καὶ ὕσαντά τε ἀφεῖναι, *et Jovem pluendo eos a siccitate liberasse, et hanc ob causam* Ἀφέσιον *(Liberatorem) vocari.* Clavierius autem inter Αἰγίνῃ et κομίσαντα posuit stellulam. Quibus nos missis φασὶ δὲ ἐπὶ — αὐχμοῦ conjungimus cum praecedentibus Ἀφεσίου καλουμένου· *dicunt vero eum ita nominatum esse de;* nam καλεῖσθαι ἐπί τινος non rarum est. v. Obs. Crit. ad Hellen. nostra p. 10. Post Αἰγίνῃ autem plenius interpungimus, et cum Goldhageno κομίσαντα interpretamur *cura dignatum* (κομίσαι apud Hesych. ἐπιμελείας ἀξιῶσαι. adde Etym. M. p. 526, 47.) et ἀφεῖναι *liberasse* scil. a siccitate. Sensus: *dicunt autem eum dictum esse de siccitate, quae quondam Graecis acciderit, quum Aeacus ex oraculo quodam Jovi Panellenio in Aegina sacra faceret: illum autem cura eos dignatum liberasse, et hanc ob rem Aphesium dici Jovem.* Forsan ex poeta quodam, quem hac in re sequutus est, Pausanias sumsit κομίσαντα et ἀφεῖναι.

Res haec repetitur II, 29, 6. Jovem *Ἀφέσιον* aliter interpretatur Etym. M. sed ita tamen, ut liberandi notionem adjungat.

§. 14. *Προελθοῦσι* Clavier, ut Sylburgius correxerat. *ubi processeris* Dom. Calderinus. cf. 37, 1. II, 23, 1. *Προςελθοῦσι* Vulg. In loco caesi Eurysthei consentit cum Pausania Apollodorus II, 8, 1. Alia habet Euripides Heraclid. 859 et seqq. *μετὰ ταῦτα* pro *μετὰ αὐτὸ* Vatic. *Ἔχεμον* Francofurt. Kuhn. Facius, Clavier e Xylandri correctione. *Ἐχέμονα* Vind. Aldina, Dom. Calderinus; sed quum hic suspicio est, ne sequens littera *Λ*, similis litterae *Α*, formae *Ἐχέμονα* originem dederit, tum *Echemus* vocari solet hic homo et in aliis Pausaniae locis et in Etymologico M.

# EXCURSUS

## DE VIIS, QUAS PAUSANIAS IN ATHENIS PERLUSTRANDIS VIDETUR SEQUUTUS ESSE, CUM DESCRIPTIONE ATHENARUM PAUSANIAE ATTICIS ACCOMMODATA.

Inprimis hic laudare debeo *On the topography of Athens by Mr. Hawkins* in Walpolii Turkey p. 475—516 et quod eadem de re diligentissime scripsit *C. O. Mueller* in Erschii et Gruberi Encyclopaedia T. VI p. 228 sqq. plurima enim his viris accepta refero, praecipue Muellero, cujus *Plan von Athen* nostra ejusdem urbis descriptio maxime sequuta est. Sed *The Topography of Athens with some remarks on its antiquities by Lieut. Colon. Leake* Lond. 1821 ad manum mihi non fuit.

Pausanias loquitur de duplici ad urbem aditu a Phalero et a Piraeeo; ac de priore quidem, quae via Phalerica dicta est, cap. 1, 4. cap. 2, 1. de posteriore cap. 2, 2. Quae hic memoratur porta 2, 3. 4, est de Piraeeo nominata, quam occidentali arcis lateri recta oppositam fuisse, Dodwellius quoque testatus est. Murorum hujus portae vestigia ad septentrionalem Musei radicem superesse idem refert. Ab hac porta ductae erant porticus ad Ceramicum 2, 4. Athenarum descriptionis, quam Pausanias nunc aggreditur, *tres* sunt partes distinguendae.

Pars I Ceramicum cum vetere ἀγορᾷ et quaedam ultra eum comprehendens cap. 3—14, 4. A porticu regia ad laevam conversus adscendit ad Eponymos—cap. 5. ad varia simulacra, quae ibidem erant 8, 3 et ad Martis templum 8, 5. Hinc rediens descendit ad Odeum quoddam Ilisso vicinum, 8, 6. 14, 1, ad Enneacrunon, et ad Cereris ac Dianae Eucleae templa trans Ilissum 14, 1. 4.

Pars II complectitur ea, quae arci erant versus caurum, septentrionem, ortum et euronotum. 14, 5—19 extr. Hanc

ordiens redit ad eandem illam porticum regiam, unde profectus erat in prima parte. cf. 14, 5 cum 3, 1. Inde progreditur ad templa Vulcani et Veneris Uraniae 14, 5. ad Poecilen 15. ad ἀγορὰν recentiorem 17. ad Gymnasium Ptolemaeum ac Thesei templum 17, 2. Hinc reversus ad ἀγορὰν recentiorem, confert se ad Castorum templum ei arcis parti subjectum, quae euroaquilonem spectat 18, 1. ad vicinum Aglauri fanum 18, 2. ad Prytaneum non procul ab eo remotum 18, 3. Quo relicto descendit ad inferiores urbis partes 18, 4. in quibus sunt Serapidis et Ilithyiae templa, templum Jovis Olympii, fanum Junonis Jovisque Panhellenii, et commune omnium deorum templum 18, 4 ad finem. A Jovis Olympii templo et vicino Pythii simulacro adscendit versus euroaquilonem ad Delphinium, quod in illa regione Castorum templo putatur ab ortu fuisse oppositum 19, 1. Huic Venus in hortis vicina 19, 2. extra murum ibi versus orientem Cynosarges 19, 3. infra hoc gymnasiem fuit alterum, Lyceum dictum 19, 4. Accedit ad vicinum Ilissum 19, 6, cujus per pontem transit ad Agras et Herodis stadium 19, 7.

Ex iis, quae Stuartus in Antiquities of Athens T. III p. 29 et T. I p. 8 hac de re scripsit, satis erit partem excerptam hic interposuisse: »Returning thence (from the Cynosarges) he descends along the banks of the Ilissus in the Agrae, and concludes this perambulation with au account of the stadium of Herodes Atticus. — Pausanias having finished this tour, immediatly commences his account of an other tour, on which he proceeds from the Prytaneum.«

Parte III perlustrantur ea, quae proxima arci versus meridiem erant, et arx ipsa, quibus mentio adjungitur Areopagi versus caurum arci oppositi 20—29, 1. Initium facit a Prytaneo, quod parte secunda tetigerat; ab hoc descendit ad subjectam viam tripodum, eamque ab ortu versus occasum persequutus 20, 1, ad Bacchi templum antiquissimum 20, 2; ab eo adscendit ad Periclis odeum (v. adnot. ad 20, 3) et ad theatrum Bacchi 20, 3. 21, 1, australemque arcis murum 21, 4. 5. quem legens progreditur versus occasum ad Cali sepulcrum, et Aesculapii, Themidis ac Cereris Chloës templa 21, 6—22, 3. cf. adnot. ad 21, 6. Sequitur arcis descriptio 22, 4—28, 4. unde transit ad Areopagum et vicinum Furiarum templum 28, 5. 6.

---

# ADNOTATIONES

# AD PAUSANIAE CORINTHIACA SEU LIBRUM SECUNDUM.

Hunc secundum librum Pausanias ipse vocat τὴν Κορινθίαν συγγραφὴν V, 18, 2, quanquam exigua hujus libri pars cap. 1—5, 4 de Corintho est. Sex alias ejusdem partes suis scriptor nominibus distinguit, quae deinceps indicabuntur ad cap. 5, 5. 8, 2. 15 princ. 18, 5. 26 princ. 29, 2. Corinthiaca scripserat Pausanias ante Laconica (vide III, 10, 6 extr.), Messenica (IV, 2, 3), Eliaca priora (V, 18, 2), Arcadica (VIII, 25, 6. 52, 2), Boeotica (IX, 5, 2), et haud dubie ante reliquos horum commentariorum libros, exceptis Atticis, imperante, ut videtur, Hadriano. cf. adnot. ad II, 27, 7. Corinthiaca praeter *Theseum* (v. Etym. M. v. Ἄρνη) scripserat *Eumelus* Corinthius, quanquam Pausanias incertum reliquerit, an hujus Κορινθίας συγγραφῆς Eumelus vere auctor fuerit. cf. Pausan. II, 1, 1.

## CAPUT I.

§. 1. De proverbio ὁ Διὸς Κόρινθος Demonis Fragm. p. 20. 32. ἐπεὶ δὲ Εὔμηλός τε Mosq. Vatic. *nam et Eumelus* Dom. Calderinus. An legendum ἐπεὶ Εὔμηλός γε *quoniam Eumelus quidem — dicit*, qui, ipse Corinthius, opponitur Κορινθίων τοῖς πολλοῖς. De *Eumelo* cf. Groddeckius in Biblioth. der alt. Litt. u. K. II p. 94 sqq. Larcheri Can. Chronol. et ad Pausan. V, 19, 2 adnot. Clemens Alex. Strom. I p. 333 habuit eum aequalem Archiae Syracusarum conditori, quae Olymp. V feruntur conditae esse. ὃς καὶ ἔπη Mosq. Vind. Clavier. ὃς καὶ τὰ ἔπη Vulg. ἡ γραφὴ pro ἡ συγγραφὴ Vat. ἡ Κορινθία συγγραφὴ Eumeli et ejus Κορινθιακὰ an idem opus fuerint, dubitare licet; namque τὰ Κορινθιακὰ non soluta sed vincta oratione scripta de rebus antiquissimis Corinthi fuerunt (v. Groddeckius, Schol. Pind. Ol.

13, 74. Tzetz. ad Lycophr. 174. ubi Vulgata τοῦ Κορινθίου non fuit mutanda), sed ἡ Κορινθία συγγραφὴ opus denotat prosaicum. Quum vero Pausanias II, 3, 8 ex Eumelo afferat, quae in ejus Κορινθιακοῖς legebantur, satis se probat nobis Groddeckii conjectura, illam Κορινθίαν συγγραφὴν, quam Pausanias noverit ac consuluerit, nihil fuisse nisi epitomen quandam prosaicam a Grammatico aliquo recentiore ex antiquo Eumeli carmine, τοῖς Κορινθιακοῖς, concinnatam. Quare dubitasse etiam Pausanias videtur, an ipsius Eumeli esset ista συγγραφή. neque nisi hanc epitomen suspiceris Clementem Alexandrinum legisse, quippe qui Strom. VI p. 629 A. scripserit: τὰ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον, καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι. Cum iis, quae h. l. Pausanias ex illo opere affert, cf. Eumeli versus apud Schol. Pindar. et Lycophr. ll. ll. adde Phavor. v. Ἐφύρηθεν, qui sua hausit e Schol. Apollon. IV, 1212, ubi tamen in Schol. Paris. Εὐμανίδης, non Εὔμηλος, legitur. De istis καὶ ἀπὸ μὲν κ. λ. cf. ad 3, 8.

§. 2. καὶ οἱ Κορίνθιοι Mosq. Vind. Clavier. καὶ Κορίνθιοι Vulg. Μορμίου. v. ad 2, 2. ἡγουμένου τῶν ἐπὶ στρατοπέδου Ῥωμαίων Vulgata. Sunt forsan qui putent, ellipticam hanc esse loquutionem, et animo addendum ἐλθόντων seu συνελθόντων. sed haud dubie est corrigendum — τῶν ἐπὶ στρατοπέδου Ῥωμαίων. Sic X, 1, 3 κατάπληξιν τοῖς ἐπὶ στρατοπέδου τῶν Φωκέων τηλικαύτην ἐνεποίησεν. Eodem modo corrigit Schneider. Dubius inter στρατοπέδου et στρατοπέδῳ haesit Corayus. De *Corintho* et *Carthagine* per Caesarem *restitutis* v. Strabo VIII. 382 (280), Plutarchi Caesar 57.

§. 3. *Corinthiae ordiiur enarrationem:* relicta enim Attica et Megaride pergit in Corinthiam, cujus primus locus ex Attica venientibus *Cromyon* fuit, quondam Megarensibus subjectus (v. Strabo VIII, 380) et in isthmi finibus orientalibus, seu inter isthmum et viam Scironiam positus. Ab agro Diodorus Sic. XII, 65 distinguit τὸ φρούριον, quod belli Peloponnesii tempore ibi fuit, quod Gellius in Itin. of Gr. p. 2 in orientali isthmi latere inter Corinthum et Kinetta ponit. Scripsi Κρομυὼν ob derivationem a *Cromo* (v. Wessel. ad Diod. Sic. IV, 59) et quia prima corripitur syllaba in Ovid. Met. VII, 435. Κρωμύων Vulg. sed Κρομμύων Clavier, quod Facius voluerat. ἀπὸ τοῦ Κρόμου Vulg. sed Κρόμου jam Sylburgius voluit. Articulum ante Κρόμου delevi. cf. Sturzius de Nominib. Graecor. III, p. 14 sqq. τραφῆναι λέγουσι

καὶ τὸν λεγόμενον Θησέως Πιτυοκάμπτην, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τόπον ἐστὶν ἔργον Vulgata; sed de pityocampta paulo post exponitur. τραφῆναί φασι Φαιὰν, κατὰ τὰ ἔπη, ὗν· καὶ Θησέως ἐς αὐτήν ἐστιν ἔργον Clavier. *eo loco porcam cromyoniam altam fabulantur, quam in Thesei laboribus numerant* Dom. Calderinus. Similiter Loescher hujus apri mentionem desiderans vertit: *Hic alitam ferunt suem Crommyoniam, quae inter Thesei certamina refertur: nobilem item illum latronem a flectendis piceis Pityocampten dictum.* τραφῆναί φασι καὶ τὰν λεγομέναν Vatic. In Mosq. est Θησέως κατὰ τὰ ἔπη, deinde vacuum spatium, et postea ταύτην ἐστὶν ἔργον. Clavier edidit Φαιὰν, ut est in Plut. Thes. 9, sed Φαῖαν suppeditat Stephanus Byz. et ita distinguitur ab adjectivo φαιά. φαιὸν enim χρῶμα σύνθετον ἐκ μέλανος καὶ λευκοῦ, ἤγουν μύϊνον Etym. M. Mox in Cod. Casaub. perperam suadetur, ut Θησέως deleatur. προϊοῦσι δὲ Mosq. Vatic. προϊοῦσι γὰρ Vulgata. ἄχρι γε ἐμοῦ Porsonus corrigit. ἡ πίτυς denotat illam notam, ex qua praemium Isthmiorum victoribus dabatur. Clavier reddidit: *un pin.* πεφυκει Mosq. Post αἰγιαλὸν minorem distinctionem posui. In hoc orientali littore *Melicertae* ara fuit ultra Schoenuntem versus euroaquilonem. v. Gellii Itiner. of Greece p. 2. ἀγῶνα ποιεῖν ἐπί τινι est etiam in Philochori Fragm. p. 30. Caeterum ad ista ἐς τοῦτον τὸν — Ἰσθμίων cf. ὑπόθεσιν Pindari Isthmior. praecipue tertiam, et Pausaniam ipsum I, 44, 11. adde Not. ad Hellenica p. 111.

§. 4. ἤλκε pro εἶλκε Vatic. διεσπᾶτο ὁ δεδεμένος desunt in Mosq. εἶναι κακούργων Mosq. ἐκάθηρε Vulg. ἐν Ἐπιδαύρῳ τῇ ἱερᾷ corruptum esse rati scribendum censemus ἐν Ἐπιδαυρίων τῇ χώρᾳ seu ἐν Ἐπιδαυρίᾳ. Vaticanus ἐν ante Ἐπιδαυρ. omisit.

§. 5. ἐς τὴν ἐπὶ Κεγχρέας Vulg. Forma Κεγχρέαι est apud Steph. Byz. ac Ptolemaeum; in priore similiter est Κεδρέαι. Accentu mutato scribitur Κεγχρεαὶ VII, 6, 4. apud Strabon. VIII, 380, Suidam, in Actis App. 18, 18. Rom. 16, 1. Diod. S. XV, 68. XI, 16. Lucian. quomodo hist. conscr. 29. Alia forma est Κεγχρεῖαι cap. 2, 3. in Steph. B. v. Αἴνεια. Pro Accusativo hic jam Schneider et Letronnius voluerunt Dativum poni. Λεχέω Vatic. τοῦτο — χώραν: *hoc* (refer ad praecedens enunciatum) *facit ut quod intra isthmum est, sit continens.* ὃς δὲ ἐπεχείρησε κ. λ. Locum hunc illustrat Plinius H. N. IV, 5 p. 262 Bip. προαπέλειπε Vatic. quod hujus verbi tempus est X, 20, 2. διορύσσων τὸν Ἰσθμόν Corayus bene emen-

davit. ἤρξατο cod. Phralitae. προσχώρησαι ἀρχὴν Mosq. προσχώρησας ἔργον Vind. προεχώρησαν ἀρχὴν Vulg. Quum, ut e Plinio discimus, plures perfodere navigabili alveo has angustias tentaverint, pluralem numerum non censui movendum esse. Locum, ubi Nero hoc molitus sit, Gellius in Itin. of Gr. p. 9 suspicatur a Corintho unius horae spatio deficiente quarta parte remotum fuisse in via ad Geraniam ducente. De *Mimante* Strabo XIV, 645. μόνον τοῦτο οὐ προσεχώρησε τῶν ἔργων scripsimus e cod. Paris. Phralitae. — προσεχώρησεν ἔργον Clavier. — προσεχώρησε τὸ ἔργον Vulgata. χαλεπὸν h. l. ἀμήχανον, quod posuit Herodotus IX, 16. τὰ θεῖα βιάσασθαι conferendum cum βίᾳ θεῶν.

§. 6. Τὸ δὲ pro Τοῦτο δέ. Forsan scribendum ἐμοὶ δοκεῖν. cf. ad II, 14, 2. δόντα Vind. Mosq. Clavier, Facius. δόντος priores. Similis locus est I, 89, 5. adde II, 4, 7, ex quo posteriore loco patet, quid hic sit ἡ ἄκρα ἡ ὑπὲρ τῆς πόλεως.

§. 7. Templi, quod Neptunus in Isthmo habuit, mentionem Philostratus quoque fecit in v. Soph. lib. 2 p. 550. Ruinas superesse narrat Chateaubriandus in Reise von Par. n. Jerusal. I p. 91 sq. Ad viam, quae a Corintho ad *stadium* hic memoratum et ruinas hujus templi ducit, faciendam opus est duabus horis et duodecima horae parte. v. Gellii Itin. of Greece init. Sunt hae ruinae prope Schoenuntem in orientali

os

isthmi latere. στίχον Mosq. Vind. ἐπὶ στοίχου est etiam V, 26 extr. cf. Pollux V, 4 de oleis, quae στοιχάδες dicebantur. λευκοὶ pro χαλκοῖ Mosq. De *Tritonibus* IX, 21. τὰ δ' ἔνδον κ. λ. Accuratius quam Philostratus l. c. ἐλέφαντος καὶ οὗτοι Clavier. De hoc *curru* et *symplegmate* Quatremère-de-Quincy in

Jupiter Olymp. p. 370. ἀπείργασται pro ἐπείργ. Vatic. ποιμαίνεσιν Aldina.* ποιμαίνεσιν Francof. Kuhniana, quas nos sequuti sumus. ποιμαίνισιν Vind. Mosq. Vatic. *apud* * *Poemenenses* Loescher. Sylburgius conjecit: Ποιμανίσι (quibus sub Poemenidum cognomine delubra fuerint dedicata, derivato illo vel a Poemene, Ponticae regionis monte, vel a Poemaenio, monte Macedoniae. v. Steph. Byz.) seu Ποιμανδρίσι a Poemandro aut Poemandria civitate, quod nomen olim Tanagra habuerit; Kuhnius autem πρὸς seu ἐπὶ λιμέσιν, quod reliqui sequuti sunt et posterius recepit Clavier. Etiam in Philostrati vita Apoll. IV, 5 dicuntur Nereides frequenter accedere ad Achillis sepulcrum in Troade. Δωτοῦς Mosq. Vatic. *Dotus templum est consecratum* Dom. Calderinus. Δωτοῖς Vulg.

Φωτοῖ Clavier, ut Canter Nov. Lect. IV, 1 conjecerat. *Doto* nota est ex Homeri Iliad. XVIII, 43 et Hesiodi Theog. 248. *Gabala*, si nomen non corruptum, sunt Syriae. v. Strab. XVI, 753. Steph. B. Selden de Diis Syr. 228. Apollodorus III, 7, 7 narrat Eriphyles monile et peplum Delphis dedicatum esse. ἐπὶ τῷ παιδὶ λαβεῖν· sic etiam apud Apollod. III, 7, 5, ubi de eadem hac re agitur, ἐπ' αὐτῷ δῶρα εἰληφυῖαν legendum est pro ἐπ' αὐτόν.

§. 8. Τοῦ — βάθρῳ· cf. 3, 1 et I, 27, 5. Post ἄλλα distinximus. ἀγάλματα Mosq. Vind. *simulacra tranquillitatis et maris* Dom. Calderinus. ἄγαλμα Vulg. cf. I, 23, 5.

# CAPUT II.

§. 1. ἄγαλμα Mosq. ἔστι δὲ — καλούμενον interpretandum est: ἔστι δὲ καὶ ἄλλο χωρίον τοῦ περιβόλου, Ἄδυτον καλούμενον. Etymologicum M. et Gudianum ἄδυτα interpretantur οἴκους ὑπογαίους. Formam ὑπόγεως in Schneideri Lex. pr. praetermissam in silentio codicum hic non ausus sum exterminare, quum illa etiam ad Gregor. Corinth. p. 516 ex Pseudo-Herodiano afferatur, quanquam ibi subjuncta dubitationem aliquam moveant. διαφυγεῖν τοῦ ὅρκου nihil potest esse nisi: *perjurii poenam effugere*, quanquam ὅρκος per se non est *perjurium*, ut Graevius in Lect. Hesiod. p. 594 ostendit. Sed similiter in Homeri Odyss. XIX, 396 Autolycus alios dicitur superasse κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε. cf. Not. ad Hellen. p. 262. In Vat. est ἐστὶν οἱ μηχανὴ δ. τ. ὅ. unde Schneider scribendum censet οὐδεμιᾷ ἔστιν οἱ μηχανῇ διαφυγεῖν τ. ὅ.

§. 2. καὶ δὴ *atque etiam*. Post ἀρχαῖον Clavier quoque distinxit. Pausanias *aram Cyclopum* vocat ἱερόν. θύειν ἐπὶ τῷ βωμῷ etiam 31, 6. sed ἐπὶ τοῦ βωμοῦ 12, 1. 35, 2. VI, 20, 3. Herod. VI, 81. Similiter καίειν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ Paus. II, 10, 1. 11, 7. τάφους δὲ omisit Vatic. οὐκ ἂν οὐδ' εἰ ζητοίη τις ἐπιλεξάμενος εὕροι τὰ Εὐμήλου Vulgata. Nos Clavierium sequuti sumus. Vaticanus εὕροι omisit et τὰ Εὐμόλπου affert. ὑπὸ Σισύφου Vatic. ὑπὸ τοῦ Σισ. Vulg. τὸν δέ οἱ κ. λ. Si hic locus mutilatus non est, pro ἐφ' ἑαυτοῦ necesse est ἐπ' αὐτοῦ scribatur. ἀναστάντων Mosq. Vulgatam ἀναστάντων ὑπὸ Μ. tuetur Thucydides VI, 7 ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες. Μομβίου e Sylburgii correctione pro eo, quod ante eum legebatur, Μεμμίου et hic et cap. 1, 2.

§. 3. Κορινθίοις τοῖς ἐπινείοις. Hujus duplicis Dativi exempla alia sunt V, 4, 2. VIII, 26, 4. in quibus Dativum no-

nimis proprii communi loquendi consuetudine in Genitivum verti, monuit jam Sylburgius in Kuhn. ed. p. 930. a. *Κεγχρείας* pro vulg. *Κεγχρίας* Vind. *θυγατέρα εἶναι Πειρήνην* Mosq. Vat. — *καὶ Πειρήνην* Vulg. Cenchrearum portus novem milliariis Britannicis Corintho distat, ut refert Williams. *Κεγχρέαις* et postea *Κεγχρεῶν* Vatic. Forsan legendum *μετὰ δὲ αὐτὸν*, ut referatur ad *ναόν*· idem videtur sensisse Clavier. Similis confusio §. 7. 3, 3. Pro vulgato *ἐπὶ τῷ ῥεύματι* Kuhnius legendum esse opinatus est *ἐπὶ τῷ ζεύγματι*, intelligens *in portu structum aggerem et in mare excurrentem, ubi naves appellerent forumque esset nauticum*; quod placuit Valckenario et Clavierio, qui posterior vertit: *sur la levée, qui s' avance dans la mer après le temple de la deesse, un Neptune.* Facius maluit *ἐρύματι in margine, aggere*; sed melius nobis quidem videtur esse, quod in der Neuen allgem. deutsch. Bibl. XXII, 1, 1 propositum est: *ἐπὶ τῷ χώματι*· nam *χῶμα ἐν θαλάσσῃ χῶσαι* legitur II, 29, 7, et *περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ* apud Herod. III, 60. In partibus portuum Pollux IX, 5 recenset *δεῖγμα, χῶμα, ἐμπόριον*. Hoc *χῶμα, agger*, videtur alterum istius portus brachium fuisse, sequitur enim *κατὰ δὲ τὸ ἕτερον πέρας τοῦ λιμένος*. Clavier voluit *κέρας τοῦ λιμένος*, sed *κόλπου* et *λιμένος κέρας* jam Sylburgius e III, 22, 9. 24, 1 laudaverat. *in altero portus brachio* D. Calderin. *ἀπαντικρὺ* hic etiam pro vulgato *ἀπ' ἀντικρὺ* Clavier. cf. IV, 33, 5. X, 9, 4. 10, 2. VII, 4, 1.

§. 4. *πρὸς τῇ πύλῃ*, quae erat *τοῖς ἰοῦσιν ἐξ Ἰσθμοῦ*, seu *τῇ φερούσῃ εἰς Ἰσθμόν*, ut loquitur Diogenes Laert. VI, 78. *Κράνειον* scribitur etiam in Diog. Laert. VI, 77, Suida, et Alciphron. Epp. III, 60. Lucum cupressorum et gymnasium, quod in eo fuit (v. Diog. L. l. l. Timaei Lex. et Athen. XIII, 589), communi nomine vocarunt *Craneum*. *Μελαινίδος* pro vulgato *Μελανίδος* et hic et VIII, 6, 2 scribendum fuit, ut est IX, 27, 4 atque apud Athen. XIII, 588, ubi cf. Schweigh. Accedit cognominis origo a Pausania indicata VIII, 6. *Laïdem in Craneo sepultam fuisse* testatur epigramma Anthol. Pal. I p. 370 sq. sed negat Athenaeus XIII, 589 ex Timaeo narrans, eam in Thessalia occisam propter Peneum sepultam esse. Huic quoque famae, Nostro non ignotae, suum testimonium est in Anthol. Pal. II p. 865. Verum non *unam* Laidem fuisse, sed *duas* saltem, unam *Siculam*, quae Hyccaris orta Corinthum fuerit venumdata, alteram vere *Corinthiam*, post Palmerium ad h. l. et p. 524 inprimis Hemsterhusius ad Arist. Plut. 179 p. 58. 60 docuit. adde Schweigh. ad Athen. l. c. *ᾧ δὴ — πο-*

*σίν.* hoc interpretatus est Facius in Excerpt. e Plutarcho p. 227. *ἄλλῃ* pro *ἄλλο* Vatic. Vulgatam *φαμένων* cur retinerem, nulla causa fuit idonea. Clavier reddidit *On montre. καὶ* inter *γὰρ* et *ἐς* deest in Mosq. De *Hippostrato* Palmerii Exerc. De *Hyccaris* seu *Hyccaro* Stephanus Byz. h. v. et s. v. *Εὐκαρπία.* *Ὑκκαρίων* Mosq. *ὑπερβαλέσθαι* Clavier, ut Sylburgius correxerat. *ὑπερβάλλεσθαι* Vulg. *οὕτως παρὰ* Vulg. *ὡς — Λαΐδος.* Scriptor significat, sua adhuc aetate Corinthios contendere, Corinthiam fuisse Laïda. Stephanus Byz. l. l. de eadem loquens addit: *ἣν οἱ πολλοὶ Κορινθίαν φασί.* nominatim Polemo et Strattis. v. Stephanus v. *Κραστός* et Athenaeus l. c. *ἀμφισβητεῖν* simpliciter cum Genitivo etiam 16, 5. 18, 6. X, 34, 2, sed ea potestate, ut sit *sibi tribuere, vindicare aliquid aliis contradicentibus.*

§. 5. usque ad 5, 3 de *ipsa Corinthi urbe,* et primum de *foro* usque ad 3, 2. De spatio inter Corinthum et Megara ad I, 40, 1. Homero est *Corinthus ἐν μυχῷ Ἄργεος* Iliad. VI, 152. Plinio autem IV, 5 *sexagenis ab utroque latere stadiis.* *Λόγου — ὕστερον,* pro *Ἃ* seu *Ὁπόσα δὲ λόγου ἄξιά ἐστιν ἐν τῇ πόλει, τούτων τὰ μὲν — τὰ δὲ πολλὰ ἐπὶ κ. λ. ἐρυθρῷ* Mosq. [*τὸν μὲν*] *Λύσιον, τὸν δὲ Βάκχ.* Clavier, ut Kuhnius conjecerat. Sed *μὲν* cum articulo saepe a Nostro omitti constat, cf. ad III, 11, 8. ut ambigua brevitas ei objicienda non fuerit. De cognomine *Λύσιος* IX, 16, 4. Gesner ad Orphei Fragm. XVI. Erant etiam *τελεταὶ λύσειοι.* v. Hesychius. *Lysius* Sicyone quoque cultus est. v. 7, 6. Pro vulgato *τόνδε* scribendum *τὸν δέ,* quod ante Clavierium Sylburgius vidit. *Βάκχειον* (in Orph. 53 (52) *Βακχήϊον*) Diodorus Sic. IV, 5 eum cognominatum tradit *ἀπὸ τῶν συνεπομένων Βακχῶν,* ubi *Βακχεῖος* scribitur. cf. c. 7, 6. Nobis videtur esse *ἴακχον.*

§. 6. *καὶ ἐγὼ γράψω* Clavier. *ego quoque scribam* Dom. Calderinus. *καὶ ἐγὼ γράφω* Vulg. *καθελκῦσαι* etiam Mosq. *καθελκύσαι* Vulg. *ἄλλο, ἄλλῳ* Vatic.

§. 7. *Τύχης ναός, ἄγαλμα* Vulg. *παρὰ δὲ αὐτὸν* Clavier, ut Facius conjecerat. *παρὰ δὲ αὐτὸ* Vulg. cf. ad §. 3. *ἐν ταύτῃ* pro *ἐπ᾽ αὐτῇ* Vatic. De Apolline *Clario* lectorem ad Spanhemii Comm. in Callim. h. in Apoll. 70 possumus rejicere. Distinctionem post *χαλκοῦς* non movi, nam et Apollinem et Venerem hanc Hermogenis opus fuisse, mera est Junii opinio in Catalogo pictorum, neque de hoc Hermogene quidquam apud alios legitur. *χθόνιος* 24, 5 *καταχθόνιος* dicitur. *Τὸν δὲ* refert Sylburgius p. 929 ed. Kuhn. ad enalla-

gas. ἐν ὑπαίθρῳ exemplis illustratum dedit Lobeckius ad Phryn. 252.

---

# CAPUT III.

§. 1. τῷ βάθρῳ — ἐπειργασμένα. cf. II, 1, 8. I, 27, 5.

§. 2. *Duae viae ex foro*; de priore usque ad ῥεῖ τοῦ Πηγάσου §. 5. de altera §. 5. τὴν ἐπὶ Λεχαίου Vind. Mosq. Clavier. τὴν ἐπὶ Λέχαιον Vulg. ἐπὶ *versus* in locorum nominibus nonnunquam cum Accusativo, ut §. 5. 24, 6. 25, 1, frequentius cum Genitivo junctum videtur. cf. 3, 4. 6. 2. 24, 8. I, 38, 8. Fuerunt igitur haec *propylaea* ante eam fori partem, quae spectabat Lechaeum. An vero haec quoque, ut Atheniensia, Aegyptiacorum dicentur imitamina? εἰσιοῦσιν *petentibus propylaea*. Valckenarius hic laudavit Abresch. Thucyd. 639.

§. 3. Μετὰ δὲ αὐτὸ ante Facium, qui αὐτὸν e Vind. et Mosq. restituit. *Pirene*, ut ait Strabo VIII, 379, *fons fuit sub vertice Acrocorinthi effluxu aperto carens, semperque plenus aquae pellucidae ac potabilis*. Eodem teste erant qui dicerent, *inde et ex aliis quibusdam per cuniculos sparsis venulis ad radicem montis fontem arctatum erumpere, qui effluat in urbem*. Quod idem se audisse testatur Pausanias II, 5, 1. In nostro loco est Pirenes ἐκρυσις ἐς τὴν κάτω πόλιν ornata aedificio intelligenda. Formae ὕπαιθρος exempla attulit Lobeckius ad Phryn. 251. βάπτειν Phavorinus quoque interpretatur χρώζειν, χρωματίζειν. Locus χαλκός γε οὐκ ἔστι Loeschero videbatur depravatus, non item aliis. γε inter χαλκὸς et οὐκ Mosq. Vind. Clavier omiserunt. Nibby non male vertit: *affermano, che il bronzo detto Corintio, mentre è infuocato e caldo, riceva da quest' acqua il colore. Imperciocchè i Corintj non hanno bronzo.* ἔστι γε δὴ καὶ Vulg. γε abest a Mosq. ἔτι δὲ καὶ Clavier. ἔστι τε δὴ καὶ Porsonus. περίβολος, *septum*, in quo hoc Apollinis simulacrum positum fuit. τὸ Ὀδυσσέως Vind. Mosq. Vatic. Angelicus, Clavier, Porsonus. τὸ τοῦ Ὀδυσσ. Vulg.

§. 4. Redit in viam, quam ingressus erat §. 2. ἐπὶ Λεχαῖον Vind. Vitium εὐθεῖαν e Kuhniana in proximas edd. transiit. εὐθεῖαν Ald. Francof. Mercurius κριοφόρος est IV, 33, 5. V, 27, 5. IX, 22, 2. cui ultimo loco Pausanias ut nostro addidit interpretationem, quod de eodem in τελετῇ Μητρὸς narratur, silentio premens, τὸν δὲ — οὐ λέγω. *fide*, si-

*lentia sacris Cybeles* Virg. A. III, 112. Lobeckio judice De Mysteriorum graecorum argumento P. II hic λόγος ἐν τελετῇ Μητρὸς λεγόμενος est »ille haud sane verecundus de testiculis arietis a Mercurio ad placandam Cereris iram projectis, quo illa induceretur ad credendum, stupratorem suum, Jovem, hanc sibi ipsum admissi flagitii irrogasse poenam.« Idem laudat Clement. Alex. Adm. p. 11 Sylb. et p. 6 Alexandri opinionem explodit. Quod si sequamur, videtur Δήμητρος pro Μητρὸς scribendum esse, quod Kuhnius jam voluit. Praeterea, si placet, cf. Boettigeri Vasengem. I, 2 p. 97 sq. Winckelmanni Vers. e. Allégorie cap. 2 p. 40. Mitscherl. ad Horat. I, 2, 41.

§. 5. De *lapicidinis Crocearum* cf. omnino III, 21, 4. ex quo loco et ex Stephano Κροκέαις scribendum fuit; idem voluerunt Berkelius ad Stephanum, Meursius in Lacon. II, 18, Ortelius in Thes. geogr. et Facius. *in glareis* Dom. Calderinus. Κρόκαις Vulg. ὕδατος· καὶ ὃ Vulg. ἐκ Στυμφήλου, quod Facius e Mosq. et Vind. pro ἐκ Στυμφύλου reposuit, etiam Vatic. et Angelicus. θέας δὲ μάλιστα — Πηγάσου. Haec Goldhageni emendatio est, ego ἡ tantum post ἄξια inserui. Sic apte sibi respondent κρῆναι δὲ πολλαὶ μὲν et θέας δὲ μάλιστα ἀξία. Similiter θέας ἀξία πηγὴ VIII, 13, 2. Ex Vulgata θέας δὲ μάλιστα ἄξια παρὰ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ὁ Βελλεροφόντης ἔπεστι, καὶ τὸ ὕδωρ ὃ δι᾽ ὁπλῆς ἵππου ῥεῖ τοῦ Πηγάσου Clavier ὃ ante δι᾽ ὁπλῆς exclusit, quod Facius voluerat. Ἑτέραν δὲ ἐκ κ. λ. *de altera via ex foro.* cf. §. 2. ἑτέραν δὲ ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὴν ἐπὶ Σικυῶνα ἐρχομένοις ἐστὶν ἰδεῖν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν Ἀπόλλωνος· καὶ ὀλίγον ἀπωτέρω κρήνη καλουμένη Γλαύκης· Vulgata. ναὸν pro ναὸς Vind. Hinc Facius corrigendum putavit ἰδεῖν ἐν δεξιᾷ. sed tum scribendum quoque esset κρήνην καλουμένην. Clavier edidit: Ἑτέραν — ἐστὶν ἰδεῖν. Ἐν [δὲ] δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς καί, et Ἑτέραν retulit ad κρήνην vertens: *Vous en verrez une autre en prenant la route,* male; nam Ἑτέραν — ἐρχομένοις scil. ὁδὸν sunt jungenda et opposita praecedentibus §. 2. Ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐξιόντων τὴν ἐπὶ Λεχαίου. Nobis placuit haec censoris in der Neuen allgem. deutschen Bibl. XXII, 1, 1 emendatio: ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς — Ἀπόλλωνος, καὶ· nam ex ἐστὶν ἐν δεξιᾷ fieri potuit ἐστ᾽ ἰδεῖν δεξιᾷ et inde ἐστὶν ἰδεῖν δεξιᾷ. Similiter ἐν ante ἀριστερᾷ corruptum vidimus I, 35, 1.

§. 6. Nexus: ὀλίγον ἀπωτέρω κρήνη — καὶ ὑπὲρ ταύτην τὴν κρήνην τὸ καλούμενον Ὠιδεῖον. Hinc usque ad capitis

finem *de Medea ejusque liberis*. In verbis ὧν ὀνόματα μὲν σφισι Μέρμερος καὶ Φέρης Sylburgius p. 925 ed. Kuhn. et Vigerus de idiot. p. 171 dicunt σφίσι abundare; sed σφίσι referendum est ad Corinthios, ut sensus sit: *quorum nomina apud eos sunt*. cf. ad I, 24, 3. nam apud Hesiodum Theog. 1001 unus ejus filius memoratus Μήδειος nominatur. De *Mermeri* nomine v. Schneid. Lex. gr. *Pheres* etiam Iasonis patruus appellatus est. v. Homeri Odyss. XI, 259. ὑπ' αὐτῶν ἐφθείρετο i. e. ὑπὸ λοιμοῦ δι' αὐτοὺς γενομένου ἐφθείρετο. Parmeniscus enim in Schol. ad Eurip. Med. 273 (276) postquam narravit, Medeae liberos supplices ad Junonis Acraeae templum confugisse, ibi autem ad aram a Corinthiis interfectos esse, addit λοιμοῦ δὲ γενομένου εἰς τὴν πόλιν, πολλὰ σώματα ὑπὸ τῆς νόσου διαφθείρεσθαι. Hoc πρὶν ἢ — κατέστησαν illustrant atque confirmant Parmeniscus l. l. Euripides in Med. 1381 sq. (1369), Scholiastes ibi, et Anthologia Pal. I p. 408. θυσίαι τε αὐτοῖς Mosq. Vind. Clavier. θυσίαι τε αὐτῶν Vulg. Pro Δεῖμα Porsonus voluit Δειμώ. cur? Δεῖμον Homerus Iliad. IV, 440 persona induit. Hoc Δεῖμα videtur φόβητρον seu μορμώ fuisse, et isti puerorum sepulcro appositum, ut intelligitur e verbo ἐπεστάθη. nam dixerunt στήλην ἐπιστῆσαι τάφῳ et ἐπίστημα λίθινον. Caeterum ἀνειδωλοποιοῦσι τὸν φόβον notum est e Clem. Al. Protr. p. 16. ἀπολουμένων Mosq. Vind. σφίσι refertur ad Medeae pueros, nam ἀποκείρεσθαι est *tondere sibi comam*, ut I, 37, 2. Sic VIII, 41, 3 παῖδες ἀποκείρονται τῷ ποταμῷ τὰς κόμας. in quibus simpliciter Dativus, sed I, 37, 2 cum ἐπὶ positus est; rursus autem ibidem τῷ Σπερχειῷ κερεῖν τὴν κόμην.

§. 7. φαρμ. ἐπιβ. Θησεῖ. cf. Plut. Thes. 12. καὶ ἐξ Ἀθην. *etiam Athenis*, ut antea Corintho. Ἀρία etiam in Ptolemaeo constanter, sed in cod. Bibl. Coisl. semper Ἀρεία. In Stephano "Αρια, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως, Περσικὴ χώρα, ὡς Ἑλλάνικος. De Media etiam Aria dicta cf. Bocharti Phal. lib. 3 c. 14 p. 220. His autem παραγενομένη — αὐτῆς paria leguntur in Herod. VII, 62. Apud Stephanum Media de Medeae filio, Medo, nominata dicitur. Penultimam v. Ἑλλάνικος Tzetzes modo corripuit, modo produxit. v. ejus Posthom. 14. 778. nam varia fuit derivatio. v. Phavorinus. sed in Bekkeri Anecd. p. 1369 producitur. Κερκύραν Vulg. quanquam Sylburgius jam monuerat de accentu mutando. cf. I, 11, 6. 12, 2. Ἐριώπιν Ἰάσονι Clavier. Ἐριώπιν Ἰάσονος Vulg. Ἐριώπην Vind. Mosq. Ἐριῶπις, μεγαλόφθαλμος, καὶ ἡ Ἀγχίσου γυνή. Ἐριώπιδος, εὐώπιδος Hesychius. κέ-

ρα e Kuhnii correctione. *ultra* Dom. Calderinus. πέρας Vulg. De *Cinaethone* ad 18, 5. Hic in Aldina Μήδειαν est pro Μῆδον, forsan pro Μήδειον, de quo cf. ad §. 6.

§. 8. Versus ipsi ex Eumeli Corinthiacis huc spectantes sunt in Schol. Pindari Olymp. XIII, 74. ad Lycophr. 174 et correcti in Biblioth. der alt. Litt. u. Kunst II, 96. Apud Tzetzam quartus versus est corruptus, nam Ἀσωπὸς primam producit. Eumelo igitur auctore Solis et Antiopes filii fuerunt Aeetes atque Aloeus, et huic quam Asopus, illi quam Ephyre habuerat terram Sol dedit. Aeetes autem in Colchidem migrans (sive non contentus suo regno, sive oraculo jussus illuc abiit. v. Schol. Pindari l. l.) terram suam ut depositum suis liberis, si qui rediissent, reddendum tradidit Buno (ut Hercules Spartam Tyndareo apud Diod. S. IV, 33). Buno mortuo Epopeus Aloei F. Asopiam addidit Ephyraeae. Epopei filius, Marathon, qui in Atticam migraverat, patris, quum mortuus esset, regnum divisit inter filios suos, et Sicyoni Asopiam antea appellatam (cf. cap. 5, 1. 2), quae de eo Sicyon, Corintho autem Ephyraeam prius nominatam, quae de eo Corinthus appellata est, dedit. cf. cap. 1, 1. ὑπολιπομένου Exc. codic. Palat. ὑπολειπομένου Vulg. cf. I, 16, 3. II, 17, 7. 36, 5: τὸ δὲ ἀεὶ κ. λ. Scholiastes Pindari l. l. refert, Medeae, quum Corinthi esset, amore captum esse Jovem, sed illam ejus cupiditati Junonis metu non satisfecisse, quamobrem Junonem ei promisisse, se ejus liberos immortales redditurам. τικτόμενον Mosq. Angelicus, Clavier. γινόμενον Vulg. εἰς ante τὸ ἱερὸν Angel. omisit. φανευθεῖσαν Angel. ἀποπλέοντα δ' ἐς ex Angelico, quod Sylburgius jam voluerat. *sed Iolcon enavigavit* Dom. Calderinus. ergo distinguendum post συγγνώμην, hinc autem, quod idem Sylburgius jam suaserat, parentheseos finis post οἴχεσθαι proferendus. δὲ post τούτων in epanalepsi, ut I, 37, 1. ubi v. adnot. παραδοῦσαν Σισύφῳ τὴν ἀρχήν. At Sisyphus antiquior fuit, quam ut ei Medea Corinthi regnum tradere potuerit: sed hujus quidem erroris Pausaniam accusare non poterant, relata ab Eumelo referentem. ἐπεξελεξάμην, quod etiam Schneider in Lex. gr. dubiae fidei esse significavit, haud dubie mutandum in ἐπελεξάμην. Confusa sunt ἐπελεξάμην et ἐξελεξάμην (v. I, 22, 7. II, 4, 2), et inde subnatum hoc ἐπεξελεξάμην.

---

# CAPUT IV.

§. 1. Χαλινίτιδος — χαλινόν· cf. omnino Pindari Ol. XIII, 90 sqq. 115. Πήγασος Hermanno de myth. Gr. antiq. est *Pagulus*, a verbo πηγνύειν dictus i. e. *pangere*, et significat *navem*. Idem senserunt Palaephatus et G. Vossius de Theol. gent. lib. 3 p. 1268 sq. ἄγαλμά οἱ Vind. *ejus simulacrum* Dom. Calderinus. οἱ a Vulgata abest. Vulgatum ἀκρόποδές mutandum esse in ἄκροι πόδες Lobeckius jam animadverterat; v. ejus Phrynichum p. 608. cf. ad 11, 6.

§. 2. usque ad §. 4 extr. inseruntur pauca de *Bellerophonte*, *Sisyphi filiis ac posteris*, *Corintho a Doriensibus occupata*, *posteris Aletae et Bacchiadis*, *Cypselo et Melane*.

Pindaro quidem l. l. Bellerophontes βασιλεὺς dicitur, Pausanias autem negat eum αὐτοκράτορα βασιλεῦσαι Κορίνθου, sed subjectum fuisse dicit Proeto atque Argivis; quam in rem Homeri affert testimonium ex Iliad. VI, 159 Ζεὺς γάρ οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ ἐδάμασσεν. Bellerophontem caesi Belleri caussa Corintho Argos ad Proetum fugisse (Tzetza ad Lycophr. 17), Pausanias praetermittit, commemorans tantum ejus in Lyciam migrationem, et addit, post ejus discessum Corinthios non minus quam antea subditos fuisse potestati Argis vel Mycenis regnantium; quod exemplo illustrat a Troicis repetito temporibus. Hinc patet, qui Bellerophontes Argivis potuerit heroibus inseri II, 27, 2. Hunc Proetum Clavier putavit regem Corinthi ac diversum fuisse a cognomine Argorum rege; v. ejus Hist. de prem. temps de la Grece I, 68. 65 et Notas ad Apollod. sed hoc neque cum Homero neque cum Pausania congruit. ἐπελέξατο Angel. Exc. cod. Palat. ἐξελέξατο Vulg. cf. I, 22, 7. δυναστεῶν Vind. Mosq. Clavier. δυνατεῶν Vulg. εἴδῳ — στόλου. Apud Pindarum Ol. XIII, 81 Corinthii dicuntur γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέως Ἑλέναν κομίζοντες. adde Homeri Iliad. II, 570. τε — δὲ est etiam V, 14. VII, 10, 1.

§. 3. οὕτι pro οὗτοι Angelicus. Qui nostro Ὀρνυτίων, aliis Ὄρνυτος vocatur. v. Schol. ad Eurip. Orest. 1087 p. 465 sq. Matth. et Marcian. Per. 15. Scholiastes Apollonii III, 1093 duos tantum Sisyphi filios memorat, Almum et Porphyrionem. Eadem Ornyti filiorum nomina apud Schol. Euripidis, sed de Phoco paulo aliter narrat. ἐπὶ Θυραίαν Vulg. ἐπὶ Τιθορέαν Sylburgius correxit. ἐς Τιθορέαν Clavier edidit. Similiter ἀποικίζειν cum εἰς III, 12, 5, quem locum Porsonus attulit. Ἵππου pro Ἱππότου Angel. De *Aletae* majoribus Apollod. II, 8, 3. Quintum eum ab Hercule fuisse, alii quoque

testantur v. Intpp. ad Vellej. I, 3. Sch. ad Pind. Ol. XIII, 17. Pro *Βάκχις* in Sch. Apollonii IV, 1212 est *Βακχίας* et *Βάκχιος*.

§. 4. τοῦ δε pro τούτου δὲ Angel. *Βακχίδαι* Vind. Mosq. Aldina. Et hanc et alteram formam *Βακχιάδαι* bonam esse, adnotarunt Sylburgius ad V, 17. Wesselingius ad Diod. S. T. II p. 625. Tzschuckius ad Strab. VIII p. 378. *Βακχιάδαι* est in carmine apud Parthenium c. 14 a Porsono laudatum; est etiam apud Apollonium Rhodium IV, 1212. De his *bis quinque generationibus, Telestae morte, sublato regio imperio et Bacchiadis Corintho pulsis* cf. Larcherii Chronol. Herod. c. 16. adde Aeliani V. H. I, 19. *Τελέστην* etiam Clavier, ut VI, 14, 1 et in Diod. S. T. II p. 635. *Τελεστὴν* Vulg. Telestae pater *Aristodemus* etiam in Eusebii Chronico, sed apud Diodorum S. l. c. *Aristomedes* vocatur, quod nescio cur Simsonus in Chron. cathol. A. M. 3226 sequi maluerit. *κτείνουσιν* vulgo. De *Eetione* et *Cypselo* v. inprimis Herod. V, 92 et ibi Wessel. qui simul de *Prytanibus* Corinthiorum agit. *ἐξέβαλλε* Angel. *ἀπόγονος ἦν Μέλανος*. cf. ad V, 18, 2. De forma *Μέλανος* Bekkeri Anecd. p. 1421. *Γονοῦσης* Angel. Vind. Clavier, ut est V, 18 extr. *Γονεούσης* Vulg. *Γονοῦσσης* seu *Γονοέσσης* Sylburgius correxit. *Gonusse* Dom. Calderinus.

§. 5. Redit oratio ad templum, de quo §. 1 dici coeptum erat. *ἐς*, quod Vulgata habet ante *τὴν ὄψιν*, abest a Mosq. et Exc. cod. Palat. Sic *οὗτος οὐδέπω ὥσπερ νῦν ἀργαλέος ὢν τὴν ὄψιν, ἀλλ' ἔτι χρήσιμος* Aesch. adv. Tim. p. 80 in Bibl. class. *ἐστι ἔτι τὴν ὄψιν* Angel. *aspectu minus grata* Domit. Calderinus. *ἄτοπος* alias de *odore gravi*, ut V, 5, 5. X, 38. Thucyd. II, 49. *Καπετωλίου* etiam in Etym. M. p. 446 Lips.

§. 6. τοῦδε οὐ πόῤῥω Clavier conjecit, et Letronnius *ἔστιν οὐ πόῤῥω*. cf. 31, 5. *a theatro magno intervallo distat* Dom. Calderinus. *Ὑγεία* Vulg. cf. ad I, 23, 5.

§. 7. usque ad 5, 2 extr. de *Acrocorintho*, de quo cf. Strabo VIII, 379. 381. *Summas caput Acrocorinthus in auras tollit, et alterna geminum mare protegit umbra* Statius Theb. VII, 106. De contentione Solis et Neptuni cap. 1, 6. De *Briarei* nomine Hermanni, Buttmanni et Creuzeri opiniones in hujus Symbol. II, 429. *Πελαγίαν* dixerunt Isin ut *dominam ventorum et servatricem navigantium*. v. Lucian. Dial. Deor. 3 et Dial. Deor. marin. 7. adde Winckelmanni Opp. VIII, 134. *δύο — ἕτερον* Sylburgio interprete *alterum delubrum sine ullo epitheto nude Serapidis delubrum vocabatur, alterum Se-*

rapidis *Canopitani*. Serapidis templum *Canopi* apud Strabonem XVII, 801. *Πεποίηται βωμὸς* Angelicus. *Ἀνάγκης καὶ Βίας*. cf. Mitscherl. ad Horat. C. I, 35, 17. Dea *Ἀνάγκη* ex Herod. VIII, 111, *Βία* autem ex Aeschyli Prometheo vincto nota. De *thronis* hujus generis Heynii Antiq. Aufs. I, 69. *λίθων καὶ αὐτὴ καὶ* Mosq. Angel. Clavier. *λίθων καὶ ἡ στήλη καὶ* Vulg. *Βουνοῦ* antea, quod correxit Sylburgius. *Βουνία* Angel. Juno *Βουναία* aliis de loco, ubi culta est, videtur nominata esse *Ἀκραία*. v. Eurip. Med. 1379 et Sch. ad 273. Apollod. I, 9, 28. adde Suidam v. *αἴξ*. *Veneris* aedes in summa arce fuit. *ἡ κορυφὴ ναΐδιον ἔχει Ἀφροδίτης* ait Strabo VIII, 379. *Venus armata* Laconum more. cf. III, 15, 8. 23, 1. De *Amore arcum gerente* Boettigeri Andeut. zu 24 Vortr. p. 169. indices ad Winckelmanni Opp.

---

# CAPUT V.

§. 1. *Τὴν δὲ πηγὴν κ. λ.* Huc pertinet Onesti epigramma in Anth. Pal. II p. 76. Praeterea cum Nostro conferenda Scholia ad Eurip. Med. 69 et ad Callimachi h. in Del. 78. Similia de *aquis datis* X, 8, 5. III, 25, 2. quae quod in magnis beneficiis praesertim illo tempore numerantur, nemo mirabitur. *ὄπισθεν* Mosq. cf. I, 40, 3. III, 17, 5. *ὄπισθε* vulgo. *μηνύει τε οὕτως* Aldina. *Sisyphi* poenam dantis imago X, 31 p. 876. *τὸ ἐν τῇ πόλει* Mosq. Clavier. *τὸ* abest a Vulgata.

§. 2. *ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Φλιασίας* Vind. Mosq. — *ἐκ τῆς Φλ.* Vulgata. *ῥέων δὲ διὰ τῆς Σικυωνίας ἐκδίδωσιν* Clavier. *ῥέων δὲ καὶ διὰ τῆς Σικ. ἐκδ.* Mosq. *ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Σικυωνίας καὶ ἐκδίδ.* Vulg. *ταύτῃ* Clavier, ut Kuhnius correxerat. *ταύτης* Vulg. cf. X, 8, 5. V, 7, 3. De *Asopo Phliasio*, qui idem Sicyonius vocatur, cf. Strabo VIII §. 24 p. 382. IX, 408. Paus. II, 15, 1. Spanh. ad Callim. h. in Del. 78, et de *Asopo* hujus fluvii inventore Paus. II, 12, 6. Fabulam Phliasiorum de prole hujus Asopi habet etiam Diod. S. IV, 72. *Αἴγειναν* Mosq. ut II, 29, 2. *De Theba Thebae nominatae*. cf. IX, 5, 3. *οὐ τοῦ παρὰ Φλιασίοις* Vind. Clavier. *non illius qui in Phliasiis est* D. Calder. *οὐ τοῦ Φλιασίου* Vulg. *ἔπηλυ καὶ οὐκ ἐγχώριον*. Sic Suidas v. *ἔπηλυν· διακρίνων τὸν ἔπηλυν λαὸν ἀπὸ τοῦ ἐγχωρίου*. Aldinae exemplo Dresdensi allevit aliquis: *ἐπήλυδα καὶ* legendum censeo; sed quanquam hujus Adjectivi Neutrum me alibi legere non memini; tamen

non assentior. Maeander in mare exit Μιλήτου τε μεσηγὺ καὶ εὐρυχέροιο Πριήνης teste Dionysio Periegete. Ἴνωπον Vulg. Kuhnius notavit Amasaeum, qui Inopum dixerit *amnem*, quum *fons* fuerit, et laudat Cas. ad Strab. XVII init. Sed apud ipsum Strabonem X, 485 nec non in Etym. M. et Gudiano est ποταμὸς Ἰνωπός. adde Schol. ad Callim. h. in Dian. 171. De re, quae hic tangitur, cf. Spanh. ad Callim. l. l. et ad h. in Del. 206. Pro vulgato ἐς ἕλος in Mosq. est ἐς τέλος· idem in suo codice legit Dom. Calderinus: vertit enim *denique terra conditus*. Inde eruimus lectionem ἔς τε ἕλος. Simillima autem sunt illa Philostrati v. Apollon. I, 14: εἰσὶ δὲ οἵ φασιν, ἐς ἕλος ἀφανίζεσθαι τὸ πολὺ τοῦ Εὐφράτου, ubi additur, audacius loqui dicentes, αὐτὸν ὑπὸ τῇ γῇ ῥέοντα εἰς Αἴγυπτόν τε ἀναφαίνεσθαι καὶ Νείλῳ συγκεράννυσθαι.

§. 3. Τραπεῖσι τὴν ὀρεινήν. cf. I, 4, 1. Εἰλειθυίας Clavier, ut Facius voluit, scilicet *ut scripturae ratio in Pausania sibi constaret*. Probabiliora sunt, quae et Wesselingius ad Herod. IV, 35 et Schaefer ad Gregor. Cor. p. 911 sq. adnotarunt. *Tenea* κώμη τῆς Κορινθίας. v. Strabo VIII, 380, qui Aristotelem sequens credidit, cognationem quandam Teneatarum esse cum Tenediis, eamque probari cultu Apollinis apud utrosque simili.

§. 4. ἀλλὰ τὴν ἐπὶ Mosq. ἀλλὰ ἐς τὴν ἐπὶ Vulg. ἐποιήσαντο Mosq. Vind. τὸν ναὸν· de hoc articulo cf. ad I, 15, 2.

§. 5. usque ad 14 extr. de *Sicyonia*, quam hujus libri partem Pausanias ipse τὰ ἐς Σικυωνίους VIII, 52, 2, τὴν Σικυωνίαν συγγραφὴν III, 10, 6. IX, 5, 2 et τοὺς Σικυωνίους λόγους IV, 29, 1 appellat. De *Menaechmo* Sicyonio, qui Sicyonia scripserat, v. Vossius de Histor. graecis I p. 66. De Sicyonia cf. Strabo VIII §. 24. 25 p. 382. Pausanias primum refert breviter Sicyoniorum priscas narrationes et historiam usque ad 7, 1, de quibus cf. Vindingii Hellen.

Σικυώνιοι δὲ κ. λ. Hunc locum videmur iis, quae leguntur VII, 1, 2, illustrasse in Notis ad Hellenica p. 144 sq. καλεῖται καὶ νῦν Mosq. οἰκίσαι Clavier. οἰκίσαντα Vulg. L. Vives ad Augustinum de C. D. 18, 2 hoc ita reddidit: *ipsumque Aegialam urbem primam in illo agro incoluisse*. De urbe *Aegialea* ad c. 7, 1 et de nomine ejus ad c. 6, 2. Ad hoc Minervae templum redit c. 11, 1. Tres primos Sicyoniae reges *Aegialeum, Europem et Telchinem* habent etiam Clemens Alex. Strom. I, 321. atque Eusebius in Chronico; primum et secundum Augustinus l. c. Sicyoniam olim *Telchiniam* nominatam esse tradit Stephanus v. Σικ. et Τελχ. Εὔρωψ fa-

ctum ex *Εὐφύου*. v. Phavor. *Ἀπων* — *Ἄπις* restitui ex Aeschyli Suppl. 268 sqq. (ubi *Ἀπία* primam producit, quae in *ἀπίη γαίη* apud Homerum corripitur) Anthol. Pal. II p. 345. Theocrito XIV, 13, et Pausania ipso V, 1, 6. cf. Buttmanni Lexilog. I, 68. *Ἀπιν* — *Ἄπις* Vulg. De hoc Apide Peloponnesum appellatam esse, Eusebius quoque in Chronico scripsit. Hunc Apidem alii Argivorum regem et Phoronei filium faciunt, itaque hunc Sicyonium rejicit Marshamus in Canone Chron. p. 85. *Ἄπιος* Mosq. sed *Ἄπιδος* est V, 1, 6, in Etym. M. ac Stephano. *Thelxio* apud Augustinum l. c. *Telexion* vocatur, sed apud Eusebium *Thelasion*. Apollodorus autem II, 1, 1 et Tzetza ad Lyc. 177 in hoc nomine consentiunt cum Pausania. *Aegyrus* Eusebio est *Aegidius*. *Thurimachum* etiam ab Eusebio nominatum alii *Thuriachum* vocarunt teste Augustino l. c. 18, 3. Post *Leucippum* ab Eusebio et Augustino inseritur *Mesappus*, qui *Cephisus* a quibusdam dictus est auctore Augustino de C. D. 18, 4. Hunc L. Vives putavit in matrimonium duxisse Calchiniam, Vindingius autem regnum administrasse, Perato nondum adulto. Pro *Perato* apud Eusebium et Augustinum 18, 6 est *Erastus* seu *Eratus*. *Plemnaei* iterum mentio fit 11, 2 atque etiam apud Augustinum c. 7 et Eusebium. Post *ἴσχει Πλημναίου* majori opus erat distinctione. Pro *ἴσχει* Sylburgius *εἶχε* vel *ἴσχε* voluit, sed Pausanias saepius Praesens cum Praeteritis copulavit, ut I, 17, 4. IX, 5, 8. 6, 1. II, 23, 1. adde Fr. A. Wolfium ad Suet. Octav. 76. Caeterum *ἔλεον ἴσχει* L. Vives ad Augustinum 18, 2 reddidit: *quoad Ceres oleo remedium adhibuit*. Similis error memoratus est ad I, 17, 1. *Κορωνός*· *Κορωνοῦ* Vulgata, perperam. cf. ad Gregor. Cor. 595. adde Homeri Iliad. II, 746. Apoll. Rh. I, 57. Orphei Argon. 189. *κορωνὸς* Adjectivum est. v. Etym. M. In Eusebii Chronico Orthopolin excipiunt Marathus, Echireus, Chorax.

---

# CAPUT VI.

*Reliqui Sicyoniorum reges* recensentur; eorum series et nomina in Eusebii Chronico sunt: *Epopeus*, *Laomedon*, *Sicyon*, *Polybus*, *Inachus*, *Phestus*, *Adrastus*, *Polyphides*, *Pelasgus et Zeuxippus*. cf. ad §. 3. 4.

§. 1. *Epopeus* Aloi filius cap. 1, 1. 3, 8. Idem apud Hyginum F. 7. 8 Epaphus Sicyonius vocatur. Epopeus et Aloeus Apollodori I, 7, 4 videntur esse alii. Vulgatam *πρὸ τοῦ*,

quam confirmant Exc. Cod. Pal. revocavit Clavier, Facius enim e Vind. πρὸ τούτου intulerat. πάντα χρόνον ἐπτελέσασιν Mosq. Cum Vulgata consentiunt Exc. cod. Palat. τὸν πάντα χρόνον scripsit Herodotus II, 13.

§. 2. ὄνομα *nomen clarum, celebre,* ut IV, 36, 4. *Antiope Nyctei* filia Hygino quoque F. 7. 8. et Straboni IX, 404. Hic Nycteus Chthonii, qui unus ex Spartis fuit, seu Hyriei filius cum fratre Lyco propter caedem Phlegyae exulatum abierat Hyriam, Boeotiae oppidum; inde Thebas reversi propter cognationem cum Pentheo locum inter cives recuperarunt. Ex hujus Nyctei filia altera Nycteïde Polydorus Thebarum rex procreavit Labdacum. v. Apollod. III, 5, 5 et ibi Heynius. In Cypriis carminibus, in quibus etiam de Antiopes et Epopei rebus expositum est, dicitur Antiope Lycurgi filia in Biblioth. der alt. Litt. u. Kunst T. I Inedit. p. 24, pro quo Λύκου volunt substitui. καί οἱ καὶ φήμη προςῆν· ita commode inter se conciliavit narrationes de duabus Antiopis Nyctei et et Asopi in Scholiis Apollonii I, 735. Ab Apollonio ipso l. l. ut in Asii qui sequuntur versibus Asopi filia dicitur. οἱ φήμη προςῆν· similiter VIII, 32, 3. Πλαταιΐδα, cf. I, 38, 8 et Lobeckius ad Phryn. 41. θρασύτερα Mosq. θρασύτερον Vulg. Λύκον παραδίδωσιν ἄρχειν, cf. ad I, 6, 8. 8, 6. Videtur τὸν Πολυδώρου scribendum esse. De *aede,* quam Minervae Epopeus exstruxit, 11, 1. ἐπ' ἐξειργασμένῳ *post eam perfectam.* ἐπεξεργασμένων Vind. ἐπεξεργασμένῳ Mosq. In eadem hac formula peccatum est III, 18, 6. ὡς pro ὥστε. cf. ad 13, 3. ἡ δὲ — τίκτει, cf. I, 38, 9. καὶ ἐπὶ τούτῳ πεποίηκεν, ut Sylburgius correxerat. καὶ ἔπη τούτῳ πεπ. Vulg. καὶ ἔπη ἐς τοῦτο πεπ. Valckenarius voluit in Diatr. in Eurip. p. 58 sqq. καὶ ἔπη [ἐπὶ] τούτῳ πεπ. Clavier scripsit, assentiente Letronnio. Sed si ἔπη vera esset lectio, non deesset articulus τά, ut 12, 5 ἐπὶ τῷδε Ὅμηρος — τὸ ἔπος ἐποίησεν. Ibidem §. 6 ὁμολογεῖ — τοῦ Ῥοδίου τὰ ἔπη. 21 extr. μαρτυρεῖ τὸ ἔπος. IV, 6, 2 μαρτυρεῖ τὰ ἐλεγεῖα — λέγοντα. VII, 20, 2 Ποσειδῶνι περιέθηκε τὰ ἔπη. adde IX, 35, 1. His locis omnibus versus ipsi adjuncti sunt, qui allegantur. Ac forsan I, 12 extr. VII, 26, 6 perperam omissus est articulus. Rursus sunt loci, in quibus est ποιεῖν omisso vocabulo ἔπος, veluti II, 3, 4 καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν. VI, 25, 3 Ὅμηρον ποιήσαντα ἐν Ἰλιάδι. VIII, 18, 1 ἐν Ἥρας ἐποίησεν ὅρκῳ. adde 25, 5. IV, 13, 4. IX, 5, 5. 20, 2. Sed receptam a nobis lectionem inprimis confirmat commendatque illud IX, 29, 1 Ἡγησίνους ἐπὶ τῷδε ἐν τῇ Ἀτθίδι ἐποίησεν, pro quo ibid. 38, 5 de Ho-

mero est ἐπὶ τῷδε εἴρηκε. Mox Ἄσιος Clavier, ut correxerat Valckenarius in Diatr. p. 58 sq. et diu ante hunc Gedoynus et Goldhagenus. Ἄγις vulgo. Ἀμφιπολέμου uterque Vindob. Ἐμφιπολέμου Mosq. pro Ζῆθος Boeoti Δῆθος dixerunt. v. Bekk. Anecd. 1194. καὶ Ἀμφίονα reposuimus ex Aldina; hoc ipsum suasit doctissimus censor Choerili Naekiani in Ephem. litt. Lips. 1817 mens. Nov. p. 2230 non admittens, quam nostri loci emendationem proposuerat Naekius Ζῆθόν τ' Ἀμφίονά θ' υἱόν. Is enim offenderat in crasi κ' Ἀμφίονα, quae omnium editionum communis est, Aldina excepta. Scripturam Ἐπωπεὺς confirmat hic versus tertius; male scholia edita ad Apoll. Rh. IV, 1090 habent Ἐποπεύς. nam ab ἐπωπᾶν i. e. ἐφορᾶν factum nomen. Θήβας σφίσιν Mosq. Loco hoc ἔγημεν ἐξ Ἀθηνῶν γυναῖκα uti possumus ad alios iniqua depravationis suspicione liberandos. Primum γῆμαι γυναῖκα dixerat post Herodotum IV, 78. 154 Ister apud Athenaeum XIII, 557, ubi non fuit, cur Schweighaeuserus hanc loquutionem reprehendens propter unum codicem γυναῖκα abjiceret. Deinde, ut hic est ἔγημεν ἐξ Ἀθηνῶν γυναῖκα, sic I, 14, 2 legitur γυναῖκα ἐξ Ἐλευσῖνος γῆμαι. Eodem modo loquuti sunt Diodorus Sic. IV, 72 et Xenophon Ven. I, 9. Nec dissimile est illud γυναῖκα ἐκ Γόρτυνος λαβεῖν Paus. II, 15, 1. Qui loci Vulgatae inserviunt tuendae in hoc Pythaeneti loco apud Athen. XIII, 589 Περίανδρον ἐξ Ἐπιδαύρου τὴν Προκλέους θυγατέρα Μέλισσαν ἰδόντα Πελοποννησιακῶς ἠσθημένην — ἐρασθέντα γῆμαι, ubi varia frustra tentavit Schweighaeuserus. Formulae γῆμαι ἐκ respondet altera γῆμαι ἐς, ut γυναῖκα ἔγημε ἐς τὰ οἰκία ἐπιχωρίην apud Herod. l. l. τοὺς Ἀχαιοῦ Sylburgius correxerat e VII, 1, 3, quod Clavier recepit. τοὺς Ἀχαιοὺς Vulgata. Ἀχαιοὺς συμμαχήσοντας Vind. Ἀχαιοῖς συμμαχήσαντας Mosq. Σικυῶνα ἐκ τῆς Ἀττικῆς· Sicyon ergo tum cum pàtre Marathone in Attica versatus videtur. cf. ex Eumelo allata cap. 1, 1. Pro Αἰγιάλης forsan scribendum fuit Αἰγιαλείας, quum hoc non tantum 5, 5 legatur, sed ibi etiam Facius testetur idem hoc nostro loco in Vindobonensi reperiri. Strabo VIII, 382 sq. refert, regionem quidem Αἰγιάλειαν, urbem autem Sicyonem Αἰγιαλοὺς antea appellatam esse; Pausanias autem videtur communi nomine et regionem et urbem Αἰγιάλειαν vocasse, quanquam regionem etiam Αἰγιαλὸν nominat 5, 5. Spanhemius ad Callim. h. in Del. 73 Αἰγιάλην et Αἰγιάλειαν pro duabus diversis urbibus perperam habuit.

§. 3. *Sicyon* Eumelo quidem auctore *Marathonis* (II, 1, 1), Asio autem, cui convenit hac in re cum Sicyoniis,

*Metionis* Erechtheo nati, contra Hesiodo ipsius *Erechthei*, denique Ibyco *Pelopis* filius fuit. De *Chthonophyle*, *Phliante* et *Androdama* iterum 12 extr. Ἀνδροδήμας Mosq. Ταλαύσῳ pro Ταλαῷ Vind. et Ταλύσῳ Mosq. ἔφευγεν Mosq. *Adrastus* Talai filius Sicyonem ad Polybum avum confugit (de qua fuga est Pind. Nem. IX, 30), et Sicyone regnavit testantibus Homero Iliad. II, 572, Herodoto V, 67 et Menaechmo in Schol. Pind. l. l. Adrastum post Phaestum collocat Eusebius, et Adrastum inter Polybum et Ianiscum a Pausania insertum improbat Scaliger, sed, ut Vindingius jam animadvertit, Pausaniam adversus Scaligerum defendit Herodoti auctoritas, adde etiam Menaechmi, quorum uterque Adrastum Polybo successisse refert. Idem Vindingius Eusebium, qui pro Ianisco Inachum habet, correxit. *Phaestus* in Creta Phaestum urbem condidit. cf. Eustath. ad Hom. Iliad. V p. 520.

§. 4. Ante *Zeuxippum* Eusebius inserit *Polyphidem* (quem Augustinus quoque de C. D. 18, 19 memorat) et *Pelasgum*; idem in Zeuxippo regni Sicyonii finem ponit. Sicyonios Trojani belli tempore Agamemnoni paruisse, patet ex Hom. Iliad. II, 572, sed eosdem aliquo tempore post imperium recepisse constituto rege *Lacestade* non male suspicatus est Vindingius, qui et bene animadvertit, Lacestadem Hippolyti filium esse non potuisse, sed potius pronepotem, siquidem σύγχρονος Phalci fuerit, Temeni filio, nam a victo Hippolyto ad Phalcem intervallum esse paene integri saeculi. Deesse hic quippiam in Pausania, Loescher quoque arbitratus est. Λακεστάδης. Φάλκης δὲ ὁ Τημένου Clavier. Λακεστάδης Φάλκης. Ταμφάλκης δὲ ὁ Τημένου Aldina, Francof. Kuhn. *Phalces*. *Pamphalces* Loescher. Sed in monstro Ταμφάλκης tollendo consenserunt Amasaeus, Sylburgius, Goldhagenus, Nibbyus, Facius, qui uncis circumdedit, distinctione post Φάλκης sublata, eaque ante hoc nomen posita. Fieri potuit, ut quis in margine allineret τὰ Φάλκου, et hoc in contextam inferretur orationem. *Phalcen* Sicyonis conditorem ex Ephoro laudat Strabo VIII extr.

---

## CAPUT VII.

§. 1. Τὴν δὲ — νῦν πόλιν. cf. Plut. Demetr. 25 p. 657 Frob. Strabo VIII, 382. Hanc urbem a Demetrio conditam vel Sicyonii, vel Demetrius ipse *Demetriadem* appellavit. Quod urbis nomen cum reliquis Demetrii apud Sicyonios honoribus postea abrogatum esse, colligas e Diod. S. XX, 102.

Quae causa esse potuit, cur Pausanias istud nomen omiserit. Videtur *recentior* urbs, ἡ νῦν πόλις, vel νέα Σικυὼν (v. Tzschuck. ad Strabonis l. l.) vel denuo simpliciter Sicyon nominata esse: *antiqua*, quae hic vocatur ἡ ἐν τῷ πεδίῳ πόλις (cf. 5, 5), dicitur ἡ κάτω πόλις cap. 8, 1. De *antiqua arce*, cui §. 5 opponitur ἡ νῦν ἀκρόπολις, cf. 5, 5. et de structura ἐχόντων — διακειμένοις Vigerus p. 347, ubi simile excitatur exemplum e Boeot. 25, 3. Similiter mutatur constructio III, 13, 5. 3, 2. ἀποχρῶτο δὲ τῷ Ὁμήρῳ λελεγμένῳ Vulg. — τὸ Ὁμήρῳ λελεγμένον Vatic. Hanc ob causam Schneider quaerit an scribendum sit ἀποχρῴη δὲ τὸ Ὁμήρῳ λελεγμένον. Corayus autem ita emendandum putavit: ἀποχράτω seu ἀποχρήτω δέ οἱ τὸ Ὁμήρῳ λελεγμένον, *qu'il lui suffise ce que dit Homere*. Sed de correctione plane non est cogitandum, Pausanias enim ita loquutus est cum Herodoto suo I, 102 οὐκ ἀπεχρέετο μούνων ἄρχειν τῶν Μήδων et I, 37 ἀποχρεομένων δὲ τουτέοισι τῶν Μυσῶν, ubi ἀποχράομαι significat *contentus sum*, ut nostro loco, atque etiam cum Dativo construitur, ut h. l. Infra 11, 7 ἀποχρᾷ denotat *satis est*, ut in Bekkeri Anecd. 124. 439. Sed quod ibidem p. 428 legitur ἀπεχρᾶτο, Ἡρόδοτος ἀντὶ τοῦ ἀρκεῖν ἡγεῖτο, non satis accurate dictum putamus. περὶ — πόλεις. cf. ad I, 25, 2. τὸ λόγιον Vulg. sed τὸ Mosq. omisit. De Sibyllae responso ad Rhodum pertinente Fabric. Bibl. gr. I, 276.

§. 2. *Sicyoniam ipsam enarrare incipit.* Ad Λύκου Μεσσηνίου animo adde πεντάθλου. E Vindobonensi ἀθλήσαντα πένταθλος Facius scribendum putat ἀθλήσαντα (pro vulgato ἀσκήσαντα) πένταθλον. Sed ἀσκεῖν πένταθλον non minus bonum est quam ἀθλεῖν et μελετᾷν πένταθλον, quae leguntur VI, 3, 4. cf. VI, 21, 2. Rursus ἀσκεῖν πένταθλον reperitur apud Herod. IX, 32 et ipsum Pausan. III, 11, 6. et ἀσκεῖν inprimis dicebatur ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν. cf. Bekkeri Anecdota 217 sq.

§. 3. τὰ πολλὰ — θάπτουσι i. e. *plerumque simili modo mortuos condunt*, Clavier male reddidit: *les Sicyoniens enterrent leurs morts à peu près comme les autres Grecs*, imo illis hic ἐπιχώριος τρόπος sepulturae fuit, ut ait Pausanias §. 4, qui verbis τὸ μὲν — χαίρειν indicatur. Kuhnius interpretatus est: *rationi consentaneus est ritus, quo suos sepeliunt*, laudato Hesychio v. ἐοικότα, εἰκὸς et εἰκότα, et Nibby *seppelliscono generalmente i loco morti con molta convenienza.* Corayi conjectura οὐκ ἐοικότι a mente scriptoris videtur aliena, quam melius assequutus est Letronnius, vertens *c'est à peu près ainsi que les Sicyoniens enterrent le plus*

*souvent les morts*, et laudans de hac significatione v. *ἐοικὼς* II, 11, 4. 17, 4. *λίθου — κρηπῖδα*. cf. Casaub. ad Suet. Ner. 33, qui rejecta Amasaei *basi* graecam vocem retineri et intelligi vult *sepimentum*. Gedoynus et Clavier reddiderunt *un petit mur*, Nibby *un piano*, qui deinde pergit: *sopra questo piano ergono due colonne*. *ἐπιγράφουσιν* Mosq. Clavier. *ἐπι γράφουσιν* Vind. *γράφουσιν* Vulg. Sylburgius suspicatus, legendum esse *ἀφ' ἑαυτοῦ*, concedit tamen vulgatum *ἐφ' ἑαυτοῦ* esse posse *per se solum*. Recte; hoc seu *seorsim* significans est etiam II, 11, 8. 15, 5 extr. Herod. I, 142. 143. V, 98. cf. Vigerus IX, 4, 5. *πρόθεν* pro *πατρόθεν* Mosq.

§. 4. Hoc *Olympium* forsan simile fuit illi, quod commemoratum est I, 40, 3, ubi fuit *Ὀλυμπιεῖον*, sed v. ad II, 26, 7. *ποιήσαντι κωμῳδίας* Facius conjecit; at Vulgata *ποιήσαντι κωμῳδίαν* minime sollicitanda est; namque in rerum generibus declarandis saepe Singularis sine articulo ponitur. Ut omittam *λίθου, ξύλου, ἐλέφαντος, χρυσοῦ πεποιημένα*, inprimis illa huc pertinent: *Θεοδώρου μνῆμα τραγῳδίαν ὑποκριναμένου τῶν καθ' αὑτὸν ἄριστα* I, 37, 2. *Ἴωνι τῷ ποιήσαντι τραγῳδίαν ἐστὶν ἐν τῇ συγγραφῇ τοιάδε εἰρημένα* VII, 4, 6. *Πρατίνας — ποιητὴς τραγῳδίας* Suidas. cf. Paus. I, 21, 1. *Ἀρίονα — διθύραμβον — ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ* Herod. I, 23. *κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου* idem III, 6. Similiter *tragoediae scriptores; in comoedia claudicamus; elegia Graecos provocamus; satyra tota nostra est; iambus non sane a Romanis celebratus est* in Quinctil. Inst. X, 1. *ὡς — ἁρμόζοι ut tabula picta in eo collocanda locum haberet*. *Σελασσίαν* Mosq. cf. II, 9, 2. *πρὸς δὲ τῇ κ. λ.* Hinc usque ad 11, 2 de *urbe Sicyone*. *ἐκ τῆς γῆς* Vind. *ἐπιῤῥεῖ κ. λ.* cf. X, 32, 5.

§. 5. *Theatrum sub arce*, ut Athenis. vide ad I, 21 init.

§. 6. *Διονύσῳ μαίνεσθαι* similiter X, 32, 5 et apud Statium Theb. VII, 679 *Bacchus, cui furis*. Clavier reddidit: *consacrées à Bacchus, qui les rend furieuses*. Hoc si scriptor voluisset, dixisset cum Herodoto IV, 79 *ὑπὸ Διονύσου μαίνεσθαι*. Scripsi *Βάκχειον* pro vulgato *Βακχεῖον* ex 2, 5 et Homeri h. in Panem 46. cf. ad Greg. Cor. p. 828. *Λύσιος* Thebis cultus, v. IX, 16, 4. et Corinthi 2, 5. Hic *Phanes* Bacchi sacerdos, Bacchus ipse *Φανὸς* appellatus esse traditur. cf. Creuzeri Symbol. II, 96. *Κλεοδάμου· τῆς γάρ οἱ γενομένης — ἥμαρτεν*. Vulg. *Κλεοδαίμου* Mosq. *Κλεοδαίου*, quod Facius suaserat, Clavier; qui post hoc nomen majore distinctione in minorem mutata *γάρ οἱ* omisit. *Λιμναίας* nomine etiam Spartae culta, ita tamen,

ut Britomartis haberetur, III, 14, 2. κομισθὲν Mosq. ἐκόμισε Mosq. Vind. Facius, Clavier, ut Kuhnius conjecerat. ἐκέρωθεν reliqui. Ante εἰπεῖν Sylburgius inserendum esse censuit οὐδέν, sed necessarium non esse existimamus.

§. 7. ἐπελθοῦσι pro ἐςελθοῦσι Vind. ἕνεκα — Καρραίνορα Mosq. cf. 30, 3. *Sythas* iterum 12, 2 memoratus Ptolemaeo est *Sys*. v. Palmerium et Ortelii Thes. Geogr. Verbis τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος abusum Meursium notavit Gronovius in Thes. Ant. gr. VII Praef. p. 21. ἐς τὸ — ἐς τὸν Mosq. εἰς utrobique Vulg. ὁ δὲ — ποιηθῆναι pertinet ad Apollinis aedem, Goldhagenus ad Suadae templum retulit.

§. 8. τῷ Σιληνῷ τῆς συμφορᾶς Mosq. Σιληνὸς scribitur apud Herodotum VII, 26, Hesychium et Athenaeum V, 197, ubi v. Schweigh. adde Tzsch. ad Strabonem X, 470. quam scripturam in Pausania tenendam putavimus, quum teste Facio ad I, 23 codd. Vind. et Mosq. eam constanter servaverint. *Pythocles* floruit teste Plinio XXXIV, 19 p. 235 Bip. postquam ars rursus Olymp. CLV revixerat.

---

# CAPUT VIII.

§. 1. Ἀριστωνύμου τοῦ Μύρωνος Gedoynus, Clavier, ut Palmerius ad h. l. ex VI, 19, 2 et Wesselingius ad Herod. VI, 126 correxerant. Ἀρ. τοῦ Πύῤῥωνος Vulg. Idem Wesselingius ad Herod. V, 67 adnotavit, Clisthenem, Aristonymum et Myronem fortasse ex Orthagorae familia fuisse, quae centum annis Sicyonem tyrannide presserit Aristotele Pol. V, 12 teste. De aetate hujus Clisthenis et Myronis Paus. X, 7, 3. VI, 19, 2.

§. 2. *Digressio de Arato* usque ad 9, 5. qui locus a Pausania ipso III, 6, 5 vocatur τὰ ἐς τὸν Σικυώνιον Ἄρατον. De Arati *heroo* 9, 4. ἐφ' ἑαυτοῦ in margine cod. Mosq. ἐφ' αὐτοῦ Vulg. Auctore Plutarcho in vita Arati init. post Cleonem remotum Sicyonii Timoclidam cum Clinia praetorem (ἄρχοντα) crearunt. Civitate jam quodammodo constituta, Timoclides mortuus est; Abantidas autem Paseae filius tyrannidem affectans Cliniam interfecit, et filium quoque ejus Aratum, septemmem, occidere voluit. Sed hunc Abantidae soror abscondit, et noctu Argos clam misit. Abantidam interfecerunt Dinias et Aristoteles, patrem autem ejus Paseam rerum potitum Nicocles, tyrannidem sibi vindicans. Τιμοκλείδαν Mosq. προστησάμενος » significat, duce Clinia populum eje-

cisse tyrannos« Kuhn. ἀφικόμενος [σὺν] Σικυων. φυγ. Clavier, sed cf. ad I, 39, 5. Ἀργείων μισθωτοῖς Vind. Pro vulgato Ἀργείοις μισθ. pugnat I, 23, 3.

§. 3. ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι etiam I, 3, 2. διαλλάξας — διέλυσεν. Vulgatam retinui, nisi quod post ἄλλα e Mosq. ἃ inserui. Est autem Participium ἀποδοὺς pro tempore finito ἀπέδω positum. Cui anomaliae simillima est illa X, 32, 5 ὕδωρ τὸ μὲν ἀνερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δὲ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει. Alia exempla Participii pro tempore finito sunt I, 9, 1. II, 10, 1. De ὅσα ἄλλα cf. ad I, 15 extr. οἰκίας μὲν — ἄλλα ἐπέπρατο, ἀποδοὺς τὴν τιμὴν τοῖς πριαμένοις, διέλυσεν Clavier. Sed δὲ ab altera enunciati parte abesse non potest, praesertim quum oppositionem contineat: *exulibus quidem res suas, emtoribus autem pretium restituit, atque ita hos cum illis reconciliavit.* Caeterum cf. Cic. Off. II, 23. καὶ ἦν γὰρ Vulg. καὶ abest a Mosq. καὶ γὰρ ἦν Clavier. εἵνεκα Mosq. Clavier. ἕνεκα Vind. οὕνεκα Vulg. *Antigonus tutor Philippi* in Macedonum regibus est Antigonus secundus cognomine Doson; sed non potius hoc Macedoniam administrante quam Antigono Gonata ibi regnante Sicyon ad foederis Achaici societatem ab Arato traducta est Olymp. CXXXII. v. Perizonius ad Aeliani V. H. III, 17.

§. 4. Ad h. l. Valckenarius laudavit Polyaenum VI, 5. Corinthum Aratus Olymp. CXXXIV liberavit, in quod tempus incidit mors Antigoni Gonatae, cui successit Demetrius II. Ergo ab Antigono Gonata Corinthi praesidio praefectus fuerat Persaeus Cittiensis, Zenonis Stoici servus ac discipulus, qui Olymp. CXXX floruit. Persaeum interfectum esse, iterum tradidit Pausanias VII, 8, 1, ejectum Plutarchus. v. Lipsii Man. ad Stoic. Phil. I, 12. κατὰ μαθ. σοφ. ἐφοίτ. cf. Vigerus p. 632. Quod ex Olympiodoro in Sturzii Emped. p. 34 legitur ἐφοίτησε παρ' αὐτῷ, non illud quidem corruptum, sed parum conveniens est cum antiqua ratione, cui non minus congruenter Pausanias IX, 13 init. dixit ἐφοίτησεν ὡς Λύσιν, quam Plato Alcib. I, 13 φοιτᾶν εἰς διδασκάλου. adde adnot. ad II, 10, 4. ἀκτὴν Vulgata, sed haec Ἀκτὴ Peloponnesi tractus erat orientalis et maritimus, et vulgo ita dicebatur, veluti in Plut. Demetr. p. 657 Frob. τὴν καλουμένην Ἀκτήν· similiter in Polyb. V, 91. Diod. S. XII, 43. XV, 31, ubi memorantur οἱ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην οἰκοῦντες. Hos fuisse Epidaurios ac Troezenios, hic locus noster docet; adde Wesselingium ad Diod. S. ll. ll. et ad XVIII, 11, nec non Berkelium, qui ad Stephanum v. Ἀκτὴ memorabilem Scymni

Chii affert locum. Valckenarius ad Herod. V, 68 recte adnotavit, huc etiam pertinere ex Pausania II, 16, 2 ὅσα πρὸς θαλάσσῃ τῆς Ἀργείας, ubi aeque atque hic ille tractus Argolidi tribuitur Forsan eadem haec Ἀκτὴ in Strabonis VIII extremo significatur. Ἄγις vulgo, sed cf. ad III, 2, 1. *Pellenes* ab Agide occupatae et per Aratum liberatae fit iterum mentio VIII, 27, 9. VII, 7, 2.

§. 5. συνετέλεσεν αὐτὸς Clavier. συνετέλεσεν αὐτοῖς Vulg. De hoc *Aristomacho* Polyb. II, 44. 59 sq. Athen. VI, 246. e. In Themistii Orat. IX conjungitur cum Phalaride, Apollodoro atque Dionysio. Λακεδαιμονίων ἐχόντων Clavier. Μακεδόνων ἐχ. Vulg. ἐχόντων abest a Mosq. et Vind. De forma Ἀχαϊκὸν cf. Lobeckius ad Phryn. p. 40.

## CAPUT IX.

§. 1. Notabilis structura ἅτε ὄντι αὐτῷ Πανσανίου θερμοτέρῳ pro ἡ Πανσανίας ἦν, et 28, 8 ἀνδρὶ δώσειν αὐτὴν Δηϊφόντου ἀμείνονι pro ἢ Δηϊφόντης ἐστίν· cui similem ex Isocrate Matthiaeus attulit in Gramm. gr. §. 454, ubi etiam illius constructionis exempla proferuntur, quae est I, 44, 1 in Clavierii correctione memorata. Post φαρμάκῳ cum Clavierio ac Nibbyo virgulam posui; reliqui eum Ephororum opera in hac caede usum cogitarunt post ἐφορευόντων interpungentes; Facius in neutro loco distinxit. Εὐκλείδαν Gedoyn, Clavier, ut apud Polyb. II, 65. 67 sq. et Plut. in Agide et Cleomene p. 709 Frob. Ἐπικλείδαν Vulgata. Πατρονόμοι, *ad quos rerum cura, quae quodam modo paterna esset, pertineret.* v. Ruhnkenium ad Timaei Lex. v. Πατρονομούμενοι. Πατρῴων Francof. Kuhn. Fac. Clav. πατριῶν Mosq. Ald. Amas. Ex Elide profectus venit primum Dymen, deinde Olenum, tum Patras. v. VII, 6, 1. 18, 1. 2. Quod confirmant Plinius ac Ptolemaeus. De *clade Achaeorum Dymaea* Polyb. II, 51.

§. 2. Post ἐπάγεσθαι restitui ex Aldina, Francof. Kuhn. maximam distinctionem, quam Facio praeeunte Clavier permutavit cum minima. Post ἀναστάτους in Aldina est virgula, in Francof. Kuhn. et Fac. colon, in Clav. ed. puncti nota; sed ab οὕτω incipit apodosis. Pro οὕτω δὴ in Mosq. et Aldina οὕτω δὲ legitur. Σελασία et Σελλασία in Pausania aliisque deprehenditur, posterius autem est in Xenoph. Hell. II, 2, 8. Diodor. Sic. XV, 64. Polyb. II, 65. Liv. XXXIV, 28. cf. III, 10, 9. Σελλασίαν Mosq. De hoc proelio ad Sellasiam omnino

v. Polyb. II, 65—70. In Vulgata ἀπέδωκεν Ἀντίγονος καὶ Ἀχαιοῖς vitiosum Ἀχαιοῖς mutandum esse in Ἀχαιοὶ, post Kuhnium omnes viderunt; Clavier etiam edidit ἀπέδωκαν — Ἀχαιοί· quod quum sapere correctionem editoris videretur, non recepimus locorum memores nostro similium, veluti Ὅμηρος ὑμνεῖ — καὶ οἱ ὕστερον apud Strabonem X, 476. ἠνώγει Πρίαμός τε καὶ ἄλλοι Τρῶες in Hom. Iliad. VII, 386. et Pausanias ipse τέμενος δή ἐστιν Ἀσκληπιοῦ καὶ ἀγάλματα dixit II, 29, 1, et φαίνεται τοῦ ἀγάλματος πρόσωπον μόνον καὶ ἄκραι χεῖρες καὶ πόδες 11, 6, et Τισαμενὸς ἦλθε σὺν τῇ στρατιᾷ καὶ οἱ παῖδες 18, 7.

§. 3. Clavier praeeunte Kuhnio conjecit legendum esse τὰ πρῶτα· et sane VII, 10, 1 est φερόμενοι τὰ πρῶτα· rursus autem δεύτερα φέροιτο VIII, 41, 3. ὡς ἠλίσκετο *quum in eo esset ut comprehenderetur* recte interpretatus est Kuhnius. αὑτὸν pro ἑαυτὸν Mosq. et αὐτὸν Vind. In hoc *Cleomene* regium Spartanorum imperium desiisse, iterum dicit scriptor III, 6, 5 dissentiens a Polybio apud Palmerium ad h. l. et Meursium de regno Lac. c. 20. Eodem quoque modo de discessu hujus Cleomenis loquitur Pausanias IV, 29, 4. ἐκείνης τῆς πολιτείας i. e. πατρίου, ut §. 2. οὕτω διέμ. etiam Mosq. οὕτως διέμεινεν Vulg.

§. 4. *Venenum lentum* Arato datum testatur Polybius VIII, 14. τὸ χρεὼν ἐπέλαβεν αὐτόν, etiam 34, 5. III, 2, 3. VII, 3, 1. VIII, 14, 7. adde I, 9, 3. et cf. adn. ad I, 7, 3. καὶ κομίσαντες Mosq. De *Arati heroo* 8, 2, et de honoribus Arato post mortem habitis Polyb. VIII, 14. Plut. Arat. sub finem. οὐκ ἀπιθάνους τῷ δήμῳ, similiter τοὺς πιθανοὺς τῷ πλήθει VIII, 51. Hi rhetores nunc ignoti.

§. 5. ἀνδροφόνον φάρμακον ex Homeri Odyssea I, 261. Δημήτριον ὁ νεώτερός — Περσεύς· at *Demetrius* aetate minor, *Perseus* major fuit testibus Livio XXXIX, 35. 53 et Polybio XXIV, 7. Ergo corrigendum censuit Palmerius Δημήτριον νεώτερον τῶν Φ. Equidem, si quid mutandum esset, scriberem ὁ πρεσβύτερος seu ὁ ἕτερος, sed praestat fateri, me ignorare, unde ὁ νεώτερος fluxerit. Kuhnii conjecturam παρέσχεν ἀηδίᾳ ἀποθανεῖν, *effecit, ut moreretur prae taedio et anxietate animi,* Vulgatae simplicitati nemo facile anteferet. Illud Hesiodi γνωμικόν est: οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων in Op. et D. 265.

§. 6. τὸ Ἀράτου ἡρῷον Vind. Clavier. τὸ abest a Vulg. πρὸς Κίῤῥαν Gedoyn, Goldhagenus, Clavier, ut Vindingius

in Gron. Thes. XI p. 16, Kuhnius Faciusque scribi voluerant e X, 37. πρὸς Σκίρωνα Vulg.

§. 7. *Apollinis templum in Sicyoniorum foro* plures commemorarunt, v. Gron. Praef. ad Thes. Ant. gr. VII p. 21. Λυκίου Mosq. cf. I, 19, 4. Λυκαίου Vulg. τόπον Goldhag. Fac. Clav. Nibby, ut Kuhnius et Schaefer ad Aristoph. Plut. Hemst. p. XXVI correxerant. τρόπον priores. ὅντινα deest in Vind. Praeterita ἔκειτο, ἦν, συνῄδεσαν referenda sunt ad illud tempus, quo scriptor Sicyone commorans id videbat; interpretes utuntur fere Praesentibus. Caeterum in hoc quoque similibusque est significatio, Pausaniam non eo ipso tempore, quo quemque locum perlustraret ejusque memorabilia cognosceret, suos commentarios subito exarasse, et quanta celeritate conscripti essent, tanta eos in lucem emisisse. Ligna autem arborum memorabilium in templis asservata esse, videmus etiam IX, 19, 6. συνίεσαν Vind. συνίδεσαν Mosq.

---

# CAPUT X.

§. 1. ἑτέρωθι *in altera regione foro vicina, quae opponitur illi, ubi fuit gymnasium.* τὸν—περίβολον *septum omne, quod hic est, quo Herculis continetur templum.* Παιδιζῇν Vulg. Παιδιζῆν Mosq. Clav. Παιδικὴν Kuhnius voluit. Sed si, ut videtur, Nomen est, erit retinendum Παιδιζήν· sic χθιζός, πρωϊζός. παιδίζειν autem, unde hoc nomen possit deduci, est i. q. παίζειν, quod per syncopen ortum est ex παιδίζειν, ut legimus in Etym. M. p. 657 et Gudiano. Hoc si est *puerum agere*, Παιδιζὴ erit *locus ubi pueri ludunt, ludo se exercent.* Λαφάους· de scriptura ad 21, 9. ὡς ἥρωϊ ἐναγίζειν et ὡς θεῷ θύειν bene et proprie atque ad exemplum Herodoti II, 44. cf. Wesselingius ad Diod. S. IV, 1. adde Paus. II, 11, 7. I, 4, 4. IV, 17, 4. In locis, qui videntur repugnare, Herodoti VI, 38, Pausaniae III, 28, 8. V, 13, forsan major quidam heroico denotatur cultus. In graeca vita Sophoclis, ubi Ister dicitur tradidisse, Athenienses propter virtutem Sophoclis decrevisse, κατ' ἔτος ἕκαστον αὐτῷ θύειν, dubium esse potest, an ipsum illud, quod Ister posuerat, verbum sit adhibitum; recentiores enim ἐναγίζειν interpretantur non modo χοὰς ἐπιφέρειν, sed etiam τοῖς κατοιχομένοις θύειν, sicut Erotianus in Lex. in Hippocr. et Hesych. Hic quoque ὀνομάζοντες pro ὀνομάζουσιν. cf. 8, 8. 'Ονόμακαν Mosq. ὑστεραίαν Vind.

§. 2. De verbis παρελθοῦσι — ἀριστερᾷ postea. ἔτι deest in Mosq. *Apollinis Carnei* alia etiam aedes apud Sicyonios fuit. v. cap. 11, 2. De cognominis causa III, 13. Κρανείῳ Mosq. πλὴν ἱερεῦσιν εἴσοδος Excerpta codic. Palat. Ἐπιδώτης vera scriptura est, quae recurrit 27, 7. VIII, 9, 1. sed III, 17 extr. male vulgo scribitur Ἐπιδωτής· ad formam enim δώτης, ἀδώτης factum est Ἐπιδώτης, quae forma Hesychio quoque reddita est. De vi hujus vocabuli ad cap. 27. Ἀσκληπίειον Mosq. cf. ad 11, 6. καθέτερον τῆς ὁδοῦ Mosq. Haec vero ἐς δὲ τὸ — ἐσόδου opposita sunt antecedentibus παρελθοῦσι — ἐν ἀριστερᾷ. Duplicem igitur hoc Asclepieum aditum habuit, accedentibus ad sinistram et ad dextram.

§. 3. *Aesculapius imberbis* etiam 13, 3. Pro σκήπτρῳ ei βακτηρία data est 27, 2. πίτυος καρπὸς τῆς ἡμέρου melius quam στρόβιλος· sic iterum X, 13, 2. v. Phryn. Epit. 396 Lob. Est vero nux pinea, τὸ ἐδώδιμον πίτυος, *une pomme de pin cultivé* Clavier, *la pina* Nibby. Phrynicho teste in Bekkeri Anecd. 58 vulgus intelligebat *conum pinus*, quem serius appellabant στρόβιλον ib. p. 63. Sic apud Theocr. V, 49 κώνους interpretantur στροβίλους. adde Clem. Alex. Protr. p. 11 sq. Haud dubie ob usum medicum Aesculapio pinea in manum data est. vide Athen. II, 57 b. c. eadem in τοῖς τῆς τελετῆς συμβόλοις fuit teste Clemente Alex. Protr. p. 12. ἀγάλματα — ὀρόφου *appese alla volta* Nibby, *suspendues à la voute* Gedoyn et Clavier, *suspendues et attachées au plafond* Quatremère in Jup. Olymp. p. 325, qui affert suspensorum sigillorum exempla. Suspensa videntur fuisse ex *tholo*. »Tholus proprie est veluti scutum breve, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt, ad quod dona suspendi consueverunt« Servius ad Aen. IX. De *Aristodama* IV, 14, 5.

§. 4. Δι' αὐτοῦ ἄλλο ἐστὶν Ἀφροδίτης ἱερόν si sanum est, erit: *Post hoc septum Aesculapii templum continens est aliud templum, et quidem Veneris.* διὰ *post* de *tempore* est apud Herod. I, 62. an eodem significatu de *loco* dicatur (v. L. Bos de Ellips. p. 61), quaeritur. Pro Ἀφροδίτης in Vind. ἐς μνήμην repetitum est. εἶναι γάρ — σφίσι *Esse enim ejus filios Sicyonios, et ipsam quoque Antiopen, quae huc venerit, propter illos sibi affinitate junctam esse.* Post ἐκείνους et αὐτὴν distinximus. Ad εἶναι et προςήκειν potest subaudiri λέγουσιν, ut III, 12, 6. X, 2, 4. VII, 24, 4. Itaque plane non erat, cur Clavier scriberet προςήκειν σφίσι [φασί]. Non idem dicendum in Lobeckii conjecturam in indice lectionum anni

1816 propositam, pro ἐλθοῦσαν legendum esse ἐθέλουσι. Eadem hoc correctione idem ille vir praestantissimus utendum in eodem hac verbo putavit I, 4, 2. Idem hoc verbum offensioni fuit apud Theocritum XXIV, 19, sed nullo jure. Antiopes autem filii Sicyonii habiti sunt, ut Epopeo nati. vide II, 6, 2. μετὰ τοῦτο — ἐστὶν ἱερόν· ἐπίασι μὲν δὴ ἐς αὐτὸ Vulgata. Facius, posita distinctione post ἐστίν, retulit ἱερὸν ad sequentia, recte animadvertens μετὰ τοῦτο ἤδη τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν oppositum praecedentibus esse ἐν δὲ αὐτῷ πρῶτον ἄγαλμά ἐστιν Ἀντιόπης. Clavier ad priscum errorem rediit. ἐσίασι Vind. Clav. ἐπίασι Vulg. παρ' ἀνδρὶ φοιτῆσαι Vulgata. Emendatio nostra παρὰ ἄνδρα confirmatur loco II, 34, 11 ἣν γυνὴ παρὰ ἄνδρα μέλλῃ φοιτᾶν. Similiter Herod. II, 111 ἥτις παρὰ τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα μοῦνον πεφοίτηκε. Simile vitium est IV, 12, 2. cf. adnot. ad II, 8, 4. De *Canacho* Winckelmanni Opp. VIII, 304 et Paus. VII, 18, 6. τὸν ἐν Διδύμοις τοῖς Μιλησίων Sylburgius obscuram dixit periphrasin esse pro τὸν Διδυμαῖον Μιλησίοις, ut mox Θηβαίοις τὸν Ἰσμήνιον· quod nollem viro excidisset egregio; nam si Adjectivo uti Pausanias voluisset, Διδυμέα potius scripsisset quam Διδυμαῖον. v. Ernesti ad Suet. Calig. 21. Deinde si, quod Sylburgius ponendum putavit, posuisset Pausanias, significasset Apollinis ita dicti signum a Canacho Milesiis factum et in eorum urbe consecratum; sed hoc minime significare voluit Pausanias, qui potius Apollinis simulacrum intelligit, quod fuit Didymis in illo Apollinis templo, cujus sacerdotes *Branchidae* appellabantur, unde hic Deus ipse θεὸς ὁ ἐν Βραγχίδῃσι audit apud Herod. I, 157 atque Paus. IX, 10, 2, vel Βράγχιος, ut in Orph. h. 34, 7. ejusque oraculum τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις vocatur apud Strab. XIV, 634. Δίδυμα, ut constat, locus fuit in Milesiorum agro cum templo et oraculo Apollinis hinc Διδυμέως cognominati. Quae causa fuit, cur Pausanias scripserit ἐν Διδύμοις τοῖς Μιλησίων, ut Herodotus I, 92 ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων, et II, 159 ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. Itaque hic Pausaniae non potius obscuritatem vituperabimus quam diligentiam laudabimus, qua idem usus deprehenditur VII, 2, 3 de eodem hoc templo dicens: τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Διδύμοις τοῦ Ἀπόλλωνος. Interpretes omnes loci sensum perverterunt. ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἐλέφ. Mosq. cf. 13, 1, ubi eadem ratio. Ubi duo nomina a praepositione pendentia per τε — καὶ copulantur, τε priori nomini et praepositioni antecedenti interponitur. Multa hujus usus exempla congessit Elmsley ad Euripid. Heraclid. 622. τε a

Vulgata abest. Hunc πόλον in Veneris capite Facius in Collectaneis p. 11 interpretatur *globum*, quem vult esse *terrae* imaginem, et significare *omnia amoris imperio esse subjecta*. Quod idem indicari globo in capite Fortunae IV, 30, 4, nec globum fusumque in Minervae capite ac manu VII, 5, 4 aliud quid velle nisi *sapientia et industria omnia vinci*. Sed majoris ambitus hic nobis videtur πόλος esse. Pausanias VI, 19, 5 memorat πόλον ἀνεχόμενον ὑπὸ Ἄτλαντος, et V, 11, 2 Atlantem ἀνέχοντα οὐρανὸν καὶ γῆν, id quod V, 18, 1 repetit; ergo πόλος erit *coelum, mundus, mundi globus*. Suidas ac Phavorinus: πόλος, οὐρανός, καὶ πόλου, οὐρανοῦ ἢ κόσμου· πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ — τὸ περιέχον ἅπαν· Εὐριπίδης Πειρίθῳ· καὶ γὰρ Ἀτλάντιον φρουρῶν πόλον. similiter Hesych. et Etym. M. *Papaver* in Veneris manu signum ubertatis: forsan hic propterea etiam Veneri datum est, quod in agro *Mecones*, quae postea Sicyon appellata est, a Cerere inventum et inde μήκων nominatum traditur in Etym. M. ὑμῶν Ald. ὑῶν Camer. et Opor. cod. τἄλλα etiam Mosq. Clav. τἆλλα Vulg.

§. 5. φύλλοις δὲ ἂν λεύκης Mosq. δὲ abest a Vulgata. De *paederote* cf. Schneideri Lex. gr. In adnotationibus idem laudavit ex Athen. XV p. 495 Schw. παιδὸς ἔρωτες λεύκῃ ἰσαιόμενοι et addidit, Sprengelium in Hist. rei herb. I p. 104 suspicari, esse *quercum fagineam*.

§. 6. ἀνιέναι *redire*. *Gymnasium* §. 1. Φεραίας — Φερῶν, cf. 28, 5. *Clinias* 8, 2.

---

# CAPUT XI.

§. 1. In parenthesi οὐ γάρ τι ἐς αὐτὸν κατέσκ. Vind. τι omisit; sed ad τι subauditur ἐκ τοῦ οὐρανοῦ i. e. κεραυνός, ut V, 14, 3. Sic τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατασκῆψαι X, 23, 3. Metaphorice positum est hoc verbum III, 12, 6. καὶ οἷον Mosq. Vind. καὶ deest in Vulg.

§. 2. μετ' αὐτὸ Vind. Fac. Clavier. μετ' αὐτὸν Mosq. μετ' αὐτὴν Vulg. ᾠκοδόμησεν scil. Adrastus. Κρανείου Mosq. Προδομία, si vera lectio, est cognomen Junonis *itinera protegentis et in optatas domos ducentis*, quod a Junone *domiduca* translatum est. φάμενος *precatus*; aliter accepit Corayus, qui ἔσεσθαι in γενέσθαι mutatum voluerit.

§. 3. *Via versus Phliuntem et primum de Titane* usque ad 12, 1. Pro νυμφῶνα et νυμφῶνι scribendum censemus νυμφεῶνα, νυμφεῶνι, nam νυμφεὼν testibus Hesychio ac

Phavorino est *Νυμφῶν ἱερὸν*, ergo i. q. *νυμφαῖον*, quod est hujus loci, non *νυμφὼν thalamus nuptialis*. *ἀγάλματα τὰ πρόσωπα φαίνοντά ἐστιν* i. q. *ἀγαλμάτων τὰ πρόσωπα φαίνεται*, ut ipse loquitur §. 6. *ἐς Τιτάνην* Vind. Clav. *ἐς τὴν Τιτάνην* Vulg.

§. 4. Furiae Athenis *Σεμναὶ* (vide I, 28, 6. VII, 25, 1), in Sicyonia *Εὐμενίδες* appellabantur; quod ita intelligendum est, templis, aris (v. I, 31, 2) et sacris Furiarum apud Athenienses *Σεμνῶν*, apud Sicyonios autem *Εὐμενίδων* nomen publice impositum fuisse: nam aliis in rebus *Εὐμενίδων* vocabulum Atticos frequentasse, notissimum est. cf. Mezir. ad Ovid. II, 206 sq. Sic apud Aeschinem adv. Tim. p. 62 in Bibl. class. *γράφει ἐν τοῖς ψηφίσμασιν εὐχὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως ταῖς Σεμναῖς θεαῖς*. Vereor igitur, ne Plutarchus Thes. 26 atticum et a Clitodemo positum *μέχρι τῶν Σεμνῶν*, quod Aristophanes quoque Eq. 1309 confirmat, in vulgare *μέχρι τῶν Εὐμενίδων* mutaverit. *ἐγκύμονα* Mosq. *ἐοικότα δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βωμῶν τῶν Μοιρῶν δρῶσιν ὧδε. σφίσιν δ' αὐτὸ ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους ἐστίν* Vulgata., *ὡδὲ* Mosq. qui *δ' αὐτὸ* omisit. *σφίσιν δ' αὐτὰ* Vind. exhibet. Goldhagenus ex Amasaei interpretatione corrigendum putavit: *οἳ σφισιν ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους εἰσίν*, Clavier autem edidit: — *οἳ δὴ σφίσιν ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους εἰσίν.* et Nibby sequutus est. His nobis simplicius verius que videbatur, quod nos dedimus. In *ὧδε* seu *ὡδὲ* haud dubie latet *ὃ δὲ*· similiter ex *ὅδε* bis factum est *ὧδε* II, 13, 8. 15, 5. Dativus *βωμῷ* facile depravari potuit in *βωμῶν*. cf. II, 13, 4. 30, 1. Sic II, 20, 1 *ἐμφυλίων* Vind. habet pro *ἐμφυλίῳ*. 6, 2 *ἐπεξεργασμένων* idem pro Dativo. ergo *una Parcarum ara?* sane, ut V, 15, 4. neque de pluribus hunc sermonem esse, Singularis verbi *ἐστὶν* indicat. Ut autem h. l. *δρῶσιν ἐπὶ τῷ βωμῷ*, sic supra 2, 2 *θύουσιν ἐπὶ τῷ βωμῷ*.

§. 5. Aoristum verbi *ἥκω* multis suspectum Lobeckius non damnavit ad Phryn. p. 743 sq. *δοκεῖ — φυλάξας* Vind. Mosq. *δένδρων* Vind. Fac. Clav. *δένδρον* priores.

§. 6. Pro vulgato *Ἀσκληπίειον* et hic et III, 22, 7 et IV, 30, 1 *Ἀσκληπιεῖον* scripsi, ut est II, 10, 2. III, 26, 7 et Herodianus praescripsit. v. Lobeckius ad Phryn. 369 sqq. cf. ad 26, 7. Nostri loci *Ἀσκληπιεῖον* non monumentum sed templum Aesculapii fuisse, jam in Notis ad Hellenica nostra p. 89 et 262 sq. monitum est, et tam ex iis quae continuo sequuntur, quam ex §. 8 satis intelligitur. *ἱκέται τοῦ θεοῦ* Fac. Clav. ut Valckenarius correxerat ad Herod. VIII, 134. *οἰκεῖται* Vulg. *οἰκέται τοῦ θεοῦ* Amas. et X, 32, 8 sunt *δοῦλοι τοῦ θεοῦ* Ae-

aculapii, et οἰκήσεις illis factae in ejus περιβόλῳ. μαθεῖν ἐστιν Vulg. de ἔστιν cf. ad I, 19, 8. πλὴν εἰ μὴ Thom. Mag. 923 sq. Lobeckius ad Phryn. 459. ἄρα deest in Mosq. Idem Ἀναξαγόραν pro Ἀλεξάνορα offert. ἄκραι χεῖρες Mosq. Clavier. ἄκρα, χεῖρας Vulg. In eodem peccatum fuit 4, 1. cf. VII, 23, 5. ταὐτὸ Clavier, ut Facius conjecerat. sed v. Thom. Magister. Hoc κατὰ ταὐτὸν Cuperus in Apoth. Hom. p. 148 male interpretatus est *eodem in loco*; proxima ostendunt, eodem modo obtectum Hygieae simulacrum significari. οὕτω — τελαμῶνες, cf. ad I, 27, 1. De Graecis nostri temporis est in libello *Griechenland und die Griechen* nach dem Englischen von Lindau p. 62: »die Kranken werden dahin (ad fontes mederi posse creditos) gebracht, und wenn sie geheilt von dannen gehen, wird eine Haarlocke, oder ein Streif Leinwand zurück gelassen, als Weihopfer, um die Macht des Heiligen und die Frömmigkeit des Weihenden zu bezeugen.« ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τελαμῶνες quales fuerint, idem Cuperus l. c. facile dictu esse negavit; quidni interpretemur *fascias Babylonici peristromatis* i. e. *variis coloribus picti atque texti?* v. Bocharti Chan. I lib. 1 c. 6. τελαμῶνες de *fasciis lineis aut byssinis* est X, 32, 9. Herod. II, 86. ᾧ δ' ἂν κ. λ. Clavier, ut Sylburgius Kuhniusque voluerant, ὃ δ' ἂν edidit; sed quum apud Plutarchum quoque in Poplic. c. 21 ἱλασάμενος τῷ Ἅιδῃ legatur, Vulgatam ᾧ intactam reliqui. Est autem ὃ pro ὁπότερον accipiendum, monente Sylburgio et laudante II, 35, 4. Sensus: *utrumcunque horum signorum aliquis venerari voluerit, is credit, eidem huic simulacro honorem haberi, quod Hygieae habeant et appellent.* Ex comparatione hujus loci cum parallelo VII, 23, 6 discimus, duo hic fuisse simulacra, alterum Aesculapii, alterum Hygieae, sed ita velata, ut alterum ab altero non posset dignosci, et qui alterutri sacra faceret, is ei se facere crederet, quod Hygieae simulacrum esset et vocaretur: itaque Noster in illo altero loco ait, Aesculapii et Hygieae simulacrum hic esse idem. ἀποδέδεικται οἵ *ei demonstratum, persuasum est, is credit.*

§. 7. δύοντα Casaub. cod. sed v. Kuhn. ad Aelian. V. H. IV, 1 et in indice ed. Gronovii δύναντα defendentem. Sylburgius vel δύσαντα, vel δύντα, vel δύνοντα voluerat. Nomen *Euamerio* affine voci est εὐαμερία i. e. θεοσημεία. v. Hesych. et Phavor. Τελεσφόρος est τέλειος μάντις interprete Phavorino et ἐγγαστρίμυθος. Alia affert Creuzer in Symb. II, 399 sqq. qui μετὰ ἥλιον δύν. recte ad *incubationem* refert.

Gedoynus memorat numos Hadriani tempore Pergami cusos et *Telesphorum* exhibentes. Eundem habere dicitur numus Nicaeae et laudatur Schlaeger de diis servatoribus n. 33. Facii conjectura καὶ ταύτῃ pro καὶ ταύτης opus non est. De hoc *Minervae templo* §. 9. Post ὁπόσα δὲ τῶν θυομένων virgula ponenda fuit, quum sensus sit: *quaecunque vero sunt in eorum numero, quae hic immolantur, ea igni consumunt, neque satis iis est, femora succidere et comburere, sed humi totas illas victimas comburunt, exceptis avibus, has vero in ara.* ἐκτέμνειν μηροὺς non modo *succidere*, sed etiam *comburere*. cf. I, 24, 2. Corayus tamen quaesivit, an scribendum esset: καθαγίζουσιν ὧδε, ἀποχρᾷ σφισιν hoc sensu: *quant aux victimes qu'on y (ὧδε) sacrifie, on se borne à leur couper les cuisses?*

§. 8. Θεῶν καὶ Τύχη Mosq. Hinc καὶ Μήτηρ θεῶν καὶ Τύχη Facius et Clavier conjecerunt. »di Venere, e Cerere, della madre degli Dei e della Fortuna« Nibby. Kuhnius Vulgatam καὶ θεῶν Τύχη interpretatur *et inter deas Fortuna*, ut inter simulacra dicta dearum Fortunae quoque fuisse significetur. Quum certa sanandi ratio non occurrat, manum retinemus. Ex Euripidis autem Hippolyto 832 huc non pertinere Τύχαν δαιμόνων *fortunam malam divinitus oblatam* in promtu est. *Gortynium* hunc Aesculapium de Gortyne non Cretae sed Arcadiae urbe dictum esse, manifestum est ex V, 7, 1. VIII, 28, 1. Erravit ergo Barthius ad Statii Silv. I, 4, 99. παρὰ δὲ κ. λ. *qui templum ingredi cupiunt, prae metu cunctantur praeterire dracones sacros, qui ibi aluntur.* Σικυώνιος, ὃς νίκας Clavier, ut Sylburgius, Kuhnius, Schaefer ad L. Bos. de Ellips. 167 (291) et Porsonus emendarunt Vulgatam — νίκας ἃς. Facius νίκας ὃς scripsit. Ὀλυμπιάσι Vulg. non bene, v. Schweigh. ad Athen. I, 5 et Phavorinum 1353 idem, quod Scholiastes a Schweighaeusero laudatus, tradentem; itaque haec vox in proparoxytonis habenda, ubi est de loco; similiterque Πλαταίασι scribendum putamus III, 4, 7. V, 23, 1 etc. cf. Fischer ad Weller. III a p. 208.

§. 9. *Minervae templum.* cf. §. 7. δὲ inter Ἐν et Τιτάνῃ, quod Vulgata habet, Mosq. omisit.

---

# CAPUT XII.

§. 1. ἐπὶ λόφῳ Mosq. ἐπὶ τῷ λόφῳ Vulg. *Arae ventorum* sunt Herod. VII, 178. Paus. IX, 34, 2. VIII, 36. Incantatio-

nes cum victimis ad ventos placandos adhibitas a Persarum magis apud Herod. VII, 191. Et Clytaemnestra filiam mactatam putans ad ventos sedandos dicit eam ἐπῳδὸν Θρῃκίων ἀημάτων in Aesch. Ag. 1429. θάλασσαν ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ, ναὸς Ἥρας Vulg.

§. 2. VII, 26, 5 est Πελληνεῖς, sed Plinius quoque dixit *Pellenaeos* IV, 5. De hoc *Elisonte* cf. Hemst. ad Arist. Plut. p. 182.

§. 3. De *Phliasia* usque ad cap. 14 extr. καὶ ὅτι κ. λ. videtur contradicere nescio quibus, qui Phliasios Arcadibus (forsan ut Eleos V, 1 init.) accenserent, nam, ut ipse ait, διάφορα ἐς τοὺς Φλιασίους τὰ πολλὰ εἴρητο.

§. 4. De *Arantis aetate* 14, 3. Sua de hoc Arante Stephanus hausit e Pausania. Ἀραντῖνος· Schneider quaerit, an idem sit, qui Straboni VIII, 382 (284) Καρνεάτης vocatur. De *Arantia* C. O. Mueller in Aegin. p. 10.

§. 5. De hoc *Asopo* 5, 2. Inventus forsan eodem modo est, quo Eurotas III, 1. In Κηγλεούσης Schneider putat latere nomen Κοιλώσσης, quod est apud Strab. VIII, 382 (283). Κελεαῖς Mosq. Vind. Fac. Clav. ut Palmerius correxerat. cf. 14, 1. 2. ubi, unde appellatae sint, additur. Κελαιναῖς priores. τεθάφθαι scripsimus ut I, 43, 2. Ἄραντος — χώραν. H. l. excitat repetitque Stephanus v. Ἀραιθυρέα, quem rursus laudant ac sequuntur Eustathius ad Iliad. p. 291 atque Phavorinus. Ἀραιθυρέα Mosq. Vind. Stephanus h. v. Fac. Clav. ut apud Homerum et Strabonem VIII, 382. Ἀραιθυραία ante Facium et in Schol. Par. Apollonii I, 115. θηράσαι Vulg. cf. 17, 4. Pro θηρᾶσαι Stephanus θήρας habet. τῷ Ἀραντίνῳ Clavier, ut §. 4. τῷ Ἀραντίῳ Vulg. καί σφισιν ἐπίθημα στήλαι περιφερεῖς εἰσι, καὶ πρὸ τῆς τελετῆς, ἣν τῇ Δήμητρι ἄγουσιν, Ἄραντα cum Clavierio. καί σφισιν ἐπὶ Δήμητρος στῆλαι περιφανεῖς εἰσι, καὶ πρὸ τῆς τελετῆς ἐν τῷ Δήμητρος ᾄδουσιν Ἄραντα Vulgata. sed ἐπὶ Δήμητρα Vind. Mosq. ἐν τῷ Δήμητρι Vind. περιφερεῖς Mosq. Vatic. Quae alias commemorantur στῆλαι, dicuntur fuisse κυβοειδεῖς λίθοι ἐπιγράμματα τινῶν φέροντες. sic in Anecd. Zonarae praefixis p. LXXVIII. cf. Paus. II, 27, 3.

§. 6. Φλίαντα κ. λ. Hunc locum excitat Stephanus v. Φλιοῦς, ex quo discimus, hunc *Phliantem* ab aliis *Phliuntem* appellatum esse. cf. Schol. Apollonii I, 115. Sed urbis nomen aliunde deducitur in Stephano. cf. Schneideri Lexic. v. φλέω. ὃς τρίτος Vind. Mosq. Κείσου Clav. ut Palmer. et Fac. correxerant. Κάσου Vulg. Φλίας τ' αὐτ' ἐπὶ Vind. Διονύσοιο

Vind. Mosq. De forma Διωνύσοιο Etym. M. jam laudavit Homerica Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς, Διωνύσοιο τιθήνας. Scripsimus τοῦ δὲ cum Amasaeo pro vulgato τοῦδε,. quia hoc a praecedente οἶδα pendet. *Chthonophyle* etiam in Scholiis Apollonii mater Phliantis dicitur. Ἀνδρομάδαν Vind. cf. 6, 3. In Cod. Oporiano est conjectura Ἀνδροδάμαντα, sed Sylburgius jam defendit Vulgatam simili forma Σωδάμαν VI, 4, 6.

## CAPUT XIII.

§. 1. Ἡρακλειδῶν—Ἀρκάδων. cf. VIII, 5, 4. ὡς cum Accusativo et Infinitivo saepe apud Pausaniam, veluti II, 6, 2. 8, 2. 19, 2. 25, 7. 29, 5. 37, 4. I, 6, 1. ἃ προεκαλεῖτο Thucydideum esse, Kuhnius jam monuit. μηδὲ πολλῶν ἀγαθῶν τοῖς Δωριεῦσιν ἀφίστασθαι Vind. — πολλῶν καὶ ἀγαθῶν — Vulg. Similis oratio Ἀθηναῖοι Μεγαρεῦσιν ἀποστῆναι τῆς νήσου I, 40, 4, et in Plut. Camil. 17, ubi Brennus Romanorum finitimos populos aggredientium legatis, ἐφ᾽ οὓς, inquit, ὑμεῖς στρατεύοντες, ἐὰν μὴ μεταδῶσιν ὑμῖν τῶν ἀγαθῶν, ἀνδραποδίζεσθε. Deinde προσεμένου—ταύτῃ γνώμῃ Clavier, ut Kuhnius assentiente Valckenario correxerat, i. e. προςδεξαμένου. v. Fragm. Lex. gr. in Herm. lib. de emend. gr. gr. rat. p. 331 et locum nostro simillimum IV, 23, 3. προεμένου—ταύτην γνώμην Vulg. Phliasiorum tum e Peloponneso migrantium meminit Pausanias iterum VII, 3, 5. Pro θέλουσιν alibi ἐθέλουσιν, ut I, 11, 2. 39, 4. sed correctio non adhibenda. v. Lobeckius ad Phryn. p. 7.

§. 3. *De rebus in Phliasia notabilibus usque ad 14 extr.* De *Hebes* templo ἁγιωτάτῳ ad II, 33, 3. *Hebe* seu *Ganymeda* antea *Dia* dicta est. v. Strabo VIII, 38 et Notas ad Hellenica p. 113 cum Boettigeri Mythol. Junonis 136. οἰνοχόον τῶν θεῶν Mosq. Vatic. Clavier. οἰνοχόον τὴν θεὸν Vulg. τὴν θεῶν οἰνοχόον εἶναι Kuhnius conjecit. ὑπὸ Ὡρῶν, ut ὑπὸ Ἡρακλέους X, 38, 1. ὑπὸ Ἁρπυιῶν ib. 30, 1. ὑπὸ Ἑλλήνων ib. 38, 6. Ante spiritum lenem promiscue ὑπ᾽ Ἀθηνᾶς, ὑπ᾽ αὐτῶν, ὑπ᾽ Ἀχαιῶν et ὑπὸ Ἀπόλλωνος, ὑπὸ Ἀρκάδων, ὑπὸ Ἀθηναίων, ὑπὸ ἀσθενείας, ὑπὸ ἀνάγκης, ὑπὸ ἀναρχίας, ὑπὸ ἐμοῦ X, 30, 1. 31. 33, 4. 34, 4. 38, 5. VIII, 2, 1. IV, 35, 3. IX, 12, 1. II, 31, 6. Ἄρητυν pro Ἄρην Vind. ἱκέτας Fac. Clavier, ut Amasaeus. οἰκέτας Vulg. ἱκετεύουσιν Vulg. ἐν ἄλσει Mosquens. De ἱεροῖς λόγοις Lobeckius nuper doctissime exposuit tribus dissertationibus de mysteriorum graecorum argumento, quo interprete proprie

significanterque illi dicuntur, *quibus sacrorum rituum, nominum, monimentorum causae variae atque mutabiles explicantur, historicae, physiologicae, morales.* Idem addit, *hierologias istas a philosophia alienissimas ac fere totas ex fabulari historia repetitas fuisse, quae autem hierophantae ferantur in mysteriis celebrandis loquuti esse, minime huc spectasse, ut initiatis symbolorum altiorem intellectum aperirent, sed fuisse narrationem de ortu hujus sacri fabulose tradito, deque prima institutione.* ἀποῤῥητότερος λόγος offertur 17, 4. ἐπεὶ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν Aldina, Francof. ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν Kuhnius tacite scripsit, quem sequutus est Facius. ἐπεὶ τῆς Ἥρας ἐστὶν Mosq. ἐπεί γε τῆς Ἥρας ἐστὶν Vind. Vatic. Ἐστὶ τῆς γε Ἥρας ἐξιόντων Clavier. Equidem scribendum censui Ἔπειτα τῆς Ἥρας ἐστὶν, neque id in contextam orationem recipere dubitavi, quum eandem corrigendi viam ingressum vidissem Schneiderum. Παρείου Mosq. ἐφαίνετο ἀρχαῖον Vulg. ὃ ἐφαίνετο ἀρχ. Vind. Mosq. οὐκ ἐφαίνετο Clavier, ut Facius conjecerat. Nibby sequutus est Vulgatam. ἔχων πωγεν Mosq.

§. 4. ἐπὶ τῷδε Liber Casauboni, Clavier, ut Sylburgius correxerat. ἐπὶ τῶνδε Vulg. τὸ ἄστρον, ἣν ὀνομάζουσιν αἶγα. Hanc loquendi formam apud optimos reperiri scriptores monuerunt Hermannus ad Vigerum p. 708 et Matthiae in Gram., gr. §. 440, 7. ἀνατέλλειν non tantum de sole sed etiam de aliis stellis contra Phrynichi voluntatem dictum esse, ostendit Lobeckius p. 124. τὰς ἀμπ. Vind. Fac. Clav. ut Sylburgius correxerat. τοὺς ἀμπ. Vulg. καὶ inter τιμῶσι et χρυσῷ deest in Exc. cod. Palat. Jungenda sunt ἄλλοις τε καὶ χρυσῷ, rursus τιμῶσι et ἐπικοσμοῦντες. Quid hoc signo significatum sit, quaerit Mueller in Aeginet. p. 11.

§. 5. Ἀριστείου Vind. sed cf. Suidas v. Ἀπώλεσας et Ἀρίστιος.

§. 6. ἐγκατακοιμηθεὶς, Herodoteum est VIII, 134 extr. cui loco tuendo miramur non esse hunc nostrum adhibitum.

§. 7. De *umbilico terrae* diximus ad Hellenica p. 153 sq. δὲ inter Πελοποννήσου et πάσης deest in Exc. cod. Palat. μόνον ἐστὶ Vulg.

§. 8. ὅδε — λόγος etiam Clavier. ὧδε — λόγος Vulg. Sed vide IX, 12, 1 λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὑπ' αὐτῶν λόγος. Herod. I, 81 λέγεται ὅδε ὁ λόγος. II, 3 et IV, 179 Ἔστι δὲ καὶ ὅδε λόγος λεγόμενος. adde Pausan. II, 15, 4. ἀπὸ Φλιασ. pro ὑπὸ Φλιασ. Vind. Mosq. Quod hic de Hercule narratur, traditum erat ab Hellanico. v. Fragm. p. 82. adde Apollod. II, 7, 6. Diod. S. IV, 36 et ibi intrpp. Ad ἐλθεῖν — ἴδιον Lobeckius ad Phryn.

p. 392 supplet χρέος. Post ἔχει necessaria est virgula, quae deest in Vulg. Clavier bene reddidit: *où y voit deux statues — représentant Cyathus, qui offre une coupe à Hercules.*

---

# CAPUT XIV.

§. 1. τετάρτου per negligentiam quandam excidit e Kuhniana. ἱεροφάντης Hesychius, Lobeckius de morte Bacchi II, 15. καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν ἐν Ἐλευσῖνι ὀνομάζουσι Vulgata, quam Sylburgius ad VIII, 36, 5 tueri conatus est et vertit: *haec diversa esse dicuntur ab Eleusiniis sacris.* Sed quum hic memoretur sacer ritus, cum Clavierio νομίζουσι scripsi, ut Camerarius Kuhniusque correxerant. ἐστὶν εἰς μίμησιν i. e. ἐστὶ κατεσκευασμένα εἰς μίμησιν.

§. 2. Negat Pausanias, *Dysaulen* Celeo cognatione junctum, et unum ex illustribus Eleusiniis fuisse, et bello Eleusine ejectum esse, quae dicebantur a Phliasiis. Apud Clement. Al. in Protr. p. 13 Dysaules Eleusiniorum γηγενέσιν accensetur. Hesychius ac Phavorinus habent δυςαύλητος, δυςεγκλήμων. τοῦ — πολέμου. cf. I, 38, 3. οὐ μὴν — Ἐλευσινίων· eadem structura orationis est I, 14, 3. ἐμοὶ δοκεῖ Vind. sed ἐμοὶ δοκεῖν verius esse putamus, ubi constructio hac formula non afficitur, ut I, 4, 3. 9, 8. 14, 2. II, 6, 2. 11, 4. 37, 4. V, 34. X, 8, 5. III, 12, 2. Herod. II, 77. Δήμητραν Mosq. Aldina. cf. I, 37, 2 et ad Philochori Fragm. p. 102. Δήμητρα Vulg. Hi versiculi sunt in Hom. h. in Cererem 474 sqq. De *Dysaulae sepulcro* II, 12, 5.

§. 3. de *Promethei aetate* c. 16, 1. Πελασγὸν Mosq. εἶναι λεγομένων idem. Hoc Ἀνάκτορον haud dubie fuit *Cereris templum,* quod nomen ejusdem deae templum Eleusine habuit. v. Athen. IV, 167 f. et Herod. IX, 65, ubi τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνακτόριον vocatur. adde Hesych. aliter Clavier. πρὸς τῷ ὀρόφῳ *ad fastigium. sul frontespizio* Nibby; Clavier Amasaeum sequutus est.

---

# CAPUT XV.

Huic loco non in Aldina neque in Mosquensi codice, sed in Francofurtana et Kuhniana editione inscriptum est Ἀργολικά. Pausanias ipse eum IV, 2, 3. VIII, 4, 3 Ἀργολίδα συγγραφὴν, et V, 16, 3 τὰ ἔχοντα ἐς Ἀργείους appellat;

scholiastes autem ad Anthologiam graecam lib. VII epigr. 29 citat Pausaniam ἐν Ἀργείων διηγήσει. cf. ad 23, 7. Iis, qui *Argolica* conscripserunt, addes *Istrum* (v. Fragmenta), *Demetrium* (v. Clem. Alex. Admon. p. 30), *Socratem Argivum* e Schol. Pindari Nem. 3, 92 atque Vossio de hist. graec. p. 414, *Timotheum* e Plutarch. de flumin. 18, 3. et *Diniam*, de quo v. Sch. Soph. Electr. 278, ubi laudantur Ἀργολικοὶ συγγραφεῖς. *Guil. Gellii* librum de *Argolide* mihi meis oculis usurpare nondum contigit.

§. 1. His Ἐκ Κορίνθου — μεγάλη simillima habet Strabo VIII, 377. Pro οὐ μεγάλη Barthius ad Statii Theb. IV, 47 legi voluit εὖ μεγάλη, frustra Homerum ac Strabonem laudans. Horum posterior d. l. ait, *Cleonas* ex Acrocorintho prospici, et ab Argis CXX, a Corintho LXXX stadiis distare. ποταμῷ pro Ἀσώπῳ Vind. *Cleone* in Asopi filiabus etiam apud Diod. S. IV, 72 et Eustath. ad Iliad. p. 291. *Scyllidem* et *Dipoenum* Daedali vel discipulos vel filios habitos esse, Pausanias iterum innuit III, 17, 6. cf. de iis Winckelmanni Opp. VIII, 309. Contra eos, qui hic Daedalum recentiorem, Sicyonium illum (Paus. VI, 6, 6. X, 9, 3) significari putent, disputat Quatremère in Jupiter Olympien p. 180 sq. hunc enim circa Olympiadem LX seu XCV, ergo CL fere annis post Dipoenum et Scyllidem vixisse: hos autem illius antiqui Daedali discipulos dictos esse, quia »il subsistoit encore quelques caracteres de ce style simple (ἁπλᾶ ἔργα apud Paus. V, 17, 1) des siecles precedents.« Idem p. 174 ait: »disciplulus Daedali fut une appellation bannale, qui signifia simplement tres ancien sculpteur.« γυναῖκα Γόρτυνος ἐθέλουσι λαβεῖν Vulg. γυναῖκα τὴν Γόρτυνος κ. λ. Kuhnius conjecit. Praeiverat Comes Natalis VII, 16 p. 773. sequuti sunt Gedoynus et Goldhagenus; at non potius τὴν quam ἐς ante Γόρτυνος excidit, urbs enim Cretica hujus nominis indicatur, (Γόρτυν, Γόρτυνος, v. Bekk. Anecd. 1199), quod Clavier quoque vidit. Ex eo intelligitur, qui Clemens Alex. Adm. p. 31 et Plinius XXXVI, 4 p. 335 Bip. tradiderint, Scyllidem ac Dipoenum *Cretenses* fuisse. Caeterum γυναῖκα ἐκ Γόρτυνος λαβεῖν recte dici, apparet ex iis, quae ad II, 6, 2 de formula ἔγημεν ἐξ Ἀθηνῶν γυναῖκα adnotata sunt. Corayus conjecit: τοῦτό τ' ἐστι. Quae h. l. de *Euryto* et *Cteato* narrantur, fusius exponuntur V, 1, 2. 8. Τριτοῦ Vind. Mosq. sic postea quoque §. 4. sed vulgatam Τρητοῦ retinendam esse, patet ex Hesiodi Theog. 331 et Diod. S. IV, 11, quorum posterior docet, *Tretum* montem esse inter Mycenas et Nemeam, dictum-

que esse ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος (ex re ipsa, quod perforatus esset), εἶχε γὰρ περὶ τὴν ῥίζαν διώρυγα διηνεκῆ, καθ' ἣν εἰώθει φωλεύειν leo Nemeaeus. ὀχήματι Vind. Mosq.

§. 2. ἐπιδείκνυται pro ἔτι δείκνυται Mosq. Νεμείου τοῦ Διὸς Vulgata. Articulum Sylburgius vel deletum vel Adjectivo praefixum voluit, ut est 24, 2. itaque eum antea uncis inclusi, nunc cum Clavierio in τε mutavi. Νεμίου Vind. Νεμέου Mosq. De hujus aedis reliquiis laudantur Ionian Antiquities et Argolis by W. Gell. ὅσον τε κατεῤῥ. Mosq. ὅσον κατεῤῥυήκει τε Vulg. ἐστὶ περὶ etiam Clav. ἐστὶν περὶ Vulg. τὸν Ὀφέλτην *illum notum* Ophelten. Similiter τῆς τροφοῦ, τοῦ δράκοντος, de quibus fama narrare solet. Pro Νέμεια apud Strabonem VIII, 377 et Scholiasten ad Pind. Nem. Prol. est Νέμεα, sed Pausanias, quocum Zonaras conspirat, sibi constitit: v. VI, 16, 4, ubi etiam τὰ χειμερινά, ut h. l., memorantur; haec vero post priorem partem anni secundi cujusque Olympici putantur celebrata esse. v. Boeckhius in Abhandl. der hist. philol. Classe der K. Preuss. Acad. d. Wiss. 1818—1819, et Wesselingius ad Diod. S. XIX, 64, qui jam monuit, Nemeos ludos trietericos fuisse, binosque (aestivos et hibernos) qualibet Olympiade rediisse.

§. 3. θυγατέρα Ἀσωποῦ καὶ ταύτην. καὶ ὄρος Clavier. θυγατέρα Ἀσωποῦ. καὶ ταύτῃ καὶ ὄρος Vulgata. *Nemeae* nomen alii aliunde deduxerunt, ut videre est apud Scholiasten ad Pind. Arg. Nem. adde Hermannum ad Hom. h. in Lunam. Mons *Apesas* notus est ex Hesiodi Theog. 331, Etym. M. et Statii Theb. III, 461, ubi haec:

Mons erat audaci seductus in aethera dorso,
(Nomine Lernaei memorant Aphesanta coloni)
Gentibus Argolicis olim sacer: inde ferebant
Nubila suspenso celerem temerasse volatu
Persea.

ubi multa Barthius. Schneider autem adnotavit: "Ἀπέσας est in Plutarcho de fluminibus p. 461 Hutt. ubi et ὄρος Ὀφέλτιον est. Adde *Jovem Apesantium* e Stephano Byz.

§. 4. Mycenae occasionem praebuerunt *antiquissimam Argivorum historiam* intexendi usque ad 16, 3 extr. A Nemea Mycenae distare dicuntur uno milliario germanico et quarta seu secunda ejus parte. βασιλεύοντα τότε τὸν ποταμόν, ut Kuhnius correxerat. βασιλεύοντα τὸν τότε ποταμὸν Vulg. τότε Porsonus delendum censuit. αὐτοῦ Mosq. *Inachum* ignoravit Homerus.

§. 5. *Λέγεται δὲ καὶ ὧδε λόγος* Vulg. De emendatione nostra cf. ad 13, 8 adnotata. Schneider eodem modo corrigit. *Phoroneum* primum hominem in illa regione fuisse et Inachi filium, tradiderat Acusilaus. v. Fragmenta p. 233. In locum Vulgatae depravatae *πατέρα εἶναι Φορωνεῖ, τοῦτον δὲ Ποσειδῶνι καὶ Ἥρᾳ δικάσαι περὶ τῆς χώρας, σὺν δὲ αὐτῷ Κηφισόν τε καὶ Ἀστερίωνα καὶ τὸν Ἴναχον ποταμόν· κρινάντων δὲ Ἥρας εἶναι τὴν γῆν, οὕτως φησὶν ἀφανίσαι τὸ ὕδωρ Ποσειδῶνα* jussimus id succedere, quod nobis videbatur necessarium. Post *Φορωνεῖ* in Aldina, Francof. et Kuhn. est major distinctio, in Fac. et Clav. minima. Deinde *τοῦτον δὲ— τῆς χώρας* interpretes referunt ad Phoroneum contra scriptoris sententiam, qui de Inacho accipi voluit fluvio, et clare indicat, judices hujus controversiae fuisse *fluvios*; sed Pausaniae mente non perspecta vir nescio quis Inachi nomen perperam omissum ratus in margine addidit: *καὶ τὸν Ἴναχον ποταμόν*, quod additamentum ad uncos damnavimus. Pro vulgato *οὕτως φησὶν* est *οὕτως φασὶν* in Vind. atque idem Sylburgius ac Palmerius voluerant, Clavier autem et Nibbyus arripuerunt. Sed legendum est *οὕτω σφίσιν ἀφανίσαι τὸ ὕδωρ Ποσειδῶνα·* quod parallelo confirmatur loco 20, 5 *τῷ ποταμῷ τούτῳ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἀφανισθῆναι·* atque Dativus *σφίσιν* nostro quoque loco requiritur, quum contra *φασὶν* minime desideretur. Cf. IV, 31, 6. 32, 2, ubi similis deprehenditur confusio. De *Inacho fluvio* iterum II, 18, 3. Mentionem ejus fecit Chateaubriand in Reise von Paris nach Jerusalem I, 83. nomen interpretantur Phavorinus et Etym. Gudian. De hoc *Cephisso* ad 20, 5. Contentionem hanc inter Neptunum et Junonem Scholia quoque memorant Aristidis in Creuzeri Symbolik II, 587. *οὔτε Ἴναχος* Vind. Mosq. Exc. cod. Palat. Aldus, Facius, Clavier, atque ita Sylburgius Kuhniusque correxerunt. *οὔτε Ἰνάχου* Francof. Kuhniana; Xylander *Ἴναχος* in *Ἰνάχου* mutaverat. *οὔτε ἄλλος τῶν εἰρημ. παρέχεται ποταμῶν* Exc. cod. Pal. *Λέρνα* commune nomen fuit *lacus, fluvii et agri*. v. Strabo VIII, 368. Apollod. II, 1, 4. Pausaniae ita dicitur *ager*, de quo cf. ad 36, 7. sic Plinio quoque IV, 9 p. 264 Bip. sed Pomponio II, 3, 127 est *oppidum*. H. l. ad *τῶν ἐν Λέρνῃ* suppletur *ποταμῶν*, et significantur *Pontinus* atque *Amymone*, de quibus cf. 37, 1. *πρῶτον* Vind. Mosq. Aldus, Francof. *πρῶτος* tacite Kuhn. Fac. Clav. *ἐφ' ἑαυτῶν οἰκ.* vide ad 7, 3. *ἄστυ ὀν. Φορωνικόν·* sic etiam Stephanus Byz. atque Sch. ad Eurip. Orest. 1247. De eodem dicti sunt *Φορωνεῖς* in Theocr. 25,

200 hujus regionis incolae. Lectum est vocabulum *ἔασιν*. v. ad Philochorum p. 35 et Sch. Apollonii I, 696. Pausaniae autem reges Argorum a Phoroneo ad Danaum usque cum Castore et Hygino contulit Marshamus in Canone Chron. p. 84. sed eorum nomina magnam partem ignota Homero fuerunt.

# CAPUT XVI.

§. 1. *Argos* Phoronei ex Niobe filia et Jove nepos iterum II, 22, 6. *Ἄργους* pro *Ἄργου* Aldus. Argi *Piraeus* et Phorbantis *Triopas* recurrunt II, 17, 5. IV, 1, 2. De Phorbantis ac Triopae aetate cf. ad I, 2, 5. De *Iaso* *Ἴασον Ἄργος* Hom. Odyss. XVIII, 246. Triopae aevo *Io seu Isidem* et Prometheum fuisse, scripsit Clemens Alex. Strom. I, 321. 322. De *Promethei* aetate Paus. II, 14, 3. Triopae tertium Pausanias filium tribuit *Pelasgum* cap. 22, 2, eundem cap. 23 extr. et I, 14, 2 memoratum, quem Clavier in Hist. d. prem. temps de la Grece I, 24 quo jure nescio suspicatus est haud diversum fuisse ab Iaso; sed ut praetermittamus Scholiastae testimonium ad Eurip. Orest. 930, secundum quod Triopas Phorbantis filius *quatuor* habuit filios, Pelasgum et Iasum, geminos, et juniores Agenorem atque Xanthum, Pausanias manifesto sequutus est Hellanicum, quo auctore apud Schol. ad Hom. Iliad. III, 75 Iasus, Pelasgus ac natu minimus, Agenor, filii fuerunt Triopae. *Κρότωπος*, *Κροτωποῦ* Vulg. sed vide I, 43, 7, Clem. Alex. Strom. p. 321 et Etym. M. ubi est proparoxytonon. In Crotopi tempus, ut est apud Clem. Alex. l. c., Deucalionis incidit diluvium: idem vult, *Sthenela* regnante (apud Clementem est *Σθένελος*) Danaum in Peloponnesum venisse. Idem opinatus est Clavier in Hist. d. pr. temps de la Gr. I, 26 propter alterum Pausaniae locum 19, 3, ubi Danaus narratur de regno contendisse cum Gelanore. Hujus nostri loci sensus est: *Danaus ex Aegypto navibus huc delatus adversarius Gelanori, Sthenelae filio, Agenoris posteros regno submovit.* *ἔπαυσε* Mosq. *ἔπαυσεν* Vulg. De *Lynceo* Liebel in Archil. Fragm. p. 236 e Malala hoc affert: *Λυγκεὺς πολεμήσας τῷ Δαναῷ βασιλεῖ, τοῦτον ἐφόνευσε, καὶ ἔλαβε τὴν βασιλείαν καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, καθὼς ὁ Ἀρχίλοχος ἐγράψατο.*

§. 2. *κατέμεινεν* Vind. Fac. Clav. ut Sylburgius conjecerat. *κατέμενεν* Vulg. *Μιδείαν* et hic et 25, 8 scribendum fuit e Strabone VIII, 373 pro vulgato *Μίδειαν*, quod Stephanus quoque habet. *Μίδεα* Argolica est adhuc in Schol.

Theocr. XIII, 20. Altera forma *Μιδέα*, quam Strabo servavit, reperitur etiam in Pausania VI, 20, 4. VIII, 27, 1, quanquam posteriore loco Mosquensis *Μιδείαν* offert. Mediam corripuit Statius Theb. IV, 45 post Theocritum XIII, 20. XXIV, 1. cf. de hac urbe et ejus scribendae ratione ad Hellenica nostra p. 20. 24. 248. Verba ὅσα πρὸς θαλάσσῃ τῆς Ἀργείας declarata sunt ad 8, 4. *Λάρισαν* Aldus atque etiam postea. De hac *Larissa* cap. 23 extr. adde Notas ad Hellenica p. 248. De *disco* et de *ejus invento* ibid. 257. adde Pindari Ol. X, 86. Fluxisse consentiunt a δίκω i. e. βάλλω. Apud Herodotum VII, 17 legitur ἀποτρέπειν τὸ χρεὸν γενέσθαι, sed sine Dativo personae.

§. 3. *Μεγαπένθην* Mosq. Vind. Fac. Clav. *Μεγαπένθη* reliqui. τοῦ ξίφους — πόλεως. Idem refert Stephanus, ubi Berkel plures laudavit scriptores idem tradentes. Eustathius ad Iliad. p. 289 Stephanum sequutus addit: μύκης δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ λαβὴ τοῦ ξίφους· paria invenies in Etym. M. et Bekkeri Anecd. 1399. sed haec interpretatio certe Herodoti loco III, 64 non accommodata est, ubi τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφους ὁ μύκης ἀποπίπτει, *lamina extremam ensis vaginam claudens* seu, ut Valckenarius ait, τὸ κατακλεῖον τὴν θήκην τοῦ ξίφους. Winckelmannus tamen in Opp. V, 87 monuit, et vaginae extremam et capuli summam partem in antiquis gladiis simili propemodum forma fuisse. τῇ πόλει. ὃν δέ φασι προσποιούμενοι ἀκοῦσαι λόγον Vulg. τῇ πόλει φασὶ, ὃν δὲ προσποιοῦσι ἀκοῦσι λόγον Vind. Mosq. φασίον προσποιοῦσι ἀκοῦσι λόγον Vatic. τῇ πόλει φασίν. Ὃν δὲ προσποιοῦσιν ἀκοῦσαι λόγον Clavier, ut Facius correxerat; idem placuit Schneidero. Corayus conjecit: Ὃν δὲ πρὸς τούτοις ἤκουσα λόγον. Porsonus autem ita corrigendum putavit: τῇ πόλει φασίν. ὃν δὲ προσποιοῦσιν Ἀκουσιλάῳ λόγον, et de verbo προσποιεῖν laudavit 26, 3. V, 5, 4. X, 5, 3. Sed *Acusilai* hanc narrationem fuisse, id vellem Porsonus docuisset. Hic *Sparton* a Tisameni filio diversus, a Pausania historia exclusus, sed in Creuzeri Symbolica et Mythologica I p. 789 admissus, apud Stephanum et Eustathium l. l. Phoronei non filius, sed frater; rursus in Schol. ad Eurip. Orest. 1247 Phegei, qui Phoronei frater fuit, filius et Mycenei pater est. αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι e Vindob. Articulus abest a Vulgata. *Spartae* imago Amyclis III, 18, 5. ἀρχὴν hac potestate etiam sine negatione, ut Herod. I, 9.

§. 4. *Mycenae vastatae ab Argivis.* cf. 25, 7 et Strabo VIII, 372. 377. Pro καθεῖλον *diruerunt* apud Strabonem est

*ἀνεῖλον everterunt*, quo verbo Pausanias 17, 6 de Tirynthe utitur eversa. A Mycenaeis missos esse octoginta milites Thermopylas, repetit Pausanias X, 20, 2. Addendum ex V, 23, 1, eorundem milites interfuisse Plataeensi pugnae, ubi tempus dirutarum Mycenarum indicabitur. De Mycenis vastatis v. epigrammata in Anth. gr. Palat. T. II p. 36. 37. Quod Strabo ait: *νῦν μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως*, repetitum ab Eustathio ad Iliad. p. 290, Noster verum esse negat; ruinas superesse, recentiorum plures contenderunt; de iis et de hac Mycenarum porta (leonina), quae Corinthum spectat, v. Chateaubriand p. 84 sq. Comment. Soc. Philol. Lips. I, 2, 343. Bartholdy im Neuen deutschen Mercur 1805, 1, Goetting. gel. Anzeig. 1800 N. 181 p. 1805 et quod Creuzer in Symbol. I, 770 e Gellio atque Hirtio affert. In Gellii Argolide *Mycenarum et Tirynthis muri* sunt descripti. De iis cf. etiam Walpolii Turk. 316. *Κυκλώπων κ. λ.* hinc *Κυκλώπων πόλις* de Mycenis in Anthol. Pal. II p. 36. Eorundem opus Tirynthis muri. vide 25, 7. De his *Cyclopibus* nuper denuo disputatum est in Wolfii Anal. litter. I p. 153 sqq. et Creuzeri Symbol. IV, 48 sq. adde de eorundem operibus Winckelmanni Opp. VIII, 64. *πρῶτοι* pro vulgato *Προίτῳ* Mosq. Vatic.

§. 5. De his ipsis aliisque hujus generis *ὑπογαίοις οἰκοδομήμασιν, ἔνθα οἱ θησαυροὶ τῶν χρημάτων ἦσαν*, cf. Walpolii Turkey p. 553 sqq. ubi sunt *Remarks on the thesauri of the Greeks* et rationes eorum descriptae p. 558. adde nostras adnot. ad II, 23, 7. Scriptura *ὑπόγαιος* recurrit 36, 7. cf. 23, 7. *Cassandrae* apud Amyclaeos sepulcrum III, 19, 5. *ἐπικατέσφαξε liberos post caesos parentes interfecit*: sic recte Kuhn. Qui Pausaniae *Μέδων*, aliis *Μεδεὼν* vocatur. vide Muelleri Geschichten Hellen. Stämme p. 69. qui hic *Μεδεῶνα* scribi vult. Forma *Μέδοντα* poetica est, *Μέδωνα* communis. v. Bekk. Anecd. 1393. *Μεδεὼν* est urbs Phocidis X, 3, 2. *καὶ Ἠλέκτρας* deest in Vind. Mosq. et Vatic. sed margo Vaticani haec verba supplet. De *Clytaemnestrae* sepulcro cf. iterum Goetting. gel. Anz. loco indicato §. 4.

---

# CAPUT XVII.

§. 1. *Heraeum* Strabo VIII, 368 *decem* stadiis remotum Mycenis fuisse tradit. *αἳ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἑστᾶσι ἀπορρήτως* Vulg. quanquam pro *αἳ* est *αἱ* in Aldina. *ἃ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰς θυσίας ἑστᾶσιν ἀπορρήτως* Vind. *αἳ πε-*

ρὶ τὸ ἱερὸν καὶ τῶν θυσιῶν ἑστᾶσιν ἀποῤῥήτως Mosq. Vatic. in margine autem Vat. τὰς θυσίας scriptum est. Kuhnius tentavit ἑστᾶσαι ἀποῤῥήτων, sed tum αἱ mutandum esset in αἰ, et pro ἑστᾶσαι potius ἑστῶσαι scribendum. Facius maluit αἱ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰς θυσίας ἑστᾶσιν ἀποῤῥήτους. Schneidero placuit corrigi αἱ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τῶν θυσιῶν ἐστὶν ἃς ἀποῤῥήτους. Clavier ex his nihil recepit nisi ἀποῤῥήτων: sic αἱ περὶ τὸ ἱερὸν scil. οὖσι sunt *sacerdotes templi*, et αἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἑστᾶσιν ἀποῤῥήτων *quae praesunt sacris arcanis*. Illud autem ὕδωρ Ἐλευθέριον est forsan, quod Schneider mecum communicavit, κρήνης Κυνάδρας ἐν Ἄργει, ἐξ ἧς ἔπιον οἱ ἐλευθερούμενοι· ὅθεν καὶ τὸ ἐν κυνάδρᾳ ἐλευθέριον ὕδωρ παροιμιακῶς ἐπὶ τῆς κατ' ἐλευθερίαν ζωῆς· ut est apud Eust. ad Iliad. 1747 et Phavorinum.

§. 2. Αὐτὸ — Εὐβοίας. Heraeum in colle fuisse situm, elucet ex Herodoto; Noster dicit ἐν χθαμαλωτέρῳ τῆς Εὐβοίας. Haec Euboea Straboni X, 449 λόφος dicitur. Πρόσυμναν — χώραν. *celsae Junonia templa Prosymnae* Stat. Th. I, 383. *viridis devexa Prosymnae* idem III, 325. Μιδέᾳ ὅμορος Πρόσυμνα, καὶ αὕτη ἱερὸν ἔχουσα Ἥρας Strabo VIII, 373. τέμενος τῆς Προσυμναίας Ἥρας Plut. de fluminibus p. 460 Hutt. Locum interpunctione laborantem ita sanandum putavimus: φύεται δὲ αὐτοῦ πόα πρὸς ταῖς ὄχθαις· Ἀστερίωνα ὀνομάζουσι καὶ τὴν πόαν ταύτην· τῇ Ἥρᾳ καὶ αὐτὴν φέρουσι, καὶ ἀπὸ τῶν φύλλων αὐτῆς στεφάνους πλέκουσιν. *Ad fluvii Asterionis ripas herba nascitur, quae ipsa quoque Asterion vocatur. Junoni et hanc herbam, ut nascitur, et coronas ex ejus foliis nexas offerunt.* Vulgata habet post ὄχθαις comma et post ὀνομάζουσι colon; deinde καὶ τὴν πόαν — φέρουσι sine distinctione conjungit. Clavier ἣν ante Ἀστερίωνα ὀνομάζουσι inserendum opinatus est. De hac herba, phalangii genere, Creuzer laudavit Nicandri Ther. 725 cum Schol. et Schneid. animadv.

§. 3. Hunc architectum Εὐπάλαμον, non Εὐπόλεμον appellatum esse arbitramur, ut Daedalus perhibetur *Eupalami* filius fuisse apud Diod. S. IV, 76. de quo loco diximus ad Hellenica p. 13. Addantur Εὔχειρ, Εὔχειρος, Χειρίσοφος, artificum nomina. ὁπόσα δὲ κ. λ. Haec explicata leges in Winckelmanni Opp. I p. 417. πρὸς Τροίας Vind. πρόναος, quod vocabulum Vitruvius non habuit quomodo latine redderet, fuit pars aedis (Paus. VIII, 32, 1) eaque anterior, quam Wesselingius ad Diod. S. XIV, 41 *anticam partem templi* interpretatus est, Boettiger in Mythologia Junonis p. 141 *Vorhalle*.

Hanc κλίνην idem vir celeberr. de Nuptiis Aldobrand. p. 148 ait esse Junonis γαμικήν, ac typum lectorum nuptialium. At aliis quoque Diis lecti reperiuntur positi. cf. X, 32, 8. Ad hunc *Euphorbi clypeum* pertinere putatur quod est in Horatii Carm. I, 28, 10 sqq. cf. Diogen. Laert. VIII, 4.

§. 4. De hoc *Junonis simulacro, Polycleti opere praestantissimo,* cf. Parmenionis epigr. in Anth. Palat. II p. 691. Colossis accensitum esse, patet ex Joseph. Bel. Jud. I, 16 p. 747 G. ubi ab Herode dicitur in Caesaris aede dedicatus esse κολοσσὸς Ῥώμης ἴσος Ἥρᾳ τῇ κατ' Ἄργος. De loquutione μεγέθει μέγα ad 34, 11. *Gratias et Horas* in hac quoque corona e plano elevatas fuisse, Heynius opinatus est in Antiq. Aufs. I p. 10. ῥοιὰ semper scribitur Pausaniae, haec autem forma Gregorio Corinthio magis dorica visa est altera ῥόα. Philostratus v. Apoll. IV, 9 p. 186 Morel. ait: ἡ ῥόα μόνη φυτὸν τῇ Ἥρᾳ φύεται. Boettigero autem interprete in Prol. altera de Medea Euripidea p. XIII *malum punicum* in Junonis manu significat, ejus illecebris captam Junonem morigeram se praebuisse Jovi. Aliter Creuzer in Symbol. II, 588. Nobis huc pertinere videtur illud: ῥοαὶ εἰσὶ σημαντικαὶ — δουλείας καὶ ὑποταγῆς διὰ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον ex Artemid. I, 73. κόκκυγα κ. λ. cf. omnino Aristoteles apud Scholiasten Theocr. XV, 64 et Valcken. Adnot. adde Paus. II, 36, 2. τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἥρας ἐν τῷ ναῷ καθήμενον ἐν θρόνῳ τῇ χειρὶ ἔχει σκῆπτρον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ σκήπτρῳ κόκκυξ Scholiastes ad l. l. Theocriti addit. γράφω δὲ οὐδὲν ἧσσον ὡς λέγεται. Παρέστηκε δὲ τῇ Ἥρᾳ Clavierii conjectura est non vera. vide §. 5.

§. 5. Scripsimus Λέγεται δὲ παρεστηκέναι τῇ Ἥρᾳ τέχνῃ Ναυκύδους ἄγαλμα Ἥβης pro vulgato — Ἥρᾳ τέχνη Ναυκύδους ἄγ. Ἥβ. nam τέχνη Ναυκύδους pertinet ad ἄγαλμα Ἥβης. In Vind. et Mosq. τέχνῃ deest. Schneider τέχνην scribi maluit. Pausaniae tempore ibi non fuisse hoc Naucydis opus, e verbis λέγεται παρεστηκέναι intelligitur, minime sollicitandis; ejus aetate adstabat in columna antiquum Junonis signum. *Naucydis Heben* Quatremère in Jupiter Olympien p. 329 opinatur Romam translatam fuisse. τὸ δὲ ἀρχαιότατον κ. λ. cf. de hoc antiquissimo Junonis signo e Tirynthe exciso huc translato VIII, 46. 2, Clemens Alex. Protr. p. 30, et quem Creuzer in Symbol. et Myth. II p. 587 excitavit, locus Plutarchi in Fragm. p. 763 Wyttenb.

§. 6. ἀνέθηκεν deest in Vind. ac Mosq. De aliis Heraei donariis cf. IX, 40, 2.

§. 7. ὑπελίπετο in margine Excerpt. cod. Palat. ὑπελείπετο Vulg. cf. II, 3, 8. Χρυσὶς est apud Thucydidem II, 2. IV, 133, Clementem Alex. Protr. p. 35 atque etiam apud ipsum Pausaniam III, 5, 6. nec tamen hunc locum codicibus tacentibus corrigere ausi sumus. Deinde autem forsitan scribendum: ὁ λύχνος, ὁ πρὸ τῶν στεφανωμάτων, ἥπτετο scil. αὐτῶν. Valckenarius cum Leopardo VI, 11 censuit πρὸ delendum esse. Kuhnius πρὸ residuum esse ab integra voce προθεὶν, προτιθεὶς (an προτεθεὶς) vel alia simili, putavit. Pro ἐς Τεγέαν in Aldina est ἐσέγεσαν, in Mosq. ἐσένεσαν, in Vind. ἐσύνεσαν. Cur Tegeam fugerit Chryseis, aperitur III, 5, 6. Hoc accidit belli Peloponnesiaci anno nono medio, Olympiade LXXXIX, 2. a. C. 423. a. u. c. 331. σφίσιν, τὴν Vulg.

---

## CAPUT XVIII.

§. 1. Nos post Σερίφῳ majorem distinctionis notam posuimus; sic opus non erit conjectura neque Kuhnii et Clavierii τέμενός ἐστι, neque Letronnii ἡρῷον, (ἔχει — παρ' Ἀθηναίοις ἐν Περσέως τεμένει) καὶ Δίκτυος κ. λ. neque Sylburgii, aut Περσέως tollendum, aut παρ' οἷς, ἔνθα vel simile quidpiam post Ἀθηναίοις subaudiendum esse. Hanc Clymenen Starzius ad Pherecyd. p. 81 suspicatur Catrei filiam atque Nauplii uxorem fuisse. Pherecyde ipso auctore Dictys ac Polydectes pronepotes fuerunt Nauplii. Forsan autem, quum in Dictyos nomine significatio piscatoris lateat (cf. Munck. ad Hyginum 63), quumque Apollodorus I, 9, 6 referat, Polydecten atque Dictyn filios fuisse Νύμφης παῖδος, hujus Nymphae nomen Clymenen hic posuit Pausanias.


§. 2. Argivorum ager usque ad §. 3 extr. οὐκ ἐπίσχεν — τὴν non inhibuit ratio, ne par pari referret. Kuhn. προϋπῆρξεν — λαβόντα illustratur loco 22, 4. τοσοῦτο Mosq. προστρόπαιος eodem modo dicitur Polybio XXIV, 8: ἡ τύχη παρέστησεν αὐτῷ τινας ἐριννῦς καὶ ποινὰς καὶ προστροπαίους τῶν δι' ἐκεῖνον ἠτυχηκότων. Clemens Al. Protr. p. 16 Sylb. habet προτροπαίους. Haec ἡνίκα — δίκην hausta sunt ex Herod. VI, 86, unde Juvenalis quoque sua depromsit XIII, 199. ἡνίκα — Σπαρτιάτῃ, βουλεύσαντι ἐπίορκα ὀμόσαι, καὶ τοῦδε κ. λ. Codex Phralitae, Clavier, Larcher ad Herod. T. IV p. 429. Σπαρτιάτη βουλεύσαντος ἐπίορκα ὀμόσαι Vind. Mosq. — Σπαρτιάταις βασιλεύσαντος ἐπίορκα ὀμόσαντος Vulgata. Verbo βουλεύειν hic opus esse, jam Palmerius viderat; deinde eundem

hunc hominem Pausanias VIII, 7, 5 *Γλαῦκον τὸν Σπαρτιάτην* appellat. Apud Juvenalem est *Spartano cuidam respondit Pythia.* Denique cum verbis *βουλεύσαντι ἐπίορκα ὀμόσαι* congruunt non modo Herodotea (*ἐπειρωτῶντα αὐτὸν, εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα ληΐσεται, ἡ Πυθίη μετέρχεται τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι*), sed illud etiam Juvenalis: *quod dubitaret depositum retinere et fraudem jure tueri jurando.* *καὶ τοῦδε* scil. *βουλεύματος*, nam *τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον δύναται* judice Deo apud Herodotum, et *Has patitur poenas peccandi sola voluntas,* Juvenale accinente. De poena a posteris hujus Glauci exacta Herodotus et Juvenalis. Majorum facinora in posteris puniri, vetus fuit opinio. v. Valcken. ad Eurip. Hipp. 832 sq. inprimis perjurium. v. Lycurg. contra Leocr. 19, 5.

§. 3. Cereris *Mysiae* templum *Μυσαῖον* vocatur VII, 27, 4. *Μυσίου* nomen proprium est, ut patet ex l. c. et II, 35, 3. unde noster illustrandus locus est. *Μυσίου τὸ ὄνομα, γενομένου καὶ τούτου* etiam Clavier. *τὸ ὄνομα γενομένου, καὶ τούτου* Vulg. *ξένου τῇ Δήμητρι* Mosq. *ξένου τῆς Δήμητρος* Vulg. *ἐπὶ πύλην ἥξεις ad urbis Argorum portam venies.*

§. 4. De *Argis*; primum usque ad 19, 2 de *Argivorum historia.* *Μόνους δὲ Ἑλλήνων κ. λ.* cf. Eustath. ad Iliad. p. 218 Bas. et Schol. Pind. Nem. IX, 30. *διαιρεθέντας* Vulg. *νικηθέντας* Vind. Mosq. Vatic. Hinc Censor in der Neuen allg. deutsch. Bibl. XXII P. I Fasc. I opinatus est scriptum a Pausania fuisse *διακριθέντας*, Porsonus autem *νεμηθέντας* et laudat I, 6, 2. II, 16, 2. *Anaxagoras* ab Eustathio ad Iliad. p. 288 parum accurate *Proeti* filius dicitur, a Diodoro Sic. IV, 68 verius *Megapenthis*, sed Nostro est *Argei* filius, Megapenthis nepos; quod confirmatur scholio ad Eurip. Phoen. 185 T. III Lips. p. 80, ubi tamen legitur *τοῦ Ἄργου·* quam scripturam Clavier in Not. ad Apollodorum T. II p. 397 commendatam in nostri loci contextum recepit. Matthiae autem in illo scholio e cod. Havn. *Ἀργείου* edidit. *Melampodis* nomen ductum vult Creuzer in Symb. III, 161 a *melampodio, elleboro nigro*, quo ille Proeti filias sanaverit. *ἐφ' ᾧ — ἕξουσιν* Exc. Cod. Palat. Clavier, Porsonus. cf. Thom. Mag. et Phavor. — *ἔχουσιν* Vulg. *Ἀναξαγόρα* ante Facium. De *re* cf. Herod. IX, 33. *ἀπὸ μὲν δὴ Βίαντος κ. λ.* Hi quinque reges sunt 1) Bias, 2) Talaus Biantis F., 3) Adrastus Talai, 4) Aegialeus Adrasti, 5) Cyanippus Aegialei. cf. Apollod. I, 9, ubi Aegialeus non Cyanippi pater, sed uterque Adrasti filius perhibetur; Pausanias autem sibi constitit etiam II, 30, 9. *Νηλεῖ-*

δαι τὰ πρὸς μητρὸς, nam Biantis uxor Pero Nelei filia fuit. ἀπὸ δὲ—'Αμφιαράου. Hi sex viri sunt 1) Melampus, 2) Mantius, ejus filius, 3) Oicleus Mantii, 4) Amphiaraus Oiclei, 5) Alcmaeon Amphiarai, 6) Amphilochus item Amphiarai. Sic Pausanias VI, 17, 4. Homerus tamen Melampodis progeniem paulo aliter explicat Odyss. XV, 240. Ἶφις — ἀρχὴν, cf. X, 10, 2 et Schol. ad Eurip. Phoen. 181 T. III p. 80 Lips. Nomen Ἶφις Suidas interpretatur: ὁ ταχύς. Scribimus autem Ἴφις cum Schol. Apollon. IV, 223. 228. Καπανέως ἀνεψιοῦ Clavier, quod idem in Not. ad Apollod. II p. 397 jam voluerat: stemma enim hoc est:




sed ἀδελφὸς, quod Vulgata offert, latiorem habet ambitum, ut *patruelem* etiam denotet. cf. Not. ad Hellenica p. 260 et Pausan. V, 11, 2. Ἀμφιλόχου δὲ μετὰ κ. λ. Amphilochus teste Thucydide II, 68 domum reliquit, quia rerum status, qui tum Argis erat, ei non placeret. Urbs ab eo ad sinum condita Ambracicum Argos Amphilochium, regio Amphilochia, et incolae Amphilochi appellati sunt. ἐς τοὺς Mosq. εἰς τοὺς Vulg. κυλαράβις Aldina. Κυλλαράβης Clavier. Melior est Vulgata Κυλαράβης, ut patet e nomine gymnasii 22, 8 inde ducto. *Cylarabus* est apud Servium ad Virg. Aen. XI, 269.

§. 5. τὸ Ἄργος κατέσχε i. e. reliquas Argolidis partes, quas ejus majores nondum habuerant. ἄνευ τῆς πατρῴας ἀρχῆς. Mansoni, viro egregio, qui in Sparta lib. I p. 26 hoc interpretatur, Mycenas Oresti tum nondum paruisse, assentiri non possumus, quia, quod Sylburgius Kuhniusque jam viderunt, ἄνευ h. l. denotat *praeter,* ut IV, 3, 6, Plutarchi Caes. 32, Demosth. 17. προςπεποιημένος—πολλούς. Orestis patri et avo jam intercesserat necessitudo quaedam cum Arcadibus. v. ad Hellenica 70 sq. 80. 109. ἀπωλείᾳ pro ὠφελείᾳ Vind. Mosq. ἐφέντων· sic etiam IV, 3, 3. οὐκ ἠξίουν Mosq. De *Megapenthis matre* Acusilaus apud Apollod. III, 11, 1.

*'Ορέστου δὲ κ. λ.* usque ad finem capitis de *Tisameno*, quem locum Pausanias ipse IV, 3, 3 vocat *τὸν λόγον τὸν ἐς Τισαμενὸν*, et quod de Messenia addidit *προςθήκην τούτῳ τῷ λόγῳ*. *Megapenthis* et *Tisameni* nomina interpretatur Grammaticus in Bekkeri Anecd. II p. 868. In Vind. ὁ *'Ερμιόνης* legitur. *Πενθίλον* etiam Strabo IX, 402. Etym. M. *Πένθιλον* scripsit Tzetzes ad Lycophr. 1374. *Κιναίθων*, ut II, 3, 7. IV, 2, 1, ita etiam h. l. scribi voluit Sylburgius atque VIII, 53, 2. recte; paroxytonon est in Schol. Homeri Iliad. III, 175 et ad Apollonium I, 1357. *Κιναιθὼν* vulgo. de quo poeta v. Heynius ad Apollod. III, 11, 1. Haec *Erigone* est etiam apud Tzetzam ad Lyc. 1374.

§. 6. *κατιᾶσιν* vulgo, quod jam in Observ. Crit. ad Hellenica p. 36 correctum est; idem peccatum deprehenditur VI, 24, 1. VII, 31, 5. nec assentimur Sylburgio, ista quoque ad *ἵημι* referenti. *Τήμενος* Aldus, etiam postea. cf. ad 19, 1. τὸ *ἀνέκαθεν*, quod 37, 3. IV, 3, 3. IX, 27, 1. V, 25, 7 redit, jam I, 3, 1 positum, et ab Herodoto eodem modo usurpatum est V, 55. I, 170. VI, 35, Phrynichus p. 270 rejicit, et mavult *ἄνωθεν* poni. Pro Accusativo *Τυνδάρεω*, quem apud Apollodorum quoque II, 7, 3 invenies, est I, 33, 7 *Τυνδάρεων* et ante vocalem et ante mutam. De v. *παρακαταθήκη* ad IX, 25, 6.

§. 7. *οἱ δὲ Νηλεῖδαι κ. λ.* cf. Herod. V, 65. *'Αλκμαιονιδῶν* Vulgata, sed per ω scribendum esse, Sylburgius jam monuit; adde Harpocrationem et Bentleji opusc. p. 469.

---

# CAPUT XIX.

§. 1. *Τήμενος* hoc accentu etiam apud Apollod. II, 7, 2 et Strab. VIII extr. sed *Τημενὸς* apud Steph. Byz. v. *'Τριθιον* et Plut. Quaest. graec. p. 182 Frob. cap. 48. denique *Τημένος* apud Suidam. Caeterum cf. ad 18, 6. *Δηϊφόντῃ τοῦ 'Αντιμάχου* Vulgata haud dubie corrupta. *τρέπειν* Vind. Clav. *τρέπων* Vulg. Cum Infinitivo *ὑπωπτεύετο* constructum legitur I, 25, 5. *ἐπεβουλεύθη — υἱῶν*. cf. II, 28, 3.

§. 2. *προςήγαγον* Vulg. *προήγαγον* e Kuhnii emendatione, quam Exc. cod. Palat. confirmant. Similiter III, 4, 6 *προήγαγεν ἐς πλέον δόξης*. ib. 11, 8 *ὃν ἐς τοσοῦτο τιμῆς προήχασιν*. II, 20, 1 *προηγμένον ἐς ἄκρον τοῦ μίσους*. Pro vulgato *ὡς μηδενὶ τῶν Κείσου καὶ τοῖς ἀπογόνοις ἢ τὸ ὄνομα λειφθῆναι τῆς βασιλείας μόνον* dedimus Clavierii scripturam, qui in

Hist. d. prem. temps de la Grèce II p. 94 fatetur, hanc emendationem partim Musgravii (in Chronology of the Olympiades p. 186) partim suam esse. ἡ ante τὸ ὄνομα deest etiam in Vind. et Mosq. cf. ad I, 33, 4. μηδὲν τῷ Κείσῳ καὶ τοῖς Sylburgius conjecerat. Λακίδεω attice et ionice pro Λακίδου. Λακηδούδεα Vind. Mosq. A Plutarcho *Quomodo quis ab inimicis* p. 54 B. Frob. Λακύδης vocatur. ἔπαυσεν — δῆμος *populus sententia contra eum pronunciata eum coëgit, ut se regno abdicaret.* Noli autem putare, nomen quoque regium illo tempore Argis exstinctum esse; neque hoc Pausanias dixit: nam Xerxis adhuc tempore Argivorum regem memoratum reperimus apud Herodotum VII, 149. Eorundem rex *Damocratidas* tempore belli Messenici secundi commemoratur a Pausania IV, 35, 2, ubi cf. cap. 24, 2.

§. 3. De *ipsa Argorum urbe* usque ad 24, 5. cf. Strabo VIII, 370. 376 sq. Λυκείου hic quoque Blomfield legi voluit. v. ad I, 19, 4. *Apollinis Lycii* templum videbis in foro fuisse, si verba §. 6 ἔστι δὲ ἔμπροσθεν — λύκου comparaveris cum Plutarchi Pyrrho 32. Rem certam facit Sophoclis in Electra v. 6 αὕτη τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ ἀγορὰ λύκειος et Scholiastes ibi. τὸ μὲν οὖν ἄγαλμα — ἀνάθημα ἦν· Haec non recte accepta sunt in Winckelmanni Opp. III, 287 et Amalthea I p. 216. De hoc *Attalo* nihil habemus dicere, quippe quem solus Pausanias et hoc tantum loco memoraverit. Post τὸ δὲ ἐξαρχῆς virgulam, quae non est in Vulgata, posuimus. Nibby non male: *quello che dapprincipio esisteva sì il tempio che il simulacro di legno erano doni di Danao.* ὁ ναὸς fuit in illo ἱερῷ, de quo antea. παραγενόμενος κ. λ. cf. ad 16, 1. Plutarchus in Pyrrho 32 narrat, Danaum ex Thyreatico agro, ad quem appulerit, Argos proficiscentem vidisse lupum cum tauro pugnantem, ac se cum isto lupo comparavisse greges adoriente, quemadmodum ipse homines hujus regionis adoriretur. Quum autem lupus vicisset, Danaum precibus ad Apollinem Lycium missis rem aggressum περιγενέσθαι στάσει Γελάνορος, ὃς τότε τῶν Ἀργείων ἐβασίλευεν, ἐκπεσόντος. Verba καὶ οὐχ ἧσσον — δόξαντος mutilata videri possunt, sed non esse intelliges, si ea praecedentibus παραγενόμενος ἐς τὸ Ἄργος ἠμφισβήτει πρὸς Γελάνορα opposita esse animadverteris. Danaus genus suum referebat ad Io, Iasi filiam. ὅτι οὔτε κ. λ. Similia legas apud Plutarchum l. c. ἔσχε Mosq. Aldus, Francofurtana, Clavier. ἴσχε Kuhn. Facius, operarum errore. *Lupum hunc ab Apolline immissum* credidisse puta-

batur Danaus, quia Graeci sacrum Apollini lupum habebant, inde *Λυκείῳ* seu *Λυκίῳ* ab iis appellato.

§. 4. Hic *θρόνος* utrum ipsius Danai fuerit, an ab eo Apollini dedicatus, dubitavit Heynius in Antiq. Aufs. I p. 70. nos non dubitamus, quin ipsius fuerit Danai, partim nostri loci verba *ἀνάκειται θρόνος Δαναοῦ*, partim alterum illum considerantes locum II, 31, 3, ubi throni memorantur, in quibus Pittheus aliique jus dixerint. De his *θρόνοις* et *δίφροις* quaedam in Walpolii Turkey p. 308 sqq. Hic *Lyceas* haud dubie idem est Argivus exegetes et poeta, qui I, 13, 7. 8 in Vulgata et II, 22, 3 in cod. Mosquensi *Leuceas* dicitur. Est quidem II, 23, 8 iterum *Λυκέας*, sed, ut equidem arbitror, perperam; similiter enim *Λεῦκτρα* in *Λύκτρα* corruptum est IX, 13, 2. *ἰσχὺς*, *vires*, inprimis de *corpore*, v. Phavorinus et Ammonius; quare *ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκειν* in Xenoph. Ages. 11, 14, et *νόσῳ εὐάλωτος καὶ γήρᾳ* apud Plutarchum de puer. educ. cap. 8 dicitur; *ῥώμη* autem, *robur*, saepe transfertur ad animum, ut in illo Xenophontis loco *ἡ τῆς ψυχῆς ῥώμη ἀγήρατός ἐστιν*. haec igitur nobis *Stärke*, illa *Kraft*; sic Goldhagenus. *colla forza e robustezza* Nibby.

§. 5. De eodem hoc *igni* Scholiastes ad Sophocl. Electr. 6 ait: *ἐν ᾧ* (Apollinis templo) *καὶ τὸ πῦρ ἀπόκειται, περὶ οὗ πρόσθεν εἰρήκαμεν·* dixerat autem ad v. 4: *ἔστι δὲ ἔτι καὶ τὸ περὶ τοῦ πυρὸς μέχρι τοῦ νῦν δεικνύμενον καὶ λεγόμενον, ὡς ἀπ' οὐρανοῦ πρῶτον ἐκεῖσε κατηνέχθη*. De formula *ὀνομάζοντες εἶναι* VIII, 36, 5 et Hermannus ad Vigerum 750.

§. 6. *ἀκίνδυνον αὑτῷ* Clav. *ἀκ. αὐτῷ* Vulg. Post *ἀδελφαῖς* distinxi Sylburgio auctore. *ὑπερβαλλόμενος* Mosq. *ὑπερβαλόμενος* Vulg. Pro vulgato *ἠρηκὼς* Clavier dedit *εὑρηκώς*, quod Heringa Observ. cap. 3 p. 30 conjecerat. Scio, laudari posse VIII, 17, 4, ubi ad montem Chelydoream Mercurius dicitur *εὑρὼν χελώνην ἐκδεῖραί τὸ θηρίον, καὶ ἀπ' αὐτῆς ποιήσασθαι λύραν·* sed nescio an potius scribendum sit *ἠρκώς*, *qui sustulit*, ex Homeri h. in Merc. 39: *χερσὶν ἅμ' ἀμφοτέρῃσιν ἀείρας, ἂψ εἴσω κίε δῶμα, φέρων ἐρατεινὸν ἄθυρμα*, et ex Amasaei interpretatione *e sublata testudine lyram facere meditans*. Si verba *ἐς λύρας ποίησιν* abessent, magis illa Heringae probanda videretur conjectura *εὑρηκώς*, sed cum his conjuncta vereor ne stare non possit haec vox; namque ad lyram faciendam inventa testudo non magis placet, quam si quis gemmas primum repertas ad annulos ornandos vel mulieres dixerit. In Mosq. est *ἐοικώς*. *ἠρηκὼς* esset *qui abstulit*, ut VIII, 54 extr. *ξένους οὐ περιορᾶσιν αἱροῦντας χε-*

λύνας. Melius igitur Nibby *che ha preso la testuggine per farne la lira*, quam Clavier *qui vient de trouver une tortue pour faire une lyre.* βόθρος — ἔχων Vulg. βάθρον — ἔχον Clavier, ut Kuhnius emendaverat et Amasaeus videtur legisse. Fuit forsan lapis baseos formam ferens; Kuhnius reddidit *scabellum*, Clavier *piédestal*, Nibby *base.* πεποιημένον ἐν τύπῳ de eo quod nos appellamus *bas-relief.* cf. Facii Exc. e Plut p. 225. πεποιημένα Vind. Mosq. Ἄρτεμιν δὲ Mosq. δὲ abest a Vulg. ταῦτά τε Clav. ταῦτά γε Vulg. κίονας, καὶ Διὸς e Vindob. κίονας ἐς Διὸς Vulg. κίονας ὡς Διὸς Clavier. ξόανα, ut Kuhnius conjecerat, Clavier. ξόανον Vulg. καὶ Διὸς καὶ Ἀρτέμιδος ξόανα est appositio praecedentis vocabuli κίονας, *columnas, signa et Jovis et Dianae lignea.*

§. 7. Quae hic memorantur, ea quoque in Lycii Apollinis fuisse templo videntur. ἐς τοῦτο — παρίημι τῷδε, τὰ δὲ Vindob. Mosq. συσπεύδοντες Clavier, ut Kuhnius emendaverat. Hoc verbum legitur III, 7, 9. cap. 8 extr. IV, 5, 2. Herod. I, 92. συνσπεύδοντες Mosq. συσπένδοντες Vulgata. De VII ducum adversus Thebas *jure jurando* Aeschyli VII Theb. 42. ἐς δὲ τοῦ Προμηθέως κ. λ. cf. ad IX, 23, 4. λέγουσι δὲ ὅμως etiam 23, 6. de qua formula diximus ad I, 30 extr.

---

## CAPUT XX.

§. 1. Παρέντι δὲ Κρεύγαντος εἰκόνα ἀνδρὸς πύκτου Kuhnius emendavit. Παρεντίδα Κρεύγαντι εἰκόνα ἀνδρὸς πύκτου Vulg. Παρεντίδα κ. λ. Mosq. Παρέντι δὲ Κρεύγαν, τὴν εἰκόνα ἀνδρ. π. Facius conjecit. Παρέντι δὲ Κρεύγα τὴν εἰκόνα ἀνδρ. π. Clavier scripsit, quem sequuti sumus, quanquam articulus ante εἰκόνα suspectus est. Sic παρέντι Ἡρακλέους μάχην πρὸς Θούριον III, 18, 7. nam alia ratio est loci I, 22, 7, ubi recte additus est articulus. Hujus quoque pugilis imago fuit in Apollinis Lycii templo. vide VIII, 40, 3 extr. Ex quo loco patet simul, non esse Κρεύγαντος scribendum; et differt a nomine Βρύας. v. Bekkeri Anecd. 975. 1182. καὶ τρόπαιον ἐπὶ Κορινθίοις ἀνασταθὲν, ἄγαλμά ἐστι scribendum fuit necessario; Pausanias enim praeterit et illam Creugae imaginem, et hoc de Corinthiis tropaeum, sed de Jovis Milichii simulacro exponit. καὶ ante τρόπαιον abest a Vulgata; Kuhnius hanc copulam insertam voluit, sed non suo loco, verum ante ἄγαλμα. Hinc Clavier dedit: πύκτου, τρόπαιον — ἀνασταθὲν, [καὶ] ἄγαλμά ἐστι, non recte τρόπαιον

initium faciens apodoseos; melius Nibby: *Omettendo la immagine di Creuga pugile, ed il trofeo eretto sopra i Corintj, havvi la statua assisa di Giove.* Formula ἀναστῆσαι τρόπαιον ἐπί τινι est etiam III, 2, 6. *Λακεδαιμονίοις κ. λ.* De hac Argivorum et Lacedaemoniorum contentione Philippi hujus arbitrio composita cf. VII, 11, 1. Similiter Acarnanes et Lacedaemonios idem Philippus cum exercitu in Laconiam profectus, καταπληξάμενος κἀκείνους καὶ τούτους, διὰ λόγου τὴν ἐξαγωγὴν ἀμφοτέρους ἠνάγκασε ποιήσασθαι περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων apud Polybium IX, 33. ὑπὲρ ὁρίων Vatic. ἐν τοσούτῳ pro vulg. ἐν τῷ τοιούτῳ Clavier conjecit, non memor ἐν τῷ τοιούτῳ etiam apud Xenophontem legi. v. Sturzii Lex. Xenoph. T. IV p. 315 a. προηγμένου Lobeckius quoque in indice lectionum anni 1816 legi voluit. προηγουμένου Vulgata. cf. ad 19, 2. χιλίους· Schneider laudavit Thucyd. V, 67. Diod. Sic. XII, 75 cum notis Wessel. οὐδένα ὑπὸ τοῦ θυμοῦ τῶν ἐναντίων ἔλιπον etiam Clavier. οὐδὲν ἀπὸ τοῦ θυμοῦ τῶν ἐν. ἔλιπον Vulg. οὐδένα ἀπὸ τοῦ θυμοῦ Kuhnius correxerat probante Valckenario. ἔλειπον Vind. Mosq. ἐμφυλίων Vind. De hac Argivorum pugna domestica cf. Helladii Chrestomathia p. 979 in Gronovii Thes. Ant. gr. vol. X.

§. 2. Eorum imago etiam ab Herodoto I, 31 memoratur. Mater horum juvenum *Cydippe* nominatur in Anthol. Pal. T. I p. 65. Huc usque memorata omnia videntur in Lycii Apollinis templo fuisse.

§. 3. Post ἱερὸν colon posui. Cum his *Τούτων*—ἱερόν cf. Sch. Soph. El. 6. ὀρθοῦ Mosq. ὀρθὸν quidem retinendum, sed χαλκοῦν in χαλκοῦ mutandum existimamus. μετὰ δὲ αὐτὰ κ. λ. Hic videtur Pausanias forum reliquisse, sed cap. 21, 1 eo rediisse. ἐς τοῦτον τὸν ναὸν videri possit interpretamentum esse antecedentium οἷ δὴ, pro quo Clavier dedit ὃ δὴ conjungens ὃ ut articulum cum Nominativo *Παλαμήδης*, et vertens: *où Palamèdes fit l'offrande des dés, qu'il avoit inventés:* quod nemo probabit. Lobeckius in indice lectionum anni 1816 pro οἷ δὴ voluit legi εἰ δὴ, idem in mentem venit Porsono, qui laudat etiam cap. 29, 7. 33, 3. Mihi quidem οἷ δὴ ortum videbatur ex οἷα δὴ i. e. *quandoquidem*, ut I, 9, 9. quae lectio argumentum affert vetustatis antea memoratae. Corayus corrigens ὅτι δὴ idem de sensu loci judicavit. τοὺς κύβους Vind. Clav. Articulus abest a Vulgata. Caeterum Eustathius quoque narrat ad Iliad. p. 228 Rom.: παρὰ τοῖς Ἀργείοις ἦν φασιν ὁ λεγόμενος Παλαμήδους πεσσός. Cum Clavierio Χορείας (de χορείᾳ) pro vulg. Χωρίας, pro quo Χω-

ρείας in Vind. et Mosq. est. Διόνυσου Vind. Mosq. ἐκράτει τῆς μάχης ut X, 2, 3.

§. 4. Πολυνείκους. v. ad II, 29, 6. Haud dubie legendum τὸ τεῖχος — τὸ Θηβαίων pro vulgato — τὸ Θηβαῖον. Sic τοῦ Θηβαίων τείχους 23, 2. ἐς μόνων ἑπτὰ Clavier, ut Sylburgius conjecerat. ἐς μόνον ἑπτὰ Vulg. καί τινων καὶ Ἀρκάδων Mosq. Anonymus legi voluit: Ἀδράστου τοῦ Ταλαοῦ καὶ Πρόμαχος Παρθενοπαίου· sed Creuzer in Comm. Herod. I p. 218 jam excitavit ex Paus. IX, 18 p. 746 Παρθενοπαῖον τὸν Ταλαοῦ. ἐπὶ τούτων *praeter hos*, ut VII, 19, 2. Qui *Timeam* praeterea memoraverit, equidem scio neminem. Sic autem Polynicis tres filii afferuntur, Thersander, Timeas et Adrastus.

§. 5. καὶ ante παριοῦσιν deest in Vind. Sylburgio auctore scripserim καὶ παριοῦσίν ἐστιν οἴκημα, ἔνθα τὸν Ἄδωνιν — ὀδύρονται, quod idem Clavierio placuit. *Adonia* e Cypro, ubi Adonis et Osiris idem fuerit, huc translata scripsit Creuzer in Symbol. II, 96. ἐς τὸ Vind. Mosq. εἰς τὸ Vulg. συνιᾶσιν Vind. Clav. De constructione hujus verbi III, 7, 7. 11, 6. X, 23, 5. Phavorinus et Bekkeri Anecd. I, 172. συνίασιν Vulg. Sensus: *dicunt non prorsus aquam ei a Neptuno ademtam esse, sed pro comperto habent, hic maxime eum sub terram fluere.* καθάπαξ vocabulum Homericum est. cf. Phavor. Goldhagenus eumque secutus Bartholdy im Neuen deutschen Mercur 1805 Part. I valde errarunt, in locum Cephissi Erasinum substituere volentes; *Cephissus* enim Argolidis fluvius est et apud Strabonem IX, 424 (540) et teste Polemone in Schol. ad Eurip. Med. 835. Idem Cephissus in fluviis Argivorum a Neptuno exsiccatus fuit supra 15, 5. τοῦτο τὸ ἔργον Vind. Mosq. τὸ a Vulg. abest.

§. 6. Ὀθρυάδαν Camerarius, Hartungius, Amasaeus, Clavier, Nibby. Ὀθυάδαν reliqui. De hoc *Othryade* Herod. I, 82. Plut. de Herodoti Mal. p. 670 Frob. et Parall. Graecor. ac Rom. p. 281. Anthol. P. I, 533. adde Pausan. 38, 5. III, 7, 5. *Alcenor* unus ex trecentis Argivis, qui de Thyrea adversus trecentos Spartanos, in quibus Othryades fuit, pugnaverant. v. Herod. l. c.

§. 7. ἕδος, quod Sylburgius de basi, cui deae simulacrum impositum fuerit, intellexit, me interprete est *cella templi*. ἕδος, τὸ ἄγαλμα καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἵδρυται Suidas et Etym. M. Kuhnius, Nibby, Clavier acceperunt de templo ipso: nec tamen *simulacrum* interpretanti obloquar, memor loci VIII, 46, 2, ubi ἕδη θεῶν *deorum simulacra* sunt. Apud Suidam et in Reg. Pros. in Hermanni libro de em. gr. gr. rat.

p. 441 est Τελεσίλλα, sed vide in Etym. M. p. 18 (19) canonem, ex quo scribendum est Τελέσιλλα, atque sic scriptum est in Athenaeo, Apollodoro et Clem. Al. Strom. p. 523. Pro βιβλία ἐκεῖνα ἔῤῥιπται Kuhnius proposuit: βιβλία ἐκείνων scil. ᾀσμάτων ἐῤῥ. Jacobsius autem in Exerc. 2 p. 136 βιβλία ἐκεῖ ἀπέῤῥιπται· sed ἐκεῖ nobis quidem parum videtur cum proximis οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν congruere. Forsan ἐκεῖνα indicat *illos ipsos libros, qui continebant* τὰ ᾄσματα. Sic Amasaeus quoque. Cum eodem proximum αὕτη in αὐτὴ transformavimus. ἦν δὲ ἡ Τελ. Clav. ἦν δὲ καὶ ἡ Τελ. Vulg. συμβάντος κ. λ. ex Herodoti VI, 76 sqq. adde Suidam. Ἀρείου pro Ἄρεου Ald. ὡς ἔγνωσαν ἀπατώμενοι· de consuetudine verbis γνωριστικοῖς rectos adjungendi casus Participiorum cf. a Valckenario laudata ad Herod. III, 1, inprimis Pausan. VII, 14, 3 extr. II, 5, 2. X, 13, 1. οὕτω Vind. Mosq. οὕτως Vulg. Quod Pausanias addidit de Spartanis adversus Argos ductis, non cum Herodoto, sed cum Polyaeno VIII, 33 conspirat.

§. 8. ὁπλίσασα — οἱ Λακεδαιμόνιοι. Similiter III, 19, 11 ἐπῄει τοῖς ἐναντίοις κατὰ τοῦτο, ᾗ προτετάχθαι σφίσι τὸν Αἴαντα ἤκουε. Pro vulg. ἐγίγνοντο est ἐγένοντο in Vind. sed Camerarius legendum conjecit ἠγγίζοντο, Sylburgius ἐπεγίγνοντο vel πλησίον seu ἐγγὺς ἐγίγνοντο, ut IV, 8, 1. 18, 4. Kuhnius παρεγίγνοντο, Facius ἐγγὺς ἐγένοντο, probante Porsono, qui contulit 26, 4. In Suida est ὁπλίσασα ὑπήντησεν οἷ (leg. ᾗ) προςῄεσαν. Lectione Mosquensi δεξάμεναι δὲ melior est Vulgata, quum saepe post οὔτε sequatur τε, veluti IV, 11, 2. 22, 1. πρότερον δὲ ἔτι Clav. ut Valckenarius ad Herod. VI, 77 correxerat, πρότερον δὲ ἐπὶ Vulg. Scripsimus εἴτε καὶ ὡς συνεὶς *sic* pro οὕτως. Vulgo ὡς, Clavier autem dedit: εἴτε καὶ συνεὶς, quasi dubitasset Pausanias, utrum oraculi sensum Herodotus perspexerit, an non, quum potius dicat: *sive aliter sive hoc modo quo ego illud interpretatus sit.* Hoc responsum ab oraculo Argivis Milesiisque simul datum plenius refertur ab Herodoto VI, 19. 77 atque in Anth. Pal. II, 571 eoque Milesiis quidem denunciatum est urbis excidium, quod incidit in tempus, quo hic Cleomenes, Anaxandridae filius, Argivorum hostis, Spartae regnabat, Argivi autem, ut Pausanias interpretatur, spem salutis, per eundem hunc Cleomenem in discrimen adductae, in foeminae virtute reponere jussi sunt. πολλὰς — θήσει· nam hoc bello a Cleomene Argivis illato Argos teste Herodoto VI, 83 ita nudatum est viris, ut summa rerum penes servos esset. Sex millia enim (auxit numerum Polyaenus) Argivorum perierant. v. Herod. VII, 148.

πότε pro τότε Mosq. Hunc tertium versiculum Sylburgius reddidit: *Argivûm multae lacerabunt unguibus ora.*

---

# CAPUT XXI.

§. 1. Apollodorus II, 1, 1 et Tzetzes ad Lyc. 177 prolem Phoroneo fuisse scribunt ex *Laodice* seu *Telodice* nympha, Scholiastes autem ad Eurip. Orest. 1247 (1239) ἐκ Πειθοῦς, *Suada*. Κερδὼ est *vulpes*. v. Etym. M.

§. 2. Aeneae haec statua spectabat forsan ejus pugnam cum Diomede, ex Homeri Iliad. V notam. cf. V, 22, 2. οὐ γάρ μοι τὰ καλούμενα sed suprascriptum λεγόμενα Exc. cod. Palat. De *Jove Phyxio* III, 17, 8. de *Hypermnestra Amphiarai matre* Apollod. I, 7, 10. 8, 2. Palmerii Exerc. ad h. l.

§. 3. τοῦτον Ἡγέλεων Vind. Clav. τούτου Ἡγέλεων Mosq. τόνδε τὸν Ἡγέλεων Vulg. Neque hanc Ἀθηνᾶν Σάλπιγγα praetermisit Creuzer in Symbol. et Mythol. II p. 774. Hanc deam Herculanensem in dubium vocavit Winckelmannus Opp. II, 514. De *Tyrseno* Herculis et Omphales filio Kuhnius laudavit Dionys. Hal. Archaeol. Rom.

§. 4. Cum iis, quae de *Epimenide* hic narrantur, cf. III, 12 extr. et de ejus sepulcro III, 11 extr. ubi etiam suum Pausanias judicium addit.

§. 5. Scripsi [οὐ] τρόπαιον· unci a Vulgata absunt, sed Sylburgius jam statuit οὐ tollendum esse; neque Amasaeus in suo codice legit. Idem Sylburgius putavit, pro eo substitui posse τοῦτο, ἐστὶ vel aliud quippiam. Facius non haesitavit οὐ scribere, eumque sequutus est Clavier cum Nibbyo. ἂν εὕροι Clavier, Porsonus. ὃν εὕροι Vulg. pro vulgato ἐν ᾧ τά τε ἄλλα Vind. Mosq. ἐν ᾧ τε καὶ ἄλλα, quod Clavier recepit. ἐχρῆτο Vind. Mosq. Clav. ἐκέχρητο Vulg. ἐδήλωσα I, 37, 7. χαλκῆν ἐστιν scripsimus.

§. 6. τῶν Ἀργείων Clav. ut Facius voluit. τοῦ τῶν Ἀργείων Vind. τοῦ Ἀργείων Vulg. λέγουσι deest in Mosq. Φόρκου Mosq. Amasaeus, Clavier, ut Camerarius correxerat. Φόρβου Vulg. Περσεῖ Vind. Facius, Clavier, ut Sylburgius emendaverat. Πέρσῃ Vulg.

§. 7. Λιβύης—γυναῖκας ex Herodoto IV, 191.

§. 8. γυναικῶν—χηρεύειν. Quae de his adnotabamus ad Hellenica p. 115, iis adde Homeri Odyss. XXIII, 149 sqq. ἐπὶ ἀνδρὶ ἀποθ. post. cf. 34, 2. ὥς φαμεν· ὅδε ἐπὶ τῷδε ἠλ-

θεν, ἀντὶ τοῦ μετὰ τόνδε ait Grammaticus in Bekkeri Anecd. II p. 934. Similiter ἐπὶ δέ pro μετὰ τοῦτο Apoll. Rh. II, 370.

§. 9. Λαφάους — Λαφάην Vind. Clav. Λαφαοῦς — Λαφαῆ Vulg. cf. II, 10, 1. Hinc corrigendus est locus VII, 26, 3. Eadem ratione IV, 5 sqq. semper scribendum erit παροξυτόνως Euphaës nomen, nam εὐφαής ut εὐφανής formam fert Adjectivi.

§. 11. περιγενέσθαι μόνην Vulg. nos μὲν inseruimus. cf. ad I, 43, 2. Quod de *Chloride* et *Amycla* servatis narrat Pausanias, id teste Apollodoro III, 5, 6 *Telesilla* tradiderat; sed in Apollodori codicibus est Ἀμύκλας, ut *puer* intelligatur; recte, nam fama fuit post Homerum sparsa, ex Niobes liberis unum filium unamque filiam esse servatos. v. Pausan. V, 16, 3. Apollod. l. l. qui posterior memoriae prodidit, aliis hunc puerum vocatum esse *Amphionem*. Itaque hoc quoque loco Ἀμύκλαν de *puero* intelligendum, et εὐξαμένους pro εὐξαμένας legendum, τούτους autem, quod in ταύτας mutatum voluerunt, retinendum censemus. οὕτω δὴ παραυτίκα τε χλωρὰν Mosq. Clav. οὕτω δή τι παραυτίκα χλωρὰν Vulg. διέμεινεν Vind. Mosq. cf. I, 11, 3. II, 29, 4. παρέμεινεν Vulg. Hoc 29, 5 aliter adhibetur. τούτους δή Mosq. τούτους δέ Vulg. ταύτας δέ Clavier, quemadmodum Sylburgius conjecerat; de qua correctione paulo ante dictum est. Homeri hunc versiculum Sylburgius ita vertit: *Hos jaculis cunctos illi duo confecere.*

---

## CAPUT XXII.

§. 1. Juno Ἄνθεια etiam apud Suidam, Phavorinum, in Etymologico Gudiano et Etym. M. p. 99 coll. cum p. 871. De festo hujus Junonis Pollux IV, 10, 78. Meursii Graec. fer. v. Ἀνθεσφόρια. De mulieribus hic sepultis 20, 3. Ἁλίας *marinas* non verterim cum Creuzero in Symbol. III, 161 *die Seeräuber.*

§. 2. De hoc Pelasgo II, 16, 1. χάλκειαν Mosq. Quid hoc χαλκεῖον fuerit, quod, ut nonnulli narrabant §. 4, Tantali ossa habuit, definire non ausim. Amasaeus reddidit *cippum aeneum*; hunc sequutus est Gedoynus; sed Clavier *un petit édifice en bronze.* Nobis videtur fuisse *basis aenea*, ut Goldhageno et Nibbyo. Similiter III, 19, 3 dicitur ἐν βάθρῳ sepultus jacere Hyacinthus, istud vero βάθρον speciem prae se ferre *arae.* Rursus II, 29, 6 *ara* paulum supra terram emi-

nens proditur fuisse Aeaci sepulcrum. Adde illud Tzetzae ad Lyc. 613 *τύμβον καλεῖ τὸν βωμόν· καὶ Δοῦρίς φησιν, τοὺς βωμοὺς τάφους καλεῖσθαι* et inprimis Clementem Alex. Adm. p. 29 reprehendentem *νεὼς μὲν εὐφήμως ὀνομαζομένους, τάφους δὲ γενομένους, τουτέστι τοὺς τάφους νεὼς ἐπικεκλημένους, — τοὺς προςκυνουμένους τάφους*, ac memorantem multos in templis sepultos, et *τὸν ἐν Τελμισσῷ βωμὸν Ἀπόλλωνος, ὃν μνῆμα εἶναι Τελμισέως τοῦ μάντεως ἱστοροῦσι.* Ergo istiusmodi *βάθρον* in arae speciem formatum sepulcralis hoc quoque fuerit *χαλκεῖον.*

§. 3. *Λευκέας* Mosq. *Λυκέας* Vulg. cf. ad II, 19, 4. *μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησε* Vind. Mosq. Vatic. Clav. *δὲ οὖν ἐποίησε* Vulg.

§. 4. *Βροντέου* Vulgata. *Βροτέου*, quod Clavier recepit, correxerat Meziriacus ad Ovid. Heroid. II p. 332 jam in Comment. Societ. philol. Lips. IV, 1 p. 9 sq. ob hanc emendationem a nobis laudatus. *συνῴκησεν* Vulg. *οὐ διοίσομαι non repugnabo*, *ibi sepultum esse.* Kuhn. *Λητοῦς* pro *Πλουτοῦς* Vind. *Πλητοῦς* Mosq. De Tantali matre, quae *Πλουτὼ* nominata est, cf. ad Hellenica p. 282. In Hygini fab. 155 est *Tantalus ex Plutone Himantis filia.* Pro *Himantis* Clavier in Hist. d. prem. temps de la Grèce I, 236 scripsit *Dimantis.* Tantalus, Pelopis pater, in *Lydia* sepultus etiam Luciano dicitur in Dial. Mort. 17. adde Schol. ad Homeri Odyss. XI, 581. *Ἶλου* Amas. Clav. *Ἴλλου* Vulg. cf. Tzetza ad Lyc. 355. Apollod. III, 12, 2 et ibi codd. Hic *Ilus* est *posterior*, Trois filius. v. ad Diod. S. IV, 74 sq. Not. ad Hellenica p. 307 sq. Ergo *Φρυγὸς* est h. l. nomen appellativum, non proprium, ut in illo Theocriti XVI, 75 *ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλου*, vel Clementis Alex. Protr. p. 10 *ὁ Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας.* Similiter apud Pausan. V, 1, 5 *Πέλοπος τοῦ Λυδοῦ.* Ipse dubitavit Sylburgius, utrum esset *Phrygis filius*, an *Phryx.* Pro vulgato *στρατείᾳ* scripsimus *στρατιᾷ.* Ecce VI, 15, 4 *Δημήτριον τὸν ἐλάσαντα ἐπὶ Σέλευκον στρατιᾷ.* Idem sensit Sylburgius vertens: *quum Ilus cum exercitu adversus eum proficisceretur.* *ἐξετάσθαι* Mosq. Vind. ut III, 18, 3. cf. V, 2, 4.

§. 5. *Προκλυστίου* Vind. *Ποσειδῶνά φασιν ἐπικλ.* Clavier. *ἐπικλύσαι* Mosq. *ὅτε* pro *ὅτι* Amas. legit. cf. X, 14, 2. *εὕρετο ἀπελθεῖν* certatim emendarunt Schneider, Porsonus (qui contulit VIII, 30, 4. X, 8, 2) et Schaefer ad Soph. Electr. 1061. Recepit Clavier. *εὗρε τὸ ἀπελθεῖν* Vulg.

§. 6. Pro vulgato *ἄγαλμα* dedi *ἀγάλματα* et Clementis Alexandrini in Protr. p. 31 auctoritatem et Sylburgii conje-

cturam sequutus; adde Amasaei versionem. Eadem confusio est I, 23, 5. II, 1, 8. Clavier, qui singularem retinuit, reddidit: *On y voit en un groupe leurs statues.* Ἄναξις melius quam Ἀναξίας III, 18, ut patet e Schol. ad Lycophr. 511 Πολυδεύκους μὲν καὶ Φοίβης γίνεται παῖς Μνησίλεως ἢ Μνησίνοος καὶ Ἀσίνεος, Κάστορος δὲ καὶ Ἱλαείρας Ἀνάγων (ita recte pro ἀνώγων) ἢ Ἄναξις καὶ Αὐλοθός. In Apollod. III, 11, 2 erat Ἀνώγων. Ἀνάγων videtur esse interpretatio alterius vocabuli Ἄναξις, cujus forma similis est voci Φύξηλις i. e. ὁ φεύγων τὰς ἴλας. Simile interpretationis exemplum afferetur ad III, 1, 3. Verior est scriptura Μνασίνους quam Μνασινοῦς III, 18, nam ex Μνασίνοος fit Μνασίνους ut Ἀλκίνους, Πειρίθους, Ἀντίνους. *Hilaira* igitur Castoris, *Phoebe* Pollucis fuit conjux, ut apparet ex Apollodori Tzetzaeque ll. ll. cf. Burmannus ad Prop. I, 2, 15 sq. et de his *Leucippi filiabus* Paus. I, 18, 1. III, 16, 1. 17, 3. Apollodorus et Propertius ll. ll. In Barthelemyi Itiner. Ital. p. 64 vers. theod. inscriptio habet *ΙΛΕΑΙΡΑ*. Camerarius in nostro loco Ἐλάειρα legit.

§. 7. ἀνάκτων Vulg. Ἀνάκων scribendum fuisse, dicebamus in Comment. Societ. Phil. Lips. IV, 1 p. 10. cf. index ad Etym. M. s. v. ἄνακες. Formula ἐν γαστρὶ ἔχειν i. e. κύειν est Herodotea; cf. Bekkeri Anecd. p. 95. A Mosq. abest τῆς ante Εἰληθυίας ἱδρυσαμ.

§. 8. ἀδελφὸς Πολυκλείτου Vind. Abr. Loescher, Goldhagenus, Clavier, ut amicus quidam Kuhnii conjecerat. Idem legisse Amasaeum Sylburgius Faciusque affirmant, sed in Francofurtana et Kuhniana ed. est *Pericleti frater.* Vulgatam ἀδ. Περικλείτου sequútus est Nibby. *Pericleti* iterum fit mentio V, 17 p. 419. γυμνάσιον Κυλάραβιν Clavier. γυμν. Κυλαράβην Vind. γυμν. Κυλαράβιν Mosq. Vatic. γυμν. Κυλαράβου Vulg. Hoc gymnasium Κυλάραβις dictum est, et minus trecentos passus ab urbe fuit, ut patet e Plut. Pyrrho 32 Hutt. et Livii XXXIV, 26. In Plut. Cleom. p. 714 Frob. perperam scriptum est τὴν Κυλλάβαριν, in Hesychio autem et Phavorino Κυλλαραβίς.

§. 9. τῆς ἐπὶ Κυλάραβιν Clav. τῆς ἐπὶ Κυλαράβην Vatic. Vind. Mosq. τὴν ἐπὶ Κυλαράβου Vulg. De *Sacada* Apollinis odium in tibiam placante *Boettiger über die Erfind. d. Flöte* in Museo Attico I, 2 p. 312. κατὰ θῆναι. cf. I, 23, 2. IV, 26, 5. V, 1, 5 p. 376. VIII, 5 extr. Rursus ἐπαύσθη VII, 19 p. 578 init. X, 7 p. 814. adde ad I, 11, 5 de v. ἐλαύνεσθαι.

§. 10. *Κυνοπανία* Vind. *Καπανία* Mosq. *Καπανεία* Clavier conjecit, forsan Facio praeeunte, qui quaestionem posuerat, num a Capaneo Argivo dicta esset. Nos ad alia deducti sumus: dorica enim vox *πανία* fuit, significans *πλησμονήν*, et huic cognata *πάνια, τὰ πλήσμια* apud Athenaeum III p. 111 c. poetas iis usos laudantem. Hinc forsan Minerva dicta est *Πανία dans satietatem ac sanitatem*. Orpheus certe in hym. 31, 16 Minervam precatur, ut det *κόρον* et *ὑγίειαν*. Neque deam haec largientem alienam a gymnasio dixeris. *καὶ τάφον κ. λ.* cf. III, 11, 8. Sthenelus fuerat Cylarabae pater. vide II, 18, 4. *δείκνυσι* ante Facium.

---

# CAPUT XXIII.

§. 1. Omnes consentiunt, ad *ὁδὸν* excidisse *κοίλην* propter §. 3 in. In Francof. et Kuhn. asteriscus est post *καλουμένην*. Forsan legendum est: *ἐρχομένοις ὁδὸν Κοίλην καλουμένην*. Clavier scripsit: *ὁδὸν καλουμένην* [*Κοίλην*]. *τῆς* ante *πρὸς τῷ* deest in Vind. et Mosq. *Καφηρεῖ* dedi partim e Mosquensi lectione *καφη ρεῖναι ἁγίας* et ex IV, 36, 4, partim e Strabone VIII, 368, Etymol. M. Ptolemaeo atque Lucian. Jove Trag. 15, ubi de h. v. multus est scholiastes. *Καφαρεῖ* Vulg. *προσήεσαν* Clav. ut Amasaeus legit et Kuhnius cum Facio voluit. *προσήεσαν* Vulg. cf. I, 44, 14, ubi eodem modo peccatum est. *καὶ* [*τοῖς*] *δέρμασιν* Clavier.

§. 2. *ὄψει*· attica haec forma iterum deprehenditur V, 6, 8. similiter *ἐπιλέξει* X, 24, 2. De *Batone* cf. Apollod. III, 6, 8.

§. 3. *Ὑρνηθοῦς* Vind. Clav. ut Camerarius et Hartungius correxerant. *Συρνήθους* Vulg. *Ὑρνήθους* Facius. cf. 19, 1. et cap. 28.

§. 4. Ante Facium male interpungebatur post *ἐφ' ἡμῶν*, quum sensus sit: *Quod Argivis nobilissimum est inter Aesculapii templa, habet nostra etiam aetate signum, sedentem Aesculapium*; nobis tamen ordine mutato videtur scribendum esse *ἐφ' ἡμῶν ἄγαλμα*· sic verbis *Τὸ δὲ ἐπιφανέστατον τῶν Ἀσκληπιείων ἐφ' ἡμῶν* recte opponitur *ἐξ ἀρχῆς δὲ ἱδρύσατο Σφῦρος τὸ ἱερόν*. Vulgo *Ὑγεία*. Pro *ἱδρύσατο* est *ἐποιήσατο* in Vind. *ἱδρύσατο ἱερὸν* legitur etiam 19, 3. I, 36, 3. *ποιῆσαι* autem *ναὸν* II, 24, 1. *τοῦ — ἔχοντος*, cf. II, 11, 7.

§. 5. *Τῆς δὲ κ. λ.* Nexus sententiarum, ut Goldhagenus ostendit, hic est: *Quod Argivi de Dianae Phereae signo*

*narrant; illud quidem in medio relinquo; in iis autem, quae de Deïanirae et Helenae sepulcris atque de Palladio tradunt, ego iis non assentior.* Parenthesin post Σικυωνίοις claudendam esse, docuerat Goldhagenus; ante eum claudebatur post Ἄρτεμιν. De Diana *Pheraea* apud Sicyonios culta II, 10, 6. Forsan corrigendum est τάδε δὲ αὐτοῖς οὐχ ὁμολογῶ. Facius scripsit παρά σφισιν. De Palladio fatali, quod Tydides et Ulyxes aggressi erant sacrato Trojae avellere templo, cf. I, 28, 9 et Heynius ad Apollod. III, 12, 3. *Deïaniram* circa Trachinem vitam suspendio finiisse, narrat Apollodorus II, 7, 7.

§. 6. Scripsimus Κεστρίνην pro vulgato Κεστρινὴν e Thucyd. I, 46, Hesychio ac Phavorino s. v. Κεστρινικοὶ βόες. Factum nomen est a Κεστρῖνος I, 11, 1. ἐξηγητά, ςὄτι Aldina. ἐπ᾽ ἀληθείᾳ λέγειν *veritati convenienter dicere, narrare;* eadem loqutio est III, 24, 7. sed apud Demosthenem de Corona 18 (8) τούτων τοιούτων ὄντων, καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας οὕτω δεικνυμένων. adde Vigerum p. 614. Rursus ἐπ᾽ ἀλαθείᾳ reperitur in Theocr. VII, 44, ubi, quae interpretationis propositae: *sic ut unice veritas tibi sit proposita,* ratio sit, equidem nondum potui assequi. οὐ γάρ τι Mosq. Ald. οὐ γάρ τοι Vulg. e Xylandri correctione, quod Sylburgius adnotavit ad IV, 18, 4 sub finem, ubi ut III, 1, 7. IV, 25, 1. V, 4, 3. IX, 40, 4 est οὐ γάρ τι. Sylburgius autem putavit τι in his abundare. v. p. 925 ed. Kuhn. δοξάζειν eadem potestate gaudet I, 28, 2.

§. 7. Verba Ἄλλα — καθεῖλεν αὐτόν, ad quae Valckenarius laudavit Swinden. Misc. Nov. T. 3 p. 56, repetita sunt in scholio ad Anthol. gr. III, 76 n. 16 Brunck. seu Anthol. Palat. I p. 147 epigr. 217 his praemissis: Παυσανίας ἐν Ἀργολικῶν διηγήσει. Ibidem καὶ ante κατάγαιον insertum, et ἐπ᾽ αὐτῷ δ᾽ ἦν scriptum est, quod vulgatu ἐπ᾽ αὐτὸ praeferre non dubitavimus; idem conjecit Kuhnius. In loco, quem Sylburgius opposuit, III, 22, 8 Vindobonensis exhibet ἐπ᾽ αὐτῷ· rursus pro ἐπ᾽ αὐτῷ 26, 5 est ἐπ᾽ αὐτὸ in Vind. ac Mosq. Clavier conjecit ἐν αὐτῷ, quod placuit Letronnio; sed idem est ἐπ᾽ αὐτῷ, quod Kuhnius jam monuit. De scriptura κατάγαιος, ὑπόγαιος non rejicienda cf. Lobeckius ad Phryn. 297. ποτε ἐπὶ φρουρᾷ Clav. ποτε φρουρᾷ Mosq. ποτε φρουρὰν Vulgata. ἐποίησεν Vulg. Ex hoc nostro loco intelligitur, in subterraneo aedificio aeneum hunc fuisse thalamum; quod idem Sophocles Antig. 955 his de Danaë verbis significaverat: κρυπτομένα ἐν τυμβήρει θαλάμῳ. Usus istius καταγαίου οἰκοδομήματος patet ex II, 16, 5, ubi Mycenis dicuntur fuisse ὑπό-

γαια οἰκοδομήματα, ἔνθα οἱ θησαυροί σφισι τῶν χρημάτων ἦσαν· quae χρήματα de omnibus rebus asservandis atque de frumentis intelligi possunt. Cujusmodi thesaurus quin ex mente quidem veterum scriptorum thalamus hic aeneus fuerit, cui Danaës custodiam pater credidisse traditur, haud ita valde dubitaverim, quum serioris quoque temporis thesauri sub terra memorentur, in quos homines, acrius custodiendi, sint demissi. Plutarchus in Philop. p. 267 Frob. de carcere, in quem Philopoemen detrusus est: κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον. cf. de eodem Livius XXXIX, 50. Hic Danaës thalamus dicitur *aeneus* seu *ferreus*, poëtico epitheto (v. Mitscherl. ad Horat. Carm. III, 16 init.), quo negatur facile effringi potuisse. Fabulam de Jove, auri specie sumta, iter sibi per aes hujus thalami aperiente Horatius eo, quo Paulus Silentiarius (epigr. 16 in Anal. Brunck. III, 76), modo interpretatur. Pausanias tamen vere aeneum intellexit thalamum, ut apparet ex X, 5, 5. Thalamos idem aereos in thesauro Sicyoniorum Olympiae se vidisse narrat VI, 19, 2. Hirtius in Wolfii anal. litt. I, 159 thalamum nostri loci aeneum interpretatur *aere, aeneis laminis obductum*; hoc si voluisset indicare Pausanias, dixisset ἐπίχαλκον. Ad τοῦτό τε — ἐστι animo addendum θέας ἄξιον e praecedentibus.

§. 8. μεγάλως abest a Vind. Κρήσιος Clav. Κρησίου Vulg. ἔθαψαν Clav. ἔθαψεν Vulg. Gedoynus hic quoque Λευκίας legi voluit. cf. ad 19, 4. καὶ ἄλλος Ἀργ. Vind. κεραμέα σορὸς est etiam VIII, 29, 3 p. 661.

§. 9. Τὴν δὲ — ὠνομάσθησαν capiti sequenti Clavier attribuit. Arcis Argorum, Larissae, conditor *Pelasgus* auctore Hellanico apud Schol. ad Hom. Iliad. III, 75, *Danaus*, ut alii referunt, fuit. v. Strabo VIII, 371. De hoc *Pelasgo* supra 16, 1 et de *hac arce* III, 17, 2. Statio Theb. 1, 382 dicitur *Larissaeus apex*. Larissa ἐπὶ θαλάσσῃ videtur ea esse, quae teste Strabone IX, 440 ἡ Κρεμαστὴ seu Πελασγία dicta est; sita ad sinum Pelasgicum portuque instructa (Diod. S. XX, 110) ab Achaeis habitata est teste Dicaearcho p. 178. *Larissa ad Peneum* memorata est 16, 2. Urbem Thessaliae de Larissa Pelasgi filia nominatam esse, idem ille Hellanicus prodidit in Schol. Apollonii I, 40, et quidem eam,

quam Acrisius condiderit; quod de vicina Peneo intelligendum est. v. Stephanus v. *Λάρισσα*.

---

## CAPUT XXIV.

§. 1. *De iis quae ad viam in arcem* usque ad §. 3 extr. Juno *Acraea* Argis culta etiam apud Hesychium v. *Ἀκρία*, quod jam Kuster ad Suidam T. I p. 653 in *Ἀκραία* mutavit. *ἔστι δὲ καὶ ναὸς* Clavier. *καὶ* abest a Vulgata. *ὃν — ποιῆσαι·* hic sequitur Telesillam. vide II, 35, 2. *Πυθίας* Vind. *ἡ μαντικὴ* h. l. *divinandi seu oracula edendi ratio*; similiter apud Herod. IV, 67 *αὕτη μέν σφι ἡ μαντικὴ πατρωΐη ἐστί*. Deinde quum apud Pausaniam *μαντεύομαι* sit *vaticinor* (vide I, 27, 6 p. 65. III, 11, 5. 6. 13, 3. X, 9, 4), hic quoque ita interpretandum et de Apolline intelligendum est, ut sensus sit: *etiamnunc vaticinatur Apollo hoc loco*.

§. 2. *ὅτι — ὀφθαλμῶν*. Apud Homerum Iliad. V, 127 Minerva ad Diomedem: *ἀχλὺν τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα*. Hujus Minervae simulacrum quotannis in Inacho abluere solebant Argivae virgines una cum Diomedis clypeo. v. Callim. h. in Pallad. Lav. et Spanh. ad init. et ad v. 35.

§. 3. *χωρὶς μὲν — λοιπά*. Inverso modo apud Apollodorum II, 1, 4, Suidam et Hesychium v. *Λέρνη*. [*ἐς*] *ἀπόδειξιν* Clavier, ut Facius conjecerat, sed Accusativus explicandus fuit: *ὃ* (*τὸ ἀποτέμνειν τὰς κεφαλὰς*) *ἀπόδειξις ἔμελλε ἔσεσθαι*. cf. Matthiae Gramm. gr. §. 432, 4.

§. 4 et 5. *Quae in ipsa arce fuerint. καὶ Ἀθηνᾶς ναός*. Haec Minerva *Ἀκραία* cognominata est. v. Hesych. h. v. *Ἐνταῦθα ἀναθ*. Clav. *Ἐνταῦθα δὲ ἀναθ*. Vulg. *ἀναθήματα κεῖνται καὶ ἄλλα* corrigere non ausus sum; sic VII, 12 init. *τὰ χρήματα ἐξεπράχθησαν*. *πέφυκεν* Vind. Mosq. Clavier. *πεφύκαμεν* Vulg. Qui hoc loco dicitur *Ζεὺς Πριάμῳ πατρῷος*, idem in parallelo loco VIII, 46, 2, ubi de eadem hac re exponitur, *Ζεὺς ὁ Ἑρκεῖος* vocatur. *ἐπὶ τοῦτον* pro *ἐπὶ τούτου* Vind. Mosq. *ὃν δὲ — θαλάσσῃ*. concinit cum Etymol. M. p. 409 *Ζεὺς σημαίνει — τὸν Ποσειδῶνα, ὡς τὸ, Ζεὺς δὲ κατὰ πόντον ἐτάραξεν· — τὸν καταχθόνιον θεὸν, ὡς τὸ, Ζεύς τε καταχθόνιος — ὁ Πλούτων*, Ἰλιάδος ι. In Vind. est *αἰσεινή*, in Mosq. et Vatic. *ἐκεινή*. Winckelmanni judicium de hoc trioculo Jove est in Opp. II p. 450. *ὅστις δὴ ἦν ὁ ποιήσας*

Clavier conjecit, non male, quum in Vulgata ὅστις δὴ οὖν ὁ ποιήσας repetitio particulae οὖν offensioni sit.

§. 6. *Viae variae ab Argorum urbe per Argolidem* usque ad 25 extr. πρὸς Ἀρκαδίας »ex parte Arcadiae i. e. qua parte Arcadia Argolidem attingit.« Sylb. Τεγέαν corrigendum non uno loco. cf. VIII, 4, 2. 5, 2. 6, 2. et Obs. Crit. ad Hellen. p. 20. ὄρος ἐστὶν ἡ Λυκώνη· nescio an haec corrupta sint. κάλλιστα pro vulgato μάλιστα Clavier.

§. 7. Sylburgius conjecit Χάων, quod quid velit, equidem non assequor. Mihi videtur nomen factum a v. χάα. Phavorinus: χάα, τὰ ἀγαθὰ παρὰ Λακεδαιμονίοις· χάον γὰρ τὸ εὐγενὲς ἢ τὸ ἀρχαῖον λέγουσι. cf. Theocr. VII, 5 et ibi intrpp. nomen igitur a *fertilitate* ductum. ἄνεισι κ. λ. *surgens Erasinus ad Arctos* apud Statium Theb. I, 357. ἐκ Στυμφάλου ῥεῖ τῆς Ἀρκ. Apud Herod. VI, 76 ἐκ τῆς Στυμφηλίης λίμνης. cf. Pausan. VIII, 22, 3. De *Rhitis* I, 38, 1. τύρβη in Suida, Phavorino et Etym. M. ἀπόλαυσις ἢ θόρυβος ἢ τάραξις· inde τυρβασία dithyrambica quaedam saltatio testibus Hesychio ac Polluce IV, 14. Forsan plebis opificumque hoc festum fuit, quum τύρβη etiam γέργηθας et χειρώνακτας denotaret Suida indice.

§. 8. Pro vulgato Τροχοῦ scripsimus Τρόχου, nam hoc de τόπῳ ἐν ᾧ τρέχουσι, de δρόμῳ dictum est. v. Etym. M. p. 686. Valckenarius ad Ammon. ἐστι — Κεγχρεαί· sic Βρασιαὶ — ἐστὶ III, 24, 3. Κεγχρεῖαι Mosq. De positu harum Cenchrearum Strabo VIII, 376. Deinde haud dubie scribendum est ἐφ' ὅτῳ τῷ χωρίῳ γέγονεν· vide, ne longe abeamus, 21, 2. 35, 2. De πλὴν εἰ μὴ, quod recurrit 35, 8, cf. Lobeckius ad Phryn. p. 459. Pro Κεγχρειὸν forsan scribendum Κεγχρεῖαν. cf. ad 2, 3. Apud Stephanum v. Κεγχρεαὶ est: λέγεται καὶ Κέγχρειος ὁ Ποσειδῶν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἥρωος Κεγχρείου. Pro vulgato Ὑσίας scribendum fuit Ὑσιάς, v. Tzschuckius ad Strab. VIII, 376. IX, 404. *Hysiae* a Strabone τόπος, a Thucydide V, 83 χωρίον Argolidis vocantur; Stephanus addit, a Charace appellari *urbem*, et eam a Pherecyde Arcadiae tribui; conterminae enim Arcadiae fuerunt Hysiae. τὸν δὲ ἀγῶνα κ. λ. Dionysius Hal. Arch. III init. p. 136 sq. Olympiade XXVII, 2 non Pisistrato, sed Leostrato Archonte stadio vicisse refert non Eurybotum, sed Eurybaten.

§. 9. Ὑσιῶν πόλεως. v. ad §. 8. καὶ τὸ — λέγουσιν haec desunt in Mosq. Caeterum Lacedaemonii Olympiade XC,

4 Τισιὰς χωρίον εἷλον, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀποκτείναντες τὸ φρούριον κατέσκαψαν, referente Diodoro Sic. XII, 81.

---

# CAPUT XXV.

§. 1. Ἡ δ' ἐς — Δειράδι deest in Mosq. τιμωρήσαντες Mosq.

§. 2. Προελθοῦσι — διαβάντων Kuhnius interpretatus est: προελθοῦσι καὶ διαβᾶσι· sed Genitivus διαβάντων pendet a Dativo Προελθοῦσι, quasi dixeris: *eorum qui ibi torrentem trajecerunt progressis.* Similiter III, 10, 7 ἐπανελθόντων ἐντεῦθεν προελθοῦσιν. Quid Facius senserit, ejus nota 10 ad hoc caput aperit. Hic *Charadrus*, de quo cf. ad II, 38, 6, videtur etiam apud Thucyd. V, 60 intelligendus; eadem est Schneideri suspicio. Οἰνόη etiam I, 15, 2. X, 10, 2. Apollod. I, 8, 6. II, 5, 3. sed apud Hesychium, Phavorinum ac Stephanum Byz. Οἴνη. Stephanus tamen Οἰνώην ex Oro affert. Post συνακολουθεῖν est in Mosq. δὲ, in Vulg. δ'. Pro vulgato ἐκεῖνος Clavier ἐκεῖνον habet.

§. 3. Articulus ante Οἰνόης, qui est in Vind., deest in Vulgata. De *Inachi fontibus* in Artemisio iterum VIII, 6, 2. et de *hoc monte* ib. 7, 1. Montis Artemisii in confiniis Arcadiae atque Argolidis meminit etiam Apollodorus II, 5, 3. *Diana hic culta* appellata est Οἰνωᾶτις. v. Hesych. h. v. et intrpp. Inachum Strabo VIII, 370 fontes suos habere narrat ex *Lyrceo* monte, in finibus Arcadiae et Argolidis posito, eumque sequitur Scholiastes Apollonii I, 125.

§. 4. *Lyrceam* memorat Strabo VIII, 376 vicum Argolidis et cognominem monti Lyrceo. *Lyrceia* tellus est apud Val. Flaccum IV, 355 et Ovidium Metam. I, 598. ἡνίκα ἐσώθη Mosq. Clav. ἡνίκα ἀνεσώθη Vulg. πυρσὸν ἀνέσχεν· de signis igni nocturno datis loci sunt notissimi Aeschyli Agam. 8. 291. Polyb. X, 43 sqq. ἀφίκοιτό pro vulgato ἀφίκηταί Mosq. sed Conjunctivus non videtur deserendus esse, quia sermo est de re futura, de qua inter eos convenit. Similiter dicitur constitutum esse μοῖραν αναιρεῖσθαι τῆς χώρας προτέρους, ὁποτέρων ἂν πάλος ἀνέλθῃ πρότερον IV, 3, 3. ἄγουσιν et ἔσχηκεν Vulgata excepto Clavierio.

§. 5. στρατείαν etiam Clavier, ut Sylburgius correxerat. στρατιὰν Vulg. Hae *Orneae* Pausaniae Argis profecto supra Lyrceam erant, septentrionem spectantes, et ultra eas Sicyonia atque Phliasia. Quod convenit cum Strabonianis VIII,

376. 382, ubi additur, Orneas ab Homero memoratas jacere inter Corinthum ac Sicyónem, nunc esse desertas, et earum agrum ab Argivis occupatum. Ab his idem distinguit *alias Orneas*, vicum Argolidis, ab Homero praetermissum. Ad ἔκειντο cogitando addendum: πρότεραι ἢ Φλιοῦς τε καὶ Σικυών. In Vind. et Mosq. est προτέρα pro προτέρας et καταλέξαι in Mosq. Sensus: *quemadmodum, si locum Argolidis spectes, ubi sitae erant, prius ad eas veniebatur quam ad Phliuntem, ac Sicyonem, ita his illas priores in carminibus nominavit.* De hoc *Orneo* Orneas appellatas refert etiam Eustathius ad Iliad. II, 571, sed alias quoque nominis causas affert. cf. Strabo l. c.

§. 6. Ἐρχομένοις κ. λ. *Euntibus ab Argorum urbe in Epidauriam*. Sic 11, 3 init. 22, 8. 23, 1. Hoc οἰκοδόμημα fuit, quod hic ipse locus docet, sepulcrum, ut illud 21, 5. Vulgatum ἔχει ἀσπίδας, σχῆμα Ἀργολικὰς ἀπειργασμένας Sylburgius ait esse notabile genus loquendi, et positum pro ἀσπίδας ἐς vel κατὰ σχῆμα Ἀργολικὸν ἀπειργασμένας. Nobis hoc verum esse nondum persuaderi potuit, sed potius corruptus esse hic locus et ita restituendus videtur: ἔχει δὲ ἀσπίδας, σχῆμα Ἀργολικὰς, ἐπειργασμένας, ut clypei non ibi repositi seu affixi, sed in parietibus effiсti fuerint. Similiter III, 17, 3 antea scribebatur ἀπείργασται pro ἐπείργασται. Eadem confusio est VIII, 37, 3. *Argolicum clypeum rotundum* seu *orbicularem* et in honore fuisse, multi docuerunt, Spanhemius ad Callim. h. in Del. 147. 184. in Pall. 35. Perizon. ad Ael. V. H. IV, 3, 24. Heyne ad Virg. A. III, 637. Boettiger in Mythol. der Juno p. 130. Vasor. figl. Pictur. I, 2 p. 120. Abbildungen zu Creuz. Symb. p. 41. Unde autem Argivi clypeum acceperint, et cujus ille materiae ab initio fuerit, quaesitum est in Notis ad Hellen. p. 246. τέλος — ἐδύναντο. Aliter Apollodorus II, 2, 1. sed Apollodori Pausaniaeque narrationes Scholiastes ad Eurip. Orest. 965 ad concordiam quandam revocat. συμβαλεῖν Clav. συμβάλλειν Vulg. καὶ αὐτοὺς — ὡπλισμένους etiam Clavier, ut Sylburgius correxerat. καὶ αὐτοῖς — ὡπλισμένοις Vulgata.

§. 7. *Tiryns* illa τειχιόεσσα eodem fere tempore, quo Mycenae, videtur desolata esse. vide V, 23, 2. Aliam Tirynthis eversae causam affert Strabo VIII, 373. Signa quoque deorum Tirynthe Argos translata memorat Pausanias II, 17, 5. VIII, 46, 2. παῖδα Ἄργου τοῦ Διός· aliter apud Eustathium ad Iliad. p. 286. Phavor. et Steph. Byz. De muris Tirynthis Pausaniae judicium est IX, 36, 3. cf. de iis et de his

*Cyclopibus* adnotata ad 16, 4. Videtur τὸ δὲ τεῖχος scribendum esse. πεποίηται κ. λ. Schneider ita scribendum censet: πεποίηται δὲ ὑπ' αὐτῶν ἐξ ἀργῶν λίθων μέγεθος ἔχοντος ἑκάστου λίθου, ὥστε μηδ' ἂν ἀρχὴν κινηθῆναι. nos Vulgatam si non tuemur, at tuendam putamus; nam in Nominativis absolutis nemo facile offendet; deinde post collectivum ἕκαστος λίθος potuit Pluralis ἀπ' αὐτῶν poni; nos forsan scriberemus ἀπὸ τῶν ἄλλων seu λοιπῶν, sed Pronomen quoque αὐτῶν relatum ad praecedens Substantivum λίθοι ferri potest; denique ἀπ' αὐτῶν κινηθῆναι bonum esse arbitramur. Sic ἀπὸ τοῦ γηλόφου ἔδοξε μὴ κινεῖν τοὺς στρατιώτας in Xenoph. Anab. III, 4, 28. Apud Pausaniam IX, 33, 4 est διέσπα τοὺς λίθους ἀπ' ἀλλήλων. Clavier suspicatus est legendum esse λιθία δὲ ἐνήρμοσται πολλὰ pro vulgato πάλαι· quae conjectura laudatur in Walpolii Turkey p. 315 et a Lobeckio ad Phrynich. p. 180. nescio tamen an necessaria non sit: nobis quidem non potius multitudo lapillorum insertorum, quum hic pluribus illic paucioribus opus esset, quam id significari videtur, antiquitus non recentiori tempore hos lapillos esse immissos, quibus majores lapides stabilirentur. ὡς — εἶναι. Sylburgius suspectum habuit hunc locum, ut vel ἕκαστον esset pro ἑκάστου aut ἑκάστῳ, vel εἶναι pro ἔχειν. Facius opinatus est scribendum esse ἕκαστον ἐς ἁρμονίαν. sed corruptum locum esse, jam Boettiger negavit im Neuen deutschen Mercur 1805 P. I p. 30 commode laudans τὸν ἀνωτάτω τῶν λίθων φασὶν ἁρμονίαν παντὶ εἶναι τῷ οἰκοδομήματι ex IX, 38, 2. adde Winckelmanni Opp. VIII, 27 et Walpolii Turkey p. 554.

§. 8. Ab his *Proetidum thalamis* forsan non diversae fuerunt illae ad Naupliam speluncae cum labyrinthis, quae Cyclopia dicta sunt apud Strabonem VIII, 369. 373. idem sensit Chandler. v. ejus itiner. cap. 54. ἐπανελθόντων — ἥξεις· durior constructio, quam tamen sine codicum auctoritate emendare non ausim, quamvis facilis sit correctio ἐπανελθὼν — ἥξεις. similia enim inveniuntur. vide ad III, 21, 5. *Μίδειαν* Vulgata. cf. ad 16, 2. *Alcmena* hinc *Μιδεᾶτις* Theocr. XIII, 20. XXIV, 1.

§. 9. τὸ Ἀραχναῖον Aeschylus Agam. 319 Ἀραχναῖον αἶπος, ἀστυγείτονας σκοπὰς dixit. *Σαπυσελατόν* Ortelius scripsit in Thes. geogr. In Hesychio et Phavorino Arachnaeum dicitur antea Ὑσσέλινον appellatum esse. Quaeritur, an Zonarae Ὑττίλειον, ὄρος· καὶ Ὑττερεῖον et Suidae Ὑττίλλιον, ὄνομα ὄρους huc pertineat? Corayus Ἥρας· καὶ δεῖ-

σαν legi vult praeter necessitatem. cf. I, 28 extr. θύουσιν hic bene. θύουσι correxit Clavier.

---

# CAPUT XXVI.

Hinc usque ad 29, 1 sequuntur τὰ Ἐπιδαυρίων· sic enim Pausanias ipse VIII, 25, 6 hunc locum appellavit.

§. 1. *Regio* ἡ Ἐπιδαυρίων ut h. l. et ἡ Ἐπιδαυρία vocatur 25, 6. 29, 2. *urbs* ἡ Ἐπίδαυρος 25, 9. Homer. Iliad. II, 561. quanquam regio quoque ita dicitur §. 7 et 29, 5.

§. 2. βασιλεῦσαι — ᾤκησε. *Iones* in Epidauria habitasse, noverat etiam Strabo, cujus locum VIII, 374 Vindingius in Hellene p. 54 in Gron. Thesauro XI ita interpretatur: *quo tempore Heraclidae in Peloponnesum redierint, Iones, in Argolidem ex attica tetrapoli profectos, una cum Caribus in Epidauria habitasse.* Hos Iones cum Procle, Pityrei filio, per Deiphontem Argivosque ex Epidauria ejectos in Samum venisse, testatum reliquit Pausanias VII, 4, 3. Pro Ἀργείοις et Ἀργεῖοι Marx ad Ephori Cum. Fragm. p. 111 opinatus est legendum esse Ἀργαίῳ et Ἀργαῖος, de quo nomine cf. ad 28, 3. sed isti conjecturae aperte repugnat et quod continuo sequitur ἀπεσχίσθησαν δὲ οὗτοι τῶν ἄλλων Ἀργείων, et quod 29, 5 legitur μοῖρα Ἀργείων τῶν Ἐπίδαυρον ὁμοῦ Δηϊφόντῃ κατασχόντων. Pro vulgato τὴν Ἐπιδαύριον etiam Clavier τὴν Ἐπιδαυρίαν. Posset quoque τὴν Ἐπιδαυρίων corrigi. στρατὸς in eadem hac re ab Apollodoro II, 8, 5 positus est. Deiphonta militiae duce usus erat Temenus. vide 19, 1.

§. 4. Variae narrationes *de Aesculapii matre et loco natali* usque ad finem hujus capitis. μάλιστα ἱερὰν — λεληθυῖα Mosq. Hic *Phlegyas* diversus a Phlegya, Orchomeni rege (IX, 36), Thessalus fuit. v. Apollod. III, 10, 3. Pherecydes apud Schol. Pind. Pyth. III, 60. Haec *prima* narratio, quam Pausanias sequitur, *Aesculapii natales ad Epidauriam refert*, et matrem ei dat *Coronida*. Τίτθειον possis derivare a τιτθὸς seu τίτθη, ut Μύρτιον a μύρτος. Loescher habet *Martion*, operarum errore, sed Μύργιον Mosq. et Vatic. αἰπολίου pro vulgato αἰπόλου Clavier, ut Kuhnius conjecerat. Ἀρεσθάνας — ἀποτραπέσθαι· Variata constructio, de qua jam monitum est in Vigero cap. V Sect. III §. IX N. IV. Porsonus tamen εἶδεν in ἰδεῖν mutandum censuit. Plures *mortuos ab Aesculapio resuscitatos* memorat Apollodorus III, 10, 3. Cujus famae vestigia jam apud Pindarum Pyth. III, 96 et, nisi falli-

mur, in Hesiodi Fragm. p. 453 Lips. deprehenduntur, eamque jam Diodorus Sic. IV, 71 interpretari conatus est. adde Valckenarii Adnot. in Eurip. Hipp. p. 318.

§. 5. ἐπ' αὐτὸ Mosq. Vind. Haec *secunda* narratio Aesculapium in Thessalia e Coronide natum perhibuit, ut patet ex Hesiodi Fragmentis mox indicandis, e Pindari Pyth. III, 59 sqq. Apollodoro III, 10, 3 et Pherecyde apud Schol. Pind. l. c. adde Strabonem XIV, 647, ubi Aesculapius ad Lethaeum Thessaliae fluvium natus traditur, cum Notis ad Hellenica p. 89. 262 sq. et Aristide, quem Palmerius laudavit. Coronidis has cum Ischye nuptias ante Apollodorum ac Pherecyden tetigerant Hesiodus (cujus duo fragmenta p. 439 et 443 Lips. huc pertinent) atque Pindarus. Coronida ob hanc culpam interfecit Diana etiam apud Pherecyden atque Pindarum, qui ad hoc deam ab Apolline missam et sagittis suis usam esse canit, Apollo autem ipse narrante Apollodoro, apud quem ut apud Pindarum Apollo ipse infantem flammis eripit. Notabile autem, quod Pausanias VIII, 4, 3 dicat, de Ischyis morte se egisse ἐν τῇ συγγραφῇ τῇ Ἀργολίδι· in hac si illam narravit, hoc nostro loco id videtur factum esse; in eo autem quum de illa morte nihil legamus, mentio ejus vel librariorum negligentia excidit, forsan post verba ἀπὸ τῆς φλογός, vel ab auctore ipso nesciente praetermissa est. De Ischye interfecto Pherecydes l. c. Ister et alii in Hygini Astron. II, 40. Ischyn ex Arcadia hospitem venisse in Thessaliam, Pindarus tradidit Pyth. III, 44 sq. *Ischyn*, *Valentem* reddidit Cicero de N. D. III, 22.

§. 6. *Tertia* narratio, Aesculapium in Messenia ex *Arsinoë* genitum esse, quum h. l. rejecta esset, simpliciter repetitur IV, 3, 2. 31, 9, ubi filios quoque Aesculapii sibi Messenii vindicasse dicuntur: contra quam Messeniorum contentionem, veram illam a Meibomio in Hippocr. Jurej. cap. 5. pronunciatam, disputatum est in Notis ad Hellenica p. 89. Arsinoë, Leucippi filia et Hilairae atque Phoebes soror (III, 2, 7. IV, 31, 9), a quibus scriptoribus Aesculapii mater dicta sit, cognosces e Sch. Pind. P. III, 14, ubi pericula quoque videbis facta, varias de matre Aesculapii narrationes inter se conciliandi. adde quod Lactantius de falsa relig. I, 10 ex Tarquitio affert. Ad primum hujus oraculi versum Valckenarius ex Aristoph. Plut. 640 ἀναβοάσομαι μέγα βροτοῖσι φέγγος, Ἀσκληπιόν laudavit. χάρμα βροτοῖσιν de Baccho est in Hom. Il. XIV, 325. Orph. h. 50. In secundo versu Corayus recte emendavit ἐμοί. cf. Hom. Od. V, 125. Iliad. VI, 165.

Hes. Theog. 125. 306. 333. 923. Sed his exemplis, quibus quis forsan opponat Genitivum interdum *φιλότητι* additum (v. Herm. ad Orph. A. 221), ne opus quidem est, quum *ἐμοὶ* jungendum videatur cum *ἔτικτεν*. Vulgata est *ἐμῇ*. Hesiodum ipsum Aesculapii matrem Coronida habuisse, ex duobus ejus Fragmentis jam laudatis intelligitur: quod ergo in Hesiodeis carminibus de Arsinoë Aesculapii matre narratum fuit, id judice Pausania *τῶν τινι ἐμπεποιηκότων ἐς τὰ Ἡσιόδου* debebatur. cf. Heinrichii Epimenides p. 155. Heyne ad Apoll. III, 10, 8. *τῶν τινα ἐμπεποιηκότων* Sylburgius Ionicam vocat anastrophen, et laudat III, 23. IV, 4. 12, 6. VIII, 49. IX, 18. adde VII, 26, 6. Eandem hanc rationem Herodoto frequentem apud alios quoque hic illic observatam esse, Valckenarius ac Wesselingius ad Herod. VIII, 90 adnotarunt. Herodoteos locos excitavit Schweighaeuser. Procopius quoque in Anecdotis dixit *τῶν τινος οἰκετῶν ὑπουργήσαντός οἱ ἐς ἅπαν τὸ ἄγος*. Verbum *ἐμποιεῖν*, adjuncto tamen Accusativo, similiter adhibetur ab Herodoto VII, 6.

§. 7. *ἐν Ἐπιδαύρῳ* de regione. cf. §. 5. *Ἀσκληπιεῖα* pro vulgato *Ἀσκλήπεια* etiam Clavier; est enim vel *Ἀσκληπιεῖον* vel *Ἀσκληπεῖον* scribendum; quorum illud reperitur II, 10, 2. 11, 6. III, 22. 26. IV, 30, apud Diod. S. XIX, 45. Strab. XIV, 657, hoc autem apud Herodianum Herm. p. 307 sq. In Herodiano Lobeckius ad Phryn. p. 369 voluit ille quidem *Ἀσκληπιεῖον* legi, sed quod saepe factum in pronunciando facile credimus, ut *ι* omitteretur, id cur negemus de scribendo? *Ἀσκληπιεῖα* autem *Aesculapii et sacra* (cf. Pollux I, 1, 32) *et templa* complectuntur. *Ἀθηναῖοι κ. λ. Athenienses dicentes, se initiavisse Aesculapium mysteriis, diem hunc* (quo id factum) *nominant Epidauria*. cf. Meursii Eleus. cap. 6

29. *Πίνδαρσον* Vind. *Πίνδαρον* Mosq. *Pindasus* mons Mysiae apud Plinium V, 33. Templum *Pergami* factum, vide III, 26, 7. *ἀπὸ δὲ τοῦ κ. λ. imitatione ejus* seu *ad exemplum ejus, quod Pergameni habent, apud Smyrnaeos structum est, quod nostra adhuc aetate Aesculapii templum ad mare est*. Fuit ergo hoc apud Smyrnaeos templum *ἀφίδρυμα τοῦ ἐν Περγάμῳ*· eodem modo interpretamur paulo post *ἐκ δὲ τοῦ — Ἀσκληπιεῖον*. Goldhagenus conjecit *ὁ δ' ἐν Βαλανάγραις*, qua correctione opus non est, modo distinguatur post *Ἀσκληπιός*, quum sensus sit: *quod attinet ad templum, quod est Balagris apud Cyrenaeos, est Aesculapius, qui hic Medici nomine colitur, is quoque ex Epidauro* i. e. signum ejus cum cul-

tu hinc eo translatum. *ἐστὶν Ἀσκληπιὸς καλούμενος ἰατρὸς, ἐξ* Vulgata. Pro vulg. *Βαλανάγραις* reposui ex Vind. et Mosq. *Βαλάγραις*, quum Ortelius ex Synesii Epist. 104 afferat *Balagritas*, qui videntur circa Pentapolin Africae, ergo in Cyrenaica, sedisse. *βαλανάγραι* sunt *κλεῖς* apud Herod. III, 155 extr. De *Lebena* Strabo X, 478, ubi Tzschuckius de scriptura consulendus est. Ortelius memorat ex Philostrat. 4 Apoll. *Lebeneum* Aesculapii templum in Creta. *τοσόνδε* — *Ἐπιδαυρίοις* deest in Mosq. *Capras* nec Phocenses Aesculapio immolabant. vide X, 32, 8. Capra Aesculapium aluerat. vide §. 4. Eas illi cur alii mactaverint, Didymus indicat in Com. Natal. Myth. IV, 11 p. 370. *θεὸν δὲ κ. λ.* De *tempore apotheoseos Aesculapii* locus insignis est Apollodori in Fragm. Chronic. ubi triginta octo annis postquam Hercules Argos tenuerit, consecratus dicitur, ergo eodem fere quo Hercules tempore. Post Trojanum bellum id Aesculapio contigit auctore Theodoreto in Meibom. Hippocr. Jurej. cap. 5 p. 43, ac serius etiam judice Sprengelio. v. Not. ad Hellenica p. 262 sq. Pausaniae igitur cum Apollodoro convenit. Hoc autem *ἐξ ἀρχῆς καὶ οὐκ ἀνὰ χρόνον* illo illustratur Galeni in Protr. 9 p. 22 T. I Kühn. *Ἀσκληπιός γέ τοι καὶ Διόνυσος, εἴτ' ἄνθρωποι πρότερον ἤστην, εἴτ' ἀρχῆθεν θεοί. μνήμην* pro *φήμην* est in Vindob.

---

## CAPUT XXVII.

*Lucus Aesculapii et quae in eo fuerint*, usque ad §. 7 extr.

§. 1. Amasaeus videtur legisse *ὄρη*. Vulgatam *ὅροι* Clavier retinuit, sed vertit: *est entouré de montagnes;* similiter Goldhagen; Sylburgius dubius haesit: vides autem mox repeti *ἐντὸς τῶν ὅρων*. *ὅροι* sunt h. l. termini vel lapidei vel lignei, qui forsan virgultis interpositis juncti saepes efficiebant, undique hunc lucum cingentes, cujusmodi saepibus nemus quoque Aricinum Dianae videtur circumdatum fuisse in Ovidii Fast. III, 267. Sylburgius vertit: *Lucus Aesculapio sacer suis circumquaque limitibus est circumscriptus,* Nibby autem: *Il bosco sacro di Esculapio è da ogni parte rinchiuso da termini.* Ad *ἀποθνήσκουσιν* e §. 7 subaudiendum *Ἐπιδαυρίων οἱ περὶ τὸ ἱερόν·* cf. V, 11 extr. unde sequens *σφίσιν* explicatur. In hoc *περιβόλῳ* fuit *ναὸς* §. 2. *περίβολος* et *ναὸς* uno vocabulo *ἱερὸν* vocatur §. 7. Hoc *ἱερὸν* 26,

1 dixit esse in via ex Argolide ad Epidaurum urbem ducente. cf. de eo Not. ad Hellenica p. 288. Voy. d. jeune Anach. cap. 53. Chandler c. 52 sq. Proxima ita interpretamur: τὸν αὐτὸν νόμον καθὰ καὶ ἐπὶ Δήλῳ τῇ νήσῳ οὐδὲ ἀποθνήσκουσιν οὐδὲ τίκτουσιν· ita non opus est, ut cum Sylburgio καθὰ mutatum velimus in κατά. Nostro simillimus locus est II, 30, 5.

§. 2. De *hoc Aesculapii signo* Quatremère in Jupiter Olymp. p. 352 sqq., qui hoc opus inter Olympiadem CXX et CLV factum suspicatur; sed vereor ne ignota sit *Thrasymedis*, a Plinio non dicti, aetas. Ἀρίγνωτος prope idem est quod Πολύγνωτος, quae formae etiam confusae sunt in codice Palatino Anthol. gr. T. II p. 244. βακτηρίαν κρατεῖν, cf. 10, 3. *Canis adjacens*, cf. 26, 4. forsan etiam ex fama, *canino lacte* nutritum esse Aesculapium, quae fama servata nobis est in Lactantio de falsa relig. cap. 10, 2. Alia afferunt Meibomius de Hippocrat. Jurej. cap. 5 p. 47 et Winckelmannus de Allegor. cap. 2 p. 37 sq. seu Opp. II, 496. Puteo impositum fuisse hoc signum ejusque thronum, docet Pausanias V, 11 extr. τῷ δὲ θρόνῳ ἡρώων Mosq. δὲ ἡρώων deest in Vind. τῷ θρόνῳ δὲ ἡρ. Vulgata. In qua throni parte haec artis opera fuerint, ostendere conatus est Voelkel über den grossen Tempel und die Statue des Jupiter zu Olympia p. 186. Cur *Bellerophon in Argivis heroibus*, vide ad 4, 2. Idem ejusdem hujus herois facinus in Amyclaei throno III, 18, 7. qui locus cum nostro conferendus est. Χείμαιραν Ald. τοῦ ναοῦ — καθεύδουσιν sunt domicilia (οἰκήσεις X, 32, 8), ubi supplices dormiunt; quod non de incubatione accipiendum est. οἰκεῖται pro ἵκεται Vind. cf. 11, 6.

§. 3. Οἴκημα — ἄξιον a Polycleto factum §. 5 nobis est *eine Rotunde*, cf. III, 12, 9 et I, 5 init. Θόλος κυκλοτερὲς οἴκημα, εἰς ὃ τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς χρῆσιν πίπτοντα ἀπετίθεντο. Etym. Gud. ὀροφὴν εἶχε περιφερῆ οἰκοδομητήν, οὐχὶ ξυλίνην, ὡς τὰ ἄλλα οἰκοδομήματα. Etym. M. Aliis quoque Aesculapii templis ejusmodi tholos adjunctos fuisse, suspicatur Barthius ad Statii Silv. I, 4, 99, ubi Trojanae Pergamo tholus tribuitur. *Pausias* Sicyonius Plinio XXXV, 40 p. 307 sq. Bip. et Horatio Serm. II, 7, 95 laudatus. cf. Winckelmanni Opp. VIII, 323. βέλη — φέρει· *Hic pictus Amor* quid significaverit, variae sunt opiniones. v. Facius et Voy. d. jeune Anach. cap. 53. Amoris et Musarum consortium a poetis celebratum quis nescit vel ex Anacreonte 30 aut Bione 4? *Amor lyra canens* est etiam in Lipperti Dactyliotheca. δὲ κἂν Mosq. Clavier. δ' ἂν Vulg. ἐν ante τῇ γραφῇ deest in

Mosq. Sic κἂν positum esset pro καὶ ἐν, et scribendum κἄν. Quodsi κἂν i. e. καὶ ἂν ubique significat *et fortasse, fortasse etiam*, hic locum habere non potest; sed h. l. ἴδοις κἂν significat *videre etiam licet*. *Ebrietatis* signum est VI, 24, 6. alia laudat Creuzeri Symbol. III, 227. In Ebrietatis comitibus apud Horatium Od. I, 18 est *arcani Fides prodiga perlucidior vitro*, ubi Mitscherlich non male judicat, hanc animi levitatem, ebrietatis comitem, Pausiam expressam voluisse. Pro *stelis* apud Strabonem VIII, 374 memorantur tabulae votivae similiter inscriptae. De iisdem his *stelis* cf. Pausan. II, 36, 1.

§. 4. Pro ἵππους — εἴκοσι Palmerius legendum opinatus est ἵππου — εἰκόνα. quamnam? nulla est memorata. φησὶν Mosq. Facius, Clavier, Nibby, ut Kuhnius emendaverat. Cf. ad I, 27, 5. φασὶν Vulg. Ἀρκεσῖς Mosq. Aldus. sed hoc rejiciendum esse tam e latinis quam e graecis scriptoribus patere, jam Sylburgius monuit. ἄχρι Mosq. cf. ad 30, 7. ἄχρις Vulg. ἆθλον Vind. Mosq. Clav. ἆθλα Vulg. καὶ ante ἱερᾶσθαι, quod habet Vulgata, Clavier omisit. προέκειτο ex Sylburgii emendatione. προςέκειτο Vulg. Sed ecce illud Platonis in Phaedro p. 247 (322) ἔνθα ἀγὼν ἔσχατος ψυχῇ πρόκειται. Similiter ἀγῶνα προθεῖναι Pausanias dixit III, 12, 2. De *valle Aricina*, *Hippolyto illuc translato ac Nemorensi rege* cf. Ovidii Fast. III, 263. Suetonii Calig. 35.

§. 5. *Epidauriorum theatrum*. Sedilia quaedam ejus marmorea superesse in montis cujusdam latere, narravit Chandler cap. 53. ἐν τῷ ἱερῷ i. e. ἐν τῷ τοῦ ναοῦ περιβόλῳ seu potius *ad, juxta templum*. cf. ad I, 20, 2. et Ruhnkenius in Auctario Emend. ad Hesych. ubi de Dionysiis. Μεγάλῃ πόλει. De varia scriptura cf. Lobeckius ad Phryn. 604 sq.

§. 6. De *Epiona* Aesculapii uxore cf. 29, 1. Etym. M. p. 434, 18. Erravit Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 236. Hujus *stadii* adhuc reperiri vestigia ait Chandler cap. 53. οἱ Ἕλλησι Ald. Facius. οἱ * Ἕλλησι Francof. Kuhn. οἱ Ἕλλησι Mosq. οἷον Ἕλλησι Palmerius conjecit; quam conjecturam Gedoyn et Goldhagen sequuti sunt; nos autem non Adverbium sed Adjectivum requiri existimantes scripsimus οἷα· *qualia Graecis pleraque sunt*; sic Loescher quoque vertit, atque ita edidit Clavier; idem voluit Valckenarius. Cf. omnino IX, 23, 1. Inter πολλὰ et γῆς fuit distinguendum.

§. 7. Hic *Antoninus* videtur esse, qui postea imperator factus, et vulgo *Pius* seu *prior* appellatus est, cujus de laudibus et beneficiis ab eo quum in alios populos tum in Graecos collatis Pausanias VIII, 43 explicat. Ergo haec

scripta esse dixerim imperante Hadriano; nam si Antonino Pio imperium tenente haec scripsisset Pausanias et intellexisset Antoninum Philosophum, forsan ejus nomini aliquid addidisset, quum Antoninus Philosophus ab Antonino Pio adoptatus esset vivo adhuc Hadriano. θεοὺς Ἐπιδώτας Kuhnius Faciusque ad III, 17 interpretantur *deos bonos*, *beantes et averruncos malorum*. Sed Plutarchus ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκ. p. 252 sq. Frob. dicens τῶν δὲ ἄλλων θεῶν ὁ μέν ἐστιν ἐπιδώτης, ὁ δὲ μειλίχιος, ὁ δὲ ἀλεξίκακος manifesto distinguit ἐπιδώτην et ἀλεξίκακον. Nobis Pausaniam sequentibus Dii ἐπιδῶται sunt: *qui bona dant*; ille enim postquam VIII, 9, 1 narraverat, esse Mantinensibus ἄλλα ἱερὰ, τὸ μὲν Σωτῆρος Διὸς, τὸ δὲ Ἐπιδώτου καλούμενον, pergit posterius explicans vocabulum: ἐπιδιδόναι γὰρ δὴ ἀγαθὰ αὐτὸν ἀνθρώποις· ibi ergo Σωτὴρ est *qui liberat a malis*, Ἐπιδώτης autem *qui dat bona*. Neque *Somnus* Ἐπιδώτης II, 10, 2 potest esse nisi *beneficus*, qui eo quoque beneficus est, quod placat tranquillatque, ut II, 10, ubi sopit leonem. Sane quidem Lacedaemonii daemonem quendam, quem dicebant τὸ ἐπὶ Παυσανίᾳ τοῦ Ἱκεσίου μήνιμα ἀποτρέπειν, appellabant Ἐπιδώτην III, 17 extr. sed ex eo non continuo efficitur, ut ἐπιδώτης denotet *averruncum*; ibi quoque putamus significari *beneficum placando*. Videntur autem θεῶν ἐπιδωτῶν nomine comprehensi esse *Jupiter*, *Somnus et Nymphae* κουροτρόφοι. Ὑγείᾳ Vulg. cf. ad I, 23, 5. Αἰγυπτίῳ legit Amasaeus, quod sequutus est Gedoyn; sed *Apollinem in diis Aegyptiorum* habitum, eorumque lingua *Horum* seu *Orum* appellatum esse tradiderunt, ut constat, Herodotus II, 156 ac Diodorus Sic. I, 13. 17. 25. *Aesculapius* autem, ὁ Μεμφίτης dictus, teste Clemente Alex. Strom. I p. 334 B. in numero θεῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρώπων ποτὲ, γενομένων δὲ ἀνθρωπίνῃ δόξῃ θεῶν fuit. Idem p. 307 narrat, medicinam ab Api, priusquam Io in Aegyptum venerit, inventam postea auxisse Aesculapium. Quanquam judice Sprengelio in Historia Medicinae T. I p. 94 sqq. Aesculapii cultus e Graecia in Aegyptum transiit; quod congruit cum iis, quae Pausanias II, 26, 7 scripsit. καὶ ἦν γὰρ Vulg. *Cotys* apud Suidam est daemon Corinthiorum, praefectus turpibus libidinibus, Phavorinus autem haec habet: Κοττυτὼ (scribendum videtur Κοτυττὼ) θεὰ παρ' Ἕλλησιν αἰσχρουργίας ποιητικὴ, ἣν καὶ Κότυν ὠνόμαζον. Dea est etiam apud Juvenalem II, 92, ubi vocatur *Cecropia Cotytto*. Si fides iis, quae idem Phavorinus refert, habenda est, Eupolis odio Corinthiorum ductus hunc dae-

monem lascivum exhibuit. *καταῤῥυέντος* Mosq. Clav. *καταφυέντος* Vulg. cf. II, 9, 7. I, 44, 4. *διέφθαρται* Vind. Mosq. *μάλιστα* — *ὅσιον* Kuhnius interpretatus est: *cum multis molestiis conflictabantur — ubi jam fas erat (est) aegris mori et parturientibus parere.*

§. 8. *Τίτθειον* Clav. ut Facius conjecerat. cf. 26, 4. *Τιτθίον* Vulg. *Μαλεάτης* de promontorio *Malea.* v. Stephanus. iterum hoc Apollinis cognomen reperitur in Laconicis 12, 7. *Ἔλυτρον κρήνης* Clavier, ut Sylburgius, Kuhnius, Facius emendarunt ex VII, 27, 1 p. 595 et ex Herod. IV, 173, ubi sunt *τὰ ἔλυτρα τῶν ὑδάτων.* adde *ἔλυτρον λίμνης* ex eodem I, 185. 186. *le réservoir* Clavier, *la conserva di acqua* Nibby reddidit. In glossis Herodoteis *σκέπη, θήκη* exponitur. *Ἐλύτρου κρήνη* Vulgata.

# CAPUT XXVIII.

§. 1. *Δράκοντες οἱ λοιποί·* »vitiosum; coloris nomen aptum desidero.« Schneider. idem in Curis poster. ad Nicandri Ther. 439 p. 241 correxit *Δράκοντες οἰνωποί* i. e. *πορφύρεοι* vel *μέλανες*. Nobis sensus hujus loci videbatur esse: *et reliqui in Epidauria serpentes, et diversum ab iis genus, flavo colore conspicui, sacri habentur Aesculapio.* idemque *τῆς χρόας* aut *τῇ χρόᾳ* scribi voluit. *ἱεροὶ* — *ἥμεροι.* Quod Aelianus H. A. XII, 34 ex Clearcho de Argivis serpentem non occidentibus refert, id forsan pertinet ad Epidaurios. Nomen ipsum *Ἀσκληπιὸς* Spaldingius interpretatus est *serpentem mansuetum* deducens a *Schachal* leone seu serpente et *ἤπιος*. nam monstra jungit mirus amor. *σφᾶς* i. e. *ξανθοτέρους.* Hi crocodili Libyae terrestres Herodoto IV, 192 *ὅσον τε τριπήχεες* dicuntur. *τοὺς μεγάλους, ἐς πλέον* Mosq. *τοὺς μεγάλους ἐς ἐπὶ πλέον* Vind. *τοὺς Μεγαλαύνας ἐπὶ πλέον* Vulg. *ἐς πλέον* etiam Exc. cod. Palat. Schneider scribit: *τοὺς μεγάλους τοὺς ἐς πλέον.*

§. 2. usque ad finem capitis *de iis, quae ad viam in urbem.* *Ἐς δὲ τὸ ὄρος ἀνιοῦσι τὸ Κορυφαῖον* Clav. ut Facius a Palmerio admonitus correxerat e Stephano, qui ex h. l. Pausaniae *Κορυφαῖον ὄρος ἐπὶ τῷ Ἐπιδαυρίῳ* et, quae paulo post memoratur, *Ἄρτεμιν Κορυφαίαν* profert. *Ἐς δὲ τοῦ ὄρους ἀνιοῦσι τὴν κορυφὴν* Vulg. *οὐκ ἂν ἔγωγε* Mosq. Excerpta cod. Palat. Clavier, Porsonus. *οὐκ ἄγαν ἔγωγε* Vulg. *γενομένης τῆς χώρας* Facius conjecit, non bene. *Τρίθιον,*

χωρίον ἐν Ἐπιδαύρῳ ἀπὸ Ὑρνιθοῦς τῆς Τημενοῦ θυγατρός· *Παυσανίας δευτέρῳ περιηγήσεως·* Stephanus Byz. haud dubie corrigendus.

§. 3. ἐς αὐτὸ Vind. Mosq. Exc. cod. Pal. Facius, Clavier. cf. I, 41, 7. ἐπ' αὐτῇ reliqui. de *Temeni filiis* Muelleri Aeginetica p. 40. *Κεῖσος* jam Sylburgius correxerat ex 19, 1. 2. 26, 2. adde Scym. Chii locum mox laudandum, vel Marciani *Περιηγ.* *Κεισὸς* Vulg. *Κισὸς* Ald. Pro vulgato διαλῦσαι ἐξ αὐτοῦ legendum putavimus διαλ. ἀπ' αὐτοῦ, quo ducit codicum lectio Vindob. et Mosq. ἀπάντων et Vatic. απαντων. Clavier quoque ἀπ' αὐτοῦ scripsit. Pro *Ἀγραῖος* in Scym. Chio 532 apud Wessel. ad Diod. S. XV, 31 est *Ἀργαῖος*, et Wesselingius ipse hoc nomen nescio quo jure ita scripsit, eumque sequutus est Marx. vide ad 26, 2. In Scymno corrupta est scriptura *Ἀγανός.* ἀνδρὶ — ἀμείνονι· cf. ad 9, 1. *Temenum a filiis interfectum esse* tradidit Apollodorus II, 8, 5, quod conspirat cum Pausaniae narratione 19, 1. ὡς τάχους εἶχεν Clav. ut correxerunt Schaefer ad Lamb. Bos. de Ellip. p. 261 et Porsonus, qui contulit IV, 19, 3. X, 22, 3. ταύτην — γῆμαι i. e. ταύτην *Πάμφυλος ὁ Αἰγιμίου λέγεται ὕστερον γῆμαι.* Rem ipsam notandam putavit Marx ad Ephori Cum. Fragm. p. 111, sed Vindingius in Hellene p. 55 in Gron. Thes. vol. XI jam judicaverat, absonum esse, Deiphontis filiam Pamphylo nupsisse, quum hic Hyllo, Herculis filio, σύγχρονος fuerit. vide ipsum Pausaniam II, 19 de Deiphontis majoribus. At non Pausaniae, sed vulgi est hic error, id quod caute additum λέγουσι, toties illud a viris doctis neglectum, significat. In Exc. cod. Pal. post ἀνὰ χρόνον Ὑρνήθιον κληθὲν legitur ἤτοι μετὰ χρόνον. Mox ποιήσαντες Vind. Mosq. Vatic. Clavier. ποιησάμενοι Vulg. ἐπὶ τοῖς πεφυκόσιν ἐλαίοις. cf. §. 2. extr. ἐλαίοις Clav. ut Sylburgius correxerat. ἐλαιοῖς Vulg. δένδρον ἐστὶ Clav. δένδρον, ἐς ὃ Vulg. δένδρον· ἐς ὃ Facius. δένδρον, ἐς ἐμὲ καθέστηκε Schneider conjecit. χρᾶσθαι forma Herodotea, quem vide III, 20. 81. 99. IV, 135. 172. 26. II, 173. VI, 77. nec semel ea usus est Pausanias; vide VI, 2, 2. VII, 19, 3. Legitur vero etiam apud Athenaeum II, 45 d. et alios. cf. Lobeckius ad Phryn. p. 61. Pro αὐτοῦ post κατὰ χώραν Facius voluit αὐτά. Herodotus IV, 135 scripsit adeo: αὐτοῦ ταύτῃ ἐν τῷ στρατοπέδῳ· et αὐτοῦ saepe nomini loci posito adjungi notum est. v. Thucyd. III, 81. Athen. XII, 532. Lucian. Prom. §. 8. cf. Schaefer ad Longum p 371.

§. 3. Προκλέους Clavier, Nibby, ut Palmerius et Fa-

cius correxerunt assentiente Valckenario. cf. omnino intrpp. ad Herod. III, 50 sqq. adde Athenaeum supra ad 6, 2 citatum. *Πατροκλέους* Vulg. Alius antiquioris aevi *Procles*, Epidaurius, est apud Pausaniam VII, 4, 3.

---

# CAPUT XXIX.

§. 1. *urbs Epidaurus.* *Αὐτῇ δὲ τῶν* Clav. *Αὐτῇ δὲ καὶ τῶν* Vulg. De *Epiona* dixit Valckenarius in Diatr. p. 290 sq. *καὶ Ἀρτέμιδός ἐστιν ἄγαλμα* Vind. sed videtur legendum esse *καὶ Ἀρτέμιδός ἐστιν ἄλλος* i. e. *ναοὶ δὲ ἐν τῇ πόλει εἰσὶν, ὁ μὲν Διονύσου, ὁ δὲ Ἀρτέμιδος·* neque Singularis verbi in formis post Pluralem generis quenquam offendet. cf. 30, 1. *θηρευούσῃ* Clav. ut Sylburgius conjecerat. *θεϱούσῃ* Vulg. *Κισσαῖαν* Mosq. *Cissaeam* Minervam Gedoyn et Goldhagen de *hedera* cognominatam putarunt, ergo ut Diana *Cedreatis* de credro appellata est VIII, 13, 2.

§. 2. De *Aegina* usque ad 30, 5, qui locus ab auctore ipso III, 14, 2 *Αἰγιναῖος λόγος* vocatur; qui quas fabulas complectitur, interpretari conatus est Hermannus de Mythol. Graecor. antiquiss. p. XXIII. Qui Aeginetica conscripserunt, *Pythaenetum* et *Theagenem* jam laudavit Car. Mueller in Aegineticorum libro p. 2. In Mosquensi *Αἰγεινῆται* et *Αἴγειναι* semper scribitur, de qua scriptura cf. Mueller l. l. p. 93 sq. mox *Αἴγειναν* etiam Aldus. *ἀπ᾽ ἀντικρὺ* Vulg. cf. ad II, 2, 3. Aeginam insulam, quo tempore Asopi filia in eam transferretur, adhuc *ἔρημον* fuisse, ejusque formicas, quum Aeacus adolevisset, Jovem in homines transformasse, Hesiodus jam cecinerat in Schol. ad Pind. N. III, 21 et Lycophr. 176. Alii, quod discimus ex hoc nostro loco, incolas autochthonas esse voluerunt. *Οἰνώνης·* Mueller l. l. p. 7 sq. hoc nomen antiquissimae coloniae in Aeginam deductae fuisse opinatur.

§. 3. Pro vulg. *πϱοϋπῆϱχεν* (cf. II, 18, 2) *ὑπῆϱχεν* Vind. *ἐπὶ μὲν δὴ—καθήκουσι.*, *aetate igitur Phoci hujus circa Tithoream et Parnassum in usu erat nomen Phocidis* (terrae circa Tithoream et Parnassum tribuebatur Phocidis nomen), *aetate autem Phoci Aeaco nati et omnibus praevaluit hoc nomen* i. e. ad omnes etiam translatum est, *qui a Scarphia usque ad Minyas Orchomenios habitabant.* Corayus *τούτου τὰ πεϱὶ Τιθοϱέαν* conjecit. sed nescio an obstet articulus ante *Φωκίς*. *ἐπὶ δὲ τοῦ Φώκου τοῦ Αἰακοῦ παισὶν ἐξενίκησεν, ὥστε Μι-*

νύαις τέ εἰσιν Clavier conjecit. Sed de breviloquentia in ἐπὶ τοῦ Αἰακοῦ cf. ad I, 1 init. Deinde καὶ πᾶσιν ἐξενίκησεν prorsus respondet illis Thucydideis I, 3 οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. In nostro loco subauditur τὸ ὄνομα, quod latet in praecedentibus ἐκαλεῖτο ἡ Φωκίς. In loco parallelo X, 1 init. ἔτεσι δ' ὕστερόν οὐ πολλοῖς ἐξενίκησε καὶ ἁπάσῃ γενέσθαι τῇ καθ' ἡμᾶς καλουμένῃ Φωκίδι pariter τὸ ὄνομα assumendum est. Ibidem Pausanias iterum tradidit, Phocidem de utroque Phoco nominatam esse; et tamen Clavierius hoc de posteriore Phoco negare sustinuit; qua de re ad §. 7. Vulgatum ὡς οἱ Μινύαι κ. λ. mutandum fuisse censemus in ὅσοι Μινύαις τέ εἰσιν Ὀρχομενίοις ὅμοροι· quod idem Porsono placuisse nunc video. Sic haec nectuntur ex praecedente πᾶσιν, et planum fit, Pausaniam indicare voluisse, quam late patuerit seriori tempore Phocis, a Scarphia usque ad Minyas Orchomenios. cf. Pausan. X, 1. Nec multum haec Corayi emendatio ὅσοι Μινύαι differt a nostra. Σκάρφειαν etiam Clav. ut Sylburgius et alii correxerant. cf. Paus. X, 1, 1. Palmerii Graec. Ant. p. 557 sqq. Κάρφειαν Vulg. Apud Homerum Σκάρφη.

§. 4. Γεγόνασι — βασιλεῖς. cf. I, 11. Plut. Pyrrh. cap. 1. Τελαμῶνος δὲ κ. λ. Haec ut repugnantia loco I, 42, 4 certatim reprehenderunt Palmerius, Gedoynus, Baylius (Diction. v. Tecmesse) et Sturzius ad Pherecyd. p. 90. quum enim Ajax ibi tradatur Alcathoo, Megaridis regi, successisse, eundem hic dici non potuisse *privatum hominem*, vel ejus *genus obscurius*. Sane quidem Pausanias l. l. se credere significat, Ajacem τὴν ἀρχὴν τὴν Ἀλκάθου διαδέξασθαι, et Megarenses ipsi videntur fuisse in hac opinione, quantum colligas e versiculis, quos illi insertos voluerunt Homericis apud Strabonem IX, 394. Ajax autem quamvis Megaridem tenuerit, tamen, quum haec regio et tum et antiquitus Atheniensium pareret imperio (vide I, 42, 1 et ibi adnot.), non potuit nisi privatus haberi seu ὕπαρχος τῶν Μεγαρέων· neque Homerus Ajacem Megaridis regem noverat. Neque minus recte Pausanias, sui aevi opinionem de generis nobilitate sequens, hujus Ajacis genus obscurius dixit quam Teucri fratris, qui rex Salaminis reges habuit posteros. Cf. quae 30, 9 de Diomede et Sthenelo leguntur. De πλὴν ὅσον cf. ad VIII, 2. De *Miltiadis* genere ab Aeaco usque deducto v. Marcell. vita Thucydidis et Sturzius ad Pherec. p. 89. Hic *Evagoras* est II, Cypri regno potitus Olympiade XCVII, 2. a. C. 391. cf. Diod. S. XIV, 98 et Wessel. Φώκῳ δὲ κ. λ. Hic est *Phocus*

*posterior*, Aeaci filius. Cf. Tzetza ad Lyc. 53. Meziriae ad Ovid. II p. 259 et Heyne ad Apoll. III, 12, 6. Ejus filii fuerunt *Panopeus* et *Crisus*. cf. Tzetza l. l. et ad 939 (qui eos geminos fuisse perhibet), Eustath. ad Iliad. II, 520 p. 274 (ubi de Criso Hecataeus citatur testis. adde de eodem Stephanum v. *Κρῖσα*.) et Schol. ad Eurip. Orest. 33. Ab his et a Scholiasta Homeri l. l. scribitur *Κρίσσος*, sed si inde fluxit *Κρῖσα*, scribendum erit *Κρῖσος*. Hic *Epeus* ab Aeaco suum genus deduxit etiam in Sch. ad Lycophr. 53. 930. 939. De *Anaxibia* Pyladis matre Mezir. ad Ovid. l. l.

§. 5. Veriorem scripturam esse *Θυρέαν*, quae servata est II, 38, 5, Sylburgius ad h. l. atque ad 12, 5 et Tzschuckius ad Strab. VIII, 376 adnotarunt; sed X, 9, 6 in Mosq. iterum *Θυραίας* invenitur. *χοιράδες*· sic Cyaneae Theocr. XIII, 24. cf. Hesych. et Zonaras. *ἐξεπίτηδες* iidem. in Theocr. VII, 42 *ἐπίταδες*. *λῃστειῶν* Vind. Mosq. Clav. *λῃστῶν* Vulg. cf. I, 7, 3. Sic *δυναστείαι* in Isocrat. Paneg. 10. 30. Ad *μὴ* — *εἶναι* animo repetitur *τὸ προσπλεῦσαι*. Valckenarius citavit Abresch. Thucyd. p. 826.

§. 6. De hoc *portu* ad §. 8. *Veneres aedes* in partibus insulae caurum spectantibus, v. Spon. Itiner. cap. 5. In Aegina *urbs* fuit cognominis. v. Strabo VIII, 375. cf. ad §. 8. De hoc *Aeacio* est Pind. Ol. XIII, 156. cf. Muelleri Aeginet. p. 161. Et hic et §. 7. Herodiani regulae convenientius esset *Αἰάκειον*, ut observavit Lobeckius ad Phryn. p. 370. sed cf. Bekk. An. 1343 et 1307. *ἔςοδον* Mosq. *εἴςοδον* Vulg. *ἐπίεζεν ἐπὶ χρόνον* Mosq. De *eadem hac siccitate* jam dixit I, 44, 13. *ὗεν* Mosq. Cf. 30, 6. 31, 14. Herod. IV, 151. *ὕσεν* Vulg. De variata in eodem hoc enunciato constructione removenda non cogitandum est cum Sylburgio, amat enim variare constructionem Pausanias. cf. I, 29, 7. 9. quare nec II, 20, 4 *Πολυνείκης* quam *Πολυνείκους* propter majorem casuum similitudinem, quae Sylburgio placebat, malim. *ὕειν* cum Accusativo est 34, 4. Herod. l. c. cum Dativo I, 24, 3. II, 30, 5. *ἐς ὅ* *quare*. cf. ad I, 41, 5. *αἰτήσοντες* Aldina. *ἐπακούσει* Vind. *ἱκετεύσαντα* Mosq. Ut hoc loco Aeacus pro Graecis, ita Jobus pro amicis suis jubetur supplicari Job. 42, 8. Jupiter *Panellenius* apud Pindarum N. V, 19 *Ἑλλήνιος* dicitur, ut Scholia volunt, non de Graecis universis, sed de Aeginae promontorio, qui mons Nostro *Πανελλήνιον* vocatur 30, 4, sed Clementi Alexandrino p. 630 *τὸ Ἑλληνικὸν ὄρος*, qui locus a Valckenario indicatus cum nostro conferendus est. De v. *Πανέλληνες* pauca ad Strabonis locum diximus in Notis ad

Hellen. p. 69. adde Muelleri Aeginet. p. 18 sq. τοῦ περιβόλου κ. λ. referendum est ad Aeaceum. ὡς — Αἰακοῦ, λεγόμενόν ἐστιν etiam Clavier et Excerpta cod. Palat. ὡς — Αἰακοῦ λεγόμενον, ἔστιν Vulg. De re confer ad II, 22, 2. adde Muelleri Aeginet. p. 161.

§. 7. Παρὰ — τραχύς. *A patre exstructum esse hoc sepulcrum,* Mueller in Aeginet. p. 22 affingit narrationi Pausaniae, eumque hanc ob causam *credulum* vocat! Consuetudinem *crepidine* sepulcra sepiendi tetigit Casaubonus ad Suet. Ner. 33. καὶ ἡνίκα κ. λ. Clavier in Hist. d. prem. temps de la Grèce I, 265 quum de Phoco per fratres occiso dixisset, ita pergit: »Phocus étoit encore dans sa première jeunesse, et n' étoit jamais sorti d' Aegine; il est donc bien evident, que ce n' étoit pas de lui que la Phocide avoit pris son nom, mais bien de Phocus, fils d' Ornytion.« Sed si in prima juventute Phocus est occisus, quomodo ei Pausanias §. 4. duos filios potuit tribuere? Clavier hanc rem ita expediendam putavit, ut I, 62 Panopeum Crisumque Phoci prioris, Ornytione nati, filios diceret. Videmur autem ad §. 4 probavisse, eos natos fuisse Phoco, Aeaci filio, et indidem genus repetivisse Epeum. Deinde qui Clavier negare potuit, Phocum hunc Aeaci unquam reliquisse Aeginam, quum Pausanias X, 30, 2 contrarium tradiderit? quo ex loco discimus, Phocum e Phocide in Aeginam reversum a Peleo interfectum esse. Denique per eundem hunc Phocum Aeaci Phocidis nomen latius sparsum esse, Pausanias iterum testatur X, 1 init. et confirmant Eustathius ad Iliad. II, 517 p. 274. Schol. minor. et ad Apollonium I, 207. τὸν λίθον — ἦν. cf. Not. ad Hellenica nostra p. 257. Teste Pindaro Ol. X, 86 jam in primo certamine Olympico, quod Hercules instituit, usus *disci* fuit, sed dicitur a Pindaro πέτρος. Apollodorus hic δίσκον posuit simpliciter, ut paulo post Pausanias. *Endeïs* Pausaniae est *Scironis*, Pindaro N. V, 12 aliisque *Chironis* filia; itaque Palmer. in Exerc. et Meziriac ad Ovid. I, 144 hic quoque scribi voluerunt Χείρωνος. Sed fieri potuit, ut Pausanias h. l. Megarenses sequeretur scriptores, qui, quod e Plutarchi Theseo c. 10 discimus, de Scirone quum alia diversa, tum hoc quoque narraverant, ejus filiam Endeïda Aeaco nuptam Telamonem peperisse cum Peleo. ἐκ τῆς ἀδελφῆς Vindob. judice Facio bene? Apollodorus nominat Psamathen, Nerei filiam. Πυλάδης κ. λ. »Pylades per Strophium (patrem) et Crisum avum Phoci erat pronepos, cujus mortem in Neoptolemo Pelei occisoris nepote vindicabat.« Palmerius. Pausanias autem Py-

ladem Neoptolemo machinatum tradens interitum sibi non repugnat, vel I, 13, 8 referenti, Pythiam Delphiis, ut Neoptolemum interficerent, imperasse, vel X, 24, 4 narranti, eundem ab Apollinis sacerdote esse occisum. De illo priore diximus ad I, 13, 8. Quod ad hoc posterius attinet, distingui solet, cujus consiliis et cujus manu aliquis perierit. Vix autem dubium est, quin Neoptolemus manu quidem Delphiorum, et inprimis Machaerei, consiliis autem Orestis et, ut h. l. Pausanias ait, Pyladis occiderit; hinc Orestes fere auctor habetur caedis Neoptolemi. Egregia huc pertinet Ruhnkenii emendatio Scholiorum Lycophr. 1374 *Ὀρέστης μετὰ Δελφῶν* (pro *ἀδελφῶν*) *ἀνελὼν Νεοπτόλεμον* ad Vellejum p. 5 proposita. Diversas narrationes de hac caede ante Heynium ad Virg. A. III, 327 et ad Pindar. N. VII, 57 exposuerat Meziriac ad Ovid. II p. 806 sqq. *ὕστερα* Mosq. Exc. cod. Palat. *ὕστερον* Vulg. *κρυπτὸν λιμένα.* cf. §. 8.

§. 8. Hic portus *κρυπτὸς* appellatus est forsan propterea, quod propemodum urbis theatrum attingens longius in insulam recederet. Diversusne fuerit a superiore §. 6, non dixerim; Mueller in Aeginet. p. 86 eos distinguit; similiter W. Gell in Itin. of Gr. p. 305, qui addit: »The ancient city was on the west, and the walls are yet to be traced with the remains of the port. (de quo §. 6). The modern town lies to the east of the ancient city.« *τούτου δὲ κ. λ.* sequuti sumus Clavierium. *τούτου — ᾠκοδόμηται στάδιον πλευρᾷ μιᾷ, ἀνέχουσά τε αὐτῆς τὸ θέατρον, καὶ — χρωμένη* Vulg. Ipse olim corrigebam — *στάδιον πλευρᾷ μιᾷ, ἀνεχούσῃ τε αὐτῇ τὸ θέατρον, καὶ — χρωμένῃ,* quod idem se Muellero obtulit. v. ejus Aegin. p. 147. Sylburgius in vulgata tantum *αὐτῆς* in *αὐτῇ* mutari et subaudiri voluit *πλευρὰ* cum verbo *ἐστί.*

---

# CAPUT XXX.

§. 1. Legendum est *Διονύσῳ τε αὐτῶν ὁ τρίτος* pro vulgato *Διονύσῳ τε αὐτῷ ὁ τρίτος.* Simile est illud *παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου Θέμιδός ἐστιν, ὁ δὲ Ἀφροδίτης, καὶ ὁ τρίτος τῶν ναῶν Ἀπόλλωνος* IX, 22 init. Dativus in *ῳ* et Genitivus in *ων* saepe confusi sunt. v. ad 11, 4. *οὐ ταύτῃ πεποίηται* Vind. aperta erroris causa.

§. 2. *Θεῶν — μάλιστα.* Hecate enim *ἐσθλὴ παραστῆναι καὶ τοῖς, οἳ γλαυκὴν δυσπέμφελον ἐργάζονται, εὔχονται δ' Ἑκάτῃ καὶ ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ* in Hesiodi Theog. 439. *τρία*

— ἀλλήλοις, ut οὐρανίης, χθονίης, εἰναλίης in Orph. h. 1. Hes. Theog. 412 sqq. Nomen Hermannus de myth. Graec. antiquiss. interpretatur *Volumniam*, deducens ab ἑκὼν, ἕκητι. Hecaten Ἐπιπυργιδίαν, ad propylaea arcis collocatam, interpretari licet *summam custodem arcis*, nam πύργος, ut Phavorinus ait, metaphorice significavit ἀσφάλειαν καὶ φυλακήν· eadem προπυλαία videtur cognominata esse. v. ad I, 38, 6. Idem Phavorinus v. Ἑκάταιον dicit, ubique Athenienses hanc deam collocavisse ὡς ἔφορον πάντων καὶ κουροτρόφον. cf. Hes. Theog. 450. Aliter Winckelmannus Opp. VI, 1, 42. ἕστηκε — ναόν· haec enim dea παραγίνεται, οἷς κ' ἐθέλῃσι, νίκην ὀπάσαι καὶ κῦδος in Hesiodi Theog. 429 sqq.

§. 3. Mons Jovis Πανελληνίου dicebatur auctore Nostro §. 4 Πανελλήνιον. cf. ad 29, 6. Ἀφαίας κ. λ. cf. Heynii Excursus ad Virg. Cir. 220. Muelleri Aegin. p. 163 sqq. ἐποίησεν Vulg. excepto Clavierio. Καιμάνειρος Mosq. καθήραντος ἐπὶ φόνῳ etiam 31, 7. I, 43, 5. De scriptura Βριτόμαρτις et etymologia Tzschuckius ad Strab. X, 479. adde Muellerum l. c. Μίνω Clav. sed Vulgatam Μίνων tuentur Accusativi Ἄθων apud Herod. VI, 44 et ἥρων apud Sophronem. Ipsam autem hanc rem Cretenses negabant apud Diod. S. V, 76. Pro θήρᾳ in margine Vindob. cod. est ἄγρα, sed ἰχθύων θήρα iterum se offert VI, 11, ubi Suidas pariter ἄγραν substituit. θηρεύειν *piscari* est apud Paus. III, 21, 5. Δίκτυννα scribitur etiam in Strab. l. l. ubi v. Tzschuck. et ita creberrime scribi, adnotavit Wesselingius ad Herod. III, 59.

§. 4. Πανελλήνιον. v. ad §. 3. De *Jovis Panellenii templi* ruinis Sponii Itin. cap. 5. Hirtius in Wolfii Anal. litter. III p. 192, qui putat, post pugnam Plataeensem hoc templum instauratum esse; viginti quinque columnas adhuc superesse, nec viginti pedes multum hujus templi superare altitudinem, retulit Williams in Bemerk. über die Ionischen Ins. »The temple of Jupiter Panhellenius on the mount of that name is two hours east of the (modern) town.« W. Gell p. 306.

§. 5. Δαμίαν pro vulg. Λαμίαν Clavier, ut Kühnius correxerat ex Herod. V, 82. 83. ubi Reinesius in margine sui exemplaris, quod Cizensis asservat bibliotheca, adnotavit, legendum videri Θαλλοῦς pro Δαμίης, intelligens *duas Horas* ab Atheniensibus Καρπὼ et Θαλλὼ nominatas; Valckenarius autem existimat, Damiam et Auxesiam esse *Cererem et Proserpinam*, nostri loci utens testimonio. εἶδον — νομίζουσιν. 82, 2 additur, Troezeniorum de Damia et Auxesia aliam esse opinionem narrationemque. ἐποιήσαντο, ut Facius conjecit.

ποιήσαντο Vind. Mosq. ποιήσαιντο Vulg. παρ' Ἀθηναίων Mosq. ut VIII, 41, 5. παρὰ Ἀθηναίων Vulg. ut §. 8 παρὰ Ἀέτιον (adde IV, 22, 3) et I, 31, 2 παρὰ Ἀθηναίοις. Exc. Cod. Pal. ἔτι inter ἀπέφερον et Ἀθηναίοις omiserunt. ἐνταῦθα Vind. pro ἐς ταῦτα, sed hoc est *ad haec* scil. simulacra asportanda. κατὰ αὐτὰ, καθὰ ἤδη καὶ Vulgata. κατὰ τὰ αὐτὰ, καθὰ ἤδη καὶ Clavier. κατὰ τὰ αὐτὰ est in Vindobonensi; Valckenarius et Porsonus jam hoc voluerant. Scribendum autem fuit: κατὰ τὰ αὐτὰ, καθὰ δὴ καὶ. Sic I, 22, 6 κατὰ τὰ αὐτὰ, καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε. III, 26, 3 κατὰ ταὐτὰ, καθὰ δὴ καὶ νομίζουσιν οἱ Σπάρτην ἔχοντες. Pro vulg. μὲν καὶ Clav. dedit μὲν δή. Huic autem loco similis est ille VII, 1, 4 Ἴωνας— ἐδέξαντο Ἴωνός τε δὴ ἕνεκα καὶ ἔργων, ἃ ἔπραξε.

§. 6. usque ad 32 extr. de *Troezenia*, et primum usque ad finem hujus capitis quaedam ex *antiqua Troezeniorum historia*. Qui 34, 5 memoratur *Herophanes* Troezenius, videtur rerum Troezeniae scriptor fuisse, quas forsan carmine persequutus est *Hegias* Troezenius I, 2 init. laudatus. *Orus* nomen *Aegyptium*. v. ad II, 27, 7. Pro Ἄλθηπος est Ἀλθήφιος apud Athen. I, 31, c. ubi O. Mueller in Aegin. p. 38 vult e Pausania corrigi. Ἀλθηπίαν. In cod. Perusino Stephani Byz. est Τροιζήν, καὶ Ἀλθανίς. νόμισμα κ. λ. cf. Boettigeri Kunstmythologie Part. 2 p. 156.

§. 7. ἡ Σαρωνὶς Ἄρτεμις apud Hesychium ac Phavorinum Σαρωνία vocatur de sinu Saronico. cf. ad 35, 2. τὸ ἁλματῶδες Mosq. ἐπιπολῆς an est οὗ ἐπιπολάζει τὸ ὕδωρ *ubi aqua littus egreditur?* De hac vi verbi Wessel. ad Diod. V, 36. Strabo XVI, 740. et 742. Φοιβαία λίμνη· estne de eadem Euripidis locus in Hippolyto 228 Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνας? et haec Diana nonne eadem est quae apud Nostrum *Saronia?* Valckenarius ibi e Scholio ad 1133 Dianam profert Λιμνῆτιν de hac Troezenis λίμνῃ appellatam. (θηρεύειν γὰρ δὴ μάλιστα ἤρητο) ἔλαφον διώκοντα ἐς θάλασσαν, ὡς οὐ κατελάμβανε, συνεσπεσεῖν φευγούσῃ Vulg. (θηρεύειν — ἤρητο) κατέλαβεν ἔλαφον διώκοντα ἐς θάλασσαν συνεσπεσεῖν Vind. Mosq. Nos sequuti sumus Clavierium. De formula κατέλαβεν αὐτὸν συνεσπεσεῖν ἐς θάλασσαν cf. adnot. ad I, 7 extr. εἴχετο τῆς ἄγρας· Viger. cap. V Sect. VII Not. 67. IV. Quod de *Sarone*, de quo sinui nomen inditum sit, hic narratur, forsan ex Euphorione repetitum est. v. Etym. M. v. Σαρωνίς. Aliud affert Plinius IV, 9. ἐς τὸ ἄλσος pendet ab ἐκπεσόντα. Similiter ἐς τοῦτον τὸν τόπον ἐκκομισθῆναι II, 1, 3. ἄχρι Τπήρητος Mosq. ἄχρις Τπ. Vulg. ἄχρι Ἰφίτου V, 8, 2. ἄχρι ἑσπέρας, IV,

25, 4. ἄχρι ἡμῶν VIII, 5, 3. ἄχρι Ἀθηναῖος X, 32, 1 in Mosq. cf. II, 27, 4. Similiter Herod. VIII, 8 μέχρι ὅσου. De *Antha* IX, 22, 5. Altera forma Ἄνθης reperitur apud Strab. VIII, 374. XIV, 656. Genitivus Ἄνθου apud Paus. II, 31 extr. ac Stephanum v. Ἀνθηδών, pro quo apud Eustathium ad Iliad. II, 508 p. 271 et Phavorinum Ἀνθίου male legitur. Ἄνθου et Ὑπέρου habet Athenaeus I p. 31. c. Ἀλκυόνος Aldina. Ἄνθειαν teste Stephano Troezen etiam Ἀνθανὶς dicta est. Anthae filius et hoc loco ter et 31 extr. vocatur *Aëtius*, sed apud Stephanum l. c. *Dius*, ut nobis quidem videtur, perperam. Ποσειδωνιὰς seu Ποσειδωνία vulgo traditur antiquius Troezenis nomen fuisse. v. Strabo VIII, 373. Stephanus.

§. 8. De *Troezene et Pittheo* Pelopis filiis huc profectis Strabo VIII, 374. Valckenarius cum Kuhnio voluit legi ἐς τὴν νῦν πόλιν συναγαγὼν τοὺς ἀνθρώπους, admodum bene. Ἁλικαρνασσὸν de scriptura Schaeferi Melet. crit. init. De *Myndi* conditoribus Palmerii Exerc. ad h. l. »Trans Halicarnasson (Argivorum coloniam) Myndos« ait P. Mela I, 16, 3. Σφήττος Clav. ut Stephanus, qui hunc Pausaniae locum excitat s. v. Ἀνάφλυστος. Σφῆτος Vulg. De his duobus atticis demis cf. O. Müller in Erschii et Gruberi Encycl. VI p. 222. Post Πιτθέως Vulgata non distinguit. Simile est illud τὰ δὲ ἐς αὐτὸν ὁποῖα ἐγένετο, εἰδόσιν οὐ διηγήσομαι III, 17, 7.

§. 9. ὡς ἐδήλωσα ἐν τοῖς πρότερον. cf. II, 18, 4. οἰκίας ἦν ἐπιφαν. cf. ad II, 29, 4. τοσαῦτα — ἦν *haec Troezeniis erant ad historiam pertinentia.* Sic τὰ ἐσθῆτος ἐχόμενα VIII, 31, 1. τὰ ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον Herod. III, 66 *quae ad vestitum pertinentia habebant.* πάντα τὰ εἶχον σιτίων ἐχόμενα ib. 25. παρὲξ κ. λ. *praeter urbes* (si urbes omittamus), *quae se omnes ab iis frequentatas esse incolis dicunt.* παρέξαι ὅσαι Vind. Mosq.

---

## CAPUT XXXI.

§. 1. *De urbe Troezene* usque ad 32, 5. a mari circiter XV stadia distabat teste Strabone VIII p. 373. Pro ἀγάλματα non dubito quin ἄγαλμα scribendum sit. cf. ad I, 23, 5. Ἀστερίων ὁ Μίνω est *Minotaurus.* cf. Tzetza ad Lycophr. 1301. Apollod. III, 1, 4. ἀνδρία Mosq. ἀνδρεία Vulg. cf. IV, 25, 2. 29, 1. τὸ δυςέξοδον ἐκ τοῦ λαβυρίνθου *difficilis e labyrintho exitus.* ἀποδρᾶναι. In Excerptorum codicis Palat. margine, ubi incipit fol. 45, hoc legitur scholion: τὸ ἀπέδρα καὶ διέ-

δρα δοκεῖ παρατατικοῦ εἶναι· ἔχει δὲ ἀορίστου σημασίαν· ὡς καὶ τὸ ᾠχόμην· ἀπὸ τοῦ ἀποδράω, ἀποδρῶ ἀχρήστου ἐνεστῶτος. ὡς δὲ τὸ ἱστὰς καὶ τὸ ἱστάναι ἀπὸ τοῦ ἵστημι, οὕτως καὶ τὸ ἀποδρὰς καὶ ἀποδράναι ἀπὸ τοῦ δρῆμι ἀχρήστου. εἰ γὰρ ἀόριστος ἦν τὸ ἀποδράναι καὶ διαδράναι, μακρὸν εἶχεν ἂν τὸ ᾱ ἐξ ἀνάγκης· (cf. Bekker. Anecd. p. 11) ἔστι δὲ παρατατικός. et Sylburgius h. l. maluit *ἀποδράναι*, ut III, 18, 3. X, 17, 3 in Vulgata est, quam *ἀποδρᾶναι* scribi; similem enim esse Infinitivum *φάναι*. Sed tamen Herodotus III, 45. *ἀποδρῆναι* habet. Etymol. M. et Phavor. *δρᾶναι*, ut Infinitivum Aoristi, quod sequuti sunt Matthiae et Buttmannus. *προνοίᾳ θείᾳ.* cf. V, 13, 8.

§. 2. *Semele per Bacchum ab inferis reducta* ad paludem Alcyoniam in Lerna refertur II, 37, 5. cf. de hac re Epigr. Cyz. in Anth. Palat. T. I p. 57 et Heyne ad Apollod. III, 5, 3. *Διὸς δὲ* Vulg. *Διός γε* Porsonus et Schneider corrigunt. *ἔστω* Vind. Mosq. *ἔσται* Vulg. Pro vulgato *ὁποῖα εἶναί μοι δοκῶ* equidem aut *ὁποῖα εἶναί μοι δοκεῖ* aut *ὁποῖα εἶναι δοκῶ* scribendum existimo.

§. 4. *Ἀρδαλίδες καὶ Ἀρδαλιώτιδες τιμῶνται αἱ Μοῦσαι ἐν Τροιζῆνι, ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου* Stephanus. De hoc *Pitthei* libro opinato Fabric. Bibl. gr. I, 215. *δὴ scilicet*; quae vocula, quod Valckenarius jam monuit ad Eurip. Hippol. 11, quid Pausanias de hoc libello censuerit, significat. cf. IX, 1, 1.

§. 5. *δὲ οὐ πόῤῥω* Vind. idem conjecerunt Sylburgius et Clavier. *οὐ* a Vulgata abest. cf. II, 4, 6, ubi in simili loquutione *οὐ* deest. *τὸν ὕπνον* vulgo. *θεὸν μάλιστα* Vind. Mosq. Clavier. *θεῶν μάλιστα* Vulgata, quam Letronnius forsan non defendisset, si memor fuisset vel Apollinis vel Herculis *Μουσαγετῶν*. Per *Somnum* hic honestum otium animique tranquillitatem significari putavit Loescher, sed nobis non probavit. *Somnum Musis maxime amicum esse*, docent Ioannis Muelleri et Euleri exempla, de quibus cf. prioris Opp. VI p. 125. Sicyone *Somno et Apollini* contiguae aedes dedicatae erant II, 10, 2.

§. 6. *Λυκαίας* Vind. Mosq. Clavier; sed cf. I, 19, 4. II, 9, 7. *παρόντα πρὸς μητρὸς ἦν ἐπίκλησις τῆς Ἀρτέμιδος αὕτη* Vulgata. Sed *ἐστιν αὕτη* habet Mosq. et *παρ' ὧν τὰ πρὸς* est Hartungii correctio, Sylburgio probata. Utrumque recepit Clavier.

§. 7. *ἐννέα.* v. ad §. 14. *ἐκάθηραν* etiam Aldina; Vulgata habet jota subscriptum, ut §. 11. 30, 3.

§. 8. *Σαώτης* i. q. *Σαωτὴρ, Σωτήρ*. Pluralis *Θέμιδες*

notabilis est; videntur autem hic esse *deae, quae, quod justum aequumque est, tuentur.* Propter justitiam, quam coluit Pittheus, hujus arae conditor, ἁγνὸς appellatus est ab Euripide. v. Plut. Thes. 3. Ἥλιος Ἐλευθέριος in memoriam revocat ἐλεύθερον, δούλειον ἦμαρ.

§. 9. *Apollo Thearius.* Gedoyn emendare voluit Θεωρίου ex Hesychio, sed Θεαρίου doricum est, similiter θεάριον in Pindari Nem. III, 122, θεαροὶ in Not. ad Gregor. Cor. et videtur de θεωροῖς appellatus esse. μὲν καὶ Mosq. μὲν οὖν καὶ Vulgata. cf. I, 16, 2. De *Phocaea* ab Harpago occupata Herod. I, 164. *Dioscurorum signa* forsan in eodem hoc fano seu prope illud fuerunt.

§. 10. οἱ παῖδες *liberi earum.* Similiter ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας IV, 14, 3 *eorum uxores.* ἄρξαντες absolute, ut V, 8, 3. Sic V, 9 init. μεταδόξαν. cf. Wessel. ad Diod. Sic. XIII, 102, qui plura hujus generis exempla congessit.

§. 11. καθηράντων et καθῆραι etiam Aldina. cf. §. 7. ἀναφῆναι non Vulgatam, sed vitium Kuhnianae editionis pro ἀναφῦναι esse, Clavier jam monuit in Praefatione suae editionis. ἣ δὲ pro ἣ δὴ Clavier tacite scripsit, vel est operarum peccatum. Letronnius autem corrigit ἣ δὴ seu ἣ δὲ ἐς ἡμᾶς ἔτι ἦν πρὸ τῆς. Sed δὴ servandum et sensus est: *quae scilicet nostro etiam tempore est illa, quae est ante hoc tentorium.*

§. 12. Ἵππου καὶ. κρήνη Vind. Mosq. Clavier, ut est IX, 31, 3. ἵππου κρήνη καλ. Vulg. ἐς αὐτὴν οὐ διαφόρως scripsimus ex IX, 31, 3. ἐς αὐτὴν [οὐ] διαφόρως Clavier. Negatio deest in Vulgata; excidere ea potuit turbato verborum ordine; namque in Vind. ac Mosq. est: ἐς αὐτὴν τῶν Βοιωτῶν διαφόρως ἔχει. Schaefer ad Lamb. Bos. p. 137 τοῦ Βοιωτῶν conjecit. καὶ οὗτοι referendum est ad Troezenios. De *Hippocrene in Argolide* cf. Phavorinus. τὴν πηγὴν pro τὴν γῆν Mosq. Corayus bene animadvertit, forsan θιγόντι scribendum esse. adde Zonaram, et Aesch. Prom. 849 Schaef. et eundem ad Gregor. Corinth. Post ὁπλῇ major est distinctio in Aldina, Francof. Kuhn. bene; minor in editionibus Facii et Clavierii. Sensus est: *narratio hunc fontem spectans non differt a Boeotorum narratione: Pegaso enim equo hi quoque narrant terram emisisse aquam, solum tangenti ungula;* hactenus de fonte; nunc de Bellerophonte in Troezeniam delato: *Bellerophonten autem Troezena venisse, Aethram a Pittheo petiturum.* nam αἰτήσοντα placuit etiam Corayo et Schaefero. v. hunc ad Lamb. Bos. p. 137. αἰτήσαντα Vulgata.

§. 13. Πολύγιος· »Suspectum hoc: verumne sit πολύγυος an aliud, non constat.« Sylburgius. Nicetas habet Mercurii epitheton λύγιος, sed pro eo in cod. Monacensi legitur λόγιος. v. Creuzeri Melet. I, 32. 33. Haec Herculis *clava* dicta est φυλλίτης. v. Palaeph. 37. εὐθὺς Clavier conjecit pro αὖθις.

§. 14. τὸ ἄναθεν pro τὸν Ἄνθου Mosq. Numerus *novenarius* interdum pro indefinito eoque majore. cf. Not. ad Hellen. nostra p. 59. Eundem sacrum fuisse colligas e §. 7. Similem siccitatem septem annorum memorat Herodotus IV, 151. ἐφ' οἷς pro ἐν αἷς Vatic.

---

# CAPUT XXXII.

§. 1. καὶ τοῦτον μὲν Διομήδη ante Facium, qui e Vind. et Mosq. καὶ ταῦτα μὲν Διομήδην edidit. ἱερωμένος Vulg. »ita legitur etiam infra Boeot. 40, 6 extr. (ubi tamen Facii et Clavierii editiones nulla addita animadversione ἱερώμενος exhibent) itidemque ἱερᾶται Phoc. 34, 4 p. 887. sic Mess. 12, 4 et Ach. 18, 7 p. 570. 24, 2 p. 584 ἱερουμένη: et ἱερωσαμένη Lac. 15 (16, 1). 20, 3. Sed reperitur etiam alterius conjugationis verbum ἱερᾶσθαι Cor. 27, 4. 48 (33, 3) et alibi quater: indeque participium ἱερασαμένη Eliac. 1, 26 (leg. 2, 20, 2). In Monum. Peloponn. vol. I p. 94 est ἀρχιερασαμένην τῆς σεβαστῆς.) imo Ach. 24, 2 utrumque legitur ἱερουμένων et ἱερᾶσθαι, et ambigue ἱερωμένου.« Sylb. Hoc ultimo loco ἱερουμένου Mosq. praebet. Amasaeus h. l. vertens non *consecratus*, sed *eo honore quamdiu vivit fungitur*, videtur legisse ἱερώμενος, recte. Sic VIII, 47, 2 ἱερᾶται τῇ Ἀθηνᾷ παῖς χρόνον οὐκ οἶδα ὅσον τινὰ — τὴν ἱερωσύνην. Similiter ἱερᾶται mutatum est in ἱεροῦται II, 33, 3. adde locos Herodoti apud Ruhnkenium ad Timaeum p. 147. ἑκάστη — γάμου idem narrat Sch. ad Eurip. Hipp. 1415 (1423), ubi et Valckenarius conferendus est plura addens. De *Hippolyti sepulcro* I, 22, 2.

§. 2. ὁ περίβολος est illud τέμενος §. 1. Apollinem Ἐπιβατήριον interpretantur *qui simul navem conscenderit eamque servaverit* ab ἐπιβαίνω, ἐπιβάτης. ἐπεγένετο — Διομήδην Vind. Mosq. Facius, Clavier, ἐγένετο — Διομήδη reliqui. Haec *Pythia*, quorum conditor Diomedes fuisse perhibetur, *Argolica* videntur fuisse, namque *Pythia* aliis quoque in locis acta sunt. v. Schol. Pind. Ol. XIII, 148. 155. Δαμίαν Vulgata, excepto Clavierio, qui Δάμιαν scripsit. cf. ad 30, 5. ὑπὸ

τῶν ἀντ. Clavier, ut Sylburgius, Hermannus ad Viger. IX sect. I §. XVI et Schaefer in Melet. crit. p. 83 correxerant. cf. V, 10, 3. 13, 3. IV, 8, 2. VII, 4, 3.

§. 3. *Κατὰ δὲ τὸ ἔργον τοῦ περιβόλου, μέρος σταδίου ἐστὶν Ἱππολύτου καλούμενον* Vulgata. Nostra lectio est codicis Vind. similiterque correxerat Kuhnius, eosque sequuti sunt Valckenarius, Facius, Clavier. *ἐρῶσα* Clavier, ut Kuhnius et Valckenarius emendaverant. *ὁρῶσα* Vulg. *ἐς ταύτης κ. λ.* *adversus ejus folia male utebatur suo otio.* nam *σινάμωρος* (apud Herod. V, 92 *σινάμορος*, de qua varietate cf. Lobeckius ad Phryn. 690) Hesychio, Suidae, Phavorino et Zonarae est *κακόσχολος*. Videntur autem *σιναμωρεῖν* (i. e. *σινάμωρον εἶναι*) *τι*, ut Herod. I, 152. VIII, 35, et *εἴς τι*, ut h. l. est, dixisse. In Etym. M. est, Atticos *σιναμωρεῖν* pro *λιχνεύειν* adhibuisse, sed huic quoque verbo Accusativus modo cum, modo sine praepositione *εἰς* adjunctus est: itaque non paruimus Facio, *ἐς* hinc ablatum volenti. *ἐσιναθεμώρει* Vind. Mosq. Phaedra igitur amore saucia tempus suum in foliis hujus myrti acu crinali perforandis male consumsit; quare quod haec arbor terebrata habebat folia, dicitur *τὸ ἔργον γεγενῆσθαι τῆς ἐς τὸν ἔρωτα ἄσης καὶ τῆς περόνης, ἣν ἐπὶ ταῖς θριξὶν εἶχεν ἡ Φαίδρα* I, 22, 2. De *Timotheo* hoc, quem Plinius non praetermisit, cf. Winckelmanni Opp. VIII, 334. *στήλη* pro *κορύνη* Mosq.

§. 4. *Calloni Aeginetae* suppar perhibetur *Canachus* Sicyonius, uterque autem non multo antiquior fuisse Menaechmo atque Soida, Naupactiis VII, 18, 6. Hoc loco Callo dicitur discipulus *Tectaei* et *Angelionis*, qui magistros habuerant *Dipoenum* ac *Scyllidem*, de quibus cf. II, 15, 1. Auctore Plinio XXXIV, 19 p. 234 *Callo* floruit Olymp. LXXXVII, sed idem ibidem *Canachum* ad Olymp. XCV refert. Sunt autem, qui *duos Canachos* distinguant, centum annorum spatio disjunctos. In Wolfii Anal. litt. III, 189 Callo revocatur ad Olympiadem LXVI. adde Winckelmanni Opp. VI, 1, 9. 2, 18. et Muelleri Aegin. p. 100. De *Apolline*, quem Tectaeus atque Angelio Deliis fecerunt, IX, 35. *δαπολίνῳ* pro *Διπολίνῳ* Ald.

§. 5. *ἃ εἶχεν ἄκεσιν λοιμοῦ πιέσαντος, Ἀθηναίους δὲ μάλιστα* scribendum fuit pro vulgato *ἃ εἶχεν ἄκεσιν λιμοῦ πιέσ. κ. λ.* In Facii editione etiam virgula posita est post *εἶχεν*. Idem male suspicatus est, corrigendum esse *ἃ εἶχεν ἐς ἄκεσιν*. cf. omnino ad I, 21, 2. Nibby bene: *i quali contenevano la liberazione.* Esse qui hic *λοιμοῦ* quam *λιμοῦ* ma-

lint, jam Sylburgius adnotavit: illud vero huic sine dubio praeferendum est propter alterum Pausaniae locum I, 3, 3, ubi Apollo *Alexicacus* ab Atheniensibus cognominatus traditur, ὅτι τὴν λοιμώδη σφίσι νόσον ὁμοῦ τῷ Πελοποννησίῳ πολέμῳ πιέζουσαν κατὰ μάντευμα ἔπαυσεν ἐκ Δελφῶν, ubi etiam Aldina λιμώδη pro λοιμώδη exhibet. Illam ergo pestilentiam, quae belli Peloponnesiaci initio Athenas maxime vastavit, existimamus hic significari; neque illud repugnat Thucydidis II, 54 de eodem illo malo: καὶ ἐς μὲν Πελοπόννησον οὐκ ἐςῆλθεν ὅ τι ἄξιον καὶ εἰπεῖν, ἐπενείματο δὲ Ἀθήνας μάλιστα, ubi tantum negatur haec pestilentia in Peloponneso memorabilem edidisse cladem: namque eandem in Peloponnesum penetrasse, loco clarissimo eoque huc maxime pertinente testatur Pausanias VIII, 41, 5, ubi causam, cur Apollo apud Phigalenses Ἐπικούριος appellatus sit, exponens, id ei cognominis datum ait ἐπικουρήσαντι ἐπὶ νόσῳ λοιμώδει· καθότι καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐπωνυμίαν ἔλαβεν Ἀλεξίκακος (I, 3, 3), ἀποτρέψας καὶ τούτοις τὴν νόσον· ἔπαυσε δὲ ὑπὸ τὸν τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον καὶ τοὺς Φιγαλέας, καὶ οὐκ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ. Adde X, 11, 4 Κλεωναῖοι δὲ ἐπιέσθησαν μὲν κατὰ τὸ αὐτὸ Ἀθηναίοις ὑπὸ νόσου τῆς λοιμώδους. Ex quibus poterit intelligi, nos non statuisse propter verbum πιέζειν scribendum esse λοιμοῦ, quod Sylburgius de iis, qui mallent λοιμοῦ quam λιμοῦ, videtur suspicatus esse. πιέζειν enim quanquam et Pausanias ll. ll. et Thucydides III, 87 de illa pestilentia adhibuerunt, tamen, quod idem Sylburgius ex Pausan. II, 23, 1. 33, 3 ostendit, ad alia quoque translatum est. Goldhagenus nobiscum faciens reddidit: *gegen die Pest.*

§. 6. *De agro Troezenio* usque ad finem hujus capitis. Ad ἴδοις Porsonus cum Corayo ἂν addendum censuit. Pro Ἀσκραίας haud dubie Ἀκραίας scribendum est cum Sylburgio et Nibbyo. cf. II, 7, 5. 24, 1. I, 1, 3. τὸν μὲν, ἅτε Mosq. Clav. Nibby. τὸν μὲν ναὸν Vulg. ἁλικαρνασεῖς Ald. Forsan ante hoc nomen τῇ Τροιζηνίᾳ legendum est.

§. 7. Indice Palmerio apud Athenaeum III, 122 f. hic Troezeniae fluvius Ταῦρος vocatur, ut apud Hesychium atque Eustathium, quos laudarunt intrpp. ad Athenaeum. De hac *rupe Thesei* et hac *via* iterum 34, 6, cf. etiam Plut. Thes. 8. καὶ αὐτὸ τὸ pro καὶ αὐτὴ τὸ Mosq. ἀνελομένου ὑπ' αὐτῇ κρηπῖδας scil. κατακειμένας. Sic plene λαμβάνει τὸν ὄρνιθα ὑπὸ τῷ λίθῳ κατακείμενον IX, 39, 2. Νύμφας e dialecto ibi recepta. Similiter dorismum retinuit 30, 7. 31, 9. Neptunus Φυτάλμιος h. l. perhibetur dictus esse, quod τὰ φυτὰ ἅλμῃ

ἐλύμαινε, quasi φυθάλμιος, ut *Cratippus, Leucippus*: sed rudis vulgi haec interpretatio est, de qua ex illius ore relata judicium Pausanias relinquit lectori. Pro φυτάλμιος est φοιτάλμιος apud Suidam, Zonaram et Nicetam in Creuzeri Melet. I, 31. 38. adde Creuzeri Symb. II, 597. sed verius est φυτάλμιος, quod etiam in Soph. Oed. Col. 151 legitur. Neptunus φυτάλμιος, qui in Plutarchi VII Sap. Conv. p. 625 Frob. ὀμβρίῳ Διῒ καὶ προηροσίᾳ Δήμητρι adjungitur, est *stirpibus prosper*, nam φυτάλμιος est φυτάλιμος (v. Etym. M.), hoc vero Hesychius interpretatur γόνιμος. Eidem φυτάλμιος Ζεὺς est ζωογόνος· addit vero etiam συγγενής, quod congruit cum Suidae glossa ἀπὸ φύτλης· quod forsan transferri potest ad Plut. lib. VIII Sympos. Q. VIII p. 577 Frob. ubi Neptuni sacerdotes dicuntur abstinere a piscibus, quod ὁ θεὸς λέγεται φυτάλμιος, et continuo adjungitur: οἱ δὲ ἀφ' Ἕλληνος τοῦ παλαιοῦ καὶ πατρογενείῳ Ποσειδῶνι θύουσιν, ἐκ τῆς ὑγρᾶς τὸν ἄνθρωπον οὐσίας φῦναι δόξαντες. Hic ergo Neptunus φυτάλμιος appellatus videtur ob cognationem cum hominibus: quod magis declaratur vocabulo πατρογένειος i. e. *is, a quo hominum patres primi, ex humore nati, genus suum deducebant*. cf. Paus. II, 38, 4, ubi Neptunus Γενέσιος vocatur. ἐς τὰ σπέρμ. Mosq. εἰς τὰ σπ. Vulg. Ἀλθήπου Vind. Mosq. Fac. Clav. cf. 30, 6. Ἀλθίπου reliqui.

§. 8. Κελένδερις apud Apollod. III, 14, 3 et Strab. XIV, 670 est Ciliciae urbs portu instructa, de qua plura habet Creuzer in Symb. I, 344 sqq. sed haec Celenderis forsan pagus fuit Argolidis. καλούμενον Mosq. Vind. Fac. Clav. καλουμένη reliqui. De hoc *Genethlio* cf. VIII, 7, 2. Quod de Megaride narrabatur (I, 41, 7), Amazonum manum ex Attica eo delatam esse, idem ad se videntur transtulisse Troezenii, atque haec causa esse potuit, cur *Hegias*, poeta Troezenius, res Amazonum attingeret I, 2 init. Fama etiam fuit, usque in Laconiam progressas esse Amazones III, 25, 2.

§. 9. Pro vulgato Ψιφαίαν Camerarius, Sylburgius, Goldhagenus, Gedoynus, Clavier, Strothius in Handb. der alten Geogr. Vol. I P. II p. 612 Ψηφαίαν voluerunt, ut esset haec θάλασσα παρὰ τὰς ψήφους dicta. Verum quidem est, quod Sylburgius addit, esse calculos quibusdam locis singulares, ut III, 23 extr. de parte quadam littoris Laconiae: παρέχεται ψηφῖδας σχῆμα εὐπρεπεστέρας καὶ χρόας παντοδαπῆς. An vero de ejusmodi calculis in littore mare dictum videri possit ψηφαῖον? Sed fac ita esse, cur haec inusitata forma

praelata sit receptis ψηφιδώδης aut ψηφωτή? Letronnius Ψιφαίαν ignoti loci nomen esse ratus corrigit ἐπὶ θάλασσαν δὲ πρὸς τὴν Ψιφαίαν *en approchant de la mer, vers le canton Psiphaea*. Nobis videtur legendum esse Ἐπὶ θάλασσαν δὲ τὴν Φοιβαίαν πορευομένοις· nam paulo post ait τούτου scil. τοῦ ῥάχου στρεπτοῦ, qui in via ad hoc mare fuit, ergo τούτου οὐ πολὺ τῆς Σαρωνίας Ἀρτέμιδος ἀφέστηκε τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ ἐς αὐτὸ ἐμήνυσεν ὁ λόγος ἤδη μοι. dixerat enim de hoc Dianae Saroniae templo cap. 30, 7, ex quo loco videmus, fuisse illud aedificatum ἐπὶ θαλάσσῃ, quae de hoc Dianae templo Φοιβαία λίμνη appellata est, postea autem de Sarone, illius templi conditore, Σαρωνὶς θάλασσα. Mare igitur, quod post Troezena relictam petentes incidebant in rachum quendam intortum, qui non procul aberat a Dianae Saroniae templo ad mare Saronium aedificato, non potest esse nisi mare Saronium seu Phoebaeum. In Facii editione male distinguitur post ἄκαρπον. »Rachos vocant omnes eas oleas, quae nullum fructum ferunt, ut sunt, qui peculiari nomine vocantur κότινος etc.« Sylb. Valckenarius hunc Pausaniae locum excitans ad Herod. VII, 142 legit κότινον καὶ φυλίαν καὶ ἀγριέλαιον. At Ammonio opponi potest illud Phavorini et Hesychii: φυλία ἐστὶν εἶδος ἀγριελαίας. Sylburgius ad 28, 8 voc. ἔλαιος interpretatur *masculam et agrestem oleam*; inter κότινον autem et ἔλαιον hoc statuit esse discrimen, quod κότινος sit *olea sylvestris*, ἔλαιος autem *oliva masculina pariendi munus foemineo generi relinquens*; denique φυλίαν habet ejusmodi *speciem oleae, quae omnem succum in folia insumat, ideoque nullos pariat fructus*. φυλίαν Vind. Fac. Clav. ut Homer. Odyss. V, 477. φυλλίαν reliqui, quam scripturam Sylburgius sequutus deduxit a v. φύλλον. Idem ad στρεπτὸν — τοῦτο adnotavit: »generalius antecedens respicere videtur, τὸ φυτόν· si enim specialius referret, τὸν ῥάχον, scribendum esset τοῦτον.« ἐνσχεθεισῶν Clavier, ut Sylb. correxerat, cf. I, 21, 8. III, 15, 5. ἐνεσχεθεισῶν Vulg. Pro vulgata ἐμήνυσεν in Vind. ac Mosq. est ἐδήλωσεν, sed in margine Mosq. ἐμήνυσεν, quod hic praeferendum est, quia illico sequitur δηλώσει, et Pausanias amat variare orationem. Praeterea μηνύειν observante Scholiasta ad Theocr. VI, 32 est etiam σημαίνειν ἁπλῶς καὶ δηλοῦν, ut apud Apollod. II, 1, 4 τοσόνδε — δηλώσει. Similiter IV, 3, 8 πλὴν τοσόνδε ἔτι δηλώσω. Denique κατὰ ἔτος τῇ Ἀρτέμιδι Vind. Mosq. Fac. Clav. κατὰ ἔτος ἐν Ἀρτέμιδι Aldina. κατὰ ἔτος ἓν Ἀρτέμιδι Francof. Kuhn. κατὰ ἔτος ἕκαστον vel ἐν Ἀρτέμιδος

conjecit Valckenarius ad Herod. p. 589. Sed κατὰ ἔτος simpliciter positum est etiam II, 35, 4.

## CAPUT XXXIII.

§. 1. αὐτήν ἐστιν Vulgata. ἔστιν ἐν αὐτῇ Mosq. Vind. Fac. Clavier. ἔστιν αὐτῇ reliqui. Notatio festi *Apaturia* hoc nostro loco confirmatur. Veteres autem distinguebant ἀπάτην κακὴν (Homer. Iliad. II, 114) et ἀγαθήν· cf. Eustath. ad l. c. Saepe etiam, qui se ipsi fefellerant, culpam in deum transferebant, ut Cleomenes apud Herodotum VI, 80. πρὸς γάμον Mosq. πρὸ γάμου Vind. Zonam ante nuptias virgines hic Minervae, alibi Veneri dicabant. v. Spanh. ad Callim. h. in Jov. 21. Sed Argis in arce manipulum crinium Minervae deponebant. v. Stat. Theb. II, 253, ubi Scholiastes hoc eas fecisse dicit, quia virgines tutelam Palladis habeant, priusquam gignant.

§. 2. λέγεται — τοῦτο· ἀντιδοῦναι — ἀλλήλοις. φασὶ δὲ καί τι καὶ λόγιον μνημονεύουσιν. Vulgata. τι καὶ ante λόγιον Mosq. omisit, idem autem post φασὶ inter δὲ et καὶ inserit ἔστι. Hinc Clavier scripsit λέγεται — τοῦτο, ἀντιδοῦναι — ἀλλήλοις. φασὶ δὲ ἔτι καὶ λόγιον μν. O. Mueller in Aeginet. p. 26 emendatum it: λέγεται δὲ καὶ, ἀντιδοῦναι — ἀλλήλοις. φασὶ δὲ καὶ τοῦτο καὶ λόγιον μν. Denique Corayus hanc ingressus est emendandi viam; Καὶ πᾶσι δέ τι καὶ λόγιον μνημονεύουσιν. Nos, quum nulla satis certa ratio emendandi offerretur, tantummodo τι καὶ ante λόγιον sustulimus, caetera intacta reliquimus. De ista terrarum permutatione paulo aliter Strabo VIII, 373 sq. ex Ephoro, idem oraculi responsum proferens. Apud Strabonem, excepto hoc oraculo, scribitur *Καλαυρία*, ut apud Pausaniam I, 8, 4. X, 5, 8 in Mosq. Lucianum in Demosth. Encom. apud Phavorinum, Agathemerum, Plutarchum in vita Demosth. et Dionysium Perieg. cui dicitur τρηχεῖα. Sed ut hic, ita VI, 3, 2 etiam extra metrum legitur et apud Stephanum. Calauria nunc *Poros*. ἶσόν τε Vind. Mosq. Ald. ἠνεμόεντα habet Strabo, ubi v. Tzsch.

§. 3. Hoc Neptuni ἱερὸν ἅγιον, de quo cf. Lucianus l. l. §. 46, Straboni l. c. dicitur ἄσυλον ἱερόν, et Goldhagenus animadvertit, eodem modo interpretandum esse apud Pausaniam VII, 24, 4 ἱερὸν ἁγιώτατον Ποσειδῶνος et II, 13, 3 Ganymedae seu Hebes. ἱεροῦται Exc. cod. Palat. non bene; cf. ad 32, 1. Pro vulgato προσέλθῃ scripsimus προέλθῃ. Sic

IX, 13, 3 ἐς ὥραν ἤδη προηκούσας. Simile vitium est VIII, 8, 2. Eodem modo correxit Porsonus. De *Demosthene* I, 8, 4. τὸ δαιμόνιον — βάσκανον· sententia Aeschyli (Pers. 91 sqq.) atque Herodoti, de qua multi multa. v. Wyttenb. in Eclog. hist. ad Herod. I, 32. Boettiger de Nemesi Herodotea. Haec quoque sententia, a Nostro III, 9, 3. VI, 20 repetita, docet, omnes gravioris momenti res a priscis illis ad Deos vel propitios vel non faventes esse relatas. Pro vulgato ἦγε est ἤγαγε in Vind. Porsonus ἤλασε conjecit. αὐτῷ βίαιος Clavier conjecit.

§. 4. Demosthenem ab Harpalo quinquaginta accepisse talenta, Timocles, poeta comicus, dicit apud Athenaeum VIII, 6 p. 341, nec absolvunt oratorem Diodorus Sic. XVII, 108 et Plutarchus in vita Demosth. αὐτῷ Δημοσθ. forsan in oratione περὶ τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων. De *caede Harpali* Diodorus Sic. l. c. *Philoxenus* iste a Plutarcho περὶ δυσωπ. p. 321 Frob. ὁ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ πραγμάτων Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς appellatur, et Harpali causa Athenas venisse dicitur. Plures oratores ab Harpalo corruptos recenset Timocles l. l. adde Wessel. ad l. c. Diodori.

---

## CAPUT XXXIV.

§. 1. De *Methanis* usque ad §. 4. cf. de iis Chandler c. 51. Ἰσθμὸς vulgo, sed est h. l. γῆ ἐξέχουσα εἰς θάλασσαν. cf. Schol. Apollonii I, 938. Strabo de eadem hac peninsula loquens VIII, 374 magis proprio utitur vocabulo χερρόνησος. Haec peninsula, in qua sita fuerunt *Methana*, ipsa quoque dicta est *Methana*. cf. ad §. 4.

§. 2. ἀναζέσαι translatum ad sanguinem irascentis in Bekkeri Anecd. I, 27. ἐπὶ *post*, ut 21, 8. De tumulo vi ventorum cavernis terrae inclusorum prope Troezena ejecto cf. Ovidii Met. XV, 296.

§. 3. Clavier bene; »deux hommes prennent un coq tout blanc (alii de alis intelligunt) qu' ils coupent en deux. Ils en prennent chacun la moitié, portent en se tournant les dos, font le tour des vignes etc.«

§. 4. πρόκεινται τῇ χώρᾳ Mosq. Verba ἐπεὶ — ἀποτρέποντας ab hoc loco aliena inferenda videntur esse post illa §. 3. ὃ δὲ ἐθαύμασα — γράψω καὶ τοῦτο. Quae a Facio male sollicitata sunt τὰ μὲν — τῆς Πελοποννήσου, hanc senten-

tiam habent: *haec igitur Methana sunt peninsula Peloponnesi.* Dixit autem scriptor hoc: *Methana, urbs, sita sunt in peninsula Peloponnesi, et peninsula haec ipsa quoque appellatur Methana.* Quam sententiam veram esse, perspicue ostendit hic Strabonis locus VIII, 374: *μεταξὺ δὲ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου χωρίον ἦν ἐρυμνόν, Μέθανα, καὶ χεῤῥόνησος ὁμώνυμος τούτῳ.* In Thucyd. IV, 45 dicitur hic locus *Μεθώνη.*

§. 5. de *Hermione* usque ad 35 extr. *τῆς Τροιζηνίων* Vind. Mosq. *Ἰσθμοῦ τῆς Τροιζῆνος* Vulg. De duplici Nominativo *Ἑρμιόνη* et *Ἑρμιὼν* cf. ad X, 9, 4. adde finem hujus §. Pro vulgato *Ἑρμίονα* scribendum *Ἑρμιόνα,* ut *Ἑρμιόνης Ἑρμιόνου* in Etym. M. 473, 22. Post *ἔφασκεν* Porsonus inseri voluit *ἄν,* quod haud dubie cum proximo Infinitivo *περιελθεῖν* conjungendum putavit. cf. Matthiae Gramm. graec. §. 597. *ἔλαβεν* Vulgata. *ἐπέλαβεν* Vind. Mosq. Clavier. cf. ad II, 9, 4. *Διός τε* Vulg. *Διός γε* Clavier, ut Facius jam correxit. cf. IV, 5, 1 extr. Praeterea Goldhagenus putavit e Kuhnii editione *μὴ* inter *Εὔρωπα* et *πρότερον* excidisse; sensum enim esse: *Ich weiss aber, wenn auch Europs ein rechtmässiger Sohn gewesen, und nicht vor dem Vater gestorben wäre, dass er dennoch dem Sohn der Niobe — nicht würde gleich geachtet worden seyn.* Sed *μὴ* ubique deest, et recte, quum sensus hic sit: *Ego autem quanquam puto legitimum Europem fuisse, sed ante Phoroneum mortuum esse, idem tamen probe scio, Phoronei filium nunquam Niobes filio parem potestate futurum fuisse, Jovis esse credito.* Clavier aliter hunc locum intelligens ita interpretatus est: *Mais, quand même Europs auroit été fils légitime de Phoronée, il est évident que s' il étoit mort avant son père, son fils n' auroit pas osé disputer le trône à celui de Niobé, qui passoit pour appartenir à Jupiter.* Sic autem ὁ *παῖς αὐτῷ* non est Phoronei sed Europis filius; neque probandum, quod sic Pausanias significatur dubitasse, an legitimus Phoronei filius Europs fuerit, quum id se credere verbis propositis *ἦν γὰρ δὴ Φορωνέως* testatus esset. *Ἑρμιόνα* et hic et paulo post §. 6. Vind. Mosq. Alia nominis *Hermiones* derivatio apud Stephanum Byz. et Phavorinum.

§. 6. *Ἔστι δὲ — αὐτήν.* cf. 32, 7. *Platanistium* Goldhagenus et Gedoynus de platanis dictum putarunt, ibi positis; ergo ut locus Spartae III, 14, 8. *βωμὸς* Vind. sed margo Vulgatam *ναὸς* habet. *Ἐλλεοὶ·* Valckenarius ad Theocr. Adon. p. 248 de *ferarum lustris* hunc locum appellatum

scripsit. τῆς Δήμητρος post Κόρης haud dubie ab aliena manu profectum uncis inclusimus, delendum censuit Lobeckius in indice lectionum anni 1816. *Hermionis* ager urbis Hermiones. cf. Diodor. Sic. XIX, 54. Pro vulgato Θερμησίας Amasaeus habet *Theumesiae;* equidem e Vind. Mosq. ac Vatic. scripsi Θερμασίας *calefacientis*. cf. ad V, 15, 4. Substantivum θερμασία est apud Phrynichum, qui maluit θερμότης dici quam θερμασία. sed cf. intrpp. ad Thom. Mag. p. 441 sq. et Lobeckium ad Phryn. p. 114. In Etym. Gudiano p. 664 est ἕλη ἡ θερμασία.

§. 7. Σκύλλαιον est apud Strabonem VIII, 373, Stephanum et Ptolemaeum in Bibl. Coisl. p. 651. atque Σύλαιον in notis ad Gregor. Cor. p. 21 sqq. Similiter τρόπαιον et τροπαῖον scriptum esse, notum est. v. Gregor. Cor. l. c. In nomine promontorii Scyllaei, etiam a Plinio et Pomponio Mela memorati, explicando Pausaniae convenit cum Strabone, cui tamen Scylla ibi *sepulta* perhibetur. Hoc promontorium et ei oppositum Sunium dicuntur ostium esse sinus Saronici. E Museo, quod Athenis est, Scyllaeum prospicitur et post id eminens Hydrea. A Scyllaeo ad Isthmum CLXXVII M. pass. teste Plinio IV, 9. Νισαίαν vulgo. cf. ad I, 19, 5. διαφορεῖσθαι *dilacerari* illustravit Valckenarius ad Herod. VII, 10.

§. 8. *Bucephalus* apud Pomponium Melam et Plinium. Ἁλιοῦσσα — Πιτυοῦσσα Clavier, vulgo una sibilante. Plinius *Pityusam* et *Aristeram*, contra agrum Hermionium in Argolico sinu sitas, memorat IV, 19 p. 277 Bip. ἔστιν αὖθις ἄκρα καλουμένη ἀνέχουσα Vulgata, sed Goldhagenus jam suspicatus est, promontorii nomen culpa librariorum excidisse, quod, si fides habenda codicibus est, fuit Κωλυεργία · nam in Vind. et Mosq. est ἄκρα κωλυεργίαν ἔχουσα, sed in margine Vind. adnotatum γρ. Κωλυεργία καλουμένη ἀνέχουσα, quod cum Clavierio recepi et sequutus est Nibby. *Tricrana* de tribus fontibus. cf. VIII, 16, 1. Τρίκανα Vind. ὄρος ἐς κ. λ. *mons in mare e Peloponneso procurrens.* Etym. M. 624 (688) προβλῆτι (Apollon. II, 365. Homer. Iliad. II, 396), τόπῳ προβεβλημένῳ καὶ προνενευκότι εἰς τὴν θάλασσαν. Minerva Προμαχόρμα nonne est ὅρμον, *stationem navalem, defendens?* Affine ergo illud ejusdem deae cognomen est Αἰθυία I, 5, 3. 41, 6, quo nimirum significabatur, hanc deam navigantibus prospicere. Mergi enim (αἴθυιαι) ventis surgentibus medio revolantes ex aequore, clamoremque ferentes ad littora (Virg. G. I, 356 sqq.) navigantes putabantur monere; vel, quod est

apud Zonaram, αἱ αἴθυιαι ὅταν δύνωσι, κάκιστος οἰωνὸς ὑπάρχει τοῖς πλέουσι. Quam ob rem πρὸς θαλάσσῃ ἡ ἦν Ἀθηνᾶς Αἰθυίας καλούμενος σκόπελος in Megaride apud Pausaniam ll. ll. Aliter Creuzer in Symbol. II, 772, qui laudat etiam Gellii Argolidem p. 126.

§. 9 et 10. Ἀεροπία Vind. Mosq. sed *Aperopia* etiam apud Plin. IV, 19 p. 277. Ὑδρέα Vulg. Ὑδρέα Clav. ut Stephanus. Ὑδρέην τὴν ἐπὶ Πελοποννήσῳ dixit Herodotus III, 59, ubi Wesselingius explicat, cur ea dicatur apud Stephanum πρὸς τῇ Τροιζῆνι esse. Nibby scripsit *Iidrea*, sed in mappa geographica ejus interpretationi adjuncta legitur *Idrea*. αἰγιαλὸς li. l. videtur esse *littus planum seu depressum ac sinuatum*, ἀκτὴ autem *altius et in mare longius procedens*, ita ut peninsulae formam haberet. Et ἀκτὴν peninsulam quoque a Graecis dictam esse, adnotavit T. Hemsterhusius ad Lennepii Etymol. Quae nobis videtur causa esse, cur in Theocriteis XXII, 32 ἀκτὴ vocetur ὑπήνεμος· quod an sit *littus vento non expositum*, *littus tranquillum*, ergo i. q. νήνεμος ἀκτὴ in Orph. Argon. 1134, nos quidem dubitamus. Certe ὑπηνέμιος, quod in iisdem legitur carminibus V, 115, ita non potest accipi. Caeterum cum nostro loco comparandus est Apollonii II, 364: πολὺς παρακέκλιται αἰγιαλός· πολέος δ' ἐπὶ πείρασιν αἰγιαλοῖο ἀκτῇ ἐπὶ προβλῆτι ῥοαὶ Ἅλυος ἐρεύγονται. Hoc Ποσείδιον proximis declaratur. ἐπὶ Ποσείδιον Clavier reddidit *jusqu' à Posidium*; Nibby *verso il tempio di Nettuno*; Goldhagenus *bey Posidium*; quorum ultimum praeferendum videtur, quum mox hoc templum ἐπὶ τῆς ἀκτῆς τῇ ἀρχῇ fuisse perhibeatur; sed si ita statuamus, erit quoque nobis ἐπὶ Ποσειδίῳ corrigendum. Sin autem Vulgatam tuearis, erit hoc templum Neptuni cogitandum in extremis hujus peninsulae partibus i. e. a continente remotissimis. Quod nescio an sit verum, propterea quod postea hoc ipsum Posidium dicitur fuisse ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ scil. τῆς ἀκτῆς i. e. *in extrema hac peninsula*. Sic vero necesse est, ut τῆς ἀκτῆς ἡ ἀρχὴ de eadem hac peninsulae extrema parte accipiatur. Huic ἀρχῇ proximum προελθοῦσι δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὰ μετέωρα oppositum est. Nos ἔχει — ἐν αὐτῇ scribendum censemus. Sic Thuc. V, 41 de Cynuria: ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν. Vulgata est ἔχει — ἐν αὐτῇ, quam Palmerius et Gedoynus alia ratione corrigere tentarunt, nullo successu. ὁ δὲ σεράπ. Ald. Hic Σέραπις, ut Herodianus apud Hermannum p. 308, sed Σάραπις I, 18, 4. II, 4, 7. III, 14, 5. VII, 21, 6. Hesych. Suid. Plut. de Iside et Osir. p. 268 Frob. Ἴσιδος Vind. Mosq. καὶ ἄλλοι περίβολοι

Vind. λογάδες lapides quales sint, docet Phavorinus. cf. II, 36, 3. X, 5, 2. VII, 22, 3. Pro vulgato *Πρῶνος* scripsimus *Πρωνός*· v. ad 35, 3. Schneider de h. v. laudavit Sch. Eurip. Or. 859—61.

§. 11. Post παρείχετο colon est in Aldina, Francof. Kuhniana, virgula in Facii et Clavierii edd. idem voluerat Goldhagenus; nos etiam post συγγραφὴν distinximus, quum sensus sit: *quod autem attinet ad memorabilia, tum alia praebebat, tum ea, quae ipse digna judicavi commemoratione.* Sic Goldhageni correctione, τὰ δὲ mutantis in ἃ δὲ, opus non esse intelligitur. μεγέθει μέγα, etiam II, 10, 2. IX, 2, 5, est Herodoti loquutio, apud quem I, 51 est μεγάθεϊ μεγάλους. Hoogeveenus ad Vigerum p. 69 praeeunte Sylburgio in Paus. Kuhn. p. 926 hoc explicat per superlativum μέγιστος· non bene; ecce enim apud Herodotum II, 74 μεγάθεϊ σμικροί. IV, 52 μεγάθεϊ σμικρή. Eadem simplicitas est in illis ejusdem scriptoris III, 45 πλήθεϊ πολλοί. III, 107 μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, πλήθεϊ πολλοί. cf. Facius ad Paus. I, 18, 6. Sic intelligetur, in Winckelmanni Opp. VI, 2 Not. 271 locum Pausaniae II, 17, 4 non satis accurate expositum esse. καθέστηκεν. ἐνταῦθα Δήμ. Vulgata. Interpunctionem e Vind. correxit Facius. δὴ post Δήμητρος Sylburgio suspectum visum est, quia Amasaeus vertit *duo templa,* quod imitati sunt in versione Clavier, Nibby et Goldhagen; sed δὴ videtur revocare lectorem ad §. 6, ubi de altero Cereris Thermasiae templo scriptor loquutus erat. Corayus Δήμητρος δὲ corrigit. De *Cerere apud Hermionenses* praecipue culta cf. Toup ad Sch. Theocr. XV, 64. ἐπὶ τοῖς πρὸς Mosq. ἐν τοῖς πρὸς Vulg. ut §. 6. Pro ἔμενον οἱ est εἶμεν ἂν ᾗ in Mosq. ὡς — δῆμοι »quum pagi adhuc essent i. e. antequam populus e pagis in unam civitatem coactus esset« Sylburgius; idem ἐν — πόλει interpretatur *in ea urbe quae nunc exstat.*

---

# CAPUT XXXV.

§. 1. αὐτοῦ refertur ad templum Cereris Thermasiae in urbe Hermionensium. *Μελαναιγίδος* perperam in Suida v. *Ἀπατουρ.* scribitur: de accentu in antepenultima ponendo v. Etym. M. 518 et Phavor. 1072. De Bacchi autem cognomine *Μελάναιγις* cf. Meursii Graec. Fer. v. *Ἀπατούρια.* Creu-

ser in Symb. III, 508 interpretatur *nigro vellere caprino indutum*. Ex Platone (Tim. 288 Bip.) et Proclo ibi laudatis patet, qualis hic μουσικῆς ἀγὼν fuerit. adde Morum ad Isocr. Paneg. 42, qui μουσικῆς ἀγῶνα Atticos dixisse cum Hemsterhusio pronunciat. Similiter infra IV, 33, 3. ἄγουσι Vind. Mosq. Fac. Clav. εἰσάγουσι reliqui.

§. 2. *Diana Iphigenia*, mox *Apollo Pythaeus et Ceres Chthonia*; alibi *Jupiter Messapeus et Agamemno*, *Diana Dictynna vel Saronis*, *Neptunus Hipposthenes*, *Minerva Narcaea:* nam dii deaeque saepe leguntur cognomina sibi adscivisse ab heroibus, heroinis et nymphis vel ex se natis, vel sibi maxime caris, vel religionum suarum conditoribus seu conservatoribus. cf. Paus. IV, 23, 5. IX, 28, 3. qui sunt loci classici. adde Heynii Exc. ad Virg. Cir. Πυθαέα οὕτως ὀνομάζουσι Vind. Mosq. Alius generis est, quod attulit Bastius in Ep. crit. p. 36. Schneider monuit, apud Thucyd. V, 53 esse Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθέως et in codd. Πυθιέως· sed apud Nostrum iterum est 36, 5 Πυθαέως Ἀπόλλωνος, et Πυθαεὺς Apollinis filius memoratus est 24, 1. τὸ μὲν δὴ — ὄντα. cf. 24 princ. ἔχουσιν ἀρχαίαν Vind. Mosq. Clav. λέγουσιν ἀρχ. Vulg. ὑδρεύουσιν Vind. ὑδρεύονται Mosq.

§. 3. Πρωνὸς Mosq. Aldina, Etym. M. p. 692, Etym. Gudian. Zonaras 1575, Phavorinus, qui comparat cum χλών, ωνός. Πρῶνος Vulg. Schol. Eurip. Or. 859 p. 429 Matthiae. cf. 34, 10. Factum nomen ex πρηὼν vel πρώων. De hoc *Clymeno* §. 5 et de *Mysio* 18, 3. Κολόντα Vind. Mosq. etiam postea. De ὡς cum Accusativo Participii Fischer ad Weller. III, 388.

§. 4. θεός τε αὕτη καλεῖται Vulgata. θεός τε καὶ αὐτὴ καλ. Vind. θεός τε αὐτὴ καλ. Clavier. καὶ χθονίαν ἑορτὴν Vind. idem vitium fuit in Aeliani Hist. An. XI, 4. ἄγουσιν ὥρᾳ Mosq. Ald. Francof. Clav. ἄγουσι ὥρᾳ Kuhn. Fac. αὐτῆς τῆς πομπῆς Vind. τοῖς δὲ καὶ κ. λ. *iis vero etiam, qui adhuc pueri sunt, jam solemne est, deam hac pompa colere.* Majorem distinctionem post τῇ πομπῇ Clavier mutavit in minorem; quare Corayus corrigit οἷς δὲ καὶ, et addit, apodosin esse οὗτοι κ. λ. λευκὴν ἐσθῆτα. v. Editt. ad Thom. M. p. 566 sq. κοσμοσάνδαλον, ut T. Hemsterhusius ad Lucian. I p. 240 Amst. vel II p. 291 Bip. Schneider in Lex. gr. et Anonymus correxerunt; κομοσάνδαλον Vulg. τελείαν Amas. Clav. θή-

λειαν Vulgata. Nostram lectionem confirmat quod de eodem hoc festo Aelianus l. l. scripsit: μεγίστας βοῦς ἄγεσθαι πρὸς τὸν βωμὸν ἐκ τῆς ἀγέλης. In Exc. cod. Pal. ὑπ' ἀγριότ. legitur. προσθεῖναι τὰς θύρας, apud Homerum Iliad. XIV, 169 ἐπιθεῖναι, exponitur in Bekkeri Anecd. I p. 111 ἐπικλεῖσαι. cf. 169. Est etiam apud Herod. III, 78, ubi Valckenarius interpretatur *opponere januam.* γρᾶες. Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 87. ait: γραῖα, οὐ γραῦς. Moeris autem: γραῦς ἀττικῶς, γραῖα ἑλληνικῶς. Thomas Magister pluralem et αἱ γρᾶες et αἱ γραῖαι respuit ut poëticum. τὴν φάρυγγα ὑπέτεμε Vind. Mosq. Clav. τὴν φάρ. ἀπέτεμε Vulg. quanquam τὰς φάρυγγας ἀποτέμνειν est VIII, 37, 5. et in Hom. Iliad. II, 292 ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε, quod Scholiasta interpretatur ἀπέκοψε. Similiter ηὐχένιζε in Soph. Aj. 296 Schol. τὸν τράχηλον ἀπέκοπτεν exponit. ἐπιτέτακται, βοῦν τε δευτέραν — κατεργάζονταί τε τέλος Clavier. ἐπιτέτακται. βοῦν δὲ δευτέραν — κατεργάζονται τέλος Vulgata. δὲ post βοῦν ut male duplicatum deleri, deinde κατεργάζονταί τε δὴ scribi voluit Porsonus, et rejecit ad IV, 14, 4. ἐπὶ ταύτην pro ἐπὶ ταύτῃ et τέλη pro τέλος Vind. Mosq. τότε pro τόδε vitium est Fac. ed. in Clavierii repetitum. ἐφ' ἥντινα γὰρ ἂν πέσῃ Mosq. ἂν a Vulgata abest. cf. II, 11, 6. ἐσελαθῆναι Yulg. ἐσελασθῆναι Vind. Mosq. Fac. Clav. cf. ad I, 11, 5. καθ' ἑκάστην τῶν βοῶν *quod attinet ad unamquamque harum boum.* τἄλλα etiam Clavier, τἆλλα vulgo.

§. 5. ἐπ' Ἑρμιόνα pro ἐς Ἑρμ. Vind. Mosq. ἐστιν ἐπίκλησις Clavier, ut Sylburgius correxerat. εἰσιν ἐπικλήσεις Vulg. ὄντινα — εἶναι. cf. ad 36, 7.

§. 6. ἐπικαλουμένη Vind. ἐς τρὶς etiam Clavier, atque ita jam Valckenarius, Porsonus et Sylburgius correxerant. cf. IX, 34, 1. »minimum ter referre vocem emissam« Sylb. ἐς τρεῖς Vind. ἐς τρεῖς τὰ ὀλίγιστα Loescher voluerat. Caeterum similis porticus memoratur V, 21.

§. 7. Cum h. l. cf. Strabo VIII, 373 de καταβάσει ἐς ᾅδου apud Hermionenses. Similis descensus cum cognomine urbe est prope Cimmerios in Orphei Argon. 1141. 1145 sqq. cum Hermanni emendatione. θριγγοῖς Vind. Mosq. cf. I, 42, 8. θριγκοῖς Vulg.

§. 8. ὁδὸς — Μάσητα. cf. 36, 8. Hunc locum citat Stephanus. ἄλλως μὲν δὴ *caeterum quidem.* Mulieres videntur

gravidae sacra fecisse, post partum autem donaria obtulisse. In his ipsis donariis fuisse illud marmor Nanianum putat Paciaudius, quod in Monum. Pelopon. vol. I p. 26 evulgavit. πλὴν εἰ μὴ, cf. 24, 8. ἐστὶν ἰδεῖν Vulgata.

---

# CAPUT XXXVI.

*De iis, quae Hermionae vicina erant.*

§. 1. ἐς ἀριστερὰ Vind. Mosq. Clav. Porsonus. ἐπ' ἀριστερὰ Vulg. ἐς Ἁλίκην Vind. Clav. ἐφ' Ἁλίκην Francof. Kuhn. Facius. ἐπ' Ἁλίκην Aldus. Pro vulgato Ἁλικὸς λόγος Palmerius Ἁλίκης λόγος scribi voluit hoc sensu: *Halices mentio fit.* Kuhnius Ἁλικὸν λόγον interpretatur *historiam cujusdam Halicensis de morbi, quo laboraverat, specie et remediis ab Aesculapio adhibitis;* illud Clavier, hoc Goldhagenus et Nibbyus sequuti sunt. Quod Creuzer in Symbol. I p. 194 de hoc loco, qui illustratur superiore illo 27, 3, scripsit, videtur non satis perspicuum esse. Quum antea legatur Ἁλίκην, Ἁλίκη, ut Ἑλίκη, postea quoque scribendum fuit Ἁλίκης pro vulgato Ἁλικῆς. Apud Thucydidem I, 105 est plurali numero Ἁλιεῖ (ubi Scholia dicunt esse urbem prope Troezenem), sed apud Scylacem, quem ibi Wasse laudat, Ἁλία, et μετὰ τὴν Ἐπιδαυρίαν esse traditur. In Stephano, ubi s. v. Ἁλαὶ legimus. καὶ ἡ πρόσχωρος τῇ Ἀργείᾳ οὕτως Ἁλὴ λέγεται, ὀξύτονον· ἔστι καὶ ἑτέρα κατεντίον Μάσητος, vix dubitabis, quin ex duabus una sit facienda. Itaque ejusdem urbis nomen varie pronunciatum est Ἁλίκη, Ἁλία, Ἁλιαί, Ἁλή et Ἅλυκος, quam ultimam formam e Callimacho servatam debemus Stephano. Ager a Thucydide II, 56 Ἁλιὰς vocatur, et cum Epidauro atque Troezene ἐπιθαλασσίοις accensetur. Ἁλιεῖς seu Ἁλικοὶ secundum Pausaniae Lexicon apud Eustathium ad Iliad. p. 286 Rom. circa Tirynthem habitabant Peloponnesi oram maritimam, sed prope Hermionem suas habuisse sedes, non modo hic Pausaniae nostri locus sed Strabo etiam docet VIII, 373. Parum accurate sedes eorum indicantur in Hesychio.

§. 2. Πρῶνος et postea Πρῶνι vulgo. cf. 35, 8. μέση, καὶ τοῦ Θόρνακος καλουμένου Vulgata. μέση, καὶ ἕτερον τοῦ Θόρνακος καλ. Vind. μέση, καὶ ὄρος ἕτερον Θ. κ. Mosq. Hinc

Facius eruit μέση καὶ ὄρους ἑτέρου Θ. κ. quod Clavier sequutus dedit. Duo montes inter se oppositi sunt *Pron* et *Thornax*, seu, ut est apud Schol. Theocr. XV, 64, Θρόναξ, qui posterior postea Κοκκύγιον, apud Schol. Theocriti Κόκκυξ appellatus est. cf. Meursii Misc. Lacon. IV, 15. Schneider laudavit Plut. de Fluviis p. 461. 462 et Eudociae Ioniam. ἀλλαγῆς γενομένης ἐντ. Vind. Mosq. sed ille omisit γενέσθαι, quod hic retinuit.

§. 3. ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσητα· haec verba excitantur a Stephano ex hoc loco. *Mases* seu *Masetus* Stephano est *oppidum*, apud Phavorinum et Eustathium ad Iliad. II, 562 p. 288 *vicus*, sed in Scholiis Venetis ἐπίνειον Αἰγινητῶν, verius a Pausania dicitur ἐπίνειον Ἑρμιονέων. sed cf. ea de re Strabo VIII, 376. Φιλῃνόριον oppidum Boeotiae memorat Stephanus. Βολαίους Vind. Mosq. v. de his

§. 4. In Gellii mappa *Bolei* sunt inter Halicen et Asinen, sed magis quam hae recedunt in terram. Ibidem Boleis ab ortu oppositi sunt *Didymi*.

§. 5. Ἀσίνη Vind. Mosq. Fac. Clav. Ἀσίνα reliqui. De hac *Asine Hermionica* seu *Argolica*, quae diversa fuit a Messenica, cf. Tzschuck. ad Strab. VIII, 373. Ad mare sita fuit. cf. Homer. Iliad. II, 560. Paus. IV, 34, 7. De hac *Nicandri* expeditione iterum III, 7, 4. refertur ea ad Olympiadem secundam. cf. Paus. IV, 8, 1. Nicandri patrem plures, in quibus Herodotus VIII, 131, *Charillum* vocarunt. v. Tzschuck. ad Strab. X, 482. Sic iterum iterumque apud Pausaniam III, 7. VIII, 5. 48. Est forsan qui legere malit ἐςβαλόντων στρατιὰν quam στρατιᾷ, quum apud Herodotum sit I, 14 ἐςέβαλε μὲν νυν στρατιὴν ἐς Μίλητον. 18 ἐςβαλὼν ἐς τὴν Μιλησίην τὴν στρατιήν. 17 ἐςέβαλε τὴν στρατιήν. VIII, 34 τὸ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ ἐςέβαλε ἐς Βοιωτούς. Rursus autem apud Pausaniam est ἐςέβαλε ἐς Βοιωτοὺς στρατῷ I, 27, 6. ἐςβάλλουσιν ἐς τὴν Μεγαλοπολῖτιν στρατιᾷ VIII, 27, 8. στρατῷ ἐςβάλλων ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν III, 7, 9. στρατιᾷ τε αὐτὸς ἐςβεβληκὼς I, 1, 1. Ἔρατος scripsimus pro vulgato Ἐρατός, ut distingueretur ab Adjectivo. Ἄρατος Vind. Ἀέρατος Mosq. Hunc *Eratum* Phidonis Argivi filium habuit Clavier in Hist. d. pr. temps de la Grèce II p. 146. 188. an recte? quaerendum erit. καταλαβόντες Aldus. Vulgatam ὑπελείποντο Porsonus mutari voluit in ὑπέλειπον τὸ, laudans ὑπέλιπε τὸν κίονα ex V, 20, 3. Equidem malim ὑπελίποντο cf. ad II, 3, 8.

§. 6. Ἀπέχει — θάλασσα. Longum murum usque ad mare deductum diruerunt Lacedaemonii teste Diodoro Sic. XII, 81. de *Lerna* mox ad §. 7, et de *Temenio* 38, 1. τιμένιον Aldus. Deinde forsan scribendum est ὀκτώ, ἱερόν ἐστιν Ἀνάκων. cf. 22, 7. καὶ ἐν τῇ πόλει. vide 22, 6. 7.

§. 7. Χείμαῤῥον nomen proprium hic Sylburgius quoque existimavit, sed non bene addidit, quia in appellativa torrentis significatione non soleat ei substantivum ποταμὸς adjici. Ecce Herod. III, 81 χειμάῤῥῳ ποταμῷ ἴκελος τύραννος. Theocr. XXII, 50 πέτροι, οὕς τε χειμάῤῥους ποταμὸς περιέξεσε. Fabula, Proserpinam in Hermionensium agro raptam esse, congruit cum iis, quae Pausanias cap. 35 exposuit. cf. Heyne ad Apoll. I, 5. ταύτῃ ἐς τὴν Mosq. quem sequuti sumus. cf. ad VIII, 12, 2. ταύτῃ φασιν ἐς τὴν Vulg. ὑπόγαιον e Vindob. et Mosq. lectione ὑπογαίων. cf. II, 16, 5. III, 25, 4. ὑπόγεων Vulgata; nec haec forma, quae legebatur II, 2, 1, damnanda. Cur dicat *creditum inferorum regnum*, patet ex III, 25, 4. adde II, 35, 5. 31, 2. ἡ δὲ Λέρνα κ. λ. de agro *Lerna* usque ad 37 extr. Lernam agrum seu locum esse Pausaniae, jam ad II, 15 extr. significavimus. cf. 24, 3. Hunc locum situm esse ait *ad mare* i. e. sinum Argolicum. cf. §. 6. Similiter Pomponius Mela II, 2, 127. Pausanias igitur non loquitur de lacu, qui vocatur Lernaeus Straboni VIII, 871. cf. ad 37, 4. De *Lernaeis* 37, 3. VIII, 15 extr. Creuzer ea Osiridis mysteriorum Aegyptiorum imitamina fuisse putat. v. Symbol. III, 164.

§. 8. ἐς αὐτὸ Sylburgius correxerat, et Clavier tacite scripsit. ἐς αὐτὸ Vulgata. Minerva hic Σαΐτις, sed IX, 12, 2, apud Tzetzam ad Lyc. 111 et a Phavorino v. Κέκροψ vocatur Σάϊς· illud cognomen, hoc nomen est. De *Minerva Saitide* praeter hos locos v. Herod. II, 175. Strabo XVII, 802. inprimis Plato Tim. 290 Bip. 524 Lugd. Proclus in Tim. p. 30. Cic. N. D. III, 23. Plut. de Iside et Osir. 268 Frob. Jablonsk. Panth. et quos Creuzer indicavit in Symbol. II, 656. sqq.

---

## CAPUT XXXVII.

§. 1. Fons *fluvii Amymones* memoratur §. 4, sed fluvius ipse hujus nominis iterum V, 17, 4 et ab Hygino fab. 169, qui postquam, quae Apollodorus quoque II, 1, 4 de Amymones et Neptuni amoribus habet, narravit, addit: »Id in quo loco factum est, Neptunus dicitur fuscina percussisse terram, et inde aquam profluxisse, qui Lernaeus fons dictus est et Amymonium flumen.« Idem refert Lactantius ad Stat. Theb. II, 433. cf. ad §. 4.

§. 2. *ἔστι δὲ Διονύσου καὶ Δήμητρος* Vulgata, sed post *Διονύσου* colon fuit ponendum, quum sensus sit: *Intra lucum sunt duo simulacra, alterum Cereris Prosymnae, alterum Bacchi; illud mediocris magnitudinis Cererem sedentem exhibet.* Longe aliter Clavier; Nibby quoque quae *duo* erant fecit ut essent *tria:* utroque quid verum esset melius vidit Goldhagenus. *Προσύμνη* nescio an denotet *eam quae praeit* (cf. ad §. 5), *praeest, moderatur,* et fluxerit a verbo *σύω,* unde etiam *αἰσυμνήτης* (v. Etym. Lennepii) deducitur: aliter sensit Creuzer; v. ejus Symbol. II, 577 sq. Haec Cereris Bacchique simulacra fuerunt in aede quadam, cui opponitur *ἕτερος ναός.* Ad *ἑτέρῳ ναῷ* subauditur *ἐστὶ* seu *ἀνάκειται.* Sic I, 40, 4 *τῷ ναῷ ἀνάκειται.* Anthol. Pal. I, 185 *ξόἄα νηῷ κεῖται ὑψηρόφια.* Bacchum Saoten et Venerem *ἐπὶ θαλάσσῃ* Goldhagenus et Clavier male judicarunt in eadem hac aede fuisse, et posterior vertit *Vénus sortant de la mer.* melius Nibby *e sul mare quella di Venere.* Unus hic Bacchus sedebat in isto *ἑτέρῳ ναῷ*, Venus stabat *ἐπὶ θαλάσσῃ*, quod opponitur antecedentibus *ἐντὸς τοῦ ἄλσους* et *ἑτέρῳ ναῷ.* quare post *ξόανον* majori opus est distinctione. Creuzer quoque in Abbild. zur Symbol. p. 40 hunc Bacchum et hanc Venerem in eadem videtur aede posuisse. Mox *τὰς θυγατέρας λέγουσι τοῦ Δαναοῦ* Mosq. *τὰς Δαναοῦ θυγατέρας λέγουσι* Vind. *Δαναὸν δὲ αὐτὸν* Amasaeus etiam et Clavier; *Δαναὸν δὲ αὐτὸ* Vulg. *ἐπὶ Ποντίνῳ* non *ad Pontinum,* sed *in Pontino;* Pausanias enim significat templum Minervae Saïtidos, quod 36 extr. dixerat *ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους* scil. Pontini positum. De ruinis hujus loci v. W. Gellii Argolis.

§. 3. *Φιλάμωνα* Vind. etiam postea. Cf. ad h. l. Fabricii Bibl. gr. I, 214. De *aurichalco* Schneideri Lex. gr. Junius de Pictura Veterum p. 302 orichalcum illud veteribus memoratum factitium fuisse existimat. *εὕρετο* Mosq. *εὕρατο* Vind. pro *εὗρε,* *τὸ.* sed *τὸ ἀνίκαθεν* recte. v. ad 18, 6. *Τριχωνιεὺς*

malluit et Sylburgius et Palmerius in Graec. Ant. p. 459, qui et p. 430 de Trichonio exposuit; sed videtur χ interdum transiisse in κ. Pro *Κορσεία* apud Paus. IX, 24, 5 in Stephano est *Χορσία*· pro *ἐχεχειρία* dixerunt *ἐκεχειρία*. v. Etym. M. p. 321 et Etym. Gud. cf. adnotata ad Greg. Cor. p. 343 sq. Post *Αἰτωλία* colon est in Ald. Francof. Kuhn. virgulam posuit Facius. *Lycius* ergo fuit hic Arriphon, originem autem stirpis repetivit a Triconio Aetoliae oppido. *εἶδεν* Vulg. *φωρᾶσαι ἐπὶ τῷδε τὰ ἔπη* jungitur in Ald. Francof. Kuhn. Post *φωρᾶσαι* Facius colon posuit. *φωρᾶν ἔστιν ἐπὶ τῷδε* Goldhagenus, *φωρᾶσαι· ἐπεὶ τά τε ἔπη* Clavier conjecit, *ὅτι* ante *τὰ πάντα* Kuhnius insertum voluit. Sed nihil mutandum est, modo post *φωρᾶσαι ἐπὶ τῷδε* plenius interpungatur, quod fecit Clavier. Sensus in versione declaratus est. *ταῦτα φωρᾶσαι*· quod in illo corde scriptum erat, non esse Philammonis. Facius *ἐπὶ τῷδε* interpretans *Hujus tempore*, maluit *ἐπὶ τοῦδε*. Sed *φωρᾶν τι ἐπί τινι deprehendere aliquid in aliqua re* est, ope, argumento alicujus rei aperire, probare, aliquid verum non esse. *τὰ πάντα Δωρ. ἐπ. dorice scripta esse animadvertit. τὸ ὄνομα τὸ Δωρ.* Mosq. — *τῶν Δωρ.* Vulg.

§. 4. *Amymones fluvii fons*, qui et ipse *Amymone* dictus est. Amymonen fontem Strabo VIII, 371 ponit juxta lacum Lernaeum, (*τὴν Λέρνην λίμνην*) quem Argolidis et Mycenaeae fuisse scribit, qui distinguendus est a mari, quod Nostro 36, 6 vocatur *ἡ κατὰ Λέρναν θάλασσα*. Haec ibidem §. 7 simpliciter dicta *θάλασσα* est *sinus Argolicus*. Apollodorus quoque II, 5, 2 *τὸ τῆς Λέρνης ἕλος* significat vicinum fuisse fonti Amymones. Amymone et Lerna fons unus fuit et idem; cum Spanhemii animadversione ad Callim. h. in Pallad. 48 videbis pugnare locum Hygini ad §. 1 indicatum, et Scholiasten ad Eurip. Phoen. 186 sqq. p. 54 sq. Matth. *ὑπὸ ταύτην* Vind. Mosq. Locus hic notabilis de *hydra Lernaea*, de qua cf. Strabo VIII, 368. Apollod. II, 5, 2. *πείθομαι* Mosq. Vind. Fac. Clav. ut Sylburgius correxit. *κύθομαι* reliqui. *Πίσανδρος* Vind. Mosq. Ald. De hoc *Pisandro* Fabricii Bibl. gr. I, 215. *Καμαρεὺς* Vind. *ἵνα — δοκοίη — καὶ — γίγνηται.* In hac notabili structura praeiverat Herodotus, cujus locos huc pertinentes laudavit Hermannus ad Vigerum p. 851. *ut videretur haec fera terribilior fuisse, et ut nunc carmina sua plus dignitatis haberent*; Optativus refertur ad tempus prae-

teritum, Conjunctivus ad tempus tum praesens, quum Pisander scripsit. *ἀντὶ τούτων propter haec*, ut X, 38, 5.

§. 5. *Ἀλκυονίαν*, ut Sylburgius correxerat. *Ἀλκυωνίαν* Vulgata. cf. 30, 7. Haec *Ἀλκυονία λίμνη* et illa *θάλασσα Ἀλκυονὶς, μέρος οὖσα τοῦ Κρισσαίου κόλπου* apud Strabonem VIII, 25 Tzsch. haud dubie differunt; differunt etiam hic *Amphiarai fons* et ista *Alcyonia palus*, quanquam Ortelius negavit satis liquere, an hoc idem stagnum a Pausania Amphiarai fons dicatur. *Amphiarai ille fons* in Oropiorum agro memoratus a Pausania I, 34, 8 an nostro quoque loco intelligendus sit, dubitamus, existimantes, apud Argivos quoque fontem quendam Amphiarai nomine insignitum fuisse. *ἐς τὸν ᾅδ.* Mosq. *εἰς τ. ᾅδ.* Vulg. Fabulam de *Semele ex inferis reducta* II, 31, 2 in alium locum translatam vidimus. Quid ea hoc loco vellet, investigavit Creuzer in Symbol. II, 662. *Πόλυμνον* hunc Anonymus Heerenii in Bibl. vett. litt. et art. P. VII p. 19 a Schneidero laudatus appellat *Πολύυμνον*· sed hoc nomen apud alios aliter legi Heerenius jam ibidem monuit. A Clemente Alexandrino Protr. p. 22 vocatur *Πρόσυμνος*, quod mihi verum videtur esse nomen, quippe quo significetur, *qui praeit, dux*. v. ad §. 2. Est vero de hoc homine seu daemone apud illum Anonymum: *ἐμήνυσε* (scil. *τὴν εἰς Ἅιδου κάθοδον*) *διὰ τῆς Λέρνης οὔσης ἀβύσσου.* Simile his *τῇ δὲ Ἀλκυονίᾳ κ. λ.* est, quod Herodotus II, 28 de Nili fontibus narrat. *κάλους* Mosq. *κάλλους* Vind. *ἀλλήλοις* Vind. Mosq. Clav. *ἀλλήλους* Vulgata. *μόλιβδον* Aldus. cf. ad IV, 35. *μόλυβδον* Vulg. *ἀπ' αὐτῶν* Clavier. *ἐπ' αὐτῶν* Vulg. *ἐξ αὐτῶν* mihi in mentem venerat. *οὐδὲ οὕτως* pro vulgato *οὐδὲ οὗτος* Clavier dedit, ut Sylburgius correxerat. Quod etiamsi codicum auctoritate confirmaretur, equidem non praeferrem Vulgatae, in qua mihi videor epanalepsin agnoscere, satis illam frequentatam a Pausania, quae nominis praecedentis casui eundem subjicit pronominis demonstrativi; quam exemplis quibusdam illustrabam ad I, 19, 4. Quod enim Sylburgius exemplum objicit ex III, 9 extr. id alius videtur esse generis. Pro *καθιέναι* est *καθήκειν* in Exc. cod. Pal. Pro *ὅσον γε* scripserim *ὅσον τε*. cf. I, 27, 5. IX, 24, 5. *τὰ δὲ ἐς κ. λ.* In lucem protraxerunt haec Clemens Alex. et Anonymus Heerenii ll. ll. Pro *Διονύσου* reponendum censemus *Διονύσῳ*.

# CAPUT XXXVIII.

*A Lerna, Temenio et Nauplia descendit Pausanias ad fines, quibus Argivi a Spartanis et Tegeatis disterminabantur.*

§. 1. De *Temenio* Strabo VIII, 368. Stephanq Temenium est *Messeniae*; sed is quoque Temenum ibi sepultum tradit. De *Phrixo* fluvio 36, 6.

§. 2. De *Nauplia* Strabo VIII, 368. Notae ad Hellen. 237 sq. Eam nostra aetate habitant Tzacones ab antiquis Laconibus oriundi. v. Villoisoni Prol. in Homer. p. XLIX. Napoli di Romania cum parte sinus adjacentis (Golfo di Napoli di Romania) delineata est in Memorie Istoricogeografiche della Morea tab. 38. De *Nauplio*, quem Apollodorus quoque II, 1 sub finem Neptuni atque Amymones filium perhibet, vide Strabonis judicium l. c. Nauplium Amymones filium tribus generationibus post Danai adventum Naupliam condidisse, tradit Pausanias IV, 35, 2. *εἶναι* post *Ἀμυμώνης* abest a Mosq. *ἱερόν ἐστι καὶ* Vind. *Canathum* adhuc fluere, testatus est Chandler cap. 54. *λουομένην* Vind. ut Camerarius voluerat; sed Vulgatam *λουμένην* non esse sollicitandam, Sylburgius jam ostendit et aliis et his Pausaniae locis, III, 19, 10. IX, 2, 3. adde Phrynichum p. 188 cum Lobeckii adnotatione. *οὗτος μὲν — ἐστίν. Haec est una arcanarum* (sacrarum) *narrationum ex initiis, quae Iunoni agunt.* Hunc locum bis tetigit Boettiger de Aldobrandinis nuptiis p. 148 et in Mythologia Junonis p. 100. Idem hanc *τελετὴν* interpretatur *Weihe der Juno.* A nostra hac illa diversa est sacra narratio apud Aelianum H. A. XII, 30 de fonte *Burrha*, qui inter Tigridem et Euphratem fuit, in quo *ἡ Ἥρα μετὰ τοὺς γάμους τοῦ Διὸς ἀπελούσατο.*

§. 3. *ὑπὸ τῶν ἐν Ναυπλίᾳ·* hinc corrigi potest Stephanus, cujus in verbis v. *Ναυπλία· οἱ οἰκοῦντες Ναυπλιεῖς, ὡς Στράβων· καὶ Ναυπλία* mendum inesse jam Berkelius suspicatus est; hoc vero tolles e Pausania scribens *καὶ οἱ ἐν Ναυπλίᾳ.*

§. 4. Neptunus *Γενέσιος* haud dubie idem qui II, 32, 7 *Φυτάλμιος* (*vitae generisque auctor*) et *Γενέθλιος* III, 15, 7. *Γενέθλιος* vocatur apud Apollonium II, 3, ubi Scholiastes

hoc affert: *Γενέθλιον δέ φησι τὸν Ποσειδῶνα, διὰ τὸ δεσπόζειν τοῦ ὑγροῦ καὶ πάσης τροφῆς, καὶ τῆς γενέσεως αἴτιον εἶναι, καθὸ τὸ ὕδωρ πάντων γεννητικόν.* Adjectivum *γενέσιος* est in Phavorino p. 410. *Ἀπόβαθμοι.* Simile est vocabulum *ἀποβατήριον* in Josephi Ant. Jud. I, 4 p. 10 Col. *γῆς — λέγουσιν.* cf. Aeschyli Suppl. 226. An legendum *σὺν ταῖς παισίν*? *Ἀνιγραῖα* forsan de Adjectivo *ἀνιγρὸς*, quod habet Phavorinus.

§. 5. *Ἰόντα — ἤπειρον, αὐτῆς χώριον* Mosq. Vind. De hoc Accusativo *ἰόντα* cf. ad I, 9, 6. *ἄνω πρὸς ἤπειρον* est etiam III, 22, 6. VII, 22, 1. cf. de hoc usu vocabuli *ἄνω* Valckenarius ad Herod. IV, 18. Qui non perierunt hac pugna, fuerunt *Othryades*, Spartanus, et *Alcenor* atque *Chromius*, Argivi, teste Herodoto I, 82. adde Suidam v. *Ὀθρυάδης*, et Paus. II, 20, 6. De *Aeginetis*, quibus Thyream dederunt Spartani, II, 29, 5.

§. 6. Pro vulgato *Ἀθήνη* e Thucydide V, 41 scribendum esse *Ἀνθήνη* et Strothius in Compendio Geogr. vet. Danvill. T. II p. 632 et C. O. Mueller in Aegineticis p. 185 contenderunt. At in illo Thucydidis loco tres codices *Ἀθήνην* et unus *Ἀθίνην* exhibet. Deinde apud Suidam et Phavorinum v. *Ἀθήνησιν* est: *Ἀθήνη δὲ πόλις καὶ τῆς Λακωνικῆς.* Similiter apud Stephanum: *Ἀθῆναι· δευτέρα, πόλις Λακωνική.* Apud eundem et Zonaram legitur *Ἀνθάνα* et *Ἀνθήνη.* Utraque igitur forma videtur in usu fuisse, neque nostra corrigenda esse. *οἰκεῖν* cum praepositione *εἰς migrare, habitatum venire in aliquem locum.* Plenior est loquutio in Matth. 2, 23 *ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ.* *Neris* ad torrentem Charadrum, de quo vide II, 25, 2, sita fuit teste Statio in Theb. IV, 46. *τοῦ Πολεμοκράτους* Vind. Mosq. Clavier.

§. 7. *ὅρος Πάρνων, καὶ Λακεδαιμονίων* Clavier, ut Sylburgius, Goldhagenus, Facius et Sluiter in Lection. Andoc. p. 43 Vulgatam *ὅρος, παρ' ὃ καὶ Λακεδαιμονίων* corrigi voluerant. *καὶ τοῦτο χωρίου τὸ ὄνομα* Kuhnius, non Sylburgius, conjecit. *καὶ τοῦ χωρίου τὸ ὄνομά ἐστιν ἀπ' αὐτῶν.* *Ἔστι δὲ ποταμὸς* Clavier, ut Facius conjecit. Equidem una litterula mutata malim tenere Vulgatam; nam illud *καὶ τοῦ χωρίου τὸ ὄνομα* videtur breviter dictum esse: *etiam hoc nomen* (Hermae) *loci*, ubi stant isti Hermae, est. Articulo saepius vim

pronominis tributam esse demonstrativi, admonitum est ad I, 15, 2. Quod ergo Kuhnius sua voluit exprimere correctione, idem inest in lectione vulgata. Locum autem ipsum, in quo illi fuerunt Hermae, Hermas appellatum esse docet III, 1 init. *Μετὰ δὲ τοὺς Ἑρμᾶς Post locum Hermas dictum.* Deinde quod illi duumviri nobis obtulerunt: *Ἔστι δὲ ποταμὸς καλούμενος Τάνος*, nimis vagum est; sin autem Vulgatam unius litterae mutatione ita refingas: *ἔστι δὲ ἐπ' αὐτῶν* (*Ἑρμῶν*, juxta eos) *ποταμὸς καλούμενος Τάνος*, habebis Pausaniam etiam consentientem cum Euripide, qui hunc ipsum fluvium dixit *Ἀργείας ὅρους τέμνοντα γαίας Σπαρτιάτιδός τε γῆς* in Electra 408 sq. Quod autem ibi legitur *Ταναὸν*, videtur in *Τανάον* mutandum esse.

---

# CORRIGENDA

## IN TEXTU ET VERSIONE.

Pag. 6 v. 1 leg. ἦν
9 v. 12 leg. οἰκοδόμημα
10 v. 2 leg. ἂν Κείοις — ἄκρας
12 v. 8 leg. τὸ
18 v. 2 leg. ἐς τὴν
20 v. 1 deest post *Ἀσίαν* majoris distinctionis signum.
114 v. 15 leg. ἡνίκα
v. 15 a fini leg. equitum
131 v. 15 leg. τοῦ
137 v. 5 leg. Ἠριδανοῦ
140 v. 12 leg. ἄγουσιν
142 v. 11 leg. αὖθις
144 v. 3 leg. πάντως
149 v. 1 leg. ὕδατος
150 v. 6 a fin. leg. Tanagraeos
151 v. 3 leg. γῆν
170 v. 8 leg. ταύτην
195 v. 11 a fin. leg. possint
196 v. 16 leg. agri
204 v. antepen. leg. consule
228 v. 7 a fin. leg. Amphiptolemi

# CORRIGENDA
## IN ADNOTATIONIBUS ET ADDENDA.

Pag. 4 v. 6 et seq. a fine leg. apposuit
5 — 8 leg. Yanina
9 sq. Huic Neptuni simulacro haud ita dissimilis illa Romani hominis statua fuit apud Juvenalem VII, 126:

ipse feroci
Bellatore sedens curvatum hastile minatur
Eminus.

11 Discrimen inter *Paeoniam* et *Hygieam* Minervam faciunt nullum. v. Creuzeri Symbolica II, 740.
16 v. 5 a fine deest: dux
22 v. 24 *in* ante *nec repugnat* delendum.
23 v. 19. leg. *ἄγαγε*
22 post *vocat* deest: X, 12, 5.
24 v. 24 post *reliqui* insere: *Μέμφει*. Si, ut legimus in Bekkeri Anecd. p. 1192, Genitivus fuit *Μέμφιδος* et *Μέμφιος*, non *Μέμφει* sed *Μέμφι* h. l. scribi oportuit.
40 v. 11 a fine leg. Valcken.
41 v. 5 leg. Vindob.
44 extr. — essent
50 med. — *Πανταίνου γραφάς*
54 v. 1 — Alacritas
78 v. 20 post *Λυκομήδους* insere: Mosquens.
83 pro *Λαφυστίῳ* apud Apoll. Rhod. II, 1147 est *Φυξίῳ*
86 Weber in Kunstbl. 1822 N. 8 pergit contendere, illud *Ἐς δὲ τὸν ναὸν* — *Ἀθηνᾶς ἔχει γένεσιν* ad occidentalem, hoc vero *τὰ δὲ ὄπισθεν* — *ὑπὲρ τῆς γῆς* ad orientalem templi partem pertinere, et duplicem introitum fuisse in hoc templum, ab antica et postica parte.
88 *περὶ Θρᾴκην*. Addi poterat, in talibus *περὶ* nonnunquam esse idem quod *κατά*. v. Schaefer ad Apoll. Rh. T. 2 p. 279.
89 v. 14 leg. *ἀτύχημα*
104 v. 16 a fine — homicidas
121 v. 7 a fine — corona
129 v. 32 leg. *ἀπομνημονεύειν*
130 v. 1 — tradiderat
134 v. 21 — *παρὰ*
136 — 17 — refertur
139 — 18 — male
142 — 15 — *στρατι*
152 *παρηγορίαν* Schol. Apoll. Rh. II, 1281 interpretatur *προτροπὴν καὶ συμβουλήν*, et ad

III, 610: παρηγορεῖν, παρακαλεῖν. Ibidem ad III, 752 in Parisinis πόθος μὲν ἡ ἐπιζήτησις, ἔρως δὲ ἐπιτεταμένος πόθος, sed in editis, nisi fallor, melius ἐπιτεταμένον πάθος.

Pag. 160 v. 17 leg. gymnasium

171 v. ultimo — ἐπεξελεξάμην

Teste Scholiasta ad Apoll. Rh. III, 242 Epimenides quoque tradiderat, Corinthium fuisse Aeeten, et matrem ejus Ephyram.

181 v. 12 a fine leg. Διονύσῳ

220 v. 7 a fine — ὑπόγαιος

Hoc ipso die vicesimo sexto Aprilis, quo mihi haec Lipsiam mittenda sunt, accipio Guil. Gellii Itinerary of the Morea. In quo libro si qua invenero, quae Pausaniae Corinthiacis illustrandis inserviant, ea in voluminis secundi limine proponentur.

---

Sumptibus librariae Weidmanniae Lipsiae prodierunt:

Aristophanis Comoediae auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Phil. Invernizio etc. Vol. IXi Pars I. Supplementa Commentariorum, curavit Guil. Dindorfius. 8 maj. 1822.

Etiam sub titulo:

Commentarii in Aristophanis Comoedias. Collegit, digessit, auxit Guil. Dindorfius. Vol. VIIi Pars Ia. Supplementa Commentariorum. 8 maj. 1822. Charta script. 3 Thlr. 12 Gr.

*— — Idem liber, charta belg. opt. 6 Thlr.

Aristophanis Comoediae etc. Vol. Xum. Scholia graeca, curavit Guil. Dindorfius. 8 maj. 1822.

Etiam sub titulo:

Scholia graeca in Aristophanis Comoedias edidit Guil. Dindorfius. Vol. Ium. 8 maj. 1822. Charta script. 3 Thlr. 20 Gr.

*— — Idem liber, charta belg. opt. 6 Thlr. 16 Gr.

Aristophanis Equites. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. 8 maj. 1822. Charta impress. 15 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 18 Gr.

*— — Idem liber, charta membran. 1 Thlr.

Aristophanis Pax. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. 8 maj. 1821. Charta impress. 15 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 18 Gr.

*— — Idem liber, charta membran. 1 Thlr.

Aristophanis Nubes, fabula nobilissima integrior edita auctore Carolo Reisigio, Thuringo. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 6 Gr.

*— — Idem liber, charta membran. 1 Thlr. 16 Gr.

Aristotelis de arte poëtica librum denuo recensitum commentariis illustratum, recognitis Valettii, Hermanni, Tyrwhitti, Buhlii, Harlesii, Castelvetri, Robortelli aliorumque complurium editionibus edidit, cum prolegomenis et notitiis indicibus Ern. Aug. Graefenhan. 8 maj. 1821. Charta impress. 1 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 18 Gr.

*— — Idem liber, charta membran. 2 Thlr.

Benedicti, Traug. Fred., Observationes in septem Sophoclis Tragoedias. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 Gr.

*— — Idem liber, charta membran. 2 Thlr. 8 Gr.

Hesychii, Milesii, Opuscula duo quae supersunt. I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos et Cardinalis Bessarionis epistola de educandis filiis Joannis Palaeologi lingua graeca scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Junii, Henr. Stephani, Joa. Meursii, Petr. Lambecii, Gisb. Cuperi, F. J. Bastii aliorumque et suis illustravit Joa. Conr. Orellius. Cum indicibus necess. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. 2 Thlr.

*— — Idem liber, charta membran. 2 Thlr. 8 Gr.

**Luciani**, Samosatensis, Opera, Graece et Latine, post Tiber. Hemsterhusium et J. F. Reitzium denuo castigata, cum varietate lectionis, scholiis graecis, virorum doctorum suisque adnotationibus et indicibus nova opera confectis, edidit Ioh. Theoph. Lehmann. Tom. I. et IIus. 8 maj. 1822. Charta impress. 6 Thlr. 4 Gr.
— — Idem liber, charta script, gall. 7 Thlr. 12 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. 9 Thlr. 8 Gr.
**Opuscula** Graecorum veterum sententiosa et moralia. Graece et Latine. Collegit, disposuit, emendavit et illustravit Jo. Conr. Orellius. Tom. I. et IIus. 8 maj. 1819. 21. Charta impress. 7 Thlr. 8 Gr.
— — Idem liber, charta script. 8 Thlr. 6 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. 9 Thlr. 16 Gr.
**Phrynichi** Eclogae nominum et verborum Atticorum. Cum notis P. J. Nunnesii, D. Hoeschelii, J. Scaligeri et Corn. de Pauw partim integris partim contractis edidit, explicuit Christ. Aug. Lobeck. Accedunt fragmentum Herodiani et notae, praefationes Nunnesii et Pauwii, et Parerga de vocabulorum terminatione et compositione, de aoristis verborum authypotactorum etc. 8 maj. 1820. Charta impress. 3 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 8 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. 6 Thlr.
**Platonis** quae exstant Opera. Accedunt Platonis quae feruntur Scripta. Ad optim. librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratiss. adjecit Fridericus Astius. Tom. IVus. 8 maj. 1822. Charta impress. 1 Thlr. 16 Gr.
et Charta impress. meliori. 1 Thlr. 20 Gr.
— — Idem liber, charta script. gallica. 2 Thlr. 4 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. 3 Thlr. 12 Gr.
**Prisciani**, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, nunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices locupletiss. adjecit Augustus Krehl. Vol. I et IIum et ult. 8 maj. 1819. 20. Charta impress. 5 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta script. 6 Thlr. 12 Gr.
**Theocriti** Reliquiae. Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theoph. Christoph. Harlesii, Jo. Christ. Dan. Schreberi, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus Kiefsling. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Jac. Morelli ad Harlesium et indices. 8 maj. 1819. Charta impress. 3 Thlr. 16 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 12 Gr.
*— — Idem liber, charta membran. 6 Thlr. 16 Gr.

---